Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 9

5—5—10 401

Universidad de Deusto
Biblioteca

Valerius græcus Augustin. doctor.

ecclesiam Dei ædificare: cui rei se homo natura Græcus, minusq; Latina lingua & literis instructus, minus vtilem peruidebat. Et eidē presbytero potestatem dedit coram se in ecclesia Euangelium prædicandi ac frequentissime tractandi contra vsum quidē & consuetudinem Aphricanarū ecclesiarū. Vnde etiā ei nonnulli episcopi detrahebant. Sed ille vir venerabilis ac prouidus, in oriētalibus ecclesijs id ex more fieri sciēs, vtilitati ecclesiæ cōsulens, obtrectatorum non curabat linguas, dūmodo factitaretur à presbytero quod à se

Matth. 5

episcopo impleri minime posse cernebat. Vnde accensa & ardēs eleuata super candelabrū lucerna, omnibus qui in domo erāt lucebat. Et postea currente & volante huiusmodi fama, bono præcedente exemplo, accepta ab episcopis potestate, presbyteri nonnulli corā episcopis populis tractare cœperunt verbum Dei. Sane tunc in illa Hipponensi vrbe Manicheorum pestilētia q̄ plurimos ciues & peregrinos infecerat, & penetrauerat, seducente

Conflictatio cū Fortunato. cap. 6.

& decipiente eiusdē hæresis quodā presbytero nomine Fortunato ibidē cōuersante atq; morāte. Interea Hipponēses ciues & peregrini Christiani tā Catholici q̄ etiā Donatistæ adeunt Augustinum presbyterum, atq; deposcunt, vt illum hominem Manichæorum presbyterum quē doctum credebāt videret, & cum eodē de lege tractaret. Quod idem vt

1. Petr. Ad Tit. 1.

scriptum est, paratus ad responsionē omni poscēti se rationē de fide & spe quæ in Deo est, potensq; exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere, minime renuit. Sed vtrum etiam hoc Fortunatus fieri vellet, scisciatus est. At illi cōfestim ad ipsum Fortunatū id detulerunt, petentes & exhortātes ac flagitantes, q̄ id minime recusaret. Sanè quoniam idem Fortunatus iam apud Carthaginē sanctum nouerat Augustinum adhuc in eodē secum errore cōstitutum, cum eodē congredi pauitabat. Veruntamen suorum maxime instantia coactus ac verecundatus, promisit cominus se esse venturum, certamenq; disputandi subiturum. Vnde condicto die & loco cōuenerunt in vnum cōcurrētibus quamplurimis viris studiosis turbisq; curiosis, & apertis notariorum tabulis, disputatio est cœpta primo, & secundo finita est die. In qua ille Manichęus præceptor, vt à se gestorū continet fides, nec Catholicam assertionem potuit euacuare, nec Manichæorum sectā subnixa veritate valuit cōprobare: Sed deficiens responsione, vltimo collaturum se cum suis

maioribus ea quæ refellere non potuit profecutus est, & si sibi forte de his satis minime fecisset; suæ animæ consulturum, atque ita ab omnibus apud quos magnus & doctus videbatur, nihil valuisse in suæ sectę assertione indicatus est. Qua ille confusione affectus, & sequenti tempore de Hipponēsi ciuitate profectus ad eandem amplius non remeauit: Ac sic per memoratum Dei hominem omnium cordibus, vel qui aderant, vel qui absentes illa quæ gesta sunt cognouerant ille ablatus, catholica est intimata a comperta syncera religio. Et docebat ac prædicabat ille priuatim & publice, in domo & in Ecclesia salutis verbum cum omni fiducia aduersus Aphricanas hæreses, maximeq; contra Donatistas, Manichæos, & Pelagianos, libris confectis, ac repetitis sermonibus; ineffabiliter admirantibus Christianis & collætantibus, & hoc ipsum vbi poterant nō tacentibus, sed diffamantibus. Sicq; adiuuante domino, leuare in Aphrica Ecclesia Catholica exorsa est caput, quæ multo tempore illis cōualescentibus hæreticis, præcipueq; rebaptizante Donati parte maiorē multitudinem Aphrorū, seducta et oppressa iacebat. Libros vero eiusdem siue tractatus mirabili Dei gratia procedentes ac ꝓfluētes, instructos omni rationis copia atq; authoritate sanctarum scripturarum, ipsi quoque hęretici concurrentes cum Catholicis ingenti ardore audiebant: & quisquis vt voluit & potuit notarios adhibens, etiam ea, quæ dicebantur excepta descripsit. Et inde iam per totum Aphricæ corpus prę-

Scripta Augustin. gaatiosa. cap. 7.

clara doctrina odorq̄ue suauissimus Christi diffusa, & manifestata est, congaudente hoc quoque comperto Ecclesia Dei transmarina.

1. Co. 12.

Quoniam sicut dum patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, ita etiam cum glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Per idem tempus coram episcopis hoc illi iubentibus, qui plenarium totius Aphricæ concilium Hippone agebant, de fide & symbolo presbyter adhuc Augustinus disputauit. Ille vero beatus senex Valerius cæteris ex hoc amplius exultans, & Deo gratias agens de concesso sibi speciali beneficio, metuere cœpit, vt est humanus animus, ne ab alia Ecclesia sacerdos probatus ad Episcopatum quæreretur, & sibi auferretur: Nam & id profecisset, nisi & hoc idem Episcopus cognitum, & secum secretum eum transire curasset,

Designatus episcopus ui uo Valerio. ca. 8.

occultumque à quærentibus minime in-

ueniri fecisset. Vnde amplius formidãs idem venerabilis senex, & sciens se corpore & ætate infirmissimũ, egit secretis literis apud Primatem Episcopum sedis Carthaginensis, allegans imbecillitatem corporis sui, ætatisq; grauitatem, & obsecrans vt Hipponensi Ecclesię ordinaretur Episcopus, qui suæ cathedræ non tam succederet, sed consacerdos accederet Augustinus. Quę igitur beatus Valerius optauit & rogauit, latagẽs rescripto impetrauit. Post quã petitionem ad visitandam aduenientes ad Ecclesiã Hipponensem tunc Primate Numidiæ Megalio Calamensi Episcopo & Valerius antistes, Episcopis qui forte tunc aderant, & clericis omnibus Hipponensibus, & vniuersę plebi inopinatã cunctis suam insinuat tunc voluntatem: omnibusq; audientibus & approbantibus, atq; id fieri perficiq; ingenti desiderio clamantibus, Episcopatũ suscipere contra morẽ Ecclesiæ suo viuente Episcopo presbyter Augustinus recusabat. Dumq; id fieri solere ab omnibus suadetur, atq; id ignaro transmarinis & Aphricanis Ecclesiæ exemplis probaretur, compulsus, atq; coactus succubuit, & Episcopatus curam & maioris loci ordinationem suscepit. Quod in se ipso postea fieri non debuisse, vt viuo suo Episcopo ordinaretur, & dixit, & scripsit, propter cõcilij vniuersalis vetitum, quod iam ordinatus didicit: nec quod sibi factũ esse doluit, alijs fieri voluit. Vnde etiã fategit, vt concilijs constitueretur Episcoporũ ab ordinatoribus deberi ordinandis, vel ordinatis omnium statuta sacerdotum in notitiam esse deferenda. Atque ita factum est, vt

Pugna cum Donatistis. cap. 9.

episcopatu suscepto multo instantius, ac feruentius maiore authoritate, nõ adhuc in vna tantum regione, sed vbicunque rogatus veniisset, verbũ salutis æternæ alacriter, ac suauiter pullulante, atque crescente domini Ec-

1. Petri. 1.

clesia prædicabat, paratus semper poscẽtibus reddere rationẽ de fide & spe, quæ cum Deo est. Et eius dicta atq; excepta, maxime Donatistæ in eadem Hipponẽsi, vel vicina manentes ciuitate, ad suos Episcopos deferebãt.

Philip. 2

Quę cum audissent, & econtra forte aliquid dicerent, aut à suis refellebatur, aut eadem res ad sanctum Augustinum deferebatur, eaque comperta patienter, ac leniter vt scriptum est, cum timore & tremore salutem omnium operabatur: Ostendens, quòd nihil illi refellere voluerint, ac valuerint, quanque verum manifestumq; sit quod Ecclesiæ Dei fides tenet & docet: Et hæc diebus, ac noctibus ab eodem iugiter agebantur. Nam & epistolas priuatas ad quoscunque eiusdem erroris Episcopos, & eminentes scilicet laicos dedit, ratione reddita admonens atq; exhortans, vt vel ab illa se prauitate corrigerẽt, vel certe ad disputationes venirent. Illi vero causa diffidentiæ nihil vnquã referibere voluerunt, sed irati furiosa loquebantur, atque seductorem deceptoremq; animarum Augustinum esse, & priuatim & publice conclamabant: & velut lupum occidendum esse in defensionem gregis, scilicet sui, dicebant & tractabant, omniaq; peccata à Deo indubitãter esse credendum posse dimitti ijs, qui hoc facere, ac perficere potuissent, nec Deum timentes, nec homines erubescentes. Et vt eorum causa diffidentiæ cunctis innotesceret elaborauit, & publicis gestis conuenti, nõ sunt ausi conferre. Habebant etiam ijdem Donatistæ per suas pene omnes ecclesias inauditum hominũ genus peruersum, ac violentum, velut sub professione continentium ambulantes, qui Circuncelliones dicebantur. Et erant in ingenti numero & turba per oẽs fere Aphricanas regiones constituti. Qui malis imbuti doctoribus audacia superba & temeritate illicita, nec suis, nec alienis aliquando parcebant, contra ius fasq; in causis interdicentes hominibus: & nisi obedissent, damnis grauissimis & cędibus afficiebant, armati diuersis telis, bacchantes per agros villasq; vsque ad sanguinis effusionem accedere nõ metuẽtes. Sed dum verbum Dei sedulo prædicaretur, & cum ijs, qui oderunt pacem pacis ratio haberetur, illi pacem loquentem debellant gratis. Cumq; aduersus eorum dogma veritas innotesceret, qui volebant & poterant sese inde, vel eripiebant, vel subducebant, & paci atque vnitati ecclesiæ cum suis quibus poterant cohærebant. Vnde illi sui erroris cõgregationem minui videntes, atq; augmentis ecclesiæ inuidentes, accensi exardescebant ira grauissima & intolerabiles persecutiones vnitati ecclesię compacti faciebant. Ipsisq; sacerdotibus catholicis & ministris aggressiones diurnas, atq; nocturnas, direptionesq; rerum omnium vi inferebant. Nam & multos Dei seruos cædibus debilitauerũt. Aliquibus etiã calcẽ cum aceto in oculos miserunt, aliosq; occiderunt. Vnde etiam suis ijdẽ Donatistæ rebaptizatores in odiũ veniebant. Proficiente vero doctrina diuina, sub sancto, & cũ sancto Augustino in monasterio Deo seruientes, Ecclesię Hipponensi clerici ordinari cœperunt.

Circuncellionũ furor. cap. 10.

Profectæ ecclesiæ per Aug. cap. 11.

perũt. Ac deinde innotescẽte & clarescẽte de die in diẽ ecclesiæ catholicæ prædicationis veritate, sanctorumq; seruorum Dei proposito continentia & paupertate profunda, ex monasterio quod per illum venerabilem virum & esse & crescere cœperat, magno desiderio poscere atque accipere. Episcopos & clericos pax ecclesiæ atque vnitas, & cœpit primo, & postea consecuta est. Nam ferme decem quos ipse noui sanctos ac venerabiles viros continentes & doctissimos, beatus Augustinus diuersis ecclesijs nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque & ipsi ex illorum sanctorũ proposito venien

Monasteria.

tes, domini ecclesijs propagatis, & monasteria instituerunt, & studio crescente ædificationis verbi Dei, cæteris ecclesijs promotos fratres ad suscipiendum sacerdotiũ præstiterunt. Vnde per multos & in multis salubris fidei, spei, & charitatis ecclesiæ innotescente doctrina, non solũ per omnes Aphricanas partes, verum etiã in transmarinis, & per libros æditos atque in Græcum sermonẽ translatos, ab illo vno homine, & per illum

psal. 111. psal. 119.

multis fauente Deo multa innotescere meruerunt. Atque hinc, vt scriptum est, peccator videns irascebatur, dentibus suis frendebat & tabescebat: serui autem Christi, vt dictum est, cum ijs qui oderunt pacem erant pacifici, & cum loquerẽtur, debellabãtur gratis ab eis. Aliquoties vero etiam vias armati

Augustinus insidijs petitus. ca. 12

ijdem Circumcelliones cõtra famulum Dei Augustinum obsederunt, dum forte iret rogatus ad visitandas instruendasq; & exhortandas catholicas plebes, quod ipse frequentissime faciebat. Et aliquãdo contingit vt illi succenturiati hactenus perderẽt captionem: euenit quidem Dei prouidentia, sed ductoris hominis errore, vt per aliam viam cum suis comitibus sacerdos quo tendebat venisset, atque per hunc quem postea cognouit errorẽ, manus impias euasisset. Et cum omnibus liberatori Deo gratias egisset, illi omnino suo more nec laicis nec clericis pepercerũt, sicut publica testantur gesta. Interea silendum nõ est, quod ad laudẽ Dei per illius tam egregij in ecclesia viri studium domusq; Dei zelum aduersus prędictos rebaptizatores Donatistas, gestum & perfectum est. Cũ forte vnus ex ijs, quos de suo monasterio & clero episcopus ecclesiæ propagauerat, ad suam curã pertinentẽ Calamensis ecclesiæ diocesim visitaret, vt quæ didicerat pro pace ecclesiæ contra illã hęresim prædicaret, factum est, vt in medio itinere eorum insidias incurrisset, & peruasum cũ oĩbus illi comitãtibus, sublatis animalibus & rebus, iniurijs & cędę grauissima eum affecissent. De qua re ne pacis ecclesiæ amplius impediretur profectus, defensor ecclesiæ inter leges non siluit. Et præceptus est Crispinus, qui ijsdẽ Donatistis in Calamẽsi ciuitate & regione Episcopus fuit, prædicatus scilicet & multi temporis, & edoctus ad mulctam teneri auraria, publicis legibus prẽsentatus contra hæreticos constitutã. Qui resultãs legibus, cum præsentatus apud Proconsulem se negaret hæreticũ, oborta est necessitas, vt illi, recedẽte ecclesiæ defensore, à catholico episcopo resisteretur & conuincerẽtur, quod esse se fuisse negauerat: quoniã si ab eodẽ dissimularetur, forte catholicus episcopus ab ignorantibus crederet, illo se quod erat negante atque ita ex hac desidia infirmis scãdalũ nasceretur. Et memorabili Augustino antistite omnimodis instante ad controuersiam ambo ipsi Calamẽses episcopi uenerunt, & de ipsa diuersa cõmunione tertio cõflictu secum egerunt, magna populorũ Christianorum multitudine causæ exitũ, & apud Carthaginem, & per totam Aphricam expectante, atque ille Crispinus Proconsulari & libellari sententia est pronunciatus hæreticus. Proque illo apud cognitorem catholicus episcopus interceſsit, & ne auraria mulcta exigeretur, ei est beneficium impetratũ. Vnde cũ ingratus ad pijssimum principem prouocasset, ab Imperatore relationi deditũ est responsum solutũ: & consequenter prẽceptum, nullo prorsus loco hæreticos Donatistas esse debere, & eos ad vim legum omniũ contra hæreticos latarum vbique teneri debere. Ex quo & iudex propter officiũ, & idẽ Crispinus quod minime fuerat exactus, prẽcepti sunt duas auri libras fisci iuribus inferre. Sed protinus opera data est per catholicos episcopos, præcipue per sanctæ memoriæ Augustinũ, vt illa omniũ condẽnatio principis demitteretur indulgẽtia. Et domino adiuuante perfectũ est. Quia diligentia & sancto studio multum creuit sancta ecclesia. Et his ecclesię p omnibus pro pace ecclesiæ gestis, Augustino dominus & hic palmam dedit, & apud se iustitiæ coronã reseruauit: ac magis magisque iuuante Christo de die in diem augebatur & multiplicabatur pacis vnitas, & ecclesiæ Dei cõfraternitas. Et id maxime factum est post collationẽ, quæ ab vniuersis episcopis catholicis apud Charthaginem cum eisdem Do-

Mulcta hæreticis inducta.

Crispinus mulctatus.

Pax ecclesiæ per August. c. 13

matiſtarum epiſcopis facta eſt,adiuuante glorioſiſsimo & religioſiſsimo Imperatore Honorio, propter quod perficiendū etiam à ſuo latere Tribunum & notarium Marcellinū ad Aphricā iudicem miſerāt. In qua controuerſia illi omnibus modis confutati, atque de errore à catholicis conuicti, ſententia cognitoris notati ſunt, & poſt eorum appellationē pijſsimi regis reſponſo, iuſte inter hęreticos condemnati ſunt. Ex qua ratione notati ſunt ſolito amplius eorū epiſcopi, qui cū ſuis clericis & plebibus nō cōmunicauerūt, & pacē tenētes catholicā, multas eorū perſecutiones, vſq; ad membrorū amputationē & internicionē pertulerūt. Et totū illud bonū, vt dixi, per ſanctum illū hominē cōſentientibus noſtris epiſcopis ſatagentibus, & cœptū, & perfectum eſt. Porro autem poſt illā quæ cum Donatiſtis facta eſt collationē, nō deſuerunt qui dicerent, permiſſos non fuiſſe eoſdē Epiſcopos apud poteſtatem, quæ cauſam audiuit dicere omnia pro ſuis partibus, quoniā catholicæ cōmunionis cognitor ſuæ fauebat Eccleſiæ: licet hoc deficientes & victi ad excuſationem iactarent, quandoquidem & ante cōtroueſiam ijdem hæretici catholicæ communionis eundē eſſe nouerāt, & cum ab eodem conuenirentur publicis geſtis, q̄ ad collationē occurrerūt, & ſe eſſe facturos proſecuti ſunt. Poterant vtiq; ſuſpectum eum habentes recuſare congreſſum. Tamē omnipotētis Dei præſtitit auxilium, vt poſtea in Cæſarienſi Mauritaniæ ciuitate conſtitutus venerabili memoriæ Auguſtinus, quo eum venire cum alijs Epiſcopis ſedis Apoſtolicæ literę cōpulerunt, ob terminādas videlicet alias Eccleſiæ neceſsitates. Hac ergo occaſione prouenit, vt Emeritum ciuſdē loci Donatiſtarum Epiſcopum, quē ſuæ ſectę præcipuū in illa collatione habuerunt defenſorē, videret, & cū eodē publice in Eccleſia populo aſtante diuerſæ cōmunionis ex hoc ipſo diſputaret, & prouocaret geſtis Eccleſiaſticis: vt quod forte ſicut dicebant, proſequi potuit in collatione, ſed permiſſus nō fuerat, in præſenti ſine alicuius poteſtatis prohibitione aut potētia ſecurus dicere minime dubitaret, & in ſua ciuitate ſuis omnibus preſentibus ciuibus fiducialiter propriam defendere communionem non denegaret. Ille nec hac hortatione, nec ſuorū parētū & ciuiū inſtāti petitione id facere voluit, qui ei pollicebantur ſe ad eius redituros cōmunionē, etiā cū diſcrimine patrimoniorū, ſalutiſq; ſuę tēporalis, ſi modo Catholicā

Emeritus ſuperatus. cap. 14.

ſuperaret aſſertionē. At ille amplius dicere illis geſtis nihil voluit, nec valuit, niſi tantum. Iam illa, inquit, geſta cōtinetur apud Carthaginē inter Epiſcopos confecta, vtrum vicerimus, an victi fuerimus. Et dū à notario alio loco vt reſpōderet admoneretur & reticeret, eius cūctis manifeſtata diffidētia, eccleſię dei augmēta ac firmamēta prouenerunt. Quiſquis ergo diligentiam & operam beatiſsimæ memoriæ Auguſtini pro eccleſiæ Dei ſtatu cognoſcere plenius uoluerit, etiā illa percurrat geſta: & inueniet quæ vel qualia protulerit, quibus illum doctum, eloquentē & prædicatū hominē prouocaret, hortatusque fuerit vt pro ſuæ defenſione partis qđ vellet ediceret, illumq; victū cognoſcet. Scio ergo Digreſſio ſolū ipſe Poſidonius præſul, q̄ vitā hanc ſione cō- ſcripſi, verumetiā alij fratres, & conſerui ueruſus qui nobiſcū tunc intra Hipponēſem eccleſiā negociacū eodē ſancto viro viuebāt, nobis pariter ad tor. c. 15 mēſam cōſtitutis eū dixiſſe: Aduertiſtis hodie in Eccleſia meum ſermonem, eiusque initium & finem contra meam conſuetudinem proceſsiſſe, quoniam non eam rem terminatam explicuerim quam propoſueram, ſed pendentem reliquerim. Cui reſpondimus. Ita nos in tempore miratos fuiſſe ſcimus & recognoſcimus. At ille: Credo ait quòd forte aliquem errantem in populo dominus per noſtram obliuionem & errorem doceri & curari voluerit: In cuius manu ſunt & nos & ſermones noſtri. Nam cum propoſitę quęſtionis latebras pertractarem, in alium ſermonis excurſum perrexi, atque ita non concluſa vel explicata quæſtione, diſputationem terminaui magis aduerſum Manicheorum errorem, vnde nihil dicere decreueram, diſputans, quàm de ijs quę aſſerere propoſueram. Et poſt hæc, niſi fallar, ecce alia die vel poſt biduum venit quidam Firmus nomine, negociator, & intra monaſterium ſedente ſancto Auguſtino coram nobis, ad pedes eius genibus prouolutus ſeſe iactauit lachrymas fundens & rogans, vt pro eius delictis ſacerdos cum ſuis dominum deprecaretur, confitens quòd Manichæorum ſectam ſecutus fuiſſet, & in ea quàmplurimis annis vixiſſet, & propterea pecuniam multam ipſis Manichæis, vel eis quos dicunt electos, incaſſum erogaſſet: ac ſe in eccleſia per Dei miſericordiam fuiſſe eius tractatibus nuper correctam, atque Catholicum factum. Quod & ipſe uenerabilis Auguſtinus, & nos qui tunc aderamus ab eodem diligenter

ligenter inquirētes, ex eaq; re potiſsimum in illo tractatu ſibi fuerit ſatisfactum, & referente eo, nobisque omnibus ſermonis ſeriem recognoſcentibus, profundum cōſilium Dei pro ſalute animarum admirantes, & ſtupentes, glorificauimus ſanctum eius nomen & benedixim⁹: qui cum voluerit, & vnde voluerit, & quomodo voluerit, et per ſciētes & per neſcientes animarum operatur ſalutē. Ex eo ille homo propoſito ſeruorū Dei adhærēs, negociatoris dimiſit actionem, & proficiens in Eccleſiæ membris, in alia regione ad presbyterij quoq; Dei voluntate petitus & coactus officium acceſsit, tenens atque cuſtodiens propoſiti ſanctitatem: Et forte adhuc vſque nunc in rebus humanis viuit trās mare conſtitutus. Apud Carthaginem quóque dum per quendam domus regiæ procuratorem nomine Vrſum, fidei catholicæ hominē ad quoſdam Manichæorum quos electos vel electas dicunt, blaſphemis operibus præſentes peruenirētur, atque ad Eccleſiam ab eodem deducerentur, & perducerentur ab Epiſcopis, ad tabulas auditi ſunt. Inter quos etiam ſanctæ memoriæ Auguſtinus fuit, qui præ cæteris illam execrabilem ſectā nouerat, & eorum prodens eiuſmodi damnabiles blaſphemias ex locis librorum, quos illi accipiunt Manichæi, vſq; ad confeſsionem earundem blaſphemiarum eos perduxit: & quæ inter ſe illi ſuo more malo indigna, & turpia facere conſueuerunt, à fœminarum illarum velut electarum proditione, illis Eccleſiaſticis geſtis declaratum eſt. Atque ita paſtorum diligentia dominico gregi, & augmentum acceſsit, & aduerſus fures atque latrones defenſio competens procurata eſt. Cum quo dam etiam Felice de numero eorum, quos electos dicunt ijdem Manichæi, quique Hipponem venerat eundem ſeminaturus errorem, publice in Hipponēſi Eccleſia notarijs excipientibus diſputauit beatus Auguſtinus populo aſtante: Et poſt ſecundam vel tertiam collationem ille Manichæus fruſtrata vanitate & errore illius ſectę, ad noſtram cōuerſus eſt fidem atque Eccleſiam, ſicut eadem relecta docere poterit ſcriptura. Prętetium & rea cum quodā etiam Paſcentio comite domus regiæ Arriano, qui per authoritatē ſuæ perſonæ fiſci vehementiſsimus exactor, fidē Catholicā atrociter ac iugiter oppugnabat, et quāplurimos ſacerdotes Dei ſimpliciori fide viuentes, dicacitate ac poteſtate exagitabat, & perturbabat, præſentibus honoratis & nobilibus viris, apud Carthaginē ab illo prouocatus coram contulit. Sed idem hęreticus tabulas atque ſtylū, quod magiſter noſter & ante cōgreſſum, & in cōgreſſu inſtantiſsime fieri volebat, ne adeſſent omnimodo recuſauit. Et dū id pernegaſſet, dicēs q̄ legū metu publicarū periclitari tabulis ſcriptis nollet, interpoſitis ſtylo & tabulis Auguſtinus Epiſcopus cū ſuis, qui aderant conſacerdotibus, vt abſque illa ſcriptura priuatim diſputarēt, collationē ſuſcepit: prædicens quod poſtmodū cōtingit, q̄ poſt ſolutū conuentū eſſe cuiquā poſſet liberum arbitriū, forte dicere, nullo ſcripturæ documento, ſe dixiſſe quod forte non dixerit, vel non dixiſſe quod dixerit. Beatus Auguſtinus miſcuit cum eodem ſermonem, atque aſſeruit quid crederet, & ab illo quid tenēret, audiunt, & vera ratione atq; authoritate ſcripturarum probata docuit, & oſtendit noſtræ fidei firmamenta: Illius autē aſſerta nulla ueritate, nulla ſcripturarū ſanctarū authoritate ſuffulta docuit & fruſtrauit. Et vt à ſe inuicē partes digreſſę ſunt, ille magis magisq; iratus & furēs, mēdacia multa, p fide ſua falſa iactabat, victū eſſe à ſeipſo proclamans, multorū ore laudatum Auguſtinum. Quę cum illum venerabilem virum minime latērent, coactus eſt ad ipſum ſcribere Paſcentiū, pp illius metū omiſsis nominibus cōferentium, & in eis literis quicquid inter partes dictum vel geſtum fuerat, fideliter intimauit, ad ea ſi negarentur probanda magnam teſtium habens copiam, clariſsimos ſcilicet atq; honorabiles qui tunc aderant viros. Atque ille ad duo ſibi directa ſcripta, vnum vix reddidit re ſcriptum, in quo magis iniuriā facere, q̄ ſuæ ſectę rationē valuit declarare. Quod à volē- tibus & à valentibus legere cōprobatur cum ipſorū quoque Arrianorū epiſcopo quodam Maximo cum Gothis ad Aphricam veniente, apud Hipponē quàmpluribus volentibus atq; petentibus & præclaris interpoſitis viris contulit, & quid ſingulæ aſſeruerint partes, ſcriptum eſt. Quæ ſi ſtudioſi diligenter legere voluerint, proculdubio indagabūt, & quid callida & irrationabilis hęreſis ad ſeducendū & decipiendum profiteatur, & quid eccleſia Catholica de diuina teneat & prædicet trinitate. Sed quoniam ille hæreticus de Hippone rediens ad Carthaginem, de ſua multa in collatione loquacitate victorem ſe de ipſa collatione receſsiſſe iactauit, & mentitus eſt; quę vtiq; nō facile à diuinę legis ignaris examinari & diiudicari poſſent: à venerabili viro Au-

Exstat in epiſtolis Paſcētij epiſcopi.

Felix cōuerſus. cap. 16.

Paſcentium & Maximi num Arrianos quomodo vicerit. cap. 17.

gustino sequenti tẽpore stylo, & illius totius collationis de singulis obiectis & responsis facta est recapitulatio: & quàm nihil ille obiectis referre potuerit, nihilominus demonstratum est, additis supplementis quæ in tempore collationis angusto cuncta inferri & scribi minime potuerunt. Id enim egerat nequitia hominis, vt sua nouissima prosecutione multum longissima, totũ quod remanserat Quo per diei spatiũ occuparet. Aduersus Pelagianos lagianos stas quoq; nouos nostrorum temporũ hæretico detriuerit, & & disputatores callidos, arte magis subquantũ tili noxia scribentes, & vbicunq; poterãt pubecclesiæ blice & per domos loquẽtes, per annos ferme orthodo decem laborauit, librorum multa condens & xæ pro- ædens, & in ecclesia populis ex eodem errore fuerit. frequentissime disputans. Et quoniam ijdem cap. 17. peruersi sedi Apostolicæ per suam ambitionem eandẽ perfidiam persuadere conabãtur, instantissime etiam concilijs Aphricanis sanctorum episcoporũ gestum est, vt sancto Papæ vrbis Romæ, & prius venerabili Innocẽtio, & postea sancto Zozimo eius successori persuaderetur, q illa secta catholica fide & abominanda & damnanda fuisset. At illi tantæ sedis antistites suis diuersis tẽporibus eosdem notantes, atq; à membris ecclesiæ præcidẽtes, datis literis ad Aphricanas Orientis & Occidẽtis ecclesias eos anathematizãdos & deuitandos ab omnibus catholicis censuerunt. Et hoc tale de illis ecclesiæ Dei Catholicæ prolatum iudicium, etiam pijssimus Imperator Honorius audiẽs, ac sequens, suis eos legibus damnatos, inter hæreticos haberi debere cõstituit. Vnde nõnulli ex eis ad sanctæ matris ecclesiæ gremiũ vnde resilierãt, redierunt, & adhuc alij redeunt, innotescente & prævalescente aduersus illum detestabilẽ errorẽ rectæ fidei veritate. Et erat ille memorabilis vir Augustinus præcipuum dominici corporis membrũ circa vniuersalis ecclesiæ vtilitatẽ solicitus semper, ac peruigil. Et illi diuinitus donatũ est, vt de suorum laborum fructu, etiã in hac vita gaudere proueniisset, prius quidẽ in Hipponensi ecclesia & regione, cui maxime præsidebat vnitate, ac pace perfecta, deinde in alijs Aphricæ partibus siue per seipsum, siue per alios, & quos ipse dederat sacerdotes pullulasse, & multiplicatã fuisse domini ecclesiã peruidens, illosq; Manichæos, Donatistas, Pelagianistas, & Paganos ex magna parte defecisse, & ecclesiæ Dei sociatos esse congaudens. Profectibus quoq; & studijs fauens erat & exultans bonorum

Paganidefeci ũt.

omniũ, indisciplinationẽ pie, ac sancte tolerans fratrum, ingemiscensq; de iniquitatibus malorũ, siue eorũ, qui intra ecclesiã, siue eorum, qui extra ecclesiã sunt constituti, dominicis vt dixi lucris semper gaudẽs, & damnis mœrens. Tanta aũt ab eodẽ dictata & ędita sunt, tãtaq; in ecclesia disputata, excepta atq; emẽdata, vel aduersus diuersos hæreticos cõscripta, vel ex canonicis libris expositа ad ædificationẽ sanctorũ ecclesiæ filiorũ, vt ea omnia vix quisquàm studiosorũ nosse & perlegere sufficiat. Veruntamẽ ne veritatis auidissimos in aliquo fraudare videamur, statui Deo præstante, in huius opusculi fine etiam eorundẽ librorum, tractatuum & epistolarũ indiculum adiungere. Quo lecto, qui magis Dei veritatem quàm temporales amãt diuitias, sibi quisque quod voluerit, ad legendum & cognoscendũ eligat, & id ad scribendũ, vel de bibliotheca Hipponẽsis ecclesiæ petat, vbi emendatiora exemplaria forte potuerit inuenire, vel vnde valuerit inquirat, & inuẽta describat & habeat, & petenti ad scribendũ sine inuidia etiam ipse tribuat. Secundũ apostoli quoq; sententiã, dicentis: Audet quisquàm vestrum aduersus alterũ negocium habens iudicari ab iniquis, & non apud sanctos? An nescitis, quia sancti mundum iudicabunt? Et si in uobis iudicatur mũdus, indigni estis iudiciorũ minimorũ. Nescitis quia angelos iudicabimus, nedum secularia? igitur iudicia si habueritis inter vos, eos qui cõtemptibiles sunt in ecclesia, hos collocate ad iudicandũ. Ad reuerentiã vobis loquor. Sic nõ est inter vos quisque sapiens qui possit inter fratrem suũ diiudicare, sed frater cum fratre iudicio cõtendit, & hoc apud infideles. Interpellatus ergo beatus Augustinus à Christianis, vel à cuiuscunq; sectę hominibus causas audiebat diligenter, ac pie: cuiusdã vero sententiã ante oculos habens, dicẽtis se malle inter incognitos, quàm inter amicos causas audire: eo q de incognitis pro quo arbitrata æquitate iudicaretur, amicũ posset acquirere: de amicis vero vnũ esset, contra quẽ sentẽtia proferretur, perditurus. Et eas aliquando vsq; ad horã refectionis, aliquãdo aũt tota die ieiunãs, semper tamen noscebat, & dirimebat, intendens in eis Christianorũ momẽta animorũ, quantum quisq; vel in fide bonisq; operibus proficeret, vel ab ijs deficeret. Atq; compertis rerũ opportunitatibus, diuinæ legis veritate partes docebat, eamq; illis inculcabat, & eos, quo adipiscerentur vitã æternã edocebat & admo-

Lenitas erga malos.

Hic indiculus nõ extat.

1. Cor. 6 In causis audiẽdis qualis. cap. 19.

In increpando qualis.

& admonebat: nihil aliud quęrens ab ijs quibus hoc narrabat nisi tantum obedientiam & deuotionẽ Christianam, quæ & Deo de-
1. Ti. 5. betur & hominibus, peccantes coram omnibus arguens, vt cæteri timorem haberent: Et
Ezec. 3. faciebat hoc tanquàm speculator à domino cõstitutus domui Israel, prædicãs verbum at
2. Ti. 4. que instans opportune importune, arguens, hortans, increpans, in omni longanimitate et doctrina, præcipueq; operam dans instruere eos, qui essent idonei & alios docere. Rogatus quoq; à nonnullis in eorum temporalibus causis, epistolas ad diuersos dabat. Sed hanc suã à melioribus rebus occupationem tanquã angariã deputabat, suauẽ semper habens de ijs, quæ Dei sunt vel allocutionẽ uel collocutionẽ fraternæ ac domesticæ familiaPro reis ritatis. Nouimus quoq; eũ à suis charissimis quõ iter literarum intercessum apud seculi potestates cesserit ſ. postulatum non dedisse, dicentem cuiusdam
Ca. 20. sapientis seruandam esse sententiam, de quo scriptum esset, quòd multa suæ famæ contẽplatione amicis non præstitisset. Et illud nihilominus suum addẽs, quoniã plerunq; potestas, premit. Cum uero intercedendum esse rogatus uidebat, tã id honeste ac temperate agebat, ut non solũ onerosus ac molestus non uideretur, uerumetiam mirabilis extitisset. Nã dũ exorta necessitate suo more apud quẽdam Aphricæ uicariũ nominẽ Macedonium, pro supplice literis interueniisset atque ille paruisset, hoc modo rescriptum misit: Miro modo afficior sapientia tua, & in illis quæ ędidisti, et in ijs quę interueniens p reis mittere nõ grauaris. Nam & illa tantum habẽt acuminis, scientiæ & sanctitatis, ut nihil supra sit: & hæc tantum uerecundiæ, ut nisi faciã quod mandas, culpam penes me remanere, nõ in negocio esse dijudicem, domine meritò uenerabilis & suscipiende pater. Non. n. instas quod pleriq; homines istius loci ui faciunt, ut quodcũq; solicitus petitor voluerit, extorqueas: sed quod tibi à iudicet tot curis obstricto petibile uisum fuerit, admones & rogas subseruiente verecundia, quæ maxima difficilium inter bonos efficacia est. Proinde statim commendatis effectum desyderij tribui. Nam sperandi uiam ante patefecerã. Erga epi Sanctorum cõcilia sacerdotum per diuersas scopos et prouintias celebrata, cũ potuit frequentauit, clericos, nõ in eis quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi qualis. quærens, ut uel fides sanctæ ecclesię catholi-
Cap. 21. cæ inuiolata maneret, uel nõnulli sacerdotes
Phili. 2. & clerici siue per fas siue per nefas excõmunicati uel absoluerentur uel abijcerẽtur. In ordinandis uero sacerdotibus, & clericis, cõsensum maiorem Christianorũ, & cõsuetudinẽ ecclesiæ sequẽdã esse arbitrabatur. Vestis In uictu eius calceamenta & lectualia ex moderato et qualis. competenti habitu erant, nec nitida nimium, Cap. 22. nec abiecta plurimũ: quia his plerunq; uel iactare se insolenter homines solẽt, uel abijcere, ex utroq; nõ q̃ Iesu Christi sed q̃ sua sunt ijdẽ quærentes. At iste beatus, ut dixi, mediũ tenebat, neq; in dexterã neque in sinistrã declinans. Mensa usus est frugali & parca, quæ quidẽ inter olera & legumina, etiã carnes ali quãdo ꝓpter hospites, uel quosq; infirmiores continebat. Semper aũt uinum habebat, quia nouerat & docebat, ut Apostolus dicit, 1. Ti. 4. q̃ omnis creatura dei bona sit, & nihil abijciẽdũ quod cũ grariarũ actione ꝓcipitur, sanctificatur. n. per uerbũ Dei & orationẽ. Et ut idẽ Augustinus in suis cõfessionũ libris po- Lib. 10. suit, dicens: Non ego immunditiam obsonij cap. 13. timeo sed immunditiam cupiditatis. Scio. n. Gene. 9. Noe omne genus carnis qđ cibo esset usui, 3. Re. 17 mãducare permissum. Heliã cibo carnis re- Matt. 3. fectũ, Ioannẽ mirabili abstinentia ꝓditũ, ani- Gen. 25. malibus hoc est locustis in esca cedẽtibus, nõ 2. Re. 23 fuisse pollutũ. Scio & Esau lenticulæ concu- Matth. 4 piscẽtia deceptũ, & Dauid propter aquæ de- Nu. 11 syderiũ à seipso reprehẽsum, & regẽ nostrũ, nõ de carne, sed de pane esse tẽtatũ. Ideoq; & populus in eremo, non quia carnes desyderauit, sed quia escę desiderio contra Deũ murmurauit, meruit improbari. De uino aũt sumẽdo Apostoli extat sentẽtia ad Timotheũ 1. Ti. 5 scribentis, ac dicẽtis: Noli usque adhuc aquã bibere, sed uino modico utere propter stomachum & frequẽtes tua infirmitates. Cochlearibus tantũ argenteis utens cetera uasa quibus mensę inferebantur cibi, uel testea uel lignea uel marmorea erant: non tũ necessitatis inopia, sed proposito uolũtatis. Sed & hospitalitatem semper exhibuit. Et in ipsa mensa magis lectionẽ uel disputationem, quàm epulationem potationemque diligebat, & contra pestilentiã humanæ consuetudinis in ea ita scriptum habebat.

Quisquis amat dictis absentũ rodere uitã, Distichon.
Hanc mẽsam indignã nouerit esse sibi.

Et ideo omnem conuiuam à superfluis & noxijs fabulis, & detractionibus sese abstinere debere admonebat. Nam & quosdam suos familiarissimos coepiscopos illius scripturę oblitos, & cõtra eam loquentes, tam aspere aliquando reprehendit cõmotus, ut diceret, aut delendos

delendos, etiã illos de mensa versus aut se de media refectione ad suum cubiculum surrecturum. Quod ego & alij qui illi mensæ interfuimus, experti sumus. Pauperum vero semper memor erat, eisque inde erogabat vnde & sibi suisque omnibus secum habitantibus erogabatur, hoc est, vel ex redditibus possessionum ecclesiæ, vel etiam ex oblationibus fidelium. Et dum forte, vt assolet de possessionibus ipsis inuidia clericis fieret, aloquebatur plebem Dei, malle se ex collationibus plebis Dei viuere, quàm illarum possessionum curam, vel gubernationem pati, & paratũ se esse illis cedere, vt eo modo omnes Dei serui & ministri viuerent, quo in veteri testamento leguntur altari deseruientes, de eodem cõparticipari. Sed nunquã id laici suscipere voluerunt. Domus ecclesiæ curam omnemq; substantiã ad vices valentioribus clericis delegabat & credebat. Nunquã clauem, nunquã annulum in manũ habens, sed ab eisdẽ domus præpositis cũcta & accepta & erogata notabantur. Quæ anno completo eidẽ recitabãtur, quo sciretur quantũ acceptum, quantumq; dispensatũ fuisset, vel quid in dispẽsatũ vel dispensandũ remãsisset, & in multis titulis magis illius prepositi domus fidẽ sequẽs q̃ probãtũ manifestatũq; cognoscens: Domũ vero vel agrum seu uillã nunquã emere voluit. Verũ si forte ecclesiæ à quoquã sponte tale aliquid vel donaretur, vel titulo legati dimitteretur, non respuebat, sed suscipi iubebat. Nam & aliquas eũ hæreditates recusasse nouimus, non quia pauperibus inutiles esse possent, sed quoniã iustũ & equũ esse videbat, vt à mortuorum vel filijs vel parẽtibus, vel affinibus magis possiderentur, quibus ab eis deficientes dimittere noluerũt. Quidã etiam ex honoratis Hipponensium apud Carthaginẽ viuens ecclesiæ Hipponensi possessionẽ donare voluit, & confectas tabulas sibi usufructu retẽto, ultro eidẽ sanctæ memoriæ Augustino misit: Cuius ille oblationẽ libẽter accepit, cõgratulans ei q̃ æternæ suæ memor esset salutis. Verum post aliquot annos nobis forte cũ eodẽ cominus cõstitutis, ecce ille donator literas per filium suũ mittẽs, rogauit ut illæ donationũ tabulæ, suo filio redderẽtur, pauperibus vero erogandos dixerit solidos centũ: Quo ille sanctus cognito, ingemuit hominem vel finxisse donationem, vel eum de bono opere pœnituisse, & quãta potuit Deo suggerente cordi eius condoleti animo ex eadem refragatione dixit, in illius scilicet increpationẽ & correctionem. Et tabulas quas ille sponte, miserat, nec desyderatas, nec exactas confestim reddidit, pecuniamq; illã respuit: atque rescriptis eundem sicut oportuit & arguit & corripuit, admonens vt de sua simulatione vel iniquitate cum pœnitẽtię humilitate Deo satisfaceret, ne cum tã graui delicto de seculo exiret. Frequentius uero dicebat, magis securius ac tutius ecclesiam legata à defunctis dimissa debere suscipere, quàm hæreditates forte solicitas & dãnosas, ipsaque legata magis offerenda esse quàm exigenda. Cõmendata vero quæque ipse non suscipiebat, sed volentes suscipere clericos non prohibebat. In ijs quoq; quæ ecclesia habebat & possidebat intentus amore, vel implicatus cupiditate nõ erat, sed maioribus magis & spiritualibus suspensus & inhærens rebus, vix aliquando seipsum ad ista temporalia ab æternorum cogitatione relaxabat & deponebat. Quibusq; ille dispositis & ordinatis, tanquam à rebus mordacibus, & iam molestis, animi recursum ad interiora mẽtis, et superiora faciebat quo vel de inueniẽdis rebus cogitaret, vel, de iã inuentis aliquid dictaret, aut certe ex iam dictatis atque transcriptis aliquid emendaret. Et id agebat in die laborans, & in nocte lucubrãs. Ita erat quanquam illa religiosissima Maria, typum gestans supernæ Ecclesiæ, de qua scriptum est q̃ sederet ad pedes domini, atque intenta verbũ eius audiret: De qua soror conquesta, quòd ab eadẽ circã multũ ministeriũ occupata non adiuuaretur, audiuit: Martha Martha solicita es: elegit optimam partẽ Maria, quæ nõ auferetur ab ea. Nã fabricarũ nouarum nũquã studiũ habuit deuitans in eis implicationem sui animi, quem semper liberum habere volebat ab omni molestia temporali. Non tamen illa volentes & ædificantes prohibebat, nisi tantũ immoderatos. Interea dum Ecclesiæ pecunia deficeret hocipsum populo Christiano denunciabat, non se habere quid indigentibus erogare. Nam & de uasis dominicis propter captiuos, & quã plurimos indigentes, frangi & conflari iubebat, & indigentibus dispensari. Quod non commemorassem, nisi contra carnalem sensum quorundam fieri peruiderem. Et hoc ipsum etiam venerabilis memoriæ Ambrosius in talibus necessitatibus indubitanter esse faciendum & dixit & scripsit: sed & inde de neglecto a fidelibus gazophilacio & secretario, vnde altari necessaria inferuntur, aliquando in

Libertas. Cap. 23.

53.

In rectore domestica, qualis, Cap. 24

Lucæ. 10

in Ecclesia loquens admonebat, quid etiam beatissimum Ambrosium se presente in ecclesia tractauisse nobis aliquando retulerat.

Disciplina domestica. Cap. 25.

Cum ipso semper clerici, una etiam domo ac mensa, sumptibusq; cõmunibus alebantur & vestiebantur. Et ne quisdam facili iuratione etiã ad periurium decidisset, & in Ecclesia populo prædicabat, & suos instituerat ne quis iuraret, nec ad modicũ quidem. Quid si prolapsus fuisset, vnã de statutis perdebat

Pœna iurantis.

potionẽ: Numerus in. erat suis secum cõmorãtibus, & conuisãtibus poculorũ præfixus. Indisciplinationes quoq; & transgressiones suorũ à regula recta & honestate, & arguebat, & tolerabat, quãtũ decebat & oportebat.

Ps. 149.

In talibus præcipue docens ne cuiusquam cor declinaretur in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Et dũ quisq; offerret munus suũ ad altare, & illic recordatus fuisset q̃ frater suus haberet aliquid aduersus illũ, relinquendũ esse munus ante altare, atq; eundẽ fratrẽ esse reconciliandum, & tũc veniendũ, & munus ad altare offerendũ. Si uero ipse aduersus fratrẽ suũ aliq̃d haberet, corripere eũ debere in parte: & si eũ audisset,

Matth. 5

Mat. 18.

lucratus esset suum fratrẽ, si minus, adhibendũ esse vnum aut duos: Quod si & ipsos cõtemneret, Ecclesiã adhibendã. Si vero & huic nõ obediret, esset illi, vt Ethnicus et publicanus. Et illud addens, vt fratri peccãti & veniã petẽti, nõ tm̃ septies, sed septuagiessepties dimittendũ esse. Quod si ille nõ relaxetur sicut quisq; à dño quotidie sibi

De cõuictu fœminarũ. Cap. 26.

postulat relaxari. Fœminarũ aũt intra domũ eius nulla unquã cõuersata est, nulla mãsit, nec quidẽ germana soror, quæ vidua Deo seruiẽs multo tempore vsq; in diẽ obitus sui præposita ancillarũ dei vixit. Sed neq; patrui sui filiæ, & fratris sui filiæ quæ pariter Deo seruiebãt: Quas plonas sanctorũ episcoporũ cõcilia in exceptis posuerũt. Dicebat vero, qa etsi de sorore & neptibus secũ cõmorãtibus, nulla nasci possit mala suspitio, tũ quoniã illæ personæ sine alijs necessarijs secũq; manentibus fœminis esse nõ possent, & q̃ ad eas etiam alię afforis intrarẽt, de ijs posse offendiculum, aut scandalũ infirmioribus nasci, & illas qui cũ episcopo vel quolibet clerico forte manerent, ex illis omnibus fœminarum personis una cõmorãtibus, aut aduentãtibus, tẽtationibus humanis posse perire, aut certè malis hominum suspitionibus pessime diffamari: ob hoc ergo dicebat nunquam debere fœminas cũ seruis Dei, ẽt castissimis in vna manere domo, ne vt dictum est, aliquod scandalũ vel offendiculũ hoc tali exẽplo ponerẽt infirmioribus. Et si fortè ab aliquibus fœminis vt uideret vel salutaretur, rogabatur, nunquam sine clericis testibus ad eas intrabat, uel solus cum solis nunquam est locutus, nisi secretorum aliquid interesset.

Officiũ erga deduas in tribulatiõibus cõstitutas visitare.

In visitationibus uero modũ tenebat ab Apostolo definitũ, vt nõ nisi pupillos & uiduas in tribulatiõibus cõstitutas visitaret. Et statutos, si fortè ab ægrotantibus ob hoc peteretur, vt & ægro pro eis in psentis Deũ rogaret eisq; manus imponeret, sine mora pergebat. Fœminarum aũt monasteria nõ nisi urgẽtibus necessitatibus uisitabat. Seruãdũ quoq; in vitã & mortibus dominis Dei referebat, quod in institutis sanctæ memoriæ Ambrosij compererat, ut vxorẽ cuiquã nunquã posceret, neq; militare volentẽ ad hoc cõmẽdaret, neq; in sua patria petitus iret ad cõiugiũ: de singulis rebus præstãs causas scilicet ne dũ inter se coniugati casu iurgarẽt, & eũ maledicerẽt per quem coniũcti essent. Sed planè ad hoc sibi vã illã consentientibus petitũ interesse debere affirmabat sacerdotẽ, vt vel eorũ ia pacta & placita firmarentur, vel benedicerẽtur. Et ne militiæ cõmẽdatus suã culpã male agens suffragatori tribueret. Et ne per frequentiã in patriæ cõiugijs constitutis, temperantiæ mitteretur modus. Indicauerat qdam, nobis se prædicti & beatæ memoriæ viri in vicinio ui

Cap. 27.

tæ constituti, audisse sapientissimum & prudentissimum responsum, & multũ laudabat ac prædicabat. Nã cum ille uenerabilis vltimæ iacerẽt ægritudini, & à fidelibus honoratis lectoeius astãtibus, & videntibus eũ de seculo migraturũ ad Deũ, & ob hoc mœrẽtibus tanti ac talis antistitis Ecclesiã posse priuari uerbi & sacramẽti Dei dispẽsatione: cũ lachrymis rogaretur ut sibi a dño vitæ posceret cõmeatũ, eũ illis dixisse: Nõ sic vixi, vt me pudeat inter vos viuere: sed nec mori timeo: quia bonũ dñm habemus. Et in his nr. Augustinus senex elimata ac librata admirabaẽ & laudabat verba. Ideo. n. eũ dixisse intelligendũ est, nec mori timeo, quia bonũ dñm hẽmus, ne crederet psidens de suis purgatissimis moribus psumpsisse. Nõ sic vixi, vt me pudeat inter vos viuere. Hoc. n. dixerat ad illud quod hoies de homine nosse poterãt. Nã scies ex mẽ æquitatis diuinæ, de bono dño sedicit: magis q̃ de meritis suis cõsidere. Cui ẽt in oratione quotidiana dñica dicebat. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Cuiusdã quoq; coepiscopi,

Matthæ. 6

& fa-

& familiarissimi sui amici, in extremis vitæ de talibus frequētissimum referebat dictum: ad quē cum, visitandum iam morti appropinquantem ventitasset, & ille manus gestu se de seculo exiturum significaret, atque à se illi esset respōsum, adhuc eum Ecclesię necessarium viuere posse, illum ne putaretur huius vitæ teneri cupiditate respondisse ei: Si nunquam, bene. Si aliquando, quare non modo? Et talē sentētiam mirabatur & laudabat hominem protulisset, Deū quidem timentē, veruntamen in villa natum & nutritum, sed non multa lectionis eruditum scientia. Illud etiam cuiusdam ægrotantis dictum afferebat Episcopi, de quo sanctus in epistola sua quā de mortalitate scripsit martyr. Cipria-nus ita retulit, dicēs: Cum quidā de collegis & consacerdotibus nostris infirmitate defessus, & de appropinquante morte sollicitus, cōmeatū sibi precaretur, astitit deprecanti, & iam penè morienti iuuenis honore & maiestate venerabilis, statura celsus & clarus aspectu, quem astantem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi q talē videre an poterat de seculo recessurus. Atq; ille nō sine quadam animi, & vocis indignatione infremuit & dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciā vobis? Ante proximū vero diē infirmitatis obitus sui à se dictatos & æditos recensuit libros, siue eos quos primo tempore conuersionis suæ adhuc laicus, siue quos presbyter, siue quos episcopus dictauerat, & quæcunq; in his recognouit aliter quā sese haberēt ecclesiastica regula a se fuisse dictata & scripta, cū adhuc ecclesiasticū vsum minus sciret, minusq; intelligeret, à semetipso & reprehensa, & correcta sunt. Vnde etiam duo conscripsit volumina quorum est titulus de recensione librorum. Prę-reptos etiam sibi quosdam libros ante diligētiorē emendationē à nonnullis fratribus cōquerebatur, licet eos postmodū emendasset. Imperfecta etiā quædā librorum suorū præuentus morte dereliquit. Quiq; pdesse omnibus volens, & volentibus multa librorū legere, & nō valentibus, ex vtroq; diuino testa mēto veteri & nouo præmissa pfatione pręcepta diuina seu uetita ad vitæ regulam pertinētia excerpsit, atq; ex his vnum codicē fecit: vt qui uellet legeret, atq; in eo vel quàm obediens Deo inobedientiue esset agnosceret: & hoc opus voluit Speculū appellare. Verū breui cōsequēti tpe diuina voluntate & potestate pueniit, vt manus ingēs diuersis telis armata & bellis exercitata, immaniū hostium Vuandalorū & Alanorum commixtā secū habentes Gothorum gentem, aliarumq; diuersarum gentiū personas, ex Hispaniæ, partibus transmarinis nauibus Aphricæ influxisset & irrupisset: vniuarsaq; per loca Mauritaniarum etiā ad alias nostras transiens prouincias & regiones, omni sæuiens crudelitate & atrocitate, cūcta q potuit expoliatione, cędibus diuersisq; tormentis, incendijs, alijsque innumerabilibus & infandis malis depopulata est, nulli sexui, nulli parcens ætati, nec ipsis Dei sacerdotibus uel ministris, nec ecclesiarum ornamēntis seu instrumentis uel ædificijs. Et hanc ferocissimam hostium grassationem & uastationem ille homo Dei & facta fuisse & fieri non ut cæteri homines sentiebat & cogitabat: sed altius & pfundius ea cōsyderans & in his animarū pcipue vel pericula vel mortes præuidens multò amplius quàm vt scriptū est: Qui apponit sciētiā, apponit dolorē, & cor intelliges quasi tinea ossibus, fuerūt ei lachrymę panes die ac nocte, amarissimamq; & lugubrem prę cęteris suę senectutis iam penè extremam ducebat actolerabat vitam. Videbat enim ille homo dei ciuitates excidio perditas pariter cū ædificijs, villarumq; habitatores, alios hostili nece extinctos, alios effugatos atq; dispersos, Ecclesias sacerdotibus ac ministris destitutas, virginesque sacras & quosque continentes vbique dissipatos: & in his alios defecisse tormētis, alios gladio interēptos esse, alios in captiuitate perdita animi & corporis integritate ac fidei, malo more ac duro hostibus deseruire. Cernebat etiā hymnos Dei & laudes de ecclesijs deperisse, ędificia ecclesiarū quamplurimis locis ignibus concremata esse, solennia quoque quæ Deo debētur de proprijs locis defecisse: sacrificia ac sacramenta diuina vel nō quæri, vel quærenti qui tradat nō facile reperiri in ipsas montium syluas, & cauernas petrarū & spelūcas cōfugiētes, vel ad quascūq; munitiones, alios fuisse expugnatos & interfectos, alios necessarijs sustentaculis euolutos atque priuatos, vt fame contabescerent: ipsosque ecclesiarum præpositos & clericos, qui forte Dei beneficio vel eos non incurrerant, vel incurrentes euaserant, rebus omnibus expoliatos atque nudatos egentissimos mendicare, nec eis omnibus ad omnia q̄bus fulciēdi essent subueniri posse. Vix tres superstites videbat ex innumerabilibus ecclesijs, hoc est Cartaginēsem, Hipponēsem, & Circen-

Quæ ante mortem. Ca. 28.

Retractationū libri.

Speculum.

Barbarorū ira.

& Circensem, quæ Dei beneficio excisæ non sunt, & earum permanēt ciuitates, & diuino & humano fultæ præsidio, licet post eius obitum urbs Hipponensis incolis destituta, ab hostibus fuerit concremata. Et se inter hæc mala cuiusdam sapientis sententia consolabatur, dicentis: Non erit magnus magnum putans quòd cadūt ligna & lapides, & moriuntur mortales. Hæc ergo omnia ille, ut erat alte sapiens, quotidie vbertim flebat. Accreuitque mœroribus & lamentationibus eius, vt etiam adhuc in suo statu cōsistentem ad eandem Hipponensium regionum ciuitatem ab ijsdem hostibus veniretur obsidēdam. Quoniam in eius tunc defensione fuerat cōstitutus comes quidam Bonifacius cum Gothorum quōdam fœderatus exercitu, quam urbem fermè quatuordecim mensibus conclusam obsederunt. Nam & litus illi marinum intercluſione abstulerunt. Quò etiā nosipsi de vicino cum alijs nostris coepiscopis confugeramus, in eadēque omni obsidionis tempore fuimus. Vbi nobiscum super his infortunijs sæpissimè colloquebamur, & Dei tremenda iudicia præ oculis nostris posita considerabamus, dicentes: Iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Pariterque dolentes, gemētes et flentes orabamus miserationum patrem & Deum omnis consolationis, vt de eadem nos tribulatione subleuare dignaretur. Et fortè prouenit vt vna cum eodē admensam constitutis & inde confabulantibus cæperit coram nobis dicere: Noueritis me hoc tempore nostræ calamitatis Deum rogare, vt aut hanc ciuitatem ab hostibus circundatam liberare dignetur, aut si aliud ei videtur, suos seruos ad perferendam suam voluntatē fortes faciat, aut certe vt me de hoc seculo ad se accipiat. Quæ ille dicens nosque instruens, deinceps cum eodem & nos cum nostris omnibus, & ipsi qui in eadem fuerant ciuitate à summo Deo similiter petebamus. Et ecce tertio illius obsidionis mense decubuit lecto febribus fatigatus, & illa vltima exercebatur ęgritudine. Nec suum sanè dominus famulum fructu suæ precis fraudauit. Nam & sibiipsi & eidem ciuitati quod & lachrymosis depopoſcit precibus, in tempore impetrauit. Noui quoque eundem et presbyterū, & episcopum pro quibusdam energumenis petentibus vt oraret rogatū, eumque in oratione lachrymas fundentem Deum rogasse, & dæmones ab hominibus recessisse. Itemq; ad ægrotantem & lecto vacantem quendam cum suo ægroto uenisse, & rogauisse, vt eidem manum imponeret vt sanus esse posset: eumque respondisse, si aliquid in his posset, sibi hoc vtique primitus præstitisset: & illum dixisse visitatū se fuisse, sibique per somniū dictum esse. Vade ad Augustinum Episcopum, vt eidem manū imponat, & saluus erit. Quod dum comperisset, facere non distulit, & illum infirmum cōtinuo dominus sanum ab eodem discedere fecit. Interea reticēdum minime est, cum memorati impenderent hostes, a sancto viro quoque nostro coepiscopo Tabennensis ecclesię Honorato, literis fuisse consultum, vtrum nam illis aduentantibus ex ecclesijs episcopis vel clericis receden dum esset, an non. Eique rescriptis insinuasse quid magis ab illis Romaniæ euersoribus esset metuēdum. Quam eius epistolam huic scripturæ inserere uolui. Est n. sacerdotum Dei, & ministrorum moribus valde vtilis, & necessaria. isto modo rescriptum est ad eundē ab eodem. Sancto fratri & coepiscopo Honorato, Augustinus in domino salutē. Charitati tuæ misso exemplo epistolæ quam fratri Quoduultdeo nostro coepiscopo scripsi, putabam me hoc onere caruisse, quod mihi imposuisti, quęrēdo consilium quid in ijs periculis quæ in tempora nostra venerunt facere debeatis. Quanuis enim epistolam &c.

Apophthegma.

Psal. 118.

2. Cor. 1.

Morbus extremus. Cap. 29.

Cōsiliū utrū hostibus aduentā tibus ex ecclesijs episcopis dendum sit. Ca. 30.

Sanè ille sanctus in vita sua prolixa pro vtilitate ac fœlicitate sanctæ ecclesiæ catholi cæ diuinitus cōdonata, vixit annis septuagin ta sex, in clericatu autem vel episcopatu annis ferme quadraginta. Dicere autem nobis inter familiaria colloquia consueuerat, post perceptum baptismum etiam laudatos Christianos & sacerdotes absque digna, & competenti pœnitentia exire de corpore non debere. Quod etiam ipse fecit vltima qua defunctus est ægritudine. Nā sibi iusserat psalmos Dauidicos, qui sunt pauciſsimi, de pœnitentia scribi, ipsosque quaterniones iacens in lecto contra parietem positos diebus suæ infirmitatis intuebatur, & legebat, & iugiter ac vbertim flebat: Et ne intentio eius à quoquā impediretur, cauebat: Ante dies fermè decē quam exiret de corpore, à nobis postulauit præsentibus, ne quis ad eum ingrederetur, nisi ijs tātum horis quibus medici ad inspiciendum intrarent, vl cum ei inferretur refectio. Et ita obseruatum ac factum est, & omni illo tempore orationi vacabat. Verbum Dei vsque ad ipsam suam extremā ęgritudinem impræterisse alacriter & fortiter sana mē-

Epistolæ reliquū omisimus, quū sit ipsa pene uita plixior. Extat inter epistolas. 180.

Mors & sepultura. Cap. 31.

Pœnitentia in morte.

te, sano-

te, sancque consilio in ecclesia prædicauit. Membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu, atque auditu, & vt scriptum est, nobis astantibus & videntibus ac cum eo pariter orantibus, obdormiuit in pace cum patribus suis, enutritus in bona senectute: & nobis corá positis pro eius cõmendanda corporis depositione, sacrificiũ Deo oblatũ est, & sepultus est. Testamẽtum autem nullum

Sacrificiũ pro moriturо.

fecit, quia vnde faceret pauper Christi nõ habuit: Ecclesiæ bibliothecá & omnes codices diligenter posteris custodiendos semper iubebat. Siquid vero ecclesia uel in sumptibus, uel in ornamentis habuit, fideli presbytero qui sub eodem domus ecclesiæ curam gerebat, dimisit. Nec suos consanguineos uel in proposito uel extra constitutos, in sua uita & morte uulgi more tractauit. Quibus dum adhuc

Bibliotheca.

supereſſet id ſi opus fuit quod & cæteris erogauerit, non vt diuitias haberent, ſed vt aut non, aut minus egerent. Clericum ſufficientiſsimum & monaſteria virorum, ac fœminarum cõtinentium cum ſuis præpoſitis plena eccleſię dimiſit, vnà cum bibliothecis libros, & tractatus vel ſuos, vel aliorum ſanctorum habẽtibus, in quibus dono Dei qualis quantusq; in eccleſia fuerit noſcitur, & in his ſemper viuere à fidelibus inuenitur. Iuxta quod etiam ſecularium quidã poetarum ſuis iubens quo ſibi tumulum mortuo in aggere publico collocarent, pro epigrammate finxit, dicens:

Monaſteria.

Epitaphium.

Viuere poſt obitum vatẽ vis noſſe viator.
Quod legis ecce loquor, vox tua nempe mea eſt.

Et in ſuis quidem ſcriptis ille Deo acceptus & charus ſacerdos quantum lucenter veritate videre cõceditur, recte ac ſanè, fidei, ſpei, & charitatis catholicæ eccleſię vixiſſe manifeſtatur. Quod agnoſcunt, qui eundem de diuinis ſcribentem legentes proficiunt. Sed ego arbitror plus ex eo profiecre potuiſſe, qui eum & loquentem in eccleſia præſentem audire & videre potuerũt, & eius preſertim inter homines conuerſationem non ignorauerunt. Erat enim non ſolum eruditus ſcri- Mat. 13.
ba in regno cœlorum, de theſauro ſuo proferens noua & vetera, & vnus negociatorum qui inuentam precioſam margaritam, quæ habebat venditis comparauit, verum etiam ex ijs ad quos ſcriptum eſt: Sic loquamini, & ſic facite, & de quibus Saluator dicit: Qui fecerit & docuerit ſic homines, hic magnus Iacob. 2.
vocabitur in regno cœlorum. Peto autem Matt. 5.
impendio veſtram charitatem, qui hæc ſcripta legitis, vt mecum omnipotenti Deo gratias agatis, dominumq; benedicatis qui tribuit mihi intellectum, vt hæc in notitiam & præſentium & abſentiũ præſentis temporis & futuri hominum, & vellem deferre, & valuiſſem: & mecum ac pro me oretis, vt illius quondam viri, cum quo annis fermè quadraginta Dei dono abſq; amara vlla diſſenſione familiariter ac dulciter vixi, & in hoc ſeculo æmulator & imitator exiſtam, & in futuro omnipotentis Dei promiſsis cum eodem perfruar. Amen.

Poſsidonij de vita D. Auguſtini finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
IN LIBROS RETRACTATIONVM,
PROLOGVS.

A M diu, eſt quod facere cogito, atq; diſpono, quòd nunc adiuuante domino aggredior: quia differendum eſſe non arbitror, ut opuſcula mea, ſiue in libris, ſiue in tractatibus, cum quadam iudiciaria ſeueritate recenſeam, & quod me offendit, velut cenſorio ſtylo denotem. Neque enim quiſquam niſi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed ſi dicit non ea debuiſſe à me dici, quæ poſtea mihi etiam diſplicerent: verum dicit, & mecum facit. Eorum quippe reprehenſor eſt, quorum & ego. Neque enim ea reprehendere deberem, ſi dicere debuiſſem.

(Sed qui primas non potuit habere ſapientiæ, ſecundas habeat partes modeſtiæ: vt qui non
B valuit omnia impeniteuda dicere, ſaltem pœniteat quæ cognouerit dicenda non fuiſſe).Sed
1.Cor. 11. vt volet quiſque accipiat hoc quod facio, me tamen Apoſtolicam illam ſententiam, & in hac re oportuit intueri, vbi ait: Si noſipſos iudicaremus, à domino non iudicaremur. Illud etiam
Pro. 20. quod ſcriptum eſt: Ex multiloquio non effugies peccatum terret me plurimum, non quia multa ſcripſi, vel quia multa etiam, quæ dictata non ſunt, tamen à me dicta, conſcripta ſunt. Abſit enim vt multiloquium deputetur, quãdo neceſſaria dicuntur, quantalibet ſermonum multitudine ac prolixitate dicantur. Sed iſtam ſententiam ſcripturæ ſanctæ propterea timeo, quia de tam multis diſputationibus meis ſine dubio multa colligi poſſunt, quæ ſi nõ falſa, at certe videantur, ſiue etiam conuincantur non neceſſaria. Quem verò Chriſtus fideliũ ſuorum non terruit, vbi ait: Omne verbum ocioſum quodcunq; dixerit homo, reddet pro
Matt. 12. eo rationem in die iudicij. Vnde & eius Apoſtolus Iacobus: Sit, inquit, omnis homo velox
Iacob. 1. ad audiendũ, tardus autem ad loquendum. Et alio loco: Nolite, inquit, plures magiſtri fie-
Iacob. 3. ri fratres mei, ſcientes quoniã maius iudicium ſumitis: In multis enim offendimus omnes.
C Siquis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Ego mihi hanc perfectionem, nec nunc arrogo, cum iam ſim ſenex, quanto minus cum iuuenis cœpi ſcribere, vel apud populos dicere: tantumq; mihi tributum eſt, vt vbicunque me præſente loqui opus eſſet ad populum, rariſsime tacere atque alios audire permitterer, & eſſe velox ad audiendum, tardus autem ad loquendũ. Reſtat igitur vt meipſe iudicem ſub magiſtro uno, cuius de offenſionibus meis iudicium euadere cupio. Magiſtros autem plures tunc fieri exiſtimo, cum diuerſa atque in-

Magiſtros plures fieri.

ter ſe aduerſa ſentiunt. Cum verò idipſum dicunt omnes, & verum dicunt: ab vnius veri magiſtri magiſterio non recedunt. Offendunt autem non cum illius multa dicunt, ſed cum addunt ſua. Sic quippe incidunt ex multiloquio etiam in falſiloquium. Scribere autem iſta mihi placuit, vt hæc emittam in manus hominũ, à quibus ea quæ iam ædidi, reuocare emendanda non poſſum. Nec illa ſanè prætereo, quæ catechumenus iam, licet relicta ſpe quam terrenam gerebam, ſed adhuc ſecularium literarum inflatus conſuetudine ſcripſi: quia &
D ipſa exierunt in notitiam deſcribentium atque legentium, & leguntur vtiliter. Sed nonnullis ignoſcatur: vel ſi non ignoſcatur, non tamen inhæreatur erratis. Quapropter quicunq; iſta lecturi ſunt, non me imitentur errantem, ſed in melius proficientem. Inueniet enim fortaſſe quomodo ſcribendo profecerim, quiſquis opuſcula mea ordine, quo ſcripta ſunt legerit. Quod vt poſsit, hoc opere, quantum potuero, curabo, vt eundem ordinem nouerit.

RETRACTATIONVM
LIBER PRIMVS.

Contra Academicos. cap. 1.

VM ergo reliquissem, vel quæ adeptus fuerã in cupiditatibus huius mũdi, vel quæ adipisci volebam, & me ad Christianæ vitæ ociũ contulissem, nondum baptizatus, contra Academicos, vel de Academicis primùm scripsit, vt argumenta eorum, quæ multis ingerunt veri inueniendi desperationem, & prohibent cuiquam rei assentiri, & omnino aliquid tanquam manifestum certumq; sit, approbare sapientẽ, cùm eis omnia videantur obscura & incerta, ab animo meo, quia & me mouebant, quantis Libr. 1. contra Academicos. c. 1. & 7. Fortuna possem rationibus amouerem. Quod miserante atque adiuuante Deo factum est. Sed in eisdem tribus libris meis, non mihi placet toties me appellasse fortunam, quamuis non aliquam Deam voluerint hoc nomine intelligi, sed fortuitum rerum euẽtum, vel in corporis nostri, vel in externis bonis, aut malis. Vnde & illa verba sunt, quæ nulla religio dicere prohibet, forte, forsan, forsitan, fortasse, fortuito. Quod tamen totum ad diuinam reuocandum est prouidentiam. Hoc etiam ibi non tacui, dicens: Etenim fortasse quæ vulgo fortuna nominatur, occulto quodam ordine regitur, nihilque aliud in rebus casum vocamus, nisi cuius ratio & causa secreta est. Dixi quidem hoc, veruntamen pœnitet me sic illic nominasse fortunam, cum videam homines habere in pessima consuetudine, vt vbi Lib. 1. cap. 1. dici debet: Hoc Deus voluit, dicere, hoc voluit fortuna. Quod autem quodam loco dixi: Ita comparatum est, siue pro meritis nostris, siue pro necessitate naturæ, vt diuinum animum mortalibus inhærentẽ nequaquam philosophiæ portus accipiat, &c. Aut nihil horum duorum dicendum fuit, quia etiã sic sensus posset esse integer, aut satis erat dicere, pro meritis nostris, sicut verũ est ex Adam tracta miseria, nec addere, siue pro necessitate naturæ, quandoquidem naturę nostrę dura necessitas merito præcedentis iniquitatis Libr. 1. cap. 1. exorta est. Itemq; illic quod dixi: Nihil omnino colendum esse, totumque abijciendum, quicquid mortalibus oculis cernitur, quicquid vllus sensus attingit, addenda erant verba, vt diceretur: Quicquid mortalis corporis vllus sensus attingit. Est enim sensus & mentis. Sed eorum more loquebamur tunc, qui sensum non nisi corporis dicunt, & sensibilia non nisi corporalia. Itaq; vbicunq; sic Lib. 1. cap. 2. Viuere beate. locutus sum, parum est ambiguitas euitata, nisi apud eos quorum consuetudo est locutionis huius. Item dixi: Quid censeas aliud esse beatè viuere, nisi secundum id, quod in homine optimum est viuere? Et quid dixerim in homine esse optimũ, paulopost explicans: Quis, inquam, dubitauerit, nihil esse aliud hominis optimum, quam eam partem animi, cui dominanti obtemperare conuenit cætera quæcunque in homine sunt? Hæc autem ne aliam postules definitionem, mens aut ratio dici potest. Hoc quidé verum est: Nihil melius i homine q̃ mens & ratio. Nam quãtum attinet ad hominis naturam, nihil est in eo melius quàm mẽs & ratio, sed non secundum ipsam debet viuere, qui beate vult viuere, alioquin secundum hominem viuit, cum secundum Deum viuendum sit, vt possit ad beatitudinem peruenire, propter quam consequendam, non seipsa debet esse contenta, sed Deo mens nostra subdenda est. Deo mẽs nostra est subdẽ da. Omen. Itẽ respondẽs ei cum quo disputabatur: Hic Libr. 1. cap. 4. plane, in quam non erras, quod vt tibi omen sit ad reliqua, libenter optauerim. Hoc licet non serio, sed ioco dictum sit, nollem tamen eo verbo vti. Omen quippe me legisse non recolo, siue in sacris literis nostris, siue in sermone cuiusquam ecclesiastici disputatoris, quamuis abominatio inde sit dicta, quæ in diuinis libris assidue reperitur. In secundo au- Abomitẽ natio ab omine tem libro prorsus inepta est & insulsa illa quasi fabula de Philocalia & Philosophia, quid sint germanæ, & eodem parente procreatæ. dicta. Aut enim Philocalia, quæ dicitur, nõ nisi in Libr. 2. cap. 3. nugis est, & ob hoc philosophiæ nulla ratione germana. Aut si propterea est hoc nomen honorãdum, quia Latine interpretatũ, amorem significat pulchritudinis, & est vera, ac summa sapientię pulchritudo, eadem ipsa est in rebus incorporalibus, atq; summis philocalia quæ & philosophia, neque vllo modo sunt quasi sorores duæ. Alio loco cum agerem de animo dixi: Securior rediturus in Libr. 2. cap. 9. cœlum.

Li. 1. de libero arbi. ca. 12 cœlum. Iturus autem, quam rediturus dixissem securius, ꝓpter eos qui putãt animos humanos pro meritis peccatorum suorũ de cœlo lapsos siue deiectos, in corpora ista detrudi. Sed hoc ego propterea nõ dubitaui dicere, quia ita dixi in cœlũ, tanquam dicerẽ ad eum qui eius est author & cõditor, sicut beatus Cipria. non cunctatus est dicere. Nã cũ corpus è terra, spiritũ possideamus è cœlo, Eccle. 12. ipsi terra & cœlum sumus. Et in libro Ecclesiastes scriptum est: Spiritus reuertatur ad Deũ qui dedit illum. Quod vtique (sic) intelligendum est, vt non resistatur Apostolo dicenti: Nõdũ natos nihil egisse boni aut mali: Sine controuersia ergo quædam originalis Rom. 9. regio beatitudinis animi, Deus ipse est. Qui Li. 10. de Ge. ad literã. cap. 6. & 7. eum non quidem de seipso genuit, sed de nulla re alia cõdidit, sicut cõdidit corpus è terra. Nam quid attinet ad eius originem qua fit vt sit in corpore, vtrũ de illo vno sit qui primum creatus est, quando factus est homo in I animam viuã, an semper ita fiant singulis singuli, nec tunc sciebã, nec adhuc scio. In libro Lib. 3. c. 12. In deo esse summũ hominis, bonum. tertio: Si quid mihi videatur, queris, inquã, in mente arbitror esse summũ hominis bonũ. Verius dixissem: In Deo ipso enim mens fruitur vt beata sit, tanquã summo bono suo. Nec mihi illud placet quod dixi: Libet deierare per omne diuinum. Item quod dixi de Li. 3. c. 16. Academicis, quia verum nouerant, cuius simile appellabant verisimile, idque ipsum verisimile appellaui falsum, quod approbant. Li. 3. c. 17. et 18 Duas ob causas nõ recte dictũ est: vel quod falsum esset, quod aliquo modo esset simile alicuius veri, quia in genere suo & hoc verũ est, vel quod approbant ista falsa, quę vocabant verisimilia, cum illi nihil approbarent, & affirmarent nihil approbare sapientẽ. Sed quia hoc ipsum verisimile etiam probabile nuncupabant, hinc factum est, vt hoc de illis Li 3. c. 17 dicerẽ. Laus quoque ipsa qua Platonem vel Platonicos, seu Academicos philosophos tãtũ extuli, quantũ impios homines, non opor tuit, non immerito mihi displicuit: præsertim quorũ cõtra errores magnos defendẽda est K Christiana doctrina. Illud etiam quod in Li. 3. ca. 20. cõparatione argumentorum Ciceronis, quibus in libris suis Academicis vsus est, meas nugas esse dixi, quibus argumenta illa certissima ratione refutaui, quanuis iocando dictũ fit, & magis ironia videatur, non debuit tamen dici. Hoc opus sic incipit: O vtinam Romaniane hominem sibi aptum.

Libri primus de beata vita, non post libros de Academicis, sed inter illos vt scriberẽ cõtigit. Ex occasione quippe ortus est diei natalis mei, & tridui disputatione completus, sicut satis ipse indicat. In quo libro constitit inter nos, qui simul quærebamus, non esse beatam vitam, nisi perfectam cognitionem Dei. Displicet tamen illic, quod Manlio Theodoro, ad quem librum ipsum scripsi, quanuis docto & Christiano viro, plus tribui quàm deberem. Et quod fortunam etiã illic sæpe nominaui. Et quod tempore vitæ huius in solo animo sapientis dixi habitare vitam beatam, quomodolibet se habeat corpus eius, cum perfectam cognitionem Dei, hoc est, qua homini maior esse non possit, in futura uita sperat Apostolus, quæ sola beata vita dicenda est, vbi & corpus incorruptibile atque immortale spiritui suo sine vlla molestia vel reluctatione subdetur. Sanè istum librum nostro in Codice interruptum reperi non parum minus habere, & sic a fratribus quibusdam descriptus est, nec adhuc apud aliquem integrum inueneram, ex quo emendarem quando hæc retractaui. Hic liber sic incipit: Si ad philosophiæ portum. De beata vita ca. 2. In præfatione. Disputatione. 3. infra ca. proximo. infra ca. proximo.

PEr idem tempus inter illos qui de Academicis scripti sunt, duos etiam libros de ordine scripsi, in quibus magna quæstio versatur, vtrũ omnia bona & mala diuinæ prouidentiæ ordo contineat. Sed cum rem viderem ad intelligendum difficilem, satis ægre ad eorum perceptionem cum quibus agebã disputando posse perduci, de ordine studendi loqui malui, quo à corporibus ad incorporalia potest proficisci. Verum & in his libris Li. 2. c. 7 displicet mihi sæpe interpositũ fortunæ vocabulũ. Et q̃ non addebã, corporis, quãdo sensus hominis nominaui. Et quòd multum tribui liberalibus disciplinis, quas mult. sancti multum nesciunt, quidam autem qui sciunt eas, sancti non sunt. Et quòd Musas quasi aliquas deas, quanuis iocando commemorauí. Et quòd admirationem vitium nuncupaui. Et quòd philosophos non vera pietate præditos, dixi virtutis luce fulsisse. Et quòd duos mundos, vnum sensibilẽ, alterum intelligibilem, non ex Platonis vel ex Platonicorum persona, sed ex mea sic cõmendaui, tanquam hoc etiam dominus significare voluerit, quia non ait, Regnum meum non est de mundo. sed, Regnum meũ non est de hoc mũdo. cum possit & alia locutione dictum inueniri. Et si alius à domino Christo Li. 1. c. 1 Li. 1. c. 1 M Li. 1. ca. 8. &. 2. ca. 14. Li. 1. ca. 3 Li. 1. ca. 11. & 2. ca. 18. Ioã. 18.

significatus est mundus, ille congruentius
posit intelligi, in quo erit cœlum nouum &
terra noua, quando complebitur quod ora-
Apo. 21. mus, dicentes: Adueniat regnum tuum. Nec
Matt. 6. Plato quidem in hoc errauit, quia esse mun-
dum intelligibilem dixit, si non vocabulum
quod ecclesiasticę consuetudini in re illa non
vsitatum est, sed ipsam rē uelimus attendere.
Mundus intelligi- Mundum quippe intelligibilem, nuncupauit
bilis est ipsam rationem sempiternam atque incom-
mutabilē, qua fecit Deus mundum. Quam
rō, qua qui esse negat, sequitur vt dicat, irrationabili-
deus fecit ter Deum fecisse quod fecit, aut cum faceret
mundū. antequam faceret, nescisse quod faceret: si a-
N pud eum ratio faciendi nō erat. Si vero erat,
sicut erat, ipsam videtur Plato vocasse intelli
A gibilē mundum. Nec tamen isto nomine nos
vteremur, si iā satis essemus literis eccleſia-
Lib. 2. c. sticis eruditi. Nec illud mihi placet, q̄ cum
20. dixissem: Sūma opera danda est optimis mo
ribus. mox addidi: Deus enim noster aliter
nos exaudire non poterit: Bene autem viuen
tes facillime exaudiet. Sic enim dictū est, tam
quam Deus non exaudiat peccatores, quod
Ioan. 9. quidem dixit in Euangelio, sed ille qui non-
dum cognouerat Christum, à quo fuerat iā
illuminatus in corpore. Nec illud mihi pla-
cet quòd Pythagoræ philosopho tantum lau
dis dedi, vt qui hanc legit vel audit, possit pu-
Lib. 2. c. tare credidisse nullos errores in Pythagorica
20 esse doctrina, cū sint plures ijdēq; capitales.
Hoc opus sic incipit: Ordinē rerū Zenobi.
Soliloqo Inter hęc scripsi etiam duo volumina secū
rū. ca. 4. dum studium meum & amorē ratione in-
dagādę veritatis, de his rebus, quas maxime
scire cupiebā, me interrogās, mihiq; respō-
dēs, tanquā duo essemus, ratio, & ego, cū so-
Li. 2. c. 7 lus essem. Vnde hoc opus Soliloquia nomi-
naui, sed imperfectum remansit. Ita tamē, vt
B in primo libro quæreretur, & vtcunque ap-
pareret, qualis esse debeat, qui vult percipe-
re, quæ vtique non sensu corporis, sed mente
Lib. 1. c. percipitur. Et ex quadam ratiocinatione in li
15. bri fine colligitur, ea quæ vere sunt, immor-
1. cap. 1. talia esse. In secundo autem de immortalitate
animæ diu res agitur, & nō peragitur. In his
sanè libris nō approbo, quod in oratione di-
1. sen. di. xi: Deus qui nisi mundos verum scire noluī-
2. Ca. 1. sti. Responderi enim potest, multos etiā non
mundos multa scire vera. Neque enim defi-
nitum est hic quid sit verum, quod nisi mun
Li. 1. c. 1 di scire non possint, & quid sit scire. Et illud
quod ibi positum est: Deus cuius regnum est
totus mundus, quem sensus ignorat. Si Deus
intelligendus est, addenda fuerant verba vt
diceretur: Quem mortalis corporis sensus
ignorat. Si autem mundus dictus est, quem
sensus ignorat, ille recte intelligitur qui fu-
turus est in cęlo nouo & terra noua. Sed etiā Apoc. 21
hic addēda erāt illa verba, vt diceretur: mor- 1. Retra.
talis corporis sensus. Sed illo more adhuc lo- ca. 1. & 3
quebar, quo sensus proprie corporis appella- Li. 1. c. 1
tur. Nec assidue repetendum est, quid & su- 1. sen. di.
perius inde iam dixi, sed hoc recolendū, vbi- 2. ca. oēs.
cūque ista locutio in meis literis inuenitur. Li. 1. c. 7
Et vbi dixi de patre & filio: Qui gignit, & Ioan. 10.
quem gignit, unum est. dicendum fuit unum C
sunt. Sicut aperte ipsa veritas loquitur, dicēs: Li. 1. ca.
Ego & pater vnum sumus. Nec illud mihi 13.
placet, quòd in ista vita Deo intellecto iā bea
tā esse animam dixi: nisi forte spe. Item quòd
dixi: Ad Sapientiæ cognitionem non vna via
perueniri non bene sonat, quasi alia via sit
prēter Christum, qui dixit: Ego sum via. Ioan. 14.
Vitanda ergo erat hæc offensio aurium reli-
giosarum, quāuis alia sit illa vniuersalis via,
alię autem viæ, de quibus in psalmo cani-
mus: Vias tuas domine notas fac mihi, & se- Psal. 24.
mitas tuas doce me. Et in eo quod ibi dictū
est: Penitus esse ista sensibilia fugienda cauen Li. 1. ca.
dum fuit, ne putaremus illam Porphyrij fal 14.
si philosophi tenere sententiā, qua dixit: Oē
corpus esse fugiendum. Non autem dixi ego
omnia sensibilia, sed ista, hoc est corruptibi-
lia, sed hoc potius dicendum fuit. Non autē
talia sensibilia futura sunt in futuri seculi cœ
lo nouo & terra noua. Item quodam loco di-
xi, Quòd in disciplinis liberalibus eruditi, Lib. 2. c.
sine dubio in se illas obliuione obrutas eruūt 20.
discendo, & quodāmodo refodiunt. Sed hoc
quoque improbo. Credibilius est enim pro-
pterea vera respondere de quibusdā disciplī-
nis: etiā imperitos earū quando bene interro
gantur, quia præsens est eis quantū id capere D
possunt lumen rationis internæ vbi hęc im-
mutabilia vera cōspiciūt, nō quia ea nouerāt
aliqñ & obliti sunt, quod Platoni vel talibus
visum est. Contra quorū opinionē quanta
(pro susceptа opera) dabatur occasio, in libro
duodecimo de trinitate differui. Hoc opus sic
incipit. Voluenti mihi multa ac uaria mecū. Cap. 15.

POst libros Soliloquiorum iam de agro De im-
Mediolanum reuersus, scripsi librum de mortali-
immortalitate animę, quem mihi quasi com- tate ani-
monitorium esse volueram propter solilo- mę. ca. 5.
quia terminanda, quæ imperfecta remanse-
rant. Sed nescio quomodo me inuito exijt in
manus hominum, & inter mea opuscula no-
minatur. Qui primo ratiocinatione, contor-
tione atque breuitate sic obscurus est, vt fati-
get cum legitur etiam intentionem meam,
vixque intelligatur à meipso. Deinde cogi-
tans nihil aliud quàm animos hominum, in
quadam argumentatione eiusdem libri dixi:
Cap. 1. Nec esse in eo quod nihil discit disciplina po
test. Item quod alio loco dixi: Nec vllam rē
scientia complectitur, nisi quæ ad aliquā per-
tinet disciplinā: nec venit in mentē Deū non
discere disciplinā, sed habere omnium rerū
scientiam, in qua etiam præscientia est futu-
E rorum. Tale est & illud quod ibi dictum est:
Cap. 4. Non esse vitam cum ratione vlli, nisi animę.
Neque enim Deo sine ratione vita est, cum
Cap. 1. apud eum & summa vita, & summa sit ratio.
Et illud quod aliquātō superius dixi. Id qđ
Cap. 6. intelligitur eiusmodi esse semper, cum intelli
gatur & animus, qui vtique non eiusmodi
est semper. Quod verò dixit. Animum pro-
pterea non posse ab æterna ratione separari,
quia non ei localiter iungitur profecto non
dixissem, si iam tūc essem literis sacris ita eru
ditus, vt recolerē quod scriptum est: Peccata
vestra separant inter vos & Deum. Vnde in-
telligi datur, etiā earum rerū posse dici sepa-
rationem, quæ non locis, sed incorporaliter
Esa. 59. iunctæ fuerant. Quid sit etiam quod dixi:
Anima si caret corpore, in hoc mundo non
Cap. 13. est, non potui mortuos recordari: Nunquid
.n. animæ mortuorum, aut nō carēt corpore,
Corpus, aut in hoc mundo non sunt. Quasi verò infe
pestes ri non sint in hoc mūdo? Sed quia carere cor
corpo- pore in bono posui, fortasse nomine corporis
reas si- pestes corporeas appellaui. Quod si ita est,
gnificat. nimis insolenter verbo vsus sum. Illud quo-
Cap. 15. que temere dictum est: A summa essentia spe
F ciem corpori per animam tribui, qua est in-
quantumcunque est. Per animam ergo cor-
pus subsistit, & eoipso est quo animatur: siue
vniuersaliter, vt mundus: siue particulariter,
vt vnumquodque animal intra mundum.
Hoc totum prorsus temere dictum est. Hic
liber sic incipit: Si alicubi est disciplina.

De libris PEr idem tempus quo Mediolani fui ba-
disciplī- ptismum percepturus, etiam disciplinarū
narum. libros conatus sum scribere, interrogans eos
Cap. 6. qui mecum erāt, atque ab huiusmodi studijs
non abhorrebant: per corporalia cupiens ad
incorporalia quibusdā quasi passibus certis
Forte p- vel peruenire vel duci. Sed earum solum de
uenire. grammatica librum absoluere potui, quem
postea de armario nostro perdidi, & de mu-
sica sex volumina: quantum attinet ad eam

partem quæ rhythmus vocatur. Sed eosdem 1. Retra
sex libros iam baptizatus, iamque ex Italia ca. 11.
regressus in Aphrica scripsi. Inchoaueram
quippe tantummodo istam apud Mediola-
num disciplinam. De alijs verò quinque
disciplinis illic similiter inchoatis: de Dia-
lectica, de Rhetorica, de Geometria, de Ari-
thmetica, de Philosophia, sola principia re-
manserunt, quæ tamen etiam ipsa perdidi-
mus: sed haberi ab aliquibus existimo. Hoc G
opus sic incipit: Omnia nomina trecedim.

IAm baptizatus autem cum Romæ essem, De mori
nec ferre tacitus possem Manichæorum bus Ecc.
iactantiam, de falsa & fallaci continentia vel catho. &
abstinentia, qua se ad imperitos decipiendos de mori-
veris Christianis, quibus comparandi non bus Ma-
sunt, insuper præferunt, scripsi duos libros: nich.
vnum de moribus Ecclesiæ catholicæ, alte- Cap. 7.
rum de moribus Manichæorū. In eo igitur
qui est de moribus Ecclesię catholicæ, vbi po Cap. 9.
sui testimoniū, in quo legitur: Propter te afli
cimur tota die, æstimati sumus, vt oues occi- Psal. 43.
sionis, mendositas nostri codicis me fefellit
minus memorem scripturarum, in quibus
nondum assuetus eram. Nam eiusdem inter
pretationis alij codices non habent: Propter
te afficimur: sed, propter te morte afficimur. Cap. 9.
quod uno verbo alij dixerūt mortificamur.
Hoc esse verius Græci libri indicant, ex qua
lingua in Latinā secundū Septuaginta inter-
pretes, veterum diuinarum scripturarum
est facta translatio: & tamen secundum hæc
verba, id est, propter te afficimur, multa
disputans dixi, quæ in ipsis rebus non tan-
quam falsa improbo, veruntamen conuenien
tiam scripturarum veterum & nouarum,
quam demonstrare cupiebam, ex his dun- H
taxat verbis non vtique demonstraui. Vnde
autem mihi error obrepserit, dixi: & aliis te-
stimoniis eandem conuenientiam sufficien-
ter ostendi. Similiter & paulopost testimo-
nium posui de libro Sapientiæ, secundum Cap. 16.
codicem nostrum, in quo scriptum erat:
Sobrietatem enim sapientia docet, & iusti-
tiam, & virtutem. Et secundum hæc verba Sapiē. 8.
disserui res quidem veras, sed ex occasione
mendositatis inuentas. Quid enim verius
quàm quod sapientia doceat virtutem contē-
plationis, quam nomine sobrietatis significa-
tā putaui, & actionis ꝓbitatem, quā per duo
alia intelligi uolui, per iustitiam atque virtu-
tē: cum codices eiusdem interpretationis ve-
riores habeant. Sobrietatē enim & sapiētiam
docet, & iustitiā & uirtutē? His enim nomi-

Tullius li.1.offi-ciorum.

nibus Latinus interpres quatuor illas virtutes, quę maxime in ore Philosophorum] esse assolent,nominauit,sobrietatē appellans tē perantiam, & prudentiæ imponens nomen, sapientiam: fortitudinem verò virtutis vocabulo enūcians, solam iustitiā suo nomine interpretatus est. Has autē quatuor virtutes in
I eodē libro Sapientię suis nominibus appellatas,sicut à Græcis vocantur, longe postea reperimus in codicibus Græcis. Itē quod posui de libro Salomonis: Vanitas vanitatum dixit
Eccle.1. Ecclesiastes. In multis quidem codicibus le-
Cap.21. gi,sed hoc Græcus non habet, habet autem: Vanitas vanitantium,quod postea vidi,& inueni eos Latinis esse veriores,qui habent vanitantium,non vanitatum. Ex occasione tamen huius mendositatis quæcunq; disserui; vera esse in ipsis rebus apparent. Quod autē dixi: Eumipsum quem cognoscere volumus, hoc est, deū,prius plena charitate diligamus, melius diceretur,syncera,q̄ plena. Nisi forte putaretur charitatē Dei non futurā esse maiorē,quando videbimus eū facie ad faciē. Sic itaq; hoc accipiatur,tāquā plena dicta sit,qua maior esse possit,quandiu ambulamus per fidem. Erit.n.plenior,immo plenissima, scilicet per speciem. Itē quod dixi de ijs qui subueniunt indigentibus, quia misericordes vocātur,etiā si sapientes vſq; adeo sint,vt iā nul
Cap.27. lo animi dolore turbentur,nō sic accipiendū est,tanquā definierim in hac vita esse tales sapientes. Non.n.dixi,cum sint,sed dixi, etiam
Cap.30. si sint. Alio loco vbi dixi: Iam verò cum hæc
K humana dilectio inhærentem vberibus tuis nutriuerit,& roborauerit animum, sequēdo Deū factus idoneus, vbi eius maiestas ex tanta parte quanta homini dum terræ huius inhabitator est sufficit,aperire se cœperit,tātus charitatis ardor innascitur, & tantū diuini amoris consurgit incendium,vt exustis omnibus vitijs, & homine sanctificato atque purgato,satis appareat, quàm diuine dictum sit:
Deut. 4. Ego sum ignis consumens. possunt putare Pe-
Hebr.12 lagiani,istam perfectionem in hac mortali vita me dixisse posse contingere. Sed non hoc putent. Ardor quippe charitatis sequendo Deum factus idoneus & tam magnus, vt vitia cuncta consumat, in hac vita nasci & crescere pōt, perficere verò pp quod nascitur, vt nullū iusit homini vitium,non cōsequenter hic potest: quanuis tanta ista res eodem ardore charitatis perficiaī, vt perficiat quando perfici pōt: vt quemadmodū lauacrū regenerationis purgat à reatu omniū peccatorū quæ humana traxit natiuitas,& contraxit iniquitas, ita illa perfectio purget ab omni labe vitiorū, sine quibus humana esse non pōt in hoc seculo infirmitas. Sicut accipiendū est etiā quod ait Apostolus: Christus dilexit Ec- Ephe. 5.
clesiam,& seipsum tradidit pro ea, mundans L
eam lauacro aquæ in verbo,vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiā non habentē maculā, aut rugam,aut aliquid eiusmodi. Hoc est.n.lauacrum aquæ in verbo quo mūdatur Ecclesia. Sed cum tota dicat Ecclesia q̄tandiu hic est: Dimitte nobis debita nostra, non vtique hic est sine macula & ruga,aut aliquid eiusmodi: Matt. 6.
ex eo tamen quod hic accipit,ad illam gloriā, quę hic non est, perfectionemq́; perducitur. In alio libro cuius est titulus: De moribus Manichæorum,illud quod dixit Dei bonitas Cap. 7.
omnia deficientia sic ordinat, vt ibi sint vbi congruentissime possunt esse, donec ordinatis motibus ad id recurrant vnde defecerunt: non sic accipiendum est, tanquam omnia recurrant ad id vnde defecerunt,sicut Origeni visum est,sed ea omnia quæ recurrunt. Non 2.retrac.
enim recurrent ad Deū à quo defecerūt, qui Cap.14.
sempiterno igne punientur, quanuis omnia De ciuit.
deficientia sic ordinentur, ut ibi sint vbi con- dei. c.17.
gruentissime possunt esse: quia & illi qui nō recurrūt congruētissime in pœna sunt. Alio loco: Nemo ferè,inquam,de Scarabeis dubitat, quin de fimo in pilam rotundato ab his Cap.17.
atque obruto existant: cum hoc verum vtrū M
sit, multi dubitent,multi nec audiuerint quidem. Hoc opus sic incipit. In alijs libris satis opinor.

IN eadē vrbe scripsi dialogū,in quo de ani- De ani-
ma multa quæruntur ac disseruntur.i. vn- mæ quā-
de sit,qualis sit,quanta sit, cur corpori fuerit titate.c.8
data,cum ad corpus venerit qualis efficiatur, Cap.1.
qualis cum abscesserit. Sed quoniā quāta sit diligentissime ac subtilissime disputatum est, vt eam si possemus ostenderemus corporalis quantitatis non esse, & tamen magnum aliquid esse, ex hac vna inquisitione totus liber nomen accepit vt appellaretur, De animæ quātitate. In quo libro illud quod dixi: Om- Cap.20.
nes artes animā secum attulisse mihi videri: nec aliud quicquam esse id quod dicitur discere, quàm reminisci ac recordari: non sic accipiendū est, quasi ex hoc approbetur anima vel hic in alio corpore,vel alibi,siue in corpo Li.12. de
re,siue extra corpus aliquando vixisse, & ea trinitate.
quę interrogata respondet, cum hic non didi cap. 15.
cerit, in alia vita ante didicisse. Fieri enim potest, sicut iam in hoc opere supra diximus,

mus,vt hoc ideo possit,quia natura intelligibilis est, & connectitur non solum intelligibilibus, verum etiam immutabilibus rebus. Eo ordine facta est, vt cum se ad eas res mo-
A uet quibus cōnexa est,vel ad seipsam,inquantum eas videt, intantū de his vera respōdeat. Nec sanè omnes artes eo modo secum attulit, ac secum habet. Nam de artibus quæ ad sensus corporis pertinent, sicut multæ medicinæ,sicut astrologiæ omnia, nisi quod hic didicerit, non potest dicere. Ea vero quæ sola intelligentia capit,propter id quod dixi: Cum
Cap.28. vel a seipsa,vel ab alio fuerit bene interrogata,& recordata respondet. Alio loco: Vellem, inquā, hinc plura dicere ac meipsum cōstringere, dum quasi tibi præcipio, vt nihil aliud agerem q̄ redderer mihi,cui me maxime debeo. Vbi videor dicere potius debuisse, red-
Homo derer Deo, cui me maxime debeo. Sed quo-
sibi ipsi ē niam prius sibi ipse homo reddendus est, vt
reddēdus illi quasi gradu facto inde surgat atque attollatur ad Deum: sicut filius ille minor prius reuersus est ad semetipsum, & tunc ait:
Luc.15. Surgā & ibo ad patrē meū. Ideo sic sum locutus. Denique mox addidi: Atq; ideo Deo fieri amicum mancipium domino. Quod ergo dixi: Cui me maxime debeo, ad homines retuli: Magis enim mihi me debeo quàm hominibus cæteris,quanuis Deo magis quàm mi-
B hi. Hic liber sic incipit: Quoniam video te abundare ocio.
De li.ar. Cap.9. CVm adhuc Romæ remoraremur, voluimus disputando quærere, vnde sit malum. Et eo modo disputauimus, vt si possemus id quod de hac re diuinæ authoritati subditi credebamus, etiam ad intelligentiam nostram quantum differendo opitulante Deo agere possumus, ratio cōsiderata & tractata perduceret. Et quoniam constitit inter nos diligēter ratione discussa, malū non exortum, nisi ex libero voluntatis arbitrio, tres libri quos eadem disputatio peperit, apellati sunt de libero arbitrio. Quorum secundum & tertium in Aphrica,iam ēt Hippone regio presbyter ordinatus,sicut tunc potui,terminaui. In his libris ita multa differta sunt,vt incidēntes nonnullæ quæstiones, quas vel enodare non poteram, vel longam sermocinationem in præsenti requirebāt, ita differrentur,vt ex vtraque parte,vel ex omnibus earundē quæstionum partibus,in quibus non apparebat, quid potius congrueret veritati,ad hoc tamē ratiocinatio nostra concluderetur, quodlibet
C eorum verum esset, laudandus crederetur, vel etiam ostenderetur Deus. propter eos quippe disputatio illa suscepta est,qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci,& Deum, si ita est, creatorem omnium naturarum culpandum esse contendunt: eo modo volentes secundum suæ impietatis errorem (Manichęi enim sunt) immutabilem quandam et Deo coęternam introducere mali naturam. De gratia verò Dei,qua suos electos sic prædestinauit, vt eorum qui iam in eis vtuntur libero arbitrio, ipse etiam præparet voluntates, nihil in his libris disputatum est propter hanc propositam quæstionē. Vbi autem incidit locus vt huius gratię fieret cōmemoratio, transeunter commemorata est: nō quasi inde ageretur, operosa ratiocinatione defensa. Aliud est enim querere, vnde sit malum: & aliud est quęrere vnde redeatur ad pristinum, vel ad maius perueniatur bonum. Quapropter noui hæretici Pelagiani, 2.se. dis.
qui liberum sic asserunt volūtatis arbitrium, 28.ca.1.
vt gratiæ Dei non relinquant locum, quandoquidem eam secundum merita nostra dari asserunt, non se extollant quasi eorū egerim causam,quia multa in his libris dixi pro libero arbitrio, quę illius disputationis causa poscebat. Dixi quippe in libro primo: Malefa- D
cta iustitia Dei vindicari. Et addidi: Non.n. iuste vindicarentur, nisi fierent voluntate. Item cum ipsam bonam voluntatem, tā ma- Li.1.c.12
gnum bonum esse monstrarem, vt omnibus corporeis & externis bonis merito antepone rem, dixi: Vides igitur iam,vt existimo,in voluntate nostra esse constitutum, vt hoc vel fruamur,vel careamus tanto & tam vero bono. Quid enim tam in uoluntate, quam ipsa 2.se. dis.
voluntas sita est? Et alio loco: Quid ergo 28.c.alicausę est,inquam,cur dubitandum putemus, bi 2.sen.
etiam si nunquam ante sapientes fuimus,vo- dis.41.c.
luntate nos tamen laudabilem & beatam ui- si autē.
tam, voluntate turpē & miseram mereri de- Li.1.c.13
gere? Itē alio loco: Ex quo conficitur,inquā, vt quisquis recte honesteque vult uiuere, si id se velle præ fugacibus rebus uelit, assequatur tantā rem tanta facilitate, vt nihil aliud ei quam ipsum velle sit habere quod voluit. Itemq́; alibi dixi: Hæc enim ęterna lex illa, Li.1.c.14
ad cuius considerationem redire iam tempus est, incommutabili stabilitate firmauit, vt in voluntate meritum sit, in beatitate autem & miseria, premium atque supplicium. Et alio loco: Quid inquam, quisque sectandum & amplectendū eligat, in voluntate esse posi tū cōstitit. Et in libro secūdo: Homo.n.ipse E

Li.1.c.16 Cap.1. Lib.2.c. 18.Ca.1 Li.3.c.1 Li.3.c.3 2.sen.di. 28.c.alibi & dis. 41.c.si autem. Lib.3.c. 16. F Lib.3.c. 17. G Rom.6. Ioan. 5.

inquam, inquantum homo est, aliquod bonum est, quia recte viuere cum vult potest. Et alio loco dixi recte fieri non posse, nisi in eodem libero voluntatis arbitrio. Et in libro tertio: Quid opus est, inquã, quęri vnde iste motus existat, quo voluntas auertitur ab incommutabili bono ad commutabile bonum, cum eum non nisi animi, & voluntarių, & ob hoc culpabilem esse fateamur, omnisque de hac re disciplina vtilis ad id valeat, vt eo motu improbato atque cohibitio, voluntatẽ nostram ad perfruendum sempiterno bono à lapsu temporaliũ conuertamus? Et alio loco: Optime, inquam, de te veritas clamat: Non .n. possum aliud sentire esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus, facimus. Quapropter nihil tam in nostra potestate, q̃ ipsa voluntas est. Et.n. prorsus nullo intervallo mox vt volumus præsto est. Item alio loco: Si.n.tu laudaris, inquam, videdo quid facere debeas cum id non videas, nisi in illo qui est commutabilis veritas, quanto magis ille qui & velle præcepit, & posse præbuit, & non impune nolle permisit? Deinde subiunxi, dicẽs: Si enim hoc debet quisq; quod accepit, & sic homo factus est, vt necessario peccet, hoc debet vt peccet. Cum ergo peccat, quod debet facit. Quod si scelus est dicere neminem natura sua cogit vt peccet. Et iterum: Quæ tandem esse poterit, inquam, ante voluntatẽ causa voluntatis? Aut enim & ipsa voluntas est, & à radice ista voluntatis non receditur: aut non est voluntas, & peccatum nullum habet. Aut igitur voluntas est prima causa peccandi, aut nullũ peccatũ est prima causa peccandi: Nec est cui recte imputetur peccatum, nisi peccanti. Non ergo est cui recte imputetur peccatum, nisi volenti. Et paulo post: Quis, inquam, peccat in eo, quod nullo modo caueri potest? Peccatur autem: Caueri igitur potest. Quo testimonio meo in quodam libro suo Pelagius vsus est. Cui libro cũ respondissem, titulum libri mei esse volui: De natura & gratia. In his atque huiusmodi verbis meis quia gratia Dei commemorata non est, de qua tunc nõ agebatur, putant Pelagiani vel putare possunt, suam nos tenuisse sententiam. Sed frustra hoc putant: voluntas quippe est, qua & peccatur, & recte viuitur, quod his verbis egimus: Voluntas ergo ipsa, nisi Dei gratia liberetur à seruitute qua facta est serua peccati, & vt vitia superet adiuuetur: recte pieq; viui à mortalibus non potest. Et hoc diuinum beneficiũ quo liberatur, ni-

si eam præueniret, iam meritis eius daretur, & non esset gratia, quæ vtique gratis datur. Quod in alijs opusculis nostris satis egimus, istos inimicos huius gratiæ nouos hęreticos refellentes. Quanuis & in his libris, qui nõ contra illos omnino, quippe illi nondum erant, sed contra Manichæos cõscripti sunt, de libero arbitrio nõ omnimodo de ista Dei gratia reticuimus, quam nefanda impietate conantur auferre. Diximus quippe in secundo libro non solum magna, sed etiam minima bona non esse posse, nisi ab illo, à quo sunt omnia bona, hoc est Deo. Et paulopost: Virtutes, inquam, quibus recte viuitur, magna bona sunt: Species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte viui potest, minima bona sunt. Potentiæ vero animę sine quibus recte viui non potest, media bona sunt. Virtutibus uero nemo male vtitur. Cæteris autem bonis, id est, medijs & minimis, nõ solum bene, sed etiam male quisque vti potest. Et ideo virtute nemo male vtitur: quia opus virtutis est bonus vsus istorum, quibus etiam non bene vti possumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur. Quare abundantia & magnitudo bonitatis Dei, nõ solum magna, sed etiam media & minima bona esse pstitit. Magis laudanda est bonitas eius in magnis q̃ in medijs, & magis in medijs q̃ in minimis bonis: sed magis in omnibus, q̃ si non oia tribuisset. Et alio loco: Tu aũt, inquã, pietatẽ inconcussam tene, vt nullũ tibi bonũ, vel sentiẽti, vel intelligenti, vel quoquo modo cogitãti occurrat, quod non sit ex Deo. Itẽ quod alio loco dixi: Sed quoniam non sicut sponte homo cecidit, ita etiam spõte surgere potest: porrectã nobis desuper dexteram Dei, id est dominum nostrũ Iesum Christum firma fide teneamus. Et in libro tertio, cum dixissem illud, quod & Pelagium de meis opusculis vsum fuisse commemorauit: Quis enim inquam, peccat in eo quod nullo modo caueri potest? Peccatur autem: Caueri igitur potest, continuo secutus adiunxi: Et tamen etiam per ignorantiam facta quædam improbantur, & corrigenda iudicantur, sicut in diuinis authoritatibus legimus. Ait enim Apostolus: Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci. Ait & Prophęta: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Sunt etiam necessitate facta improbanda, vbi vult homo recte facere & non potest. Nam vnde sunt illæ voces: Non.n.quod volo facio bonum, sed quod odi malum, hoc

Lib.2.c. 19.2.sen. di. 26.c. si vero. 2.sen.di. 26.c.q̃ ritur. H Lib.2.c. 20. Ca. eodem. 2.sen.di. 27.c.51. 3.sen.di. 15.c.tradidit. Cap.18. 2.sen.di. 28.c.qd' verò.De natura et gratia.c. 67. I 1.Ti.1.

Psal.24. 2.sen.di. 36. cap. Qd' autẽ & Illud aũt. Rom.7. Ibidem. Galat.5. 2.sen.di. 36.ca.& ideo. K Lib.3.c. 18.3.sen. di.15. ca. tradit. 2.sen.di. 26.c.q̃ri tur. L Li.3.c. 20. & 3. c. 18. 2. sen. di.

ago. Et illud: Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Et illud: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hęc.n. inuicem aduersantur, vt non ea quæ vultis faciatis? Sed hæc omnia hominum sunt, ex illa mortis damnatione venientium. Nam si non est ista pœna hominis sed natura, nulla ista peccata sunt. Si enim non receditur ab eo modo, quo naturaliter factus est, ita vt melius esse non possit, ea quę debet facit, cum hæc facit. Si autem bonus homo esset, aliter esset: Nunc autẽ quia ita est, non est bonus, nec habet in potestate, vt bonus sit, siue non videndo qualis esse debeat, siue videdo & non valendo esse qualem se debere esse videt: pœnam istam esse quis dubitet? Omnis autem pœna si iusta est, peccati pœna est, & supplicium nominatur. Si autem iniusta est pœna, quoniam pœnam esse nemo ambigit, iniusto aliquo dominãte, homini imposita est. Porrò quia de omnipotentia Dei & iustitia dubitare dementis est, iusta hęc pœna est, & pro peccato aliquo penditur. Non enim quisquam iniustus dominatur aut surripere hominem potuit, velut ignorante Deo, aut extorquere inuito tanquam inualidiori, vel terrendo vel confligendo vt hominẽ iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo vt hæc pœna iusta de damnatione hominis veniat. Et alio loco. Approbare (inquam) falsa pro veris vt erret inuitus, & resistente atque torquẽte calore carnalis vinculi, non posse à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Cum autem de libera illa voluntate recte faciendi loquimur, de illa scilicet in qua homo factus est loquimur. Ecce tam longe antequàm Pelagiana hæresis extitisset, sic disputauimus, velut iam contra illos disputaremus. Cum enim omnia bona dicerentur ex Deo, id est, & magna, & media, & minima: in medijs quidem bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium, quia & male illo vti possumus, sed tamen tale est, quod sine illo recte viuere nequeamus. Bonus autem vsus eius iam virtus est, quæ in magnis reperitur bonis, quibus male vti nullus potest. Et quia omnia bona sicut dictum est, & magna, & media, & minima ex Deo sunt, sequitur vt ex Deo sit & bonus vsus liberę voluntatis, quæ virtus est, & in magnis numeratur bonis. Deinde dictum est: Ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta, liberet Dei gratia, quia sponet homo, id est, libero arbi-

trio cadere potuit non etiam surgere. Ad quã miseriam iustæ damnationis pertinent ignorantia & difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suæ, nec ab isto malo, nisi Dei gratia quisquam liberatur. Quã miseriam Pelagiani nolunt ex iusta damnatione Dei descendere, negantes originale peccatum: quanuis ignorantia & difficultas, etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus Deus, sed laudandus esset, sicut in eodem tertio libro disputauimus. Quæ disputatio contra Manichęos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas veteris instrumenti, in quibus originale peccatum narratur, & quicquid inde in literis apostolicis legitur, detestabili impudentia immissum fuisse cõtendũt à corruptoribus scripturarum, tanquàm non fuerit ab Apostolis dictum. contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod vtraq; scriptura commendat, quam se accipere profitentur. Hoc opus sic incipit: Dic mihi quæso te.

Iam verò in Aphrica cõstitutus, cõscripsi duos libros de Genesi cõtra Manich. Quanuis enim in superioribus libris quicquid disputaui, vnde ostendere Deum summe bonum & immutabilem, creatorem esse omniũ mutabilium naturarum, nec vllam esse naturam malam, siue substantiam inquantum natura est atque substantia, aduersus Manichæos nostra inuigilaret intentio: illi tamen duo libri apertissime aduersus eos æditi sunt in defensionem veteris legis, quam vehementi studio vesani erroris oppugnant. In primo libro, ab eo quod scriptum est: In principio fecit Deus cœlum & terram, donec septem peragantur dies, vbi legitur Deus requieuisse in die septimo. In secundo autẽ ab eo qd' scriptũ est: Hic liber creaturæ cœli & terræ, donec Adã & mulier eius dimissi sunt de paradiso, & custodia posita est ligno vitæ. Deinde de in fine libri, errori Manichęorũ fidem catholicæ veritatis opposui, quid illi dicant, & nos quid dicamus, breuiter aperteq; complectens. Quod verò dixi: Illud autem lumen non irrationabiliũ animalium oculos pascit, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum & temporalium se ad eius præcepta implenda conuertunt, quod omnes homines possunt si velint, non existiment noui hæretici Pelagiani secundũ eos esse dictum. Verum est.n. omnino omnes homines hoc posse si velint, sed præparatur voluntas à domino & tanto augetur

27. ca. Si igitur, & di. 36. ca. Ad qd' 3. sen. di. 15. ca. tradidit. Lib. 3. c. 20. & 21. 3. sen. di. 15. c. sed forte. M De Geneſi aduersus Manichæos. Cap. 10. A Li. 1. ca. 3 Cap. 1. Gene. 1

munere charitatis vt posint. Quod hic ideo dictum non est, quoniam præsenti necessarium non erat quæstioni. Quod verò ibi legitur de benedictione Dei, qua dictum est: Crescite & multiplicamini, in carnalem fœcunditatẽ post peccatum conuersam esse credendam, si non potest alio modo dictum inueniri, nisi vt putentur illi homines non habituri fuisse filios homines nisi peccassent: omnino nõ approbo. Illud etiã non est consequens, vt ideo intelligatur in allegoria tantummodo esse accipiendum, ꝙ herbæ virides, & ligna fructifera omni generi bestiarũ, & omnibus auibus, & omnibus serpentibus
B in libro Geneseos dantur ad cibum: quia sunt & quadrupedia & volatilia, quæ solis carnibus videantur. Fieri enim posset, vt alerentur ab hominibus etiam de fructibus terræ, si propter obedientiam, qua ipsi homines Deo sine vlla iniquitate seruirent, merentur omnes bestias & aues omni modo habere seruiẽtes. Item mouere potest, quomodo dixerim de populo Israel: adhuc corporali circuncisione & sacrificijs, tanquam in mari gentium populus legi seruiebat. Quandoquidem apud gentes sacrificare non poterant, sicut eos & nunc videmus sine sacrificijs remansisse, nisi forte quòd per pascha immolant ouem, hoc in sacrificijs deputetur. In secundo etiam libro illud quod posui, nomine pabuli significari posse vitam, cum melioris interpretationis codices non habeant pabulum, sed fœnum, non satis apte dictum videtur. Non enim congruit fœni nomine significatio vitæ, quomodo pabuli. Itẽ videor nõ recte appellasse verba prophetica, quibus scriptum est: Quid superbis terra & cinis? quia non in eius libro legitur, quẽ certi simus appellatum esse prophetam.
C Nec illud Apostoli, vbi adhibet testimoniũ de Genesi, dicens: Factus est primus homo Adam in animã viuentẽ, sicut voluit, intellexi, cũ exponerẽ quod scriptũ est: Insufflauit Deus in faciem eius flatum vitæ, & factus est homo in animam viuam, vel in animam viuentem. Apostolus enim ad hoc adhibuit illud testimonium, vt probaret esse corpus animale: ego autẽ hinc putaui hoc esse monstrandum animale factum prius hominem, non corpus hominis solum. Quod aũt dixi: Nulli naturæ nocere peccata nisi sua: ideo dixi, quoniã iusto qui nocet, non ei vere nocet, quandoquidẽ etiam mercedẽ eius auget in cœlis: sibi autẽ peccando vere nocet, quia propter ipsam voluntatem nocendi, recipiet id quod nocuit. Possunt sanè Pelagiani ad suũ dogma trahere istã sententiã, & ideo dicere paruulis aliena nõ nocuisse peccata, quia dixi nulli naturæ nocere peccata nisi sua: non intuentes ideo paruulos, qui vtiq; pertinent ad humanã naturã, trahere originale peccatũ, quia in primis hominibus natura humana peccauit, ac per hoc naturæ humanæ nulla nocuere peccata, nisi sua. Per unũ quippe hominẽ, in quo omnes peccauerunt, peccatũ intrauit in mundũ. Non enim nulli homini, sed nulli naturæ dixi peccata nocere, nisi sua.
Itẽ in eo quod paulopost dixi: Nullum esse D malũ naturale, possunt quærere similem latebram, nisi hoc dictum ad naturã talem referatur, qualis sine vitio primitus cõdita est. Ipsa.n. vere ac proprie natura hominis dicitur. Trãslato aũt verbo vtimur, vt naturam dicamus etiam, qualis nascitur homo. Secundum quam locutionẽ dixit Apostolus: Fuimus enim & nos aliquando natura filij iræ, sicut & cæteri. Hoc opus sic incipit: si eligerent Manichæi quos deciperent.
Deinde vt supra cõmemoraui, sex libros de musica scripsi, quorum ipse sextus maxime innotuit, quoniam res in eo digna cognitione versatur, quomodo à corporalibus & spiritualibus, sed mutabilibus numeris perueniatur ad immutabiles numeros, qui iam in ipsa sunt immutabili veritate, & sic inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciantur. Quod qui non possunt, & tamen ex fide Christi viuunt, ad illa certius atq; fœlicius cõspicienda post hanc vitam veniunt. Quid autem possunt, si desit eis fides Christi, qui vnus mediator est Dei & hominum? Cum tota sapiẽtia sua pereunt. In hoc libro illud quod dixi: Corpora enim tanto meliora sunt, quanto numerosiora talibus numeris: anima verò istis, quæ per corpus accipit carendo fit melior, cum sese auertit à carnalibus sensibus, & diuinis sapientię numeris reformatur. Non sic accipiendum est, quasi E non sint futuri numeri corporales in corporibus incorruptibilibus & spiritualibus, cum multo speciosiora & decentiora futura sint, aut anima eos sensura non sit, quando erit optima, quemadmodũ hic eis carendo fit melior. Hic enim opus habet auertere se à carnalibus sensibus ad intelligibilia capienda, quia infirma est & minus idonea vtriusque simul adhibere intentionẽ suã. Et in his corporalibus nunc illecebra cauẽda est, quandiu anima illici ad delectationem turpem potest. Tunc autem tam firma erit atq; perfecta, vt numeris corporalibus non auertatur à contemplatione sapientiæ, & ita sentiat eos, vt nõ illiciatur ab eis, nec eis carẽdo fiat melior, sed ita sit bona & recta, vt nec latere possint eã, nec occupare. Item quod dixi: Hæc autẽ sanitas tunc firmissima erit atq; certissima,
F cũ pristinæ stabilitati certo suo tempore atq; ordine hoc corpus fuerit restitutũ. Non ita dictũ putetur quasi nõ sint futura post resurrectionẽ corpora meliora, quàm primorum hominum in paradiso fuerunt, cum illa iam non sint alenda corporalibus alimentis, quibus alebantur ista: sed pristina stabilitas hactenus accipiẽda est, quatenus ægritudinem ita nullã corpora illa patientur, sicut nec ista pati possent ante peccatũ. Alio loco: Laboriosior est, inquã, huius mundi amor. Quod enim in illo anima quærit, constantiã, scilicet æternitatemq;, nõ inuenit: quoniam rerum trãsitu cõpletur infima pulchritudo, & quod in illa imitatur constantiam, à summo Deo per animã traijcitur: quoniam prior est species tãtummodo tempore cõmutabilis, quàm ea quæ & tempore & locis. Hæc verba si eo modo accipi possent, vt non intelligatur infima pulchritudo, nisi in corporibus hominũ, omniumq; animaliũ, quæ cũ sensu corporis viuunt, ratio manifesta defendit. Hoc quippe in ea pulchritudine imitatur cõstantiã, quod in compage sua manẽt eadẽ corpora inquantum manẽt: Id autẽ à summo Deo in ea per animã traijcitur. Anima quippe ipsam compagẽ tenet, ne dissoluatur, & defluat quod videmus in corporibus animaliũ anima discedente contingere. Si autẽ infima pulchritudo in omnibus corporibus intelligatur, cogit ista sententia etiã ipsum mundum animal credere, vt etiam in ipsum quod in illo imitatur constantiã, à summo Deo (per animã) traijciatur. Sed animal esse istum mundum, sicut Plato sensit, alijq; philosophi quamplurimi, nec ratione certa indagare potuit, nec diuinarum scripturarum authoritate persuaderi posse cognoui. Vnde tale aliquid à me dictum quo id accipi possit, etiam in libro de immortalitate animæ temere dictũ notaui. Non quia hoc falsum esse confirmo, sed quia nec verũ esse comprehendo, quod sit animal mundus. Hoc sanè inconcusse retinendum esse non dubito, Deum nobis non esse istum mundum, siue anima eius vlla, sine nulla sit. Quia si vlla est, ille qui eam fecit, est Deus

Lib. 1. cap. 19. Gene. 1. Libr. 1. cap. 20. Lib. 15. de ciuit. Dei. cap. 27. Lib. 1. cap. 23. Cap. 3. Libr. 2. cap. 5. Eccl. 10. Libr. 2. cap. 8. Gene. 2. 1. Cor. 15. Libr. 2. cap. 29. Libr. 2. cap. 29. Rom. 5. Lib. 2. cap. 29. Ephe. 2. De musica c. 11. 1. Retra. cap. 6. Rom. 1. 1. Tim. 2. Libr. 6. cap. 4. Lib. 6. cap. 5. Lib. 6. cap. 14. Amor huius mundi. Quòd mundus non sit animal. Li. 7. de ciuitat. Dei. cap. 23. Cap. 15. & 1. Retract. cap. 5.

noster: Si aũt nulla est, nullorum Deus põt esse iste, quanto minus Deus noster. Esse tamen spiritalẽ vitalemq; virtutem, etiã si non sit animal mundus. Quę virtus in angelis sanctis ad decorandũ atq; administrãdũ, omniũ Deo seruit, & à quibus non intelligitur, rectissime creditur. Angelorũ aũt sanctorũ
H nomine, omnem creaturam spiritalem, in Dei secreto atque occulto mysterio constitutam nunc appellauerim: sed spiritus angelicos sancta scriptura nomine animarum signi ficare nõ solet. Proinde uerò in eo quod circa finem libri huius dixi: Rationales & intellectuales numeri beatarũ animarum atq; sanctarum legem ipsam Dei, sine qua folium de arbore non cadit, & cui nostri capilli numerati sunt, nulla interposita natura excipiente, vsq; ad terrena & inferna iura transmittunt. Non video quemadmodum vocabulum animarum secundum scripturas sanctas posit ostendi: quandoquidem non nisi angelos sanctos intelligi volui, quos habere animas nusquam me legisse in diurnis eloquijs canonicis recolo. Hic liber primus De magi sic incipit: Modus, qui pes est. Sextus autem: Satis diu penes.

P Er idem tempus scripsi librum, cuius est Magi-titulus, De magistro, in quo disputatur, & strũ non quæritur, & inuenitur, magistrum non esse qui docet hominem scientiam, nisi Deum. docet ho Secundum illud etiã quod in Euangelio scriptum est: Vnus est magister vester Christus. Hic liber sic incipit: Quid tibi videmur efficere velle cum loquimur?

T unc etiam de vera religione librũ scripsi, Mat. 23. in quo multipliciter & copiosissime di- De vera sputatur, vnum verum Deum, id est Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctũ religione. c. 13. religione vera colendum: & quanta miseri- Cap. 10. cordia eius, per temporalem dispensationem concessa sit hominibus Christiana religio, quæ vera religio est, & ad eundem cultũ Dei quemadmodum sit homo quadam vita sua coaptandus. Maxime tamen cõtra duas naturas Manichæorũ liber hic loquitur. In hoc libro quodã loco, Sit, inquam, tibi manifestũ atq; perceptum, nullũ errorẽ in religione esse potuisse, si anima pro Deo suo non coleret animã, aut corpus, aut phantasmata sua. Hic Anima pro animam pro vniuersa creatura incorporali posui, non loquens more scripturarum, quæ animam quando non translato verbo vntur, nescio vtrum velint intelligi: nisi eam qua viuunt animalia mortalia, in quibus & homines

noster. 12. uersa na tura in corporali ponitur.

Cap.10. homines sunt, quandiu mortales sunt. Pau-
Rom.1. lopost autem eundem sensum melius sub bre
uiusq; complexus, vbi dixi: Non ergo crea-
turæ potius quàm creatori seruiamus, nec
K euanescamus in cogitationibus nostris, &
perfecta religio est. Creaturam quippe vno
nomine vtranque, id est spiritualem corpo-
ralemque significaui. Restat quod ibi d-
xi, aut phantasmata sua: propter quod hic
dixi, nec euanescamus in cogitationibus no-
Cap.10. stris. Item quod dixi: Ea est nostris tem-
poribus Christiana religio, quam cognosce-
re ac sequi securissima & certissima salus est,
secundum hoc nomen dictum est, non secun
dum ipsam rem, cuius hoc nomen est. Nam
Religio Christia na. res ipsa, quæ nunc Christiana religio nuncu-
patur, erat & apud antiquos, nec defuit ab ini
tio generis humani, quousque ipse Christus
veniret in carne, vnde vera religio, quę iam
Act. 11. erat, cœpit appellari Christiana. Cum enim
Discipu- eum post resurrectionem ascensionemq; in
li Chri- cœlũ cœpissent Apostoli prædicare, & pluri
stiani ve mi crederent, primum apud Antiochiã, sicut
ri primo scriptũ est, appellati sunt discipuli Christia-
appellati ni. Propterea dixi: Hæc est nostris tempo-
ribus Christiana religio, non quia prioribus
temporibus non fuit, sed quia posterioribus
Cap.10. hoc nomen accepit. Alio loco: Intende igi-
tur (inquã) in hæc quæ sequuntur diligenter
& pie quantũ potes: tales.n. adiuuat Deus.
Quod nõ intelligendũ est, quasi tantummo-
do tales adiuuet, cum adiuuet etiam nõ tales
L vt sint tales, idest vt diligenter & pie quærãt.
Tales aũt adiuuat vt inueniãt. Itemq; alibi:
Cap.12. Deinde (inquam) iam erit cõsequens, vt post
mortem corporalem, quam debemus primo
peccato, tempore suo atq; ordine suo hoc cor
pus restituatur pristinę stabilitati. Quod sic
accipiẽdum est, quia etiam pristina stabilitas
corporis quam peccando amisimus, habebat
tantam fœlicitatem, vt in defectum non ver-
geret senectutis. Huic ergo pristinæ stabilita
ti restituetur hoc corpus in resurrectione
mortuorum: Sed habebit amplius, vt nec ali-
mentis corporalibus sustentetur: sed ad suf-
ficientiam viuificetur solo spiritu, cũ resurre
xerit in spiritum viuificantẽ, qua causa etiam
spiritale erit. Illud autẽ quod primum fuit,
quamuis non moriturum: nisi homo peccas-
set, tamen animale factũ est, hoc est, in animã
Cap.14. viuentẽ. Et alibi: Vsq; adeo (inquam) pecca
Peccatũ voluntarium. tum, voluntarium malum est, vt nullo modo
sit peccatũ, si nõ sit voluntariũ. Potest vide-
ri falsa hæc definitio: sed si diligenter discu-
tiatur, inuenietur esse verissima. Peccatum
quippe illud intelligendũ est, quod tantum-
modo peccatum est, non quod est etiã pœna
peccati, sicut superius ostendi cum quædam
commemorarem ex libro tertio de libero ar- M
bitrio. Quamuis & illa quæ immerito non Cap.18.
voluntaria peccata dicuntur, quia vel à nescien
tibus vel à coactis perpetrãtur, non omnino
possunt sine voluntate committi: quoniam
& ille qui peccat ignorãs, volũtarie vtiq; pec
cat, quod cum faciendum non sit, putat esse
faciendum. Et ille qui cõcupiscente aduersus
spiritum carne, nõ ea quæ vult facit, concu-
piscit quidem nolens, & in eo non facit quod
vult. Sed si uincitur, concupiscentiæ consen-
tit nolens, & in eo non facit nisi quod vult, li-
ber scilicet iustitiæ, seruusq; peccati. Et illud
quod in paruulis dicitur originale peccatum,
cum adhuc non vtantur libero arbitrio vo-
lũtatis, nõ absurde vocatur etiã voluntariũ,
quia ex primi hominis mala voluntate con-
tractum, factum est quodammodo hæreditar-
rium. Nõ itaq; falsum est quod dixi: Vsque-
adeo peccatũ voluntarium malũ est, vt nullo
modo sit peccatum si non sit voluntarium.
Ideo gratia Dei non solum reatus omnium
præteritorum soluitur in omnibus qui bapti
zantur in Christo, quod fit spiritu regenera-
tionis: verum etiã in grandibus voluntas ipsa
sanatur, & præparatur à domino, quod fit spi A
ritu fidei & charitatis. Alio loco in eo quod Cap.16
dixi de domino Iesu Christo, Nihil egit ui, Mat.21.
sed omnia suadendo & monendo: non mihi Matt. 8.
occurrerat quod vendentes & ementes flagel Cap.25.
lo eiecit de templo. Sed quid hoc, aut quan-
tum est? Quamuis & dęmones nolentes ab
hominibus, non sermone suasionis, sed vi po-
testatis eiecerit. Itẽ alio loco, Prius (inquã)
isti sequẽdi sunt, qui vnum Deum summum
solum verum Deum & solum colẽdum esse
dicunt, si apud hos veritas non eluxerit, tunc
demum migrandum est. Quod ita potest vi-
deri dictum, quasi de huius religionis verita-
te dubitauerim. Dixi autem sicut ei congrue
bat ad quẽ scribebam. Sic enim dixi: Si apud
hos veritas nõ eluxerit, nihil dubitans quod
apud eos eluceſceret, quemadmodũ ait Apo-
stolus: Si Christus non resurrexit, nõ vtiq; 1. Cor.
dubitans quod resurrexerit. Item quod dixi: 15.
Nec miracula ista in nostra tempora durare Ca. eod.
pmissa sunt, ne anima semper visibilia quæ-
reret, & eorũ consuetudine frigesceret genus
humanum, quorũ nouitate flagrauit. Verum
est quidem: Non enim nunc usq;, cũ manus
imponitur

imponitur baptizatis, sic accipiunt spiritum
sanctum, vt loquantur linguis omnium gen
B tium: aut nunc vsq; ad vmbrã transeuntium
prędicatorum Christi sanantur infirmi, & si
qua talia tunc facta sunt, quę postea cessasse
manifestum est. Sed non sic accipiendũ est,
quod dixi, vt nunc in Christi nomine fieri
miracula nulla credantur. Nã ego ipse quan
do istum ipsum librũ scripsi ad Mediolanen
sium corpora martyrum, in eadẽ ciuitate cæ-
cum illuminatũ fuisse iam noueram, & alia
nonnulla, qualia tam multa etiam istis tem-
poribus fiunt, vt nec omnia cognoscere, nec
ea quæ cognoscimus enumerare possimus.
Cap.41. Et alio loco illud quod dixi: Sicut ait Apo-
stolus: Omnis ordo à Deo est. non eisdem
verbis hoc dixit Apostolus, quamuis eadem
Rõ. 13. uideatur esse sentẽtia. Ait quippe ille: Quæ
Cap.30. aũt sunt, à Deo ordinata sunt. Et alibi: Pror
& 41. sus, inquam, nemo uos fallat. Quicquid recte
tuituperatur, in melioris cõparatione respui-
tur. Hoc de substãtijs atq; naturis dictũ est.
Inde enim disputabatur, non de bonis actio-
Cap.46. nibus atque peccatis. Itemq; alibi. Sed nec sic
Hõ qũo quidẽ, inquam, ab homine homo diligendus
ab homi est, vt diligũtur carnales fratres, vel filij, vel
ne sit di- coniuges, vel quicunque cognati, aut affines,
ligẽdus. aut ciues. Nã & ista dilectio temporalis est.
C Nõ enim vllas tales necessitudines habere-
Dilectio mus, quæ nascẽdo & moriendo contingunt,
tempora si natura nostra in præceptis & imagine Dei
lis. manens, in istã corruptionẽ non religaretur.
Cap.19. Hunc sensum prorsus improbo, quẽ iam &
superius improbaui in primo libro de Gene
si contra Manich. Ad hoc enim ducit, vt cre
dantur illi coniuges primi non generaturi
posteros homines, nisi peccassent, tanquã ne-
cesse fuerit, vt morituri gignerẽtur, si de con-
cubitu maris & fœminæ gignerentur. Non-
dum enim videram fieri potuisse, vt non mo
rituri de non morituris nascerentur, si pecca-
to illo magno non mutaretur in deterius hu
mana natura: ac per hoc si & in parentibus
& in filijs fœcunditas fœlicitasq; manssiset,
vsq; ad certum sanctorum numerum, quem
prædestinauit Deus, nascerẽtur homines nõ
parentibus succesſuri morientibus, sed cũ vi-
uentibus regnaturi. Essent ergo etiam istę co
Cap.55. gnationes atq; affinitates, si nullus delinque-
ret, nullusq; moreretur. Item alio loco: Ad
vnũ Deum tendentes, inquam, & ei vni reli-
gantes animas nostras, vnde religio dicta cre
ditur, omni superstitione careamus. In his
verbis meis ratio quæ reddita est, vnde sit di-
cta religio, plus mihi placuit. Nã non me fu- D
git aliam nominis huius originẽ exposuisse Religio.
Latini sermonis authores, quod inde sit ap- unde.
pellata religio, quod religatur. Quod ver-
bum compositum est à legendo, id est eli-
gendo, vt ita Latinum videatur religio, si-
cut eligo. Hic liber sic incipit: Cum omnes
vitæ bonæ.

IAm verò apud Hipponem regium presby
ter scripsi librũ de vtilitate credẽdi ad ami- De vtili-
cum meum, quem deceptum à Manichęis, tate cre-
adhuc eo errore noueram detineri, & irride- dendi ad
re in catholicæ fidei disciplina, quod tuberen Hono-
tur homines credere: non autẽ quid esset ve- ratum.
rum certissima ratione docerentur. In hoc li cap. 14.
bro dixi: In quibus tamẽ legis præceptis at- Exo.20.
que mãdatis, quibus nũc Christianos vti fas Gen.17.
non est, quale uel sabbatum est, uel circunci- Cap.3.
sio, uel sacrificia, & si quid huiusmodi est, tan
ta mysteria continẽtur, ut omnis pius intel-
ligat nihil esse perniciosius, quàm quicquid
ibi est, accipi ad literam, id est ad uerbum: ni-
hil autem salubrius quam spiritu reuelari.
Inde est: Litera occidit, spiritus autem uiui- 2. Cor.
ficat. Sed aliter exposui uerba ista Apostoli 3.
Pauli, & quantũ mihi uidetur, uel potius ex De spiri
ipsis rebus apparet, multo conuenientius in tu & lite
eo libro qui inscribitur: De spiritu & litera. ra. ca. 4.
quamuis non sit & iste sensus respuendus. & 5.
Itẽ dixi: Duæ sunt enim personæ in religio- E
ne laudabiles. Vna eorũ qui iam inuenerũt, Cap.11.
quos etiam beatissimos iudicare necesse est. Duę sũt
Alia eorum, qui studiosissime inquirunt. personæ
Primi ergo sunt iã in ipsa possessione, alteri in religio-
in via, qua tamen certissime peruenitur. In ne lauda
his verbis meis, si illi qui iam inuenerunt, biles.
quos in ipsa possessione esse iam diximus, sic
accipiantur beatissimi, vt non in hac vita, sed
in ea quam speramus, & ad quam per fidei
viam tendimus sint, non habet iste sensus er-
rorem: Ipsi enim iudicandi sunt quod quæ-
rendũ est inuenisse, qui iam ibi sunt, quo nos
quærendo & credendo, id est, viam fidei te-
nendo cupimus peruenire. Si autẽ in hac vi-
ta putantur isti esse, vel fuisse, id verũ esse nõ
mihi videtur. Nõ quia in hac vita nihil ueri
oino inueniri potest, quod mẽte cernatur, nõ
fide credatur: sed quia tantũ nõ est quicquid
est, vt nos faciat beatissimos. Neque enim
quod ait Apostolus: Videmus enim (nunc)
per speculum in ęnigmate, & nunc cernitur
ex parte, nõ cernitur mente: cernitur plane, F
sed beatissimos nondum facit. Illud enim
beatissimos facit quod ait: Tunc autẽ facie
ad faciem,

ad faciem,& tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Qui hoc inuenerunt, ipsi dicendi
1.Cor.13 sunt in beatitudinis possessione cõsistere, ad
Quid beatissimum faciat. quam ducit uia fidei,quam tenemus, & quo credendo cupimus peruenire. Sed quam sint illi beatissimi,qui iam sunt in ea possessione,
Via fidei quo ducit hæc via, magna quæstio est. Et angeli quidẽ sancti quod ibi sint, nulla quæstio est. Sed de sanctis hominibus iam defunctis,utrum ipsi saltem dicendi sint iam in illa possessione consistere, merito quæritur.
Sap.9 Iam enim corpore quidem corruptibili,quo
Rom.8 anima aggrauatur,exuti sunt,sed adhuc expe
Psal. 15 ctant etiam ipsi redemptionẽ corporis sui,& caro eorum requiescit in spe, nondum in futura incorruptione claresci t. Sed utrum ad contemplandam cordis oculis veritatem, sicut dictum est, facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant,non hic locus est disputando
Cap.11. inquirere. Item quod dixi:Nam scire magna & honesta vel etiã diuina, beatissimum est, ad eandem beatitudinem referre debemus. In hac (enim) uita quantacunque id sciatur, nondum est beatissimum: quoniam incomparabiliter longe est amplius quod inde
Cap.15. G nescitur. Et quod dixi:Multũ interesse utrũ aliquid mentis certa ratione teneatur, quod
Cap.eodem. scire dicimus,an famæ uel literis credendum posteris vtiliter commẽdetur. Et paulopost: Quod scimus igitur,debemus rationi: quod credimus, authoritati. non sic accipiendum est, vt in sermone usitatiore vereamur nos dicere scire,quod idoneis testibus credimus. Proprie quippe cum loquimur,id solum sciri dicimus, quod mentis firma ratione comprehendimus. Cum verò loquimur verbis
Scire quid. cõsuetudini aptioribus, sicut loquitur etiam diuina scriptura, non dubitemus dicere scire nos,& quod percipimus nostri corporis sensibus,& quod fide dignis credimus testibus, dum tamen inter hæc & illud quid distet in-
Ca.12.& 15. telligamus. Item quod dixi:Nemini dubium est,omnes homines,aut stultos esse,aut sapiẽtes,potest videri esse contrarium illi,quod le
Cap.24. Adã utrum sapiẽs fuerit uel stultus. gitur in libro tertio de libero arbi. Quasi verò natura humana præter stultitiã & sapiam nullam mediam recipiat affectionem. Sed illud ibi dictũ est,vbi de primo homine quęrebatur,vtrum sapiens fuerit factus,an stultus an neutrum: quoniam nullo modo stultum
H dicere poteramus, qui siue vitio factus est, cum sit stultitia magnum vitium: & sapientem quomodo diceremus, qui potuit seduci, non satis apparebat. Ideoque ad compendiũ dicere volui, quasi verò natura humana præter stultitiam & sapientiam nullam mediam recipiat affectionem. Intuebar quippe & par Paruuli nec sapiẽ tes nec stultos uulos, quos licet confiteamur trahere originale peccatum,tamen nec sapientes,nec stultos possumus proprie dicere, nondum utentes libero arbitrio,seu bene seu male. Nunc autem aut sapientes, aut stultos esse omnes homines dixi, eos volens intelligi, qui iam ratione utuntur, qua discernuntur à pecoribus,ut homines sint, sicut dicimus beatos esse omnes homines velle.Nunquid enim in hac sententia tam uera atque manifesta metuimus, ne intelligat & paruuli, qui hoc adhuc velle non possunt? Alio loco cum mira- Cap. 16
cula commemorassem quæ dominus Iesus Miracu-
fecit cum hic esset in carne: adiunxi,dicens: la quare
Cur,inquis,ista modo non fiunt? Atque re- nunc nõ
spondi,quia non mouerent, nisi mira essent: fiant.
si autem solita essent, mira non essent. Hoc Cap. 18
autem dixi,quia nõ tanta, nec omnia modo, non quia nulla fiunt etiã modo. In fine autẽ libri. Sed quoniam sermo iste noster,inquã, multo processit longius quàm putabam, hic finem libro faciamus, in quo memineris volo, nondum Manichæos me cœpisse refelle- I
re,& illas nugas nondum inuasisse, neque de ipsa catholica doctrina magnũ aliquid aperuisse, sed voluisse tantummodo eruere tibi si possem falsam opinionem de ueris Christianis malitiose aut imperite vobis insinuatã, & erigere ad magna quædam & diuina discenda. Quare hoc volumen ita sese habeat, placatiore autem animo tuo facto,ero fortassis in cæteris promptior. Hæc non ita dixi, quasi nihil aduersus Manichæos adhuc scripsissem, vel nihil de doctrina catholica mandassem literis,cum tot superius ædita volumina de vtraque re non me testentur tacuisse,sed in hoc libro ad illum scripto nondum Manichæos refellere cœperam,& illas nugas nondum inuaseram, neque de ipsa catholica magnum aliquid aperuerã,quoniam sperabam hoc initio facto, ad eum ipsum me scripturum fuisse, quæ hic nondum scripseram.Hic liber sic incipit:Si mihi Honorate.

POst hunc librum scripsi adhuc presby- Contra
ter contra Manichæos de duabus anima- Manic.
bus, quarum dicunt vnam partem Dei esse, de duã-
alteram de gente tenebrarum,quam non cõ- bus ani-
diderit Deus,& quæ sit Deo coæterna:& has mabus.
ambas animas,vnam bonam, alteram malã, Cap. 15
in uno homine esse delirãt. Istam scilicet ma K
lam propriam carnis esse dicentes quã carnem etiam

nem etiam dicunt gentis esse tenebrarum. Illam verò bonam ex aduentitia Dei parte,quæ cum tenebrarum gente cõsiixerit,atq; utrunque miscuerit. Et omnia quidẽ bona hominis illi bonæ animæ, oĩa vero mala illi malæ aĩę tribuunt. In hoc libro illud quod dixi:
Cap. 1 Nullã esse qualẽcunque vitã,quæ non eoipso quo uita est,& inquantũ omnino uita est, ad summũ uitæ fontẽ principiũq; pertineat. ita dixi, vt tanquã creatura ad creatorẽ pertinere intelligatur, non autẽ de illo esse tan-
Cap. 10 quã pars eius existimet. Itẽ quod dixi: Nus-
2.sen.di. quã scilicet nisi in volũtate esse peccatũ, pos-
41.c.illius etiã. sunt Pelagiani ꝓ se dictũ putare ꝑp paruulos,quos ideo negãt habere peccatũ,quod eis in baptismate remittatur,quia nõdũ arbitrio volũtatis vtunt. Quasi vero pctm quod eos ex Adã dicimus originaliter trahere, id est, reatu eius implicatos, et ob hoc pœnę obnoxios detineri,nusquã esse potuerit,nisi in voluntate,qua voluntate commissum est, quan
L do diuini ꝑcepti est facta transgressio. Potest etiã putari falsa esse ista sententia, qua diximus, Nusquã,nisi in uoluntate esse pctm,qa
Rom.7. dixit Apostolus:Si aũt qđ nolo hoc facio,iã non ego operor illud, sed qđ habitat in me pctm.Hoc.n.pctm vsqueadeo nõ est in volũtate,vt dicat:quod nolo,hoc facio. Qũo ergo nusquã est, nisi in voluntate pctm? Sed hoc peccatum de quo sic est locutus Apostolus, ideo peccatum vocat, quia peccatum factum est,& pœna peccati est: qñdoquidem hoc de cõcupiscentia carnis dicitur, quod aperit in consequẽtibus dicens: Scio quia nõ habitat
Perfectio boni. in me,hoc est,in carne mea bonum: velle.n. adiacet mihi, ꝓficere autẽ bonum non inuenio.Perfectio ꝙppe boni est, vt nec ipsa con
Peccatũ in uolũtate. cupiscentia peccati sit in homine,cui quidem quando bene uiuitur, non consentit voluntas, veruntamen non perficit bonum, quia
Nõ nisi uolũtate peccatur. ineſt adhuc concupiscentia,cui repugnat voluntas,cuius concupiscentię reatus in baptismate soluitur, sed infirmitas manet, cui donec sanetur, omnis fidelis, qui bene proficit,
Cap.10 M studiosissime reluctatur. Peccatum autem quod nusquam est,nisi in volũtate,illud præcipue intelligendum est, quod ista damnatio consecuta est. Hoc enim per vnum hominẽ introiuit in mundum:quanquam & hoc peccatum quo consentitur peccati concupiscentiæ, non nisi voluntate committitur. Propter hoc & alio loco dixi.Non igitur nisi voluntate peccatur.Itemq; alio loco ipsam vo-
2.sen.di. luntatem definiui dicens: Voluntas est animi motus cogente nullo, ad aliquid vel non admittẽdum,uel adipiscendum. Quod propterea dictum est, vt hac definitione volens a noléte discerneret, & sic ad illos referretur intentio,qui primi in paradiso fuerũt humano generi origo mali, nullo cogente peccando,hoc est,libera voluntate peccãdo, quia & sciẽdo cõtra præceptum fecerunt, & ille tentator suasit vt hoc fieret,nõ coegit.Nã et qui nesciens peccauit, nõ incongruenter nolens peccasse dici potest,quanuis & ipse quod nesciens fecit,volẽs tamẽ fecit, ita nec ipsius esse potuit sine voluntate peccatum. Quæ voluntas utique sicut definita est, animi motus fuit nullo cogente,ad aliquid vel non admittendum,vel adipiscẽdum. Quod enim si noluisset, non fecisset, non coactus est facere. Quia voluit,ergo fecit, etsi non quia voluit peccauit, nesciens peccatum esse quod fecit: ita nec tale peccatum sine uoluntate esse potuit,sed voluntate facti, non voluntate pecca
ti. Quod tamen factum peccatum fuit: hoc A
enim factum est,quod fieri nõ debuit. Quisquis autem sciens peccat,si potest cogenti ad pctm sine peccato resistere,nec tamẽ facit,vtique volẽs peccat,quoniam qui potest resistere non cogitur cedere. Qui verò uolenti cupiditati bona voluntate resistere non potest, & ideo facit cõtra ꝑcepta iustitiæ, iã hoc ita peccatum est,vt sit et pœna peccati. Quapropter pctm sine voluntate esse nõ posse verissimum est. Itemque definitio peccati qua diximus: Peccatum est voluntas retinendi vel Cap.11
consequendi quod iustitia uetat,& vnde libe 15.q. c.1
rũ est,abstinere,,ꝓpterea vera est,quia id de- 2.sen.di.
finicum est quod tantummodo pctm est,non 35. ca.1
quod est pœna peccati. Nam quãdo tale est, Peccatũ
vt idem sit & pœna peccati,quantũ est quod quid.
valet voluntas sub dominante cupiditate,nisi forte si pia est, ut oret auxilium? Intantum.n.libera est:quia intãtum liberata est,& intantum appellatur voluntas. Alioquin tota cupiditas,quę uoluntas proprie nuncupanda est:quę non est sicut Manichæi desipiunt, alienę naturę additamentum, sed nostrę uitium,à quo non sanamur: nisi gratia saluatoris. Quod si quidã dicit etiam ipsam cupi- B
ditatẽ nihil esse aliud quàm uoluntatẽ,sed uitiosam peccatoq́; seruientẽ,non resistendum est nec de uerbis, cum res constat, cõtrouersia facienda est. Sic enim ostenditur sine uoluntate nollum esse peccatum siue in opere, siue in origine. Rursus in eo quod dixi: Iam Cap. 12
quærere cœperã: utrũ illud malũ genus animarum

Universidad de Piura Biblioteca

marũ antequàm bono miſceretur, habuiſſet aliquã uoluntatem. Si enim nõ habebat, ſine peccato ateq; innocens erat, & ideo nullo modo malum. Cur igitur inquiunt peccatum dicitis paruulorum, quorum voluntatem nõ tenetis ream? Reſpondetur non eos ꝓprietate voluntatis, ſed origine reos teneri. Omnis enim homo terrenus quid eſt origine, niſi Adam? Porrò autem Adam habebat vtiq; uoluntatem, qua volũtate cum peccaſſet, peccatum per eum intrauit in mundũ. Itẽq; in eo quod dixi: Natura eſſe malę aię nullo modo queunt. Si quærit quõ accipiamus quod ait Apoſtolus: Fuimus & nos natura filij iræ ſicut & cæteri, reſpondemus naturam in his verbis meis me intelligi uoluiſſe illam, quæ proprie natura dicitur, in qua ſine vitio creati ſumus. Nam iſta propter originem natura appellatur, quæ origo utiq; habet vitium quod eſt cõtra naturã. Et iterum in eo quod dictum eſt: Peccati reum teneri quenquam, quia non fecit quod facere non potuit, ſummæ iniquitatis & inſaniæ eſt. Cur ergo, inquiunt, paruuli tenentur rei? Reſpõdetur quia ex eius origine tenentur, qui non fecit quod fa-
re potuit, diuinum ſcilicet ſeruare mandatũ. Quod autẽ dixi: Illę animę quicquid faciũt, ſi natura non voluntate faciunt id eſt ſi libero & ad faciendum & ad non faciendum motu animi carent, ſi denique his abſtinendi ab opere ſuo poteſtas nulla cõceditur, peccato earum teneri non poſſumus: propterea non perturbat de paruulis quæſtio, quia, ex illius origine rei tenentur qui voluntate peccauit, quando libero, & ad faciendũ & ad nõ faciendũ motu animi non carebat, eique ab opere malo abſtinendi ſumma poteſtas erat. Quod Manichæi de tenebrarum gente non dicunt, quam fabuloſiſſime inducunt, eamque naturam ſemper malam, nunquam bonã fuiſſe contendunt. Illud autem quæri põt quomodo dixerim. Etiam ſi ſunt animæ quod interim incertum eſt, corporeis officijs non peccato, ſed natura deditæ, nosq; quanquam ſint inferiores, aliqua tamen interiore uicinitate contingunt, nõ illas ideo malas haberi oportere, quia & nos cum eas ſequimur et corporea diligimus, mali ſumus: quãdoquidem de illis hoc dixi, de quibus ſuperius loqui cœperam, dicens: Quanquam etiã ſi eis quidem concedatur inferiore alio genere animarum nos illici ad turpia, non inde conficiunt, aut illas natura malas eſſe, aut iſtas ſummum bonum. De his enim diſputationem vſque ad hunc locum prẽduxi, vbi dixi: Etiam ſi ſunt animæ, quod (interim) incertum eſt, corporeis officijs, non peccato, ſed natura deditæ &c. Quæri ergo poteſt, cur dixerim, quod (interim) incertum eſt, cum prorſus dubitare non debuerim, nõ eſſe tales animas. Sed hoc ideo dixi: Quia expertus ſum qui dicerent diabolum et angelos eius bonos eſſe in genere ſuo, & in ea natura, in qua eos creauit deus ordine ꝓprio tales quales ſunt: ſed nobis malum eſſe, ſi illiciamur & ſeducamur ab eis: ſi autem caueamus eos atque uincamus, decorũ atque glorioſum. Et hoc qui dicunt uidentur ſibi, ut id probent, de ſcripturis adhibere idonea teſtimonia. Vel illud quod ſcriptum eſt in libro Iob, cum diabolus deferiberet: Hoc eſt initiũ figmenti domini, quod fecit ad illudendum cum angelis ſuis. Vel illud in pſa. 103. Draco hic quẽ finxiſti ad illudendum ei. Quam quæſtionem, quia nõ aduerſus Manichæos, qui hoc non ſentiunt, ſed aduerſus alios, qui hoc ſentiunt cum ſuſcipienda eſſet atque ſoluenda, pertractare atque enodare tũc nolui, ne librum multo quàm vellẽ, facerem lõgiorem: cum videre etiam ſi hoc concederetur, tamen debere Manichæos ac poſſe conuinci, introducentes inſaniſſimo errore, naturam mali æterno bono coęternam. Ideo ergo dixi: Quod interim incertum eſt, non ꝙ ego inde dubitarem, ſed quòd inter me & illos quos ita ſapere inueneram, nondum eſſet iſta quæſtio diſſoluta, quam tamen in alijs longe poſterioribus libris meis, de Geneſi ad literã, ſecũdm ſcripturas ſanctas quãta potui manifeſtatione diſſolui. Alio loco: Propterea, inquã, corporea diligẽdo peccamus, quia ſpiritalia diligere & iuſtitia iubemur, & natura poſſumus, & tunc in noſtro genere optimi & beatiſsimi ſumus. Vbi quæri poteſt, cur natura & non gratia potius dixerim. Sed contra Manicheos de natura queſtio verſabatur. Et utiq; id agit gratia, ut ſanata natura quod vitiata nõ põt, poſsit per eũ qui uenit ꝙrere & ſaluum facere quod perierat. Quã tamen gratiam etiam tunc recolens oraui ꝓ familiariſsimis meis qui mortifero illo adhuc tenebantur errore, & dixi: Deus magne, Deus omnipotens, Deus ſummæ bonitatis, quẽ inuiolabilem & incorruptibilem atque immutabilem credi atque intelligi fas eſt, trina unitas, quã catholica eccleſia colit, ſupplex oro expertus in me miſericordiam tuã, ne homines cũ quibus mihi à puerita in hominum

minũ uictu fuit ſumma conſenſio, in tuo cultu à me diſſentire permittas. Sic utique orãs, iam fide retinebam, non ſolum conuerſos ad Deum gratia eius adiuuari, vt proficiant ac perficiãtur, vbi adhuc dici poteſt pro merito conuerſionis illorum iſtam dari gratiam, verum etiã ut conuertãtur ad Deum, ad ipſam Dei gratiam pertinere: quandoquidem pro eis orauit qui erant ab illo nimis auerſi, atque ut ad illum conuerterentur oraui. Hic liber ſic incipit: Opitulãte Dei miſericordia.

Acta cõtra Fortunatum Manich. Cap. 16.

EOdem tempore presbyteri j mei, contra Fortunatum quendam Manichæorum presbyterum diſputaui, qui plurimum temporis apud Hipponẽ vixerat, ſeduxeratq́ tam multos, ut propter illos ibi eum delectaret habitare. Quæ diſputatio nobis altercantibus excepta eſt à notarijs, veluti geſta conficerentur, nam & diẽ habet, & conſulem. Hãc in librum memoriæ mandandam conferre curauimus. Verſatur ibi quæſtio, unde ſit malũ. Me aſſerente exortũ fuiſſe homines malum ex libero volũtatis arbitrio. Illo aũt naturam mali Deo coæternã perſuadere mo lientẽ: ſed conſequenti Die tandẽ cõfeſſus eſt nihil ſe aduerſus nos inuenire quod diceret. Nec ſanè catholicus factus eſt, ſed tamen ab Hippone diſceſsit. In hoc libro illud quod dixi: Animam dico eſſe factam à Deo, ut cætera omnia quæ à Deo facta ſunt: & inter illa quæ Deus omnipotens fecit, principalẽ locum datum eſſe animæ: ita dixi ut hoc generaliter de uniuerſa creatura rationali accipi uellem, quãuis in ſcripturis ſanctis animas dictas eſſe angelorum, aut nõ omnino, aut nõ poſsit facile reperiri, ſicut ſupra iã diximus. Itẽ alio loco: Ego dico, inquã, peccatũ nõ eſſe ſi non propria voluntate peccetur: ubi peccatum illud intelligi volui quod non eſt, etiã pœna peccati. Nã de tali pœna dixi alibi in eadem diſputatione, quod dicendum fuit. Itemq́ dixi: Vt poſtea eadẽ ipſa caro quæ nos in pœnis torſit in peccatis manentes, ſubijciatur nobis in reſurrectione, & nulla aduerſitate nos quatiat, quo minus legẽ & præcepta diuina ſeruemus. Quod nõ ita eſt accipiendum, tanquam & in illo Dei regno, vbi incorruptibile & immortale corpus habebimus, de ſcripturis diuinis lex & præcepta ſumenda ſint: ſed quia perfectiſsime ibi lex ęterna ſeruabitur, & illa duo præcepta de diligendo Deo & proximo, non in lectione, ſed in ipſa perfecta & ſempiterna dilectione tenebimus. Hoc opus ſic incipit: Quinto calẽdas Septembris.

Malum unde

Diſpu. 1.

Diſpu. 2.

Diſpu. 1.

Diſpu. 2.

Mat. 22.

PEr idem tempus coram epiſcopis hoc mihi iubentibus, qui plenariũ totius Aphricę concilium Hippone regio agebant, de fide & ſymbolo presbyter diſputaui. Quam diſputationem, nonnullis eorum qui nos familiarius diligebant ſtudioſiſsime inſtantibus, in librum cõtuli, in quo de rebus ipſis ita diſſeritur, ut tamen non fiat verborum illa contextio, quæ tenenda memoriter competentibus traditur. In hoc libro cũ de reſurrectione carnis ageretur: Reſurget, inquam, corpus ſecundum Chriſtianam fidem, quæ fallere non poteſt. Quod cui videtur incredibile, qualis ſit nunc caro attendit, qualis autem (tunc) futura ſit nõ conſiderat, quia illo tempore immutationis angelicæ, non iam caro erit & ſanguis, ſed tantum corpus, & cætera quæ ibi de corporum terreſtrium in corpora cœleſtia mutatione diſſerui, quoniam dixi: Apoſtolus cum inde loqueretur: Caro & ſanguis regnum Dei non poſsidebunt. Sed quiſquis ea ſic accipit, ut exiſtimet ita corpus terrenum, quale nunc habemus, in corpus cœleſte reſurrectione mutari, ut nec membra iſta, nec carnis ſit futura ſubſtantia: proculdubio corrigendus eſt, commonitus de corpore domini, qui poſt reſurrectionem in eiſdem membris non ſolum conſpiciendus oculis, uerumetiam manibus tangendus apparuit, carnemq́ ſe habere etiam (ſermone) firmauit dicens: Palpate & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Vnde conſtat Apoſtolum, non carnis ſubſtantiam negaſſe, in Dei regno futuram, ſed aut homines qui ſecundum carnem viuunt, carnis & ſanguinis nomine nũcupaſſe, aut ipſam carnis corruptionem, quę tunc vtique nulla erit. Nam cum dixiſſet: Caro & ſanguis regnum Dei non poſsidebunt, bene intelligitur tanquam exponẽdo quid dixerit continuo ſubdidiſſe. Neque corruptio incorruptionem poſsidebit. De qua re ad perſuadendum infidelibus difficile, diligenter quantum potui me diſſeruiſſe reperiet quiſquis de Ciuitate Dei librum legerit nouiſsimum. Hoc opus ſic incipit: Quoniam ſcriptum eſt.

De fide et ſymbo. lo. Cp. 17

Compẽtentes. I Cap. 10.

1. Co. 15.

Luc. 24.

K 1. Co. 15.

C. 5. et 21.

De Geneſi ad literã imperfectus Cap. 18.

CVm de Geneſi duos libros contra Manichæos condidiſſem, quoniam ſecundum allegoricam ſignificationem ſcripturæ verba tractaueram, non auſus naturalium rerum tanta ſecreta ad literam exponere, hoc eſt, quemadmodum poſſent ſecundum hiſtoricam

ricam proprietatē quæ ibi dicta sunt accipi, volui experiri in hoc quoq; negocioſiſsimo, ac difficillimo opere quod valerē, sed in scripturis exponendis tyrocinium meū sub tanta sarcinæ mole succubuit. Et nundum perfecto uno libro ab eo, quē sustinere non poteram, labore conquieui. Sed in hoc opere cum mea opuscula retractarē, iste ipse vt erat imperfectus venit in manus, quem neq; ædideram & abolere decreueram, quoniam scripsi postea duodecim libros, quorum titulus est,

L De Geneſi ad literam. In quibus quamuis multa quæsita potius quàm inuenta videantur, tamen eis iste nullo modo est comparandus. Verum & hunc postea quàm retractaui, manere volui, vt esset iudex quantū existimo nō indocilis rudimentorum meorum in enucleādis atq; scrutādis diuinis eloquijs.

Cap.16. Eiusq; titulum esse volui, De Geneſi ad literam imperfectus. Inueni quippe eum vsq; ad hæc verba dictatum: Pater tantum pater est, nec filius aliud est quàm filius, quia & cū dicitur similitudo patris, quāquam ostendat nullam interuenire disſimilitudinem, non tamen solus est pater, sed habet similitudinem. Post hæc repetiui verba scripturę rursus cō-

Gene.1. sideranda atq; tractanda. Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hucusq; dictatū librum imperfectum reliqueram. Quod autē ibi sequitur, addēdum putaui cum eum retractarem, nec sic tamen perfeci, sed hoc quoque addito imperfectū reliqui. Si enim perfeciſsem, saltem de omnibus operibus & verbis Dei, quæ

M ad sextum diem pertinerent disputaſsem. In hoc libro ea notare quæ mihi displicent, vel defendere quæ alijs non bene intellecta displicere possunt, superfluum mihi visum est. Breuiter enim (potius) admoneo, vt illi duodecim libri legantur, quos longe postea episcopus feci, & ex ipsis de isto iudicetur. Hic liber sic incipit: De obscuris naturaliū rerū.

De ſermone domini in monte. cip.19. Matt. 5.

PEr idem tempus de sermone domini in monte secundum Matthæum, duo volumina scripsi. In quorum primo propter id quod scriptum est: Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur, Sapientia, inquam, cōgruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt omnia, nullusq; motus aduersus rationē rebellis est, sed cuncta obtemperant spiritui hominis, cum & ipse obtemperet Deo. Quod merito mouet quomodo dixerim: Nō enim cuiquam prouenire in hac vita potest, vt lex repugnans legi mentis omnino non sit in membris. Quandoquidem etiam si ei sic resisteret spiritus hominis, vt in nullū eius laberetur assensum: non ideo tamen illa non repugnaret. Hoc ergo quod dictū est, nullū esse motum aduersus rationē rebellem: recte accipi potest id nunc agentibus pacificis domando concupiscentias carnis, vt ad istam pacem plenissimam quandoque veniatur. Pro- Lib. 1.
inde quod alio loco cum eandem sententiam A
euangelicam repetens dixissem: Beati pacifi- Matt. 5.
ci, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur, adiunxi dicēs: Et ista quidē in hac vita compleri possunt, sicut completa esse in Apostolis crēdimus, sic accipiendum est, non vt in Apostolis hic viuentibus nullum carnis motum arbitremur spiritui repugnasse, sed hactenus hic ista posse compleri, quatenus in Apostolis credimus esse completa, ea mēsura, scilicet perfectionis humanæ, quanta in hac vita potest esse perfectio. Non enim dictum est, ista in hac vita compleri possunt, nam completa esse in Apostolis credimus, vt ita compleantur sicut in illis completa sunt, id est, quadam perfectione, cuius capax est ista vita, non sic sunt illa quæ speramus pace plenissima, quando dicetur: Vbi est mors contētio tua? Alio loco quod interposui testimoniū: Non enim 1.Cor.
ad mensurā dat Deus spiritum, nondū intel- 15.
lexeram de Christo proprie verius accipi. Lib. 1.
Alijs quippe hominibus, nisi ad mensuram Ioan.3.
daretur spiritus, non duplū peteret Heliſæus quàm fuit in Helia. Itē quod scriptum est: Lib. 1.
Iota vnum, aut vnus apex non transiet à lege donec omnia fiant: cum exponerē, nihil dixi posse aliud intelligi, nisi vehementē perfectionis expressionē. Vbi merito quæritur. B
Vtrum ista perfectio sic possit intelligi, vt tamen verum sit, neminem iam vtentē voluntatis arbitrio hic viuere sine peccato. A quo enim vsq; ad vnum apicē lex perfici potest, nisi à quo fiunt vniuersa diuina mandata? Sed in eisdem mandatis est etiam quod iubemur orare: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
Quam orationem vsq; ad finem seculi tota Matt. 6
dicit ecclesia. Omnia ergo mandata facta de- Lib. 1.
putantur, quādo quicquid non fit ignoscitur.
Sanè quod ait dominus: Quicunq; soluerit Matt. 5
vnum de maadatis istis minimis, & docuerit sic homines, &c. vsq; ad eum locum vbi ait: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquā scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum, multo melius & conuenientius exposui in alijs posterioribus sermonibus meis,

bus meis, quod etiam hic retexere longū est. Ad hoc autem iste ibi perducitur sensus, vt eorum sit iustitia maior quàm scribarum & pharisæorum, qui dicunt & non faciunt. De

Matt.23 C scribis quippe & pharisęis alio loco ipse dominus ait: Dicunt.n. & nō faciunt. Illud etiā melius intelligimus postea quod scriptū est:

Lib. 1. Matt.5. Iraſci fratri suo quid nō peccato. Lib.1. Quia q iraſcitur fratri suo. Codices.n. Græci nō habent, sine causa, sicut hic positum est, quamuis (idem) ipse sit sensus. Illud.n. diximus intuendum, quid si iraſci fratri suo quoniam non fratri iraſcitur qui peccato fratris iraſcitur. Qui ergo nō peccato fratris iraſcitur, sine causā iraſcitur. Item quod dixi: Hoc & de patre & de matre & (de) cæteris uinculis sanguinis intelligendum est, ut in eis oderimus quod genus humanū nascendo & moriendo sortitum est, ita sonat, quasi nō essent futurę istę necessitudines si nullo naturę humanæ præcedente peccato nemo moreretur. Quē sensum iā superius improbaui. Essent .n. profecto cognationes & affinitates, etiā si originali nullo existente peccato, sine morte creſceret & multiplicaretur genus humanū.

Luc.14. Ac per hoc aliter soluēda est quęstio, cur dominus præceperit diligendos inimicos, cum alio loco præcipiat odio habendos & parētes & filios, non sicut hic soluta est, sed sicut eam posterius sæpe soluimus, id est ut diligamus inimicos lucrādos regno Dei, & oderimus in propinquis, si impediunt à regno Dei. Item

D de præcepto quo prohibet vxor non dimitti,

Lib.1. nisi propter fornicationem: hic quidem scrupulosissime disputaui. Sed quam velit dominus intelligi fornicationem, propter quam licet dimittere vxorem, vtrum, eam quæ dam-

Pſal.72. natur in stupris, an illam de qua dicitur: Per

1.Cor.6 didisti omnem qui fornicatur abs te, in qua utique & ista est, neque.n. non fornicatur à domino, qui tollēs membra Christi, facit ea membra meretricis: etiam atq; etiā cogitandum est atque requirendum. Nec uolo in re tanta tamq; ad dignoscēdum difficili putare lectorem istam sibi nostram disputationem debere sufficere: sed legat & alia, siue nostra quæ postea scripta sunt, siue aliorum melius consyderata atq; tractata: vel ipse, si potest, ea quæ hic merito mouere possunt, vigilantiore atq; intelligētiore mente discutiat, Nō quia omne peccatū fornicatio est, neq; enim omnem peccantē Deus perdit, qui quotidie

Matt. 6. sanctos suos exaudit, dicētes: Dimitte nobis debita nostra, cum perdat (omnē) qui fornicatur ab eo. Sed quatenus intelligenda atq; eliminanda sit hæc fornicatio, & vtrū etiam propter hanc liceat dimittere vxorem, latebroſissima quæstio est. Licere tamen propter istam quæ in stupris cōmittitur, nulla quæstio est. Et vbi dixi hoc permissum esse, non iussum, non attendi aliam scripturam, dicentem: Qui tenet adulterā, stultus & impius E
est. Nec sanè adulteram dixerim fuisse deputandam illam mulierē etiam posteaquàm audiuit à domino. Nec ego te damnabo, vade, deinceps iam noli peccare: si hoc obedienter audiuit. Loco alio peccatum fratris ad mortem: de quo dicit Ioannes Apoſtolus: Non pro illo dico vt roget quis, ita definiuit vt dicerem. Peccatū ergo fratris ad mortem puto esse cum post agnitionem Dei per gratiam domini nostri Iesu Christi quisq; oppugnat fraternitatē & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo inuidentiæ facibus agitatur. Quod quidē non cōfirmaui, quoniam hoc putare me dixi, sed tamen addendū fuit, si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam: quoniā de quocunq; pessimo in hac vita constituto, non est vtiq; desperandum, nec pro illo imprudenter oratur: de quo non desperatur. In secundo item libro: Nulli, inquam, licebit ignorare Dei regnum, cum eius vnigenitus nō solum intelligibiliter, sed etiā visibiliter in homine dominico de cęlo venerit, iudicaturus & viuos & F
mortuos. Sed non video vtrum recte dicatur homo dominicus, qui est mediator Dei & hominū, homo Christus Iesus, cum sit utiq; dominus: dominicus autem homo quis in eius sancta familia potest dici. Et hoc quidem vt dicerem apud quosdam legi tractatores catholicos diuinorū eloquiorum. Sed vbicunq; hoc dixi, dixisse me nollem. Postea quippe vidi non esse dicendū, quamuis nonnulla possit ratione defendi. Itē quod dixi: Nullius enim ferè conscientia Deum potest odisse: video non fuisse dicendū. Multi enim sunt, de quibus scriptū est: Superbia eorum qui oderunt te. Alio loco in eo quod dixi: ob hoc dixisse dominū. Sufficit diei malitia sua, quia cibos sumere vrgebat ipsa necessitas, quam propterea malitiam nominatā arbitror, quia pœnalis nobis est. Pertinet enim ad hanc fragilitatem quam peccando, meruimus, non attendi etiā primis hominibus data fuisse in paradiso corporalia alimenta, antequàm istam mortis pœnam peccando meruissent. Sic enim erant immortales in corpore nondum spiritali, sed animali, vt tamen

Lib. 1. Pro. 18. Ioan.8. Lib.1. 1.Ioā.5. De pe. di. 5.c.Si ſacerdos. Peccatū ad mortē.2.ſen. d.43. ca. eſt etiā. Hō dominicus. 1. Ti. 2. Lib. 2. Pſal.73. Matt. 6. Lib. 2.

in eiusmodi immortalitate corporalibus alimentis vterentur. Item quod dixi. Quã sibi
G Deus elegit gloriosam ecclesiam, non habentem maculã, neq; rugam, non ideo dixi, quia
Ephe. 5. nunc ex omni parte iam talis est, quamuis ad
Lib. 2. hoc electa non dubitetur, vt talis sit quando
Col. 3. Christus apparuerit uita eius, tunc.n. & ipsa
eum illo apparebit in gloria. Propter quam
gloriã dicta est ecclesia gloriosa. Item quod
Matt. 7. dominus ait: Petite & accipietis, quærite &
Lib. 2. inuenietis, pulsate & aperietur vobis, operose quidem tria ista quid inter se differant exponendũ putaui, sed longe melius ad instantissimam petitionem omnia referuntur. Hoc quippe ostendit, vbi eodẽ verbo cuncta concluſit, dicẽs: Quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se. Non enim dixit, petentibus & quærentibus & pulsantibus. Hoc opus sic incipit: Sermonem quem locutus est dominus.

Psalmus contra partem Donati. Cap. 20.

VOlens etiã causam Donatistarum ad ipsius humillimi vulgi & omnino imperitorum atq; idiotarum notitiam peruenire, & eorum quãtum fieri posset per nos inhærere memoriæ psalmum qui eis cãtaretur per latinas literas feci. Sed vsq; ad V, literã. Tales enim abecedarios appellant. Tres verò vltimas omisi, sed pro eis nouissimum quasi epilogum adiunxi, tanquam eos mater allóque-
H retur ecclesia. Hypopsalma enim quod respondetur, & prooemium causæ, quod nihilominus cantatur, non sunt in ordine literarum. Earũ quippe ordo incipit post prooemium. Ideo autem non aliquo carminis genere id fieri volui, ne me necessitas metrica ad aliqua verba, quę vulgo minus sunt vsitata compelleret. Iste psalmus sic incipit: Omnes qui gaudetis.

Contra epistolã Donati hæretici. Cap. 21.

LIbrum etiã contra epistolam Donati, qui partis Donati secundus post Maiorinum episcopus apud Carthaginem fuit eodẽ presbyterij mei tempore scripsi, in qua epistola ille agit, vt nõ nisi in eius cõmunione baptisma Christi esse credatur, cui nos contradicimus. In hoc libro dixi in quodã loco de apostolo Petro, quod in eo tãquam in petra fundata sit ecclesia, qui sensus etiam cãtatur ore multorũ in versibus beatissimi Ambrosij, vbi de gallo gallinaceo ait: Hoc ipsa petra ecclesia canẽte, culpã diluit. Sed scio me postea sepissime sic exposuisse quod à domino dictũ est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã, vt super hanc intelligeretur quẽ confessus est Petrus dicẽs: Tu es Christus filius Dei viui, ac si Petrus ab I hac petra appellatus, personam ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petrã ædificatur, & accepit claues regni cœlorũ. Nõ enim dictum 1. Cor. est illi. Tu es petra, sed tu es Petrus, petra au- 10. tẽ erat Christus, quẽ confessus Simon, sicut eum tota ecclesia cõfitetur, dictus est Petrus. Harũ aũt duarum sententiarũ quæ sit probabilior eligat lector. Alio loco dixi: Nullius mortem Deus quærit. quod sic accipiendum est, quia homo sibi acquisiuit mortẽ deserens Deum, & acquirit qui non recurrit ad Deũ, secundũ quod scriptũ est: Deus mortẽ non Sap. 1. fecit. Sed etiã illud non minus verũ est. Vita Eccl. 1. & mors à domino Deo est: vita scilicet à donante, mors à vindicante. Itẽ q̃p dixi: Donatum cuius epistolã refellebã, rogasse vt Imperator inter ipsum & Cæcilianũ trãsmarinos episcopos iudices daret: nõ ipsum, sed alium Donatũ, eiusdẽ tamen schismatis hoc fecisse probabilius inuenitur. Ille aũt non erat Carthaginensis Donatistarũ episcopus, sed à Casis nigris, qui tamen primus apud Carthaginẽ ipsum nepharium schisma promisit. Nec
K sinẽ Donatus Carthaginensis vt Christiani rebaptizarentur, instituit: quod ego eũ instituisse credideri quãdo (eius) epistolæ respondebam. Nec de libro Sapientiæ ipse ablstulit Eccl. 3. dimidiã sententiã, verba ad rẽ necessaria, vbi cũ scriptũ sit: Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit eũ, quid ꝓficit lauatio eius? ille sic posuit tanquam scriptũ sit: Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lauatio? Nos aũt & antequam esset pars Donati sic habuisse codices plurimos, veruntamẽ Aphros, vt nõ esset in medio, & iterum tangit, postea didicimus. Quod si tunc scissem, non in istum tanquam in furẽ diuini eloquij, vel violatorem tanta dixissem. Hic liber sic incipit: Abs te ipso præsente audieram.

EOdem tempore venerũt in manus meas quædam disputationes Adimanti, qui fuit discipulus, quas conscripsit aduersus legem & prophetas, velut cõtraria eis nichæi euangelica & apostolica scripta demonstrare conatus. Huic ergo respondi, verba eius apponens eisque reddens responsionem meam. Cap. 1. Quod opus vno volumine concluſi, & in eo quibusdam quæstionibus non semel, sed iterum respondi, quoniã quod primum responderam perierat, & tunc inuentum est, cũ iam iterum respõdissem. Aliquas sanè earundem quæstionũ popularibus ecclesiasticis sermonibus solui, adhuc etiã quibusdã nõ respõdi.

Contra Adimantum Manichæi discipulum. Cap. 1.

Aliquę

L Aliquæ remanserunt, quæ rebus alijs magis vrgentibus prætermissa sunt, cumulo quoq; obliuionis adiuncto. In hoc ergo dixi:
Cap. 3. Certis enim quibusdã vmbris & figuris rerum ante domini aduẽtum secundum mirabilem atque ordinatissimam distributionem temporum populus ille tenebatur qui testamentum vetus accepit, tamen in eo tanta prædicatio & pronunciatio noui testamenti est, vt nulla in euangelica atque apostolica disciplina reperiantur, quamuis ardua & diuina præcepta & promissa, quæ illis etiã libris veteribus desint. Sed addendum erat atque dicendum, vt penè nulla in euangelica atque apostolica doctrina reperiantur, quamuis ardua & diuina præcepta & promissa, quæ illis etiam libris veteribus desint. Quid est enim,
Matt. 5. quod in sermone euangelico in monte domi-
M nus dicit: Audistis quia dictum est antiquis hoc, ego autem dico vobis hoc, si nihil ip e amplius præcepit quàm præceptum est in illis veteribus libris? Deinde regnũ cœlorum illi populo fuisse promissum non legimus in ijs, quæ promissa sunt lege data per Moysen
Exo. 19. in monte Sina, quod proprie vetus dicitur testamentũ, quod prefiguratũ dicit Apostolus per ancillã Saræ & filium eius, sed & ibi figuratum est, & nouũ per ipsam Saram &
Galat. 4. filium eius. Proinde si figuræ discutiantur, omnia ibi prophetata reperiuntur, quæ sunt præsentata, vel expectantur præsentanda per Christum. Veruntamen propter quædam præcepta non figurata, sed propria, quæ non in vetere testamento, sed in nouo inueniuntur, cautius & moderatius, diceretur, penè nulla, quam nulla hic esse quę non sint & illic, quamuis & illic sint illa duo præcepta de
Cap. 5. dilectione Dei & proximi, quo rectissime
Filiorũ omnis & legitime & prophetica & euangelinomẽ in ca & apostolica referuntur. Item quod dixi:
scripturis sãctis Tribus modis in scripturis sanctis filiorum tribus nomen accipitur, minus consyderate dictum modis ac est, & alios enim quosdam modos sine dubio cipitur. prætermisimus, sicut dicitur filius gehennæ,
Mat. 23. vel filius adoptiuus. Quę vtiq; nec secun-
Rom. 8. dũ naturam, nec secundũ doctrinam, nec se-
Ioan. 8. cundum imitationẽ dicũtur: Quorũ trium modorum tanquam solã sine exempla reddidimus. Secundum naturam, sicut Iudæi si
A lij Abrahæ: secundũ doctrinam, sicut filios
1. Co. 4. suos quo euangeliũ docuit Apostolus vocat,
Galat. 4. secundũ imitationem, sicut filij Abrahę nos
1. Cor. sumus, cuius imitamur fidem. Quod autem
15. dixi: Cum induerit corruptionẽ & immortalitatem, iam non caro & sanguis erit, secun- Cap. 15.
dum corruptionem carnalẽ dictum est, car- Luc. 24.
nem non futurã, nõ secundum substantiam, secũdum quam & domini corpus etiam post resurrectionẽ caro appellata est. Alio loco:
Nisi quisq;, inquam, voluerit mutauerit, Cap 26.
bonũ operari nõ potest, quod in nostra pote 2. sen. di.
state esse positũ alio loco dominus docet, vbi 28. c. ali-
ait: Aut facite arborẽ bonam & fructũ eius bi.
bonũ, aut facite arborẽ malã, & fructũ eius Mat. 12.
malum. Quod non est contra gratiam Dei quã prædicamus. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem: sed ea potestas nulla est nisi à Deo detur, de quo dictũ est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ioan. 1.
Cum.n. hoc sit in potestate quod cum uolu- 2. sen. di.
mus facimus, nihil tam in potestate quam ip- 28. c. sic
sa uoluntas est, sed præparatur uoluntas a do etiam.
mino. Eo modo ergo dat potestatem. Sic in- B
telligendũ est & quod dixi postea. In nostra potestate esse, ut uel inseri bonitati Dei, uel excidi eius seueritate mereamur, quia in potestate nostra non est, nisi quod nostram sequitur uoluntatem. Quæ cum fortis & potens præparatur à domino, facile fit opus pietatis, etiã quod difficile atq; impossibile fuit. Hic liber sic incipit: De eo quod scriptum est.

CVm presbyter adhuc essem, contingit Expositio quaut apud Carthaginem inter nos qui simul eramus, ad Romanos apostoli epistola rundam legeretur, & quędã interrogabar à fratribus, propositionum quibus cũ sicut poteram respõderẽ, uoluerũt ex epist. scribi potius quæ dicebam quam sine literis Pauli ad fundi. Vbi cũ eis obtemperarem, liber unus Rom. accessit superioribus opusculis meis. In quo Cap. 23. libro: Quod autem ait, inquam, Scimus quia Rom. 7. lex spiritalis est, ego autem carnalis sum uendatus sub peccato, satis ostendit non posse impleri legem, nisi à spiritalibus, quales facit gratia Dei. Quod utique non ex persona Lib. ex-
apostoli accipi uolui, qui iam spiritalis erat: po. 1 epi.
sed hominis sub lege positi, nondum sub gra- ad Rõ.
tia. Sic.n. prius hæc uerba sapiebam, quæ po- 42.
stea lectis quibusdam diuinorum tractatoribus eloquiorum, quorum me moueret authoritas, consyderaui diligentius, & uidi etiã de ipso Apostolo posse intelligi quod ait: Sci C
mus quoniam lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum. Quod in eis libris, quos contra Rom. 7.
Pelagianos nuper scripsi, quantum potui diligenter ostendi. In isto ergo libro & hoc quod dictum est: Ego autem carnalis sum, & deinde cætera usq; ad eum locum, ubi dicit: Miser ego homo, quis me liberabit de Rom. 7.

corpore mortis huius? Gratia Dei p Iesum
Christum dominum nostrum, Dixi homi-
nem describi adhuc sub lege, nondum sub
gratia constitutum, benefacere volentem sed
victum concupiscentia carnis male facien-
tem. A cuius concupiscentiæ dominatu non
Rom.5. liberat, nisi gratia Dei per Iesum Christum
dominum nostrum dono spirituſſancti, per
quē diffusa charitas in cordibus nostris non
est carnis concupiscentias, ne consentiamus
eis ad male faciendū, sed potius bona facia-
mus. Vnde (quidem) iā euertitur hæresis Pe
lagiana, quę vult, non ex Deo nobis, sed ex
nobis esse charitatem, qua bene ac pie uiui-
mus. Sed in illis libris quos aduersus eos ædi
dimus, etiam spiritalis hominis iamque sub
gratia constitutis melius intelligi verba ista
monstrauimus, propter carnis corpus, quod
spiritale nondum est, erit autem in resurre-
D ctione mortuorū, & propter (ipsam) carnis
concupiscentiam, cum qua ita cōfligunt san-
cti, non ei consentientes ad malum, vt tamen
eius motibus quibus repugnātibus resistunt,
2.Co.15. non careant in hac vita. Non eos autem ha-
bebunt in illa, vbi absorbebitur mors in vi-
ctoria. Propter hanc itaque cōcupiscentiam
motusque (ipsos) quibus ita resistitur, ut
tamē sint in nobis, potest quisque sanctus iā
sub gratia positus, dicere ista omnia quæ hic
esse dixi verba hominis nondum sub gratia
Ca. 60. positi, sed sub lege. Quod hic ostendere lon-
2.sen.di. gum est, & hoc vbi ostenderim dictum est.
41.ca.opi Item disputans quid elegerit Deus in non-
nari. dum nato, cui dixit seruiturū esse maiorem,
Rom.9. & quid in eodem maiore similiter nondum
nato reprobauerit, de quibus, ppter hoc cō-
memoratur, quamuis lōge postea prolatum
Malac.1. propheticum testimoniū. Iacob dilexi, Esau
autem odio habui. ad hoc perduxi ratiocina-
tionem vt dicerē, Non ergo elegit Deus ope
ra cuiusquam in præsentia, quæ ipse daturus
est, sed fidem elegit in præsentia, vt quem si-
bi crediturum esse præsciuit, ipsum elegerit
cui spiritum sanctum daret, vt bona operan-
do etiam vitam æternā consequeretur. Nō-
E dum diligentius quæsieram, nec adhuc
Tom.11. inuenerā qualis sit electio gratiæ: de qua idē
dicit Apostolus: Reliquiæ per electionē gra-
tiæ saluæ factæ sunt, quæ vtique non est gra-
tia si eam merita vlla præcedant, ne iā quod
datur, non secundum gratiam, sed secundum
debitum reddatur potius meritis quàm done
tur. Proinde quod continuo dixi: Dicit. n. idē
Cap. 61. Apostolus: idē Deus qui operatur omnia in
omnibus. Nusquam autem dictum est, Deus i.Co.12.
credit omnia in omnibus: ac deinde subiūxi,
Quod ergo credimus, nostrū est: quod autē
bonum operamur illius est, qui credentibus
dat spiritum sanctum. Profecto non dice-
rem si iam scirem etiam ipsam fidem inter
Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem
spiritu. Vtrunque ergo nostrum est propter
arbitrium voluntatis, & vtrunque tamē da-
tum est per spiritum fidei & charitatis. Ne-
que enim sola charitas, sed sicut scriptum
est: Charitas cum fide à Deo patre & domi- Ephe.6.
no nostro Iesu Christo. Et quod paulopost Cap. 61.
dixi: Nostrum est enim credere & uelle, il-
lius autem dare credentibus & volentibus
facultatem bene operandi per spiritum san-
ctum, per quē charitas diffunditur in cordi- F
bus nostris verum est quidem: sed eadem re-
gula, & vtrunq; ipsius est quia ipse præparat
voluntatem, & vtrunque nostrum: quia non
fit nisi volentibus nobis. Ac per hoc quod et
postea dixi: Quia neque uelle possumus ni-
si vocemur, & cum post vocationem volueri
mus, non sufficit voluntas nostra & cursus
noster, nisi Deus & uires currentibus præ-
beat, & perducat quo vocat. Ac deinde sub-
iunxi: Manifestum est ergo, non volentis Ca. 62.
neque currētis, sed miserentis Dei esse quod 1.Co.9.
bene operamur omnino uerissimum est. Sed
parum ipsa vocatione differui, quæ fit secun
dum propositum Dei. Non. n. omnium qui
uocantur talis est, sed tantum electorū. Itaq;
quod paulopost dixi: Sicut enim in ijs quos Ca. 63.
eligit Deus, non opera, sed fides inchoat me-
ritum, vt per munus Dei bene operentur:
sic in ijs quos dānat, infidelitas & impietas
inchoat pœne meritum, ut per ipsam pœnā
etiam male operentur, verissime dixi: Sed fi-
dei meritum etiam ipsum esse donum Dei,
nec putaui quærendum esse, nec dixi. Et
alio loco: Cuius enim miseretur esse, inquā, Rom.9
facit eum bene operari, & quem obdurat, re-
linquit eum vt mala operetur. Sed & illa mi G
sericordia præcedenti merito fidei tribui-
tur, & ista obduratio præcedenti impietati.
Quod quidem verum est, sed adhuc quæ-
rendum erat, vtrum & meritum fidei mise-
ricordia Dei præueniat, id est, vtrū ista mise
ricordia ideo tantummodo fiat in hoie, quia
fidelis est, an etiā facta fuerit vt fidelis esset.
Legimus enim dicente Apostolo: Miseri-
cordiam consequutus sum, vt fidelis essem.
Non ait, quia fidelis eram. Fideli ergo da-
tur quidem, sed data est etiam vt esset fidelis. 2.Ti.1

Rectissime

1.sen.di. Rectissime itaque alio loco in eodem libro
41. cap. dixi: Quoniam si non ex operibus, sed mise-
multi. ricordia Dei & uocamur vt credamus, & cre
Ca. 63. dentibus præstatur, vt bene operemur, non
est gentibus ista inuidenda misericordia:
quantis minus ibi diligenter de illa quæ per
Dei propositum fit uocatione tractauerim.
Hic liber sic incipit. Sensus hi sunt in epist.
Pauli ad Romanos.

Exposi- POst hunc librum exposui eiusdem Apo-
tio epi- stoli epistolam ad Galatas, non carptim
stolæ Pa id est aliqua prætermittens, sed continuanter
uli ad & totā. Hanc autē expositionem vno volu-
Gala. mine comprehendi. In quo illud quod dictū
Ca. 24. est: Priores ergo Apostoli ueraces, qui nō ab
Cap. 1. hominibus: sed à Deo p hominē missi sūt, p
H Iesum Christū scilicet adhuc mortalem. Ve-
rax ēt nouissimus Apostolus, qui per Iesum
Christum totum iam Deū post resurrectio-
nem eius missus est. Propter immortalitatē
dictum est, totum iam Deum, quam post re-
surrectionem habere cœpit, non propter di-
uinitatem semper immortalem, à qua nun-
quàm recessit, in qua totus Deus erat, & ta-
mē moriturus adhuc erat. Hunc aūt sensum
sequētia manifestāt. Adiunxi. n. dicens: Prio
Cap. eo- res sunt cæteri Apostoli per Iesum Christū
dem. adhuc ex parte hominē, id est, mortalē. No
uissimus est Apostolus Paulus per Iesum
Christum iam totū Deum .i. ex omni parte
immortalem. Hoc. n. dixi, exponens quod ait
Galat.1. Apostolus: Non ab hoibus, neq; per hoiem,
sed per Iesum Christū & Deū patrē, quasi
iā Iesus Christus non sit homo. Sequitur. n.
Qui suscitauit eum à mortuis, ut hinc appa-
reret cur dixerit, neq; per hominē. Proinde
propter immortalitatem iā nunc non homo
Christus Deus, propter substantiā verò na-
turæ humanæ, in qua ascēdit in cœlū, etiam
(nunc) mediator Dei & hoium homo Chri
1.Ti. 2. stus Iesus, quoniā sic veniet quomodo eum
Acto.1. viderunt (qui viderunt) euntem in cœlum.
Cap. 1. Item quod dixi: Gratia Dei est qua nobis do
I nant peccata vt reconciliemur Deo, pax aūt
qua reconciliamur Deo, sic accipiendum est,
ut tamen sciamus etiam vtrunque ad gene-
ralem Dei gratiam pertinere, quomodo in
populo Dei aliud specialiter Israel, aliud Iu-
das, & tū vtrunq; generaliter Israel. Itē cum
exponerē: Quid ergo lex trāsgressionis gra-
tia posita est, ita distinguendum putaui, vt in
terrogatio esset. Quid ergo? Ac deinde re-
sponsio, Lex transgressionis gratia posita est.
Cap. 3. Quod quidem non abhorret à uero, sed me-
lior mihi videtur ista distinctio, vt interroga
tio sit, Quid ergo lex? & inferatur respōsio:
Transgressionis gratia posita est. Quod aūt Cap. 5.
dixi: Ordinatissime itaq; subiunxi: Quod si
spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege, vt
intelligamus eos esse sub lege, quorum spiri-
tus ita concupiscit aduersum carnem, vt non
ea quæ volunt faciant: id est, non se teneant
inuictos in charitate iustitiæ, sed a concupi-
scente aduersum se carne vincantur. Hoc ex Gala. 5.
illo sensu est quo sentiebam id quod dictum
est: Caro concupiscit aduersus spiritum, &
spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi in-
uicē aduersant, vt nō ea q̄ vultis faciatis, ad K
eos pertinere q̄ sub lege sunt nōdū sub gra.
Adhuc. n. nondū intellexerā hæc verba, et il
lis qui sub gra sunt nō sub lege, ,pptere a con
uenire, quia & ipsi cōcupiscētias carnis, cōtra
quas spū cōcupiscūt, q̄uis eis non cōsentiāt,
nollent tū eas habere si possent. Et ideo nō q̄
cunque volunt faciunt, quia volunt eis care-
re, nec possunt. Tūc. n. eas nō habebūt, quā-
do nec corruptibilē carnē. Hic liber sic in-
cipit: Causa propter quā scribit Apostolus.

EPistolę quoque ad Romanos sicut ad Exposi-
Galatas expositionē susceperam. Sed hu- tio epi-
ius operis si perficeretur, plures libri erant stolæ Pa
futuri. Quorum vnum in sola disputatione uli ad
ipsius salutationis absolui, ab initio scilicet us Roma-
que ad illud, vbi ait: Gratia vobis & pax à nos in-
Deo patre & domino nostro Iesu Christo. choata.
Factū est quippe vt immoraremur cū velle cap. 25.
mus soluere incidentem sermoni nostro dif- Mat.12.
ficillimam quæstionem de peccato in spiri-
tum sanctum, quod non remittatur neque in
hoc seculo, neque in futuro. Sed deinde alia
volumina cessaui adiungere, exponendo epi-
stolam totam, ipsius operis magnitudine ac
labore deterritus, & in alia faciliora deflexus
sum. Ita factum est, ut librum quem fece- L
ram primum, relinquerem solum, cuius es-
se titulum volui, Epistolę ad Romanos in-
choatæ expositio. Vbi quod dixi: Gratiā es-
se in remissione peccatorum, pacem vero in
reconciliatione Dei. Vbicunque hoc dixi,
non sic accipiendum est, ac si pax ipsa & recō
ciliatio non pertineat ad gratiam generalem:
sed quod specialiter nomine gratiæ remis-
sionem significauerit peccatorum. Sicut le-
gem & specialiter dicimus secundum quod
dictum est: Lex & prophetæ, & generaliter, vt in ea sint & prophetæ. Hic liber
sic incipit: In epistola quam Paulus Apo-
stolus scripsit.

De diuersis qõnibus octoginta tribus.c.26

ESt etiam inter illa quæ scripsimus quoddam prolixum opus, quod tamen vnus deputatur liber, cuius est titulus: De diuersis quæstionibus octoginta tribus. Cum autem dispersæ fuissent per chartulas multas, quoniam ab ipso primo tempore conuersionis nostræ, posteaquam in Aphricam venimus, sicut interrogabar a fratribus, quando me vacantem videbant, nulla obseruata ordinatione dictatæ sunt, iussi eas iam episcopus colligi, & vnum ex eis librum fieri, adhibitis numeris, vt quod quisque legere voluerit, facile inueniat. Harum quæstionum est.

M 1. Vtrum anima à seipsa sit. 2. De libero arbitrio. 3. Vtrum Deo authore sit homo deterior. 4. Quæ sit causa vt sit homo deterior. 5. Vtrum animal rationale beatum esse possit. 6. De malo. 7. Quæ propriè in animante anima esse dicatur. 8. Vtrum per se anima moueatur. 9. Vtrum corporeis sensibus percipi veritas possit. In qua illud quod dixi: Omne quod corporeus sensus attingit, quod & sensibile dicitur, sine vlla intermissione temporis commutatur, sine dubio. verum quidem non est in corporibus resurrectionis incorruptibilibus, sed nunc ea nullus nostri corporis sensus attingit nisi forte diuinitus tale aliquid reueletur. 10. Vtrum corpus à Deo sit. 11. Quare Christus de fœmina natus sit. 12. Locus vbi titulus est: Sententia cuiusdam sapientis. non est mea, sed quia per me innotuit quibusdam fratribus, qui tunc à me ista diligentissime colligebant, & placuit eis, inter nostra eam scribere voluerunt. Est autem cuiusdam Fontei Carthaginensis, de mente mundanda ad videndum Deum, quod paganus quidem scripsit, sed Christianus baptizatus mortuus est. 13.

A Quo documento constet homines bestijs 2.sen.di. excellere. 14. Non fuisse corpus domini nostri Iesu Christi phantasma. 15. de intellectu. 16. De filio Dei. 17. De scientia Dei. 18. De trina vnitate. 19. De Deo & creatura. 20. De loco Dei. 21. Vtrum Deus author mali non sit. Vbi videndum est, ne male intelligatur quod dixi, Mali author non est, qui omnium quæ sunt author est, quia inquantum sunt, in tantum bona sunt. Et ne hinc putetur non ab illo esse pœnam malorum, quæ vtique malum est ijs qui puniuntur. Sed hoc Sapien.1. Eccleſiaſtici. 11. ita dixi quemadmodum dictum est: Deus mortem non fecit. Cum alibi scriptum sit: Mors & vita à domino Deo est. Malorum ergo pœna quę à domino Deo est, malum est 2.sen.di. 37.c.cũ ergo.

quidem malis, sed in bonis Dei operibus est, quoniam iustum est, vt mali puniantur, & vtiq; bonum est, omne quod iustum est. 22. Deum non pati necessitatem. 23. De patre & filio. Vbi dixi quod eam ipse genuerit, qua sapiens dicitur sapientiam: sed melius istam quæstionem in libro postea de trinitate tractauimus. 24. Vtrum & peccatum & recte factum in libero sit voluntatis arbitrio. Quod ita esse omnino verissimum est. Sed vt ad recte faciendum liberum sit, Dei gratia liberatur. 25. De cruce Christi. 26. De differentia peccatorũ. 27. De prouidẽtia. 28. B Quare Deus mundum facere voluerit. 29. Vtrũ aliquid sit sursum aut deorsum in vniuerso. 30. Vtrum omnia in vtilitatem hominum creata sint. 31. Eum, qui vt vult viuit, beatum esse. Nec ipsa mea, est, sed Ciceronis: veruntamen quia & hæc per me innotuit fratribus, inter ista quæ colligebant scripserunt eam, volentes nosse quemadmodum virtutes animi ab illo diuisæ ac definitæ sint. 32. Vtrum rem vllam alius alio magis intelligat, atque ita ciusdem rei per infinitum eat intelligentia. 33. De metu. 34. Vtrum non aliud amandum sit quàm metu carere. 35. Quid amandum sit. In qua illud quod dixi, id esse amandum, quod nihil est aliud habere, quàm nosse, non satis approbo. Neque enim Deum non habebant quibus dictum est: Nescitis quia templum Dei estis uos, & spiritus Dei habitat in vobis, nec tamẽ eum nouerant, vel non sicut noscendus est nouerant. Item quod dixi, Nemo igitur beatam vitam nouit, & miser est. Nouit, dixi, quomodo noscenda est. Nam quis eam penitus nescit eorum duntaxat qui iam ratione vtuntur, quandoquidem beatos se esse velle nouerunt. 36. De nutrienda charitate. Vbi dixi, Deus igitur & animus quo amatur, charitas proprie dicitur purgatissima & consummata, si nihil aliud amatur. Quod si verum est, quomodo ergo Apostolus ait: Nemo vnquam carnem suam odio habuit? Et ex hoc admonet vt diligantur vxores: Sed ideo dictum est, proprie dilectio dicitur, quoniam caro diligitur quidem, nec tamen proprie, sed propter animã cui subiacet ad vsum. nam & si propter seipsam videtur diligi, cum eam nolumus esse deformẽ, ad aliud referendum est decus eius, ad illud scilicet à quo decora sunt omnia. 37. De semper nato. 38. De conformatione animæ. 39. De alimentis. 40. Cum animarum natura vna sit, vnde hominum

36.ca.& ideo, & capi. qđ ãt 1. sen. 32.c. præterea C Tullius offic.1. Quid amãdũ sit 1.Co.3. Immo, nescitis, dictũ est pro, non consyderatis. Ephes.5 Dilectio proprie abest qui ẽt filius dicitur 1. Co.11.

num diuersæ voluntates. 41. Cum omnia Deus fecerit quare non æqualiter fecerit. 42. Quemadmodum Dei sapientia Dominus Iesus Christus & in vtero matris fuerit, & in cœlis. 43. Quare filius Dei in homine Matt. 3. apparuerit, & spiritussanctus in columba. 44. Quare tanto post venit dominus Iesus Christus. Vbi cum generis humani tanquã vnius hominis ætates commemorarem, dixi,

D Nec oportuit venire diuinitus magistrum, cuius imitatione in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Et adiunxi ad Galat.3. 2.de Ge. contra Manicheos. c.23. hoc valere, quod Apostolus dicit, sub lege tãquã sub pædagogo paruulos custoditos. Sed potest mouere cur alibi dixerimus, Christũ in generis humani sexta ętate tanquam in senectute venisse. Hoc ergo quod de iuuẽtute dictum est, ad vigorẽ feruoremq; fidei refer- Galat.5. tur, quæ per dilectionẽ operatur: illud autem de senectute ad temporum numerũ. Potest enim intelligi vtrunque in vniuersitate hominum, quod nõ potest in ætatibus singulorũ. Sicut in corpore non potest esse simul & iuuẽtus & senectus, in animo autẽ potest: illa propter alacritatem, ista propter grauitatem. 45. Aduersus Mathematicos. 46. De Ideis. 47. Vtrum aliquando cogitationes nostras videre possimus. Vbi quid dixi, angelica corpora, qualia nos speramus habituros, lucidissima atque ætherea esse credendum est. Si hoc sine membris quæ nũc habemus, & sine substantia, quanuis incorruptibilis, tamen carnis accipiatur, erratur. Multo autem melius in Lib.23. cap.29. opere de ciuitate Dei quæstio ista tractata est, de videndis cogitationibus nostris. 48.

E De credibilibus. 49. Quare filij Israel sacrificabant visibiliter pecorum victimas. 50. De æqualitate filij. 51. De homine facto ad imaginem & similitudinem Dei. Vbi quod dixi, Homo sine vita non recte appellatur, cum dicatur homo etiam cadauer hominis. Ergo saltem dicere debui, non proprie dicitur: vbi dixi: nõ recte dicitur. Itẽ quod dixi. Neque inscite distinguitur, quod aliud sit imago & similitudo Dei, quæ etiam filius dicitur, aliud ad imaginem & similitudinem Dei, sicut hominẽ factum accepimus. Quod non ita intelligendum est, quasi homo nõ dicatur imago Dei, cum dicat Apostolus: Vir quidem non debet velare caput, cum sit imago & gloria Dei, sed dicitur etiam ad imaginem Dei, quod vnigenitus non dicitur, qui tantummodo imago est non ad imaginem. Gene.6. 52. De eo quod dictũ est: Pœnitet me fecisse hominem. 53. De auro & argento, quod Israelitæ ab Aegyptijs acceperunt. 54. De eo quod scriptum est: Mihi autẽ adhærere Deo bonum est. Vbi quod dixi. Quod autem est omni anima melius, id Deum dicimus, magis dici debuit, omni creato spiritu melius. 55. De eo quod scriptum est: Sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. 56. De annis quadraginta sex ædificati templi. 57. De centum quinquaginta tribus piscibus. 58. De Ioanne Baptista. 59. De decem virginibus. 60. De die autem illo, & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, neque filius hominis, nisi solus pater. 61. De eo quod scriptum est in euangelio, turbas dominum in monte pauisse de quinque panibus. Vbi quod dixi duos pisces duas illas significare personas, regiam scilicet & sacerdotalem, ad quas etiam sacrosancta illa vnctio pertinebat: dicendum potius fuit, maxime pertinebat, quoniam vnctos aliquando legimus & prophetas. Item quod dixi, Lucas qui tanquam ascendentem post abolitionem peccatorum sacerdotem Christum insinuauit, per Nathan ascendit ad Dauid: quia Nathã propheta missus erat, cuius correptione Dauid ipsius peccati abolitionem pœnitendo impetrauit. Non sic accipiendum est tanquam ipse fuerit Nathan propheta, qui filius Dauid: quia nec hoc dictum est, quia ipse propheta missus erat, sed dictum est, Quia Nathan propheta missus erat: vt misterium non in eodem homine, sed in eodẽ nomine intelligatur. 62. De eo quod scriptum est in euangelio: quod baptizabat Iesus plures quàm Ioannes, quanuis ipse nõ baptizaret, sed discipuli eius. Vbi quod dixi, Latro ille (cui dictum est à domino: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso) qui nec ipsum baptismum acceperat. Hoc quidẽ & alios ante nos rectores sanctæ ecclesiæ baptisposuisse in suis literis inuenimus, sed quibus documentis satis possit ostendi quòd nõ fuerit baptizatus ille latro, ignoro. De qua re in posterioribus quibusdam opusculis nostris diligentius disputatum est, maxime in eo quod ad Vincentium Victorem de animæ origine scripsimus. 63. De verbo. 64. De muliere Samaritana. 65. De resurrectione Lazari. 66. De eo quod scriptum est: An ignoratis fratres, scientibus enim legẽ loquor, quia lex dominatur homini, in quãtũ tẽpus uiuit? vsque ad eum locũ, in quo scriptum est: Viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabi-

Exod.3. & .12. Psal.72. F Canti.6. aliàs adolescẽtularũ quarum Mat.24. Luc.3. Nathan Dauid Ioan.4. Luc.23. De consec. di.4. c. baptisdiſ.4.ca. alij. li.3. cap.6. Ioan.4. Ioan.12. Roma.8 G

tantē ſpiritum eius in vobis. Vbi illud quod
ait Apoſtolus: Scimus autem quia lex ſpiri
talis eſt, ego autē carnalis ſum. exponere vo-
H lens, dixi, id eſt, carni conſentio nondum ſpi-
ritali gratia liberatus. Quod nō ſic accipien
dum eſt, quaſi ſpiritalis homo iam ſub gra-
tia conſtitutus, etiam de ſeipſo non poſsit hoc
dicere: Venundatus ſum ſub peccato. Quod
enim operor non intelligo: Non enim quod
volo bonum hoc ago, ſed quod odio malum
illud facio, & cętera quæ ſequuntur vſque ad
Rom.8. eum locum vbi dictum eſt: Miſer ego homo,
quis me liberabit de corpore mortis huius?
Quod poſtea didici, ſicut iam ſum ante con-
feſſus. Rurſus exponens quod ait Apoſto-
lus: Corpus quidem mortuum eſt propter
Corpus peccatum. Mortuum (inquam) corpus dicit,
mortuū. quandiu tale eſt, vt indigentia rerum tem-
poralium moleſtet animam. Sed multo me-
lius mihi poſtea viſum eſt, & ideo mortuum
corpus dictum, quod habeat iam moriēdi ne
ceſsitatem, quam non habuit ante peccatum.
67. De eo quod ſcriptum eſt: Exiſtimo enim
quod indignæ ſint paſsiones huius temporis
ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in no-
bis. vſque ad illud quod dictum eſt: Spe e-
nim ſalui facti ſumus. Vbi cum exponerem
quod ſcriptum eſt: Et ipſa creatura liberabi-
I tur à ſeruitute interitus, dixi, Et ipſa creatu-
ra, id eſt, ipſe homo, cum iam ſignaculo imagi-
nis propter peccatum amiſſo remanſit tan-
tummodo creatura. Quod non ita accipien-
dum eſt quaſi totum amiſerit homo quod ha
Ro. 12. bebat imaginis Dei. Nam ſi omnino nō ami-
2. Co.3. ſiſſet non eſſet propter quod diceretur: Re-
Pſal.38. formamini in nouitate mentis veſtræ. Et, in
eandem imaginem transformamur. Sed rur-
ſum ſi totum amiſiſſet, nihil maneret vnde
diceretur. Quanquam in imagine ambulet
homo, tamen vane conturbatur. Item quod
dixi ſpiritaliter ſummos angelos viuere, infi-
mos verò animaliter: audacius dictum eſt
de infimis quàm vt poſsit vel ſcripturis ſan-
ctis, vel ipſis rebus oſtendi: quia & ſi forſi-
tan poteſt, difficillime poteſt. 68. De eo quod
ſcriptum eſt: O homo tu quis es, reſpondeas
(Deo?) Vbi dixi, Quia etiam ſi leuioribus
quiſque peccatis, aut certe quānuis grauiori-
bus & multis, tamen magno gemitu & dolo
re pœnitendi miſericordia Dei dignus fue-
rit, non ipſius eſt, qui ſi relinqueretur in-
K teriret, ſed miſerentis Dei, qui eius preci-
bus doloribuſque ſubuenit. Parum eſt enim
velle, niſi Deus miſereatur: ſed Deus non
miſeretur, qui ad pacem vocat, niſi voluntas
præceſſerit ad pacem. Hoc dictum eſt poſt
pœnitentiam. Nam eſt miſericordia Dei e-
tiam ipſam præueniens voluntatem: quæ ſi
non eſſet, nō præpararetur voluntas à domi-
no. Et ad eam miſericordiam pertinet & ip-
ſa vocatio quę etiam fidem pręuenit. De qua
paulopoſt cum agerem dixi, Hæc autem vo-
catio quæ ſiue in ſingulis hominibus, ſiue in
populis atque in ipſo genere humano per
temporum opportunitates operatur, altæ &
& profundę ordinationis eſt. Quo pertinet Hier. 1.
etiam illud, In vtero ſanctificaui te, & cum Rom. 9.
eſſes in renibus patris tui, vidi te. Et Ia- Malach.
cob dilexi, Eſau autem odio habui, & cętera: 1.
Quanuis teſtimonium illud, Cum eſſes in
renibus patris tui, vidi te. Vnde mihi tanq̄
ſcriptum ſit, occurrerit, neſcio. 69. De eo
quod ſcriptum (eſt) Tunc & ipſe filius ſub-
iectus erit ei qui illi ſubiecit omnia. 70. De 1. Co. 15.
eo quod Apoſtolus dicit, Abſorpta eſt mors
in victoria, Vbi eſt mors victoria tua, vbi L
eſt mors contentio tua? ubi eſt mors aculeus
tuus? Aculeus autem mortis peccatum eſt,
virtus vero peccati lex. 71. De eo quod ſcri- Galat. 6.
ptum eſt: Inuicem onera veſtra portate, &
ſic adimplebitis legem Chriſti. 72. De tem-
poribus æternis. 73. De eo quod ſcriptum Philip. 3.
eſt: Et habitu inuentus vt homo. 74. De
eo quod ſcriptum eſt in epiſtola Pauli ad Co Coloſſ. 1.
loſſen. In quo habemus redemptionem & re
miſsionem peccatorum, qui eſt imago Dei
inuiſibilis. 75. De hæreditate Dei. 76. De Iacobi. 2.
eo quod Apoſtolus Iacobus dicit. Vis autem
ſcire homo inanis, quia fides ſine operibus o-
cioſa eſt. 77. De timore, vtrum peccatum ſit.
78. De pulchritudine ſimulacrorum. 79.
Quare magi Pharaonis fecerunt miracula
quædam ſicut Moyſes famulus Dei. 80. Ad-
uerſus Apollinariſtas. 81. De quadrageſima
& quinquageſima. 82. De eo quod ſcriptum
eſt: Quem enim diligit dominus corrigit, Hebr. 12.
flagellat autem omnem filium quem recipit. 13.
83. De coniugio in eo quod dominus ait: Matt. 19.
Si dimiſerit vxorem ſuam excepta cauſa
fornicationis. Hoc opus ſic incipit, Omne
verum.

ITem de mendacio ſcripſi librum, qui & ſi M
cū aliquo labore intelligitur, habet tamen De Men
non inutilem ingenij & mentis exercitatio- dacio.
nem, magisque moribus ad veriloquium di Cap. 17.
ligendum proficit. Hunc quoque auferre
ſtatueram de opuſculis meis, quia (&) ob-
ſcurus & anfractuoſus, & omnino mo-
leſtus mihi videbatur, propter quod eum
nec ædideram. Deinde cū poſtea ſcripſiſſem
alterum, cuius titulus eſt, Contra mendaciū.
multo magis iſtum non eſſe decreueram &
iuſſeram, ſed non eſt factum. Itaque in iſta
retractatione opuſculorum meorum, cum
eum incolumen reperiſſem, etiam ipſum
retractatum manere præcepi. maxime quia
in eo nonnulla ſunt neceſſaria, quæ in illo al-
tero non ſunt. Propterea verò illius inſcri-
ptio eſt, Contra mendacium: iſtius autem,
De mendacio. quoniam per illum totum op-
pugnatio eſt aperta mendacij: iſtius autem,
magna pars in inquiſitionis diſputatione ver
ſatur. Ad eundem tamen finem vterque di-
rigitur. Hic liber ſic incipit, Magna quæſtio
eſt de mendacio.

AD. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi Retractationum Liber ſecundus.

Dediuerſis qōnibꝰ ad ſanctū Simplicianū. Cap. 1.

LIbrorum quos epiſcopus elaboraui, primi duo ſunt ad Simplicianum eccleſię Mediolanenſis antiſtitem, qui beatiſsimo ſucceſsit Ambroſio, de diuerſis quæſtionibus, quarum duas ex epiſtola Pauli Apoſtoli ad Romanos in primum librum contu-
In lib. de predestinatione ſanctorū. c. 4. Ro. 7. lib. 1. ad Simplicianū. q. 1. li. Harum prior eſt de eo quod ſcriptum eſt: Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. vſque ad illud vbi ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominū noſtrum. In qua illa Apoſtoli verba, lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum, & cætera, quibus caro contra ſpiritum confligere oſtenditur, eo modo expoſui, tanquam homo deſcribatur adhuc ſub lege, nondum ſub gratia conſtitutus. Longe enim poſtea & ſpiritalis hominis, & hoc probabilius, eſſe poſſe illa uerba cognoui. Po
B ſterior in hoc libro quęſtio eſt, ab eo loco ubi
Rom. 9. Eſaiæ 1. ait, non ſolum autem illa, ſed & Rebecca ex uno concubitu habens Iſaac patris noſtri
lib. 1. ad ſimplicianum. q. 2. reliquiſſet nobis ſemen ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. In cuius quæſtionis ſolutione laboratum eſt quidem pro libero arbitrio voluntatis humanæ, ſed vict. Dei gratia. Nec niſi ad illud potuit peruenirī, vt liquidiſsima veritate diſ-
xiſſe intelligatur Apoſtolus: Quis.n.te diſcernit? Quid aūt habes quod nō accepiſti? Si aūt accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? 1. Co. 4.
Quod volens etiam martyr Cyprianus oſtendere, hoc totum ipſo titulo definiuit, dicens. In nullo gloriandum, quando noſtrum nihil eſt. In ſecundo libro tractantur cæteræ quæſtiones, & pro noſtra quantulacunque facultate ſoluuntur, quæ ſunt omnes de ſcriptura, quæ regnorum appellatur. Harum prima eſt de eo quod ſcriptum eſt: Et inſiluit ſpiritus domini in Saul. cum alibi dicatur. Et ſpiritus domini malus in Saul. 1. Re. 10.
Quam cum exponerem, dixi. Quanuis ſit & 16.
in cuiuſque poteſtate quid velit, non eſt ta- li. 2. q. 1.
men in cuiuſquam poteſtate quid poſsit.
Quod ideo dictum eſt, quia non dicimus eſſe in poteſtate noſtra, niſi quod cum volumus ſit, vbi prius & maxime eſt ipſum velle. Sine vllo quippe interuallo temporis C
præſto eſt voluntas ipſa cum volumus, ſed
hanc quoque ad bene viuendum deſuper accipimus poteſtatē, cū præparatur uoluntas à
domino. Secunda quæſtio eſt, quomodo dictum ſit: Pœnitet me quod conſtituerim
regem Saul. Tertia, Vtrum ſpiritus immun 1. Re. 15.
dus qui erat in pythoniſſa, potuerit agere vt 1. Re. 28.
Samuel à Saule videretur, & loqueretur 2. Re. 7.
cum eo. Quarta, de eo quod ſcriptum eſt:
Intrauit rex Dauid, & ſedit ante dominum.
Quinta, de eo quod dixit Helias: O domine teſtis huius viduæ, cum qua ego inhabito
apud ipſam, tu male feciſti occidere filium e- 2. Re. 17
ius. Hoc opus ſic incipit: Gratiſsimam
planè.

LIber contra epiſtolam Manichæi, quam Cōtra e-
vocant fundamenti, principia eius ſola re piſtolam
darguit, ſed in cæteris illius partibus annota- quam vo
tiones vbi videbatur, affixæ ſunt: quibus to cant fun-
ta ſubuertitur, & quibus cōmonerer, ſi quan- damenti.
do cōtra totam ſcribere vacauiſſet. Hic liber Cap. 2.
ſic incipit: Vnum verum Deum.

LIber de agone Chriſtiano fratribus in
eloquio latino ineruditis humili ſermone
conſcriptus eſt, fidei regulam continens & D
præcepta viuendi. In quo illud quod poſi- De ago-
tum eſt, Nec eos audiamus qui carnis reſur ne chri-
rectionem futuram negant, & commemo- ſtiano.
rant quod ait Apoſtolus Paulus, Caro & Cap. 3.
ſanguis regnum Dei non poſsidebunt, nō in- cap. 32.
telligentes qđ ipſe dicit Apoſtolus: Oportet 1. Co. 15.
corruptibile hoc induere incorruptionem,
& mortale hoc induere immortalitatem.
cum enim hoc factum fuerit, iam non erit ca-
ro &

ro & sanguis,sed cœleste corpus. Non sic accipiendum est,quasi carnis nõ sit futura substantia,sed carnis & sanguinis nomine ipsam corruptionem carnis & sanguinis intelligendus est Apostolus nuncupasse,quæ vtique in regno illo non erit, vbi caro incorruptibilis erit. Quamuis & aliter possit intelligi, vt carnem & sanguinem opera carnis & sanguinis dixisse accipiamus Apostolum,& eos regnum Dei non possessuros, qui perseueranter ista dilexerint. Hic liber sic incipit: Corona victoriæ.

De doctrina Christia na.ca. 4. LIbros de doctrina christiana,cum imperfectos cõperissem, perficere malui quàm eis sic relictis ad alia tractãda transire. Compleui ergo tertium qui scriptus fuerat vsque E ad eum locum, vbi commemoratum est ex Euangelio testimonium de muliere,quæ abscondit fermẽtum in tribus mensuris farinę, Cap.25. donec fermentaretur totum. Addidi etiam Luc.13. nouissimũ librum, & in quatuor libris opus illud impleui, quorum primi tres adiuuant ut scripturæ intelligantur.quartus autẽ quomodo quæ intelligimus proferenda sint. In Cap.8. secundo sanè libro de authore libri,quẽ plures vocant Sapientiã Salomonis, quod etiam ipsum sicut Ecclesiasticũ Iesus filius Sirach scripserit,non ita constare,sicut à me dictum est:postea didici,& omnino probabilius comperi non esse eius libri authorem. Vbi autem dixi: His quadraginta quatuor libris testamenti veteris terminatur authoritas,ex consuetudine qua iam loquitur ecclesia, vetus te Galat.4. stamẽtum appellaui: Apostolus autem non videtur appellare vetus testamẽtũ,nisi quod datum est ei in monte Sina. Et in eo quod di Cap.28. xi de temporum historia secundum Ambrosium soluisse quæstionẽ, tanquam coætanei fuerint Plato & Hieremias, me fefellit me- F moria. Nam quid ille de hac re episcopus senserit,in libro eius legitur, quem de sacramentis,siue de prophetia scripsit. Hoc opus sic incipit: Sunt præcepta quædam.

Contra partem Donati. Cap.5. SVnt duo libri mei, quorũ titulus est contra partem Donati. In quorum primo libro dixi non mihi placere vllius secularis potestatis impetu schismaticos ad communionem violenter uehementerq; arctari. Quod vere tunc mihi non placebat, quia nondum expertus eram,vel quantũ eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ: Hoc opus sic incipit. Quoniam Donatistæ nobis.

CONfessionũ mearũ libri 13.& de malis & de bonis meis Deum laudant istum & bonum, atque in eum excitant humanum intellectum & affectũ interim quod(ad) me attinet, hoc in me egerunt cum scriberetur, & agunt cum leguntur. Quid de illis alij sentiant, ipsi viderint, multis tamen fratribus eos multum placuisse & placere scio. A primo vsque ad decimum de me scripti sunt. In tribus cæteris de scripturis sanctis, ab eo Gen.1. quod scriptum est: In principio fecit Deus cœlum & terram, vsque ad sabbati requiem. In quatuor libris cum de amici morte animi mei miseriam confiterer dicens quod anima G mea vna quodammodo facta fuerat ex duabus,& ideo(inquam) forte mori metuebam, ne totus ille moreretur,quem multum amaueram: quæ mihi quasi declamatio leuis quàm grauis confessio videtur, quamuis vt- Ca.32. cunque temperata sit hæc ineptia in eo quod additum est forte. Et illud in lib.13. quod dixi firmamentũ factũ inter spiritales aquas superiores, & corporales inferiores, non satis considerate dictum est: Res autem in abdito est valde. Hoc opus sic incipit,Magnus es domine, & laudabilis valde.

CONtra Faustum Manichæum blasphemantem legem & prophetas, & eorum Deum, & incarnationem Christi, scripturas autem noui testamenti, quibus conuinceitur, falsatas esse dicentem, scripsi grande Cap.7. opus, verbis eius propositis, reddens responsiones meas, triginta & tres disputationes sunt, quas etiam libros cur non dixerim? Nam etsi sunt in eis aliqui perbreues, tamen libri sunt. Vnus verò eorum, vbi à H nobis aduersum eius criminationes patriarcharum vita defenditur, tantæ prolixitatis Cap.3. & lib.28 est, quantæ nullus ferè librorum meorum. Cap.3. In libro ergo tertio cum soluerem quæstio- & 2.Re nem, quomodo potuerit duos patres habere Ioseph, dixi quidem quod ex alio natus, tract.12. ab alio fuerit adoptatus, sed genus quoque 10. & adoptionis dicere debui: sic enim sonat quod Deu.25. dixi, tanquam eum vnus adoptauerit alius pater. Lex autem filios etiam mortuis adoptabat, iubens vt fratris sine filijs mortui duceret frater vxorem, & fratri defuncto semen ex eadem susciteret, quæ profecto de duobus vnius hominis patribus expeditior ibi redditur ratio. Vterini aũt fratres fuerũt, in quibus hoc contingit, vt vnius defuncti, qui vocabatur Heli,duceret alter vxorem.i. Iacob

Iacob,à quo Matthęus narrat genitũ eẽ Ioseph:sed vterino fratri suo eũ genuit,cuius filiũ Lucas dicit fuisse Ioseph,nõ utiq; genitũ sed ex lege adoptiuũ. Hoc in eorũ literis innentũ est, qui recenti memoria post ascẽsionẽ domini de hac re scripserunt. Nam ẽt nomen eiusdem mulieris, quæ peperit Iacob patrẽ Ioseph de priore marito Nathã, qui fuit pater Iacob, auus Ioseph secundum Matthęum: & de marito posteriore Melchi peperit Heli, cuius erat adoptiuus Ioseph,non Aphrica. tacuit Aphricanus. Quod quidẽ cũ Fausto Ca. 24. responderem,nondum legerã, sed tamen per I adoptionem potuisse contingere, vt vnus homo duos haberet patres, dubitare non poteram. In duodecimo, & tertiodecimo de circa finem. & lib. 13. Ca. 10. filio Noe secundo qui est appellatus Cham, ita disputatum est, tanquam non in filio suo Chanaan, sicut scriptura demonstrat, sed in seipso fuerit à patre maledictus. In quartodecimo de sole & luna talia dicta sunt, tanquam sentiant, & ideo tollerẽt uanos adoratores suos, quãuis verba ibi accipi possint ab animali ad aiale translata, modo locutionis qui vocãt Græce metaphora, sicut de mari scriptũ est, quod fremat in vtero matris suæ voles progredi,cũ utiq; nõ habeat voluntatẽ. In vndetricesimo,Absit inquam vt sit in mẽbris sanctorum ẽt genitalibus aliqua turpitudo. Dicunt quidẽ inhonesta, quia nõ habẽt eã speciẽ decoris,quã mẽbra, quæ in prõptu locata sunt:sed ꝓbabilior in alijs postea scripturis nostris reddita ratio est,cur ea dixerit 1.Co.12. etiã Apostolus inhonesta, ꝓpter legem.s.in Rom.7. mẽbris repugnãtẽ legi mẽtis quæ de peccato accidit,nõ de prima nostræ institutione naturæ. Hoc opus sic incipit:Faustus quidem fuit genere Afer.

Contra Felicem Manichæum Cap. 8. K CONtra Manichęũ quẽdam nomine Felicẽ ꝓsente populo in ecclesia biduo disputaui. Hipponẽ quippe venerat,eundẽ seminaturus errorem:vnus.n.erat ex doctoribus eorum, quãuis ineruditus liberalibus literis, sed tũ versutior Fortunato. Gesta sunt ecclesiastica,sed inter meos libros cõputantẽ. Duo ergo libri sunt. In quorũ secundo disputatũ est de libero voluntatis arbitrio,siue ad malũ operandum,siue ad bonum:sed de gratia quæ uere liberi sunt,de quibus scriptũ est: Si vos Ioan. 8. filius liberauerit,tũc vere liberi eritis,diligẽtius disputare, quoniam talis erat eum quo agebamus, nulla sumus necessitate compulsi. Hoc opus sic incipit:Honorio Augusto.

De natura boni aduersus Manichæos cap. 9. LIber de natura boni aduersus Manichæos est, vbi ostenditur naturam incommutabilem Deum esse ac summũ bonum, atq; ab illo esse cæteras naturas, siue spiritales siue corporales, atque omnes inquantum naturæ sunt,bonas esse:& quid,vel vnde sit malũ, & quanta mala Manichæi ponant in natura boni, & quanta bona in natura mali, quas naturas finxit error ipsorum. Hic liber sic incipit: Summum bonum quo superius non est, Deus est. L

Contra Secũdinũ Manichæũ. c. 10. SEcundinus quidam, non ex eis quos Manichæi electos, sed ex eis quos auditores vocant,quem nec facie quidẽ noueram, scripsit ad me velut amicus,honorifice obiurgãs quod oppugnarem literis illam hæresim, & admonens ne facerem, atque ad eam potius sectandam exhortans, cum eius defensione, & fidei catholicæ reprehensione.Huic respõdi. Sed quia in eiusdem opusculi capite non posui,quis cui scriberem, nõ in epistolis meis, sed in libris habetur. Illic ab exordio conscripta est etiam eius epistola. Huius autem libri mei titulus est, Contra Secundinum Manichæum. quod mea sententia omnibus quæ aduersus illam pestem scribere potui, facile præpono. Hic liber sic incipit, Tua in me benevolentia.

Contra Hilariũ tribunitũ.ca.11. INter hæc Hilarius quidã vir tribunitius laicus catholicus,nescio vnde aduersus Dei ministros, vt fieri assolet, irritatus, morem qui tunc esse apud Carthaginem cœperat, vt hymni ad altare dicerentur de psalmorum libro, siue ante oblationem, siue cum distribueretur populo quod fuisset oblatum, maledica reprehensione vbicunque poterat, lacerabat, asserens fieri non oportere. Huic M respondi iubentibus fratribus, & vocabatur liber ipse, Contra Hilarium. Hic liber sic incipit, Qui dicunt mentionem.

Qõnũ euangeliorum. ca.12. SVnt quædam expositiones quorũdam locorum ex euangelio secũdum Matthæũ, & aliæ similiter secundum Lucam, in unum librum illæ,in alterum istæ redactæ sunt. Titulus autem operis huius est. Quæstiones euangeliorum. Sed quare illa sola de supradictis euangelicis libris exposita fuerint, quæ his libris meis continentur, & quæ ista sint, prologus meus, adiunctis atque enumeratis eisdem quęstionibus,ita ut quisq; legere qđ voluerit, numeros secutus inueniat, satis indicat. In primo ergo libro in eo qđ positũ est Dñm seorsum duobus discipulis suã retu Ca. 27. lisse passione mendositas codicis nos fefellit. Mat.29.

Nam

Nam duodecim ſcriptum eſt non duobus. In ſecundo libro volens exponere, quomodo duos patres potuerit habere Ioſeph, cuius coniunx dicta eſt virgo Maria, illud quod
Deu.25. perhibetur fratrem duxiſſe defuncti fratris vxorem, vt ei ſemen ſecundum legem ſuſcitaret, ideo dixi eſſe infirmum, quoniam qui naſceretur, nomen defuncti lex eum iubebat
A accipere non eſt verũ. Nomen enim defuncti quod dictum eſt, ad hoc lex valere præcepit, vt eius filius diceretur, non ad hoc quod ille vocaretur. Hoc opus ſic incipit, Hoc opus non ita ſcriptum eſt.

Annotationes in Iob. ca. 33. LIber cuius eſt titulus, annotationes in Iob, vtrum meus habendus ſit, an potius eorum qui eos ſicut potuerunt vel voluerũt redegere in vnum corpus, deſcriptas de frontibus codicis nõ facile dixerim. Suaues enim pauciſsimis intelligentibus ſunt. qui tamen neceſſe eſt offendantur multa non intelligentes, quia nec ipſa verba quę exponuntur ita deſcripta ſunt in multis locis, vt appareat quid exponatur. Deinde breuitatem ſententiarum tanta ſequuta eſt obſcuritas, vt eam lector vix ferre poſsit, quem neceſſe eſt plurima non intellecta tranſire. Poſtremo tam mendoſum cõperi opus ipſum in codicibus noſtris, vt emendare nõ poſſem, nec æditũ à me dici vellẽ, niſi quia ſcio fratres id habere, quorũ ſtudio nõ potuit denegari. Hoc opus ſic incipit: Et opera magna erãt ei ſup terrã.

B Rudibus. Cap.15. Cap.18. ESt etiã liber noſter de cathecizandis rudibus hoc ipſo titulo prænotatus. In quo libro vbi dixi, Nec angelus qui cum ſpiritibus alijs ſatellitibus ſuis ſuperbiendo deſeruit obedientiam Dei, & diabolus factus eſt, aliquid nocuit Deo, ſed ſibi. Nouit enim Deus ordinare deſerentes ſe animas, conuenientius diceretur, deſerentes ſe ſpiritus, quoniam de angelis agebatur. Hic liber ſic incipit: Petiſti (a) me frater Deogratias.

De trinitate.c.15 LIbros de trinitate, quæ Deus eſt. 15. ſcripſi per aliquot annos. Sed cum eorum duodecimum nondum perfeciſſem, & eos diutius tenerem quam poſſent ſuſtinere qui vehementer illos habere cupiebãt, ſubtracti ſunt mihi minus emendati quam deberent ac poſſent quando eos ædere voluiſſem. Qđ poſteaquam cõperi, quia & alia eorum apud nos exemplaria remanſerant, ſtatueram eos iam ipſe non ædere, ſed ſic habere, vt in alio aliquo opuſculo meo quid mihi de his euenerit dicerem: vrgentibus tantum fratribus, quia reſiſtere non valui, emendaui eos quantum emendandos putaui, & compleui & ędidi, adiungens eis à capite epiſtolam, quam ſcripſi ad venerabilem. Aurelium epiſcopum Carthaginenſis eccleſiæ: quo tanquam prologo expoſui, & quid accidiſſet, & quid facere mea cogitatione voluiſſem, & quid fratrum charitate compellente feciſſem. In C
quorum libro. 11. cum de corpore viſibili caput. 5
agerem, dixi: Quo circa id amare alienari eſt, quod ſecundum morem dictum eſt, quo aliquid ſic amatur, vt eo fruendo (ſic) exiſtimet beatum ſe eſſe qui hoc amat. Nam non eſt alienari, in laudem creatoris amare ſpeciem corporalem, vt ipſo creatore fruens quiſque vere beatus ſit. Itemque in eodem
vbi dixi: Nec autem quadrupedem memini, Cap. 10
quia non vidi, ſed phantaſiam talem facillime intueor, dum alicui formæ volatili qualem vidi, adiungo alios duos pedes quales itidem vidi. Hæc dicens non potui recolere Leuit. 11
volatilia quadrupedia, quæ lex commemorat. Neque enim computat in pedibus duo poſteriora crura quibus locuſtę ſaliunt, quas dicit mundas, & ideo diſcernit ab immundis talibus volatilibus, quæ non ſaliunt illis cruribus, ſicut ſunt ſcarabei. Omnia quippe huiuſmodi volatilia quadrupedia vocantur in lege. In duodecimo velut expoſitio verborum Apoſtoli, vbi ait: Omne peccatum Cap.10
quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: 1.Co.6.
non mihi ſatisfacit: nec ſic puto intelligendũ quod dictum eſt: Qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat. tanquam ille hoc faciat, qui propter adipiſcenda ea quę per corpus ſentiuntur, vt in his finẽ boni ſui ponat, D
aliquid agit. Hoc.n. lõge plura peccata cõplectitur, quã illa fornicatio q̃ cõcubitu ppetratur illicito, de qua locutũ cũ hoc diceret Apoſtolũ apparet. Hoc opus (excepta epiſtola q̃ poſtmodũ ad eius caput adiuncta eſt) ſic incipit: Lecturis hæc q̃ de trinitate diſſerimus.

De conſenſu Euangeliſtarum Cap.12 PEr eoſdem annos quibus paulatim libros de trinitate dictabam, ſcripſi & alios labore continuo, interponens eos illorum temporibus, in quibus ſunt libri quatuor de conſenſu Euangeliſtarũ, pp eos qui tanquã diſſentiẽtibus calumniantur. Quorũ primus liber aduerſus eos ſcriptus eſt, q tãq̃ maxime ſapientẽ Xp̃m vel honorant, vel honorare ſe fingũt: & ideo nolũt euãgelio credere, qa nõ ab ipſo illa cõſcripta ſunt, ſed ab eius diſcipulis, quos exiſtimãt ei diuinitatẽ qua crederet deus erore tribuiſſe. In quo libro qđ dixi ex Cap.14
Abrahã cœpiſſe gẽtẽ Hebręorũ, eſt quidẽ & hoc credibile, vt Hebræi velut Habræi dicti eſſe videantur, ſed ex illo verius intelligũtur

Cap. 11. appellati, qui vocabatur Heber, tanquã Hebræi de qua re in lib. 16. de Ciuitate Dei ſatis
E diſſerui. In ſecundo autem libro cum agerẽ de duobus partibus Ioſeph, ab altero dixi genitum, ab altero adoptatum. Sed dicendũ fuit
cap.3. alteri adoptatũ. Defuncto.n. quod magis credendum eſt, ſecundum legem fuerat adoptatus, quoniam qui eum genuit, eius matrẽ fratris defuncti coniugem duxerat. Item vbi dixi, Lucas vero ad ipſum Dauid per Nathan aſcendit, per quem prophetam Deus peccatũ illius expiauit. Per cuius nominis prophetã, dicere debui, ne putaretur idẽ fuiſſe, (homo) cum alter fuerit. quanuis & ipſe hoc vocaretur. Hoc opus ſic incipit, Inter omnes diuinas authoritates.

Cõtra epiſtolam Parmeniani Donatiſtarũ epi. Cap.17. Cap.1. & 2. 1.Co.5. IN tribus libris contra epiſtolã Parmeniani Donatiſtarum Carthaginenſis epiſcopi, ſucceſſoriſque Donati, quæſtio magno uerſatur & ſoluitur, vtrum in unitate & eorundẽ cõmunione ſacramentorũ mali contaminent bonos, & quemadmodum (non contaminent diſputatur propter eccleſiam toto orbe diffuſam, cui calumniando ſchiſma fecerunt. In quorum libro. 3. cum diſſereretur, quomodo ſit accipiendũ quod ait Apoſtolus: Auferte malum ex vobiſipſis, illud quod dixi, ut ex ſeipſo quiſque auferat malum, non ſic eſt intelligẽdum, ſed ſic potius ut homo malus auferatur ex hominibus bonis, (quod fieri pro
F eccleſiaſtica diſciplina, ſatis græca lingua indicat, vbi ſine ambiguitate ſcriptum eſt, vt intelligatur, hic malus, non hoc malum, quanuis & ſecundum iſtum intellectum reſponderim Parmeniano. Hoc opus ſic incipit, Multa quidem & alia aduerſus.

De baptiſmo. Cap.18. Lib.1.c. 17. & li. 4.c.3. 4. & 10. Matt. 6. Cap.22. Luc.23. Cap.51. COntra Donatiſtas authoritate beatiſsimi (epiſcopi & martyris) Cypriani ſe defendere molientes, ſeptem libros de baptiſmo ſcripſi, in quibus docui nihil ſic valere ad refellendos Donatiſtas, & ad eorum (prorſus) ora claudenda, ne aduerſus catholicam eccleſiam ſuum ſchiſma defendant, quomodo litteras factumque Cypriani. Vbicunque autem in his libris commemoraui eccleſiam non habentem maculam aut rugam, nõ ſic accipiendum eſt quaſi iam ſit, ſed quæ præparatur vt ſit quando apparebit etiam gloriosa. Nunc enim propter quaſdam ignorantias & infirmitates membrorũ ſuorũ, habet vnde quotidie tota dicat: Dimitte nobis debita noſtra. In quarto libro cum dicerem vicẽ baptiſmi poſſe habere paſsionem, non ſatis idoneum 2. Ti. 2.
poſui illius latronis exẽplum, qui vtrũ (nõ) fuerit baptizatus, incertum eſt. In libro. 7. de vaſis aureis & argenteis in domo magna
G cõſtitutis, ſenſum Cypriani ſecutus ſum qui hæc accepit in bonis, in malis autẽ lignea & fictilia, ad illa referens quod dictum eſt: Alia quidem in honorem, ad hæc autem quod dictum eſt: Alia verò in contumeliam. Sed magis approbo quod apud Tychonium poſtea reperi vel aduerti, in vtriſq; intelligendum, quædã in honorem, non ſola ſcilicet aurea & argentea, & rurſus in vtriſq; quædã in cõtumeliam, non utiq; ſola lignea & fictilia. Hoc opus ſic incipit, In eis libris quos aduerſus.

Contra qđ attulit Centurius à Donatiſtis. c.19. CVm aduerſus partem Donati multa crebris diſputationibus ageremus, attulit ad eccleſiam quidam laicus tũc eorum nonnulla contra nos dictata uel ſcripta in paucis velut teſtimonijs, quæ ſuę cauſæ ſuffragari putant. His breuiſsime reſpõdi. Huius libelli titulus eſt. Contra quod attulit Centurius à Donatiſtis. Et incipit ſic, Dicis eo quod ſcriptum eſt à Salomone.

Ad ĩquiſitiones Ianuarij. Cap.20. LIbri duo, quorum eſt titulus, Ad inquiſitiones Ianuarij, multa de ſacramẽtis continent diſputata, ſiue quæ vniuerſaliter, ſiue quæ particulariter, id eſt, nõ peræque in omnibus locis obſeruat eccleſia, nec tamen commemorari omnia potuerunt, ſed ſatis ad in-
H quiſita reſpõſum eſt. Quorũ librorũ prior epiſtola eſt, habet quippe in capite, quis ad quẽ ſcribat: ſed ideo inter libros annumeratur hoc opus, quoniã ſequens, qui noua noſtra non habet, multo eſt prolixior, & in eo multo plura tractantur. In primo igitur qđ Cap.3.
de manna dixi, quia vnicuiq; ſecundum propriam voluntatẽ in ore ſapiebat: non mihi occurrit vnde poſsit ꝓbari, niſi ex libro ſapientiæ, quẽ Iudęi nõ recipiunt in authoritatem Sap. 16.
canonicã, quod tamen fidelibus potuit proue Exo.16.
nire, nõ illis aduerſus Deũ murmuratoribus, qui profecto alias eſcas non deſiderarent, ſi Nu. 11.
hoc eis ſaperet manna quod vellent. Hoc opus ſic incipit, Ad ea quæ me interrogaſti.

De opere monachorum. cap. 21. VT de opere monachorum librum conſcriberem, illa me neceſsitas compulit, quod cum apud Carthaginem monaſteria eſſe cœpiſſent, alij ſe ſuis manibus tranſigebant, obtemperantes Apoſtolo, alij verò ita ex oblationibus religioſorum viuere volebant, vt nihil operantes vnde neceſſaria vel haberent vel ſupplerent, ſed potius implere præceptũ euangelicum exiſtimarent atque iactarent, ibi

vbi dominus ait: Respicite volatilia cœli & lilia agri. Vnde ẽt inter aliquot inferiores proposuit, sed tamen studio feruentes existere cœperant tumultuosa certamina, quibus ecclesia turbaretur, alijs hoc, alijs aliud defendentibus. Huc accedebat quod criniti erant quidam eorum, qui operandum non esse dicebat. Vnde contentiones, hinc reprehendendũ, inde quasi pugnantiũ pro partiũ studijs augebantur. Propter hoc venerabilis senex Aurelius, ecclesię ipsius ciuitatis episcopus, vt hinc aliqd scriberẽ iussit, & feci. Hic liber sic incipit, Iussioni tuę sancte frater Aureli.

Matt. 6.

De bono cõiugali cõtra Iouinianũ. c.22.

IOuiniana hęresis sacrarum virginum meritum æquando pudicitiæ coniugali tantũ valuit in vrbe Romana vt nonnullas etiam sanctimoniales de quarum pudicitia suspicio nulla præcesserat, deieciſſe in nuptias diceretur, hoc maxime argumento cum eas vrgeret dicens: Tu ergo melior quam Sara, melior quam Susanna siue Anna? & cæteras commemorãdo testimonio sanctæ scripturæ commendatissimas fœminas, quibus se illæ meliores, vel etiã pares cogitare non possent. Hoc modo etiã uirorum sanctorum sanctũ cœlibatum, commemoratione patrum coniugatorum & prędicatione frangebat. Huic monstro sancta ecclesia, quę ibi est, fidelissime ac fortissime restitit. Remanserant autem iste disputationes eius in quorũdam sermunculis ac susurrijs, quas palam suadere nullus audebat. Sed etiam occulte venenis repentibus, facultate quam donabat dominus, occurrendum fuit, maxime quoniam iactabatur Iouiniano responderi non posse cum laude, sed cũ vituperatione nuptiarũ. Propter hoc librum ędidi, cuius inscriptio est, De bono coniugali. Vbi de propagatione filiorũ priusquam homines mortem peccando mererentur, quoniam concubitus mortalium corporum res (esse) videtur, quæstio magna dilata est. Sed in alijs posteà literis nostris, satis quantum arbitror explicatur. Dixi etiam quodam loco. Quod enim est cibus ad salutẽ hominis, hoc est, concubitus ad salutẽ generis, & vtrũque nõ est sine delectatione carnali, quę tamen modificata, & tẽperantia refrenãte, in vsum naturalẽ redacta, libido esse nõ potest. Quod ideo dictũ est, qñ libido nõ est bonis & rectus vsus. Sicut enim malum est male vti bonis, ita bonũ est bene vti malis. De qua re alias maxime cõtra nouos hæreticos Pelagianos diligentius disputaui. De Abrahã quid dixi, Ex hac obedięntia pater ille Abraham, qui sine vxore non fuit esse sine vnico filio, & à se occiso paratus fuit, nõ satis approbo. Magis enim filium si esset occisus, resuscitatione sibi mox fuisse reddendũ, credidisse credendus est: sicut in epistola legitur quæ est ad Hebrẽos. Hic liber sic incipit: Quoniam unusquisque homo.

De bono cõiugali. cap. 16.

Cap. 23.

Heb. 11.

POstea quàm scripsi de bono coniugali, expectabatur vt scriberem de sancta virginitate, nec distuli, atque id Dei munus & quam magnum, & quanta humilitate custodiendum esset, vno sicut potui volumine ostẽdi. Hic liber sic incipit: Librum de bono coniugali nuper ędidimus.

De sancta virginitate. ca. 23.

PEr idem tempus de Genesi lib. 12. scripsi ab exordio, donec de paradiso dimissus est Adam, & flammea rhomphæa posita est custodire viã ligni vitę. cum autem ad hoc usque vndecim libri peracti essent, duodecimũ addidi, in quo diligentius de paradiso disputatum est. Titulus horum librorum inscribitur: De Genesi ad literam, id est, non secundum allegoricas significationes, sed secundum rerum gestarum proprietatem. In quo opere plura quæsita quã mucta sunt, & eorũ quæ inuenta sunt, pauciora firmata: cætera verò ita posita, velut adhuc requirenda sint. Hos sane libros posterius cœpi, sed prius terminaui quam de trinitate. ideo eos nunc ordine quo cœpi, recolui. In quinto libro, & vbicunque in eis libris posui, de femine cui repromissum est, quid dispositũ sit per angelos, in manu mediatoris: non sic habet Apostolus, sicut veriores codices post inspexi, maxime græcos. De lege enim dictum est, quid tanquam de semine dictum multi Latini codices habẽt per interpretãtis errorẽ. In sexto libro quod dixi, Adam imaginẽ Dei secundũ quã factus est, perdidisse peccato nõ sic accipiendum est, tanquam in eo nulla remãserit, sed quod tã deformis, vt reformatione opus haberet. In duodecimo, de inferis magis mihi videor docere debuisse, quod sub terris sint, quam rationẽ reddere cur sub terris esse credantur, siue dicantur quasi non ita sit. Hoc opus sic incipit, Omnis diuina scriptura bipertita est.

De Genesi ad literam. c.24

Cap. 27. & 28.

cap. 33.

ANtequam finirem libros de trinitate, & libros de Genesi ad literam, irruit causa respondendi literis Petiliani Donatistæ, quas aduersus catholicam scripsit ecclesiam, quam differre non potui. Et scripsi in hanc rem tria volumina, quorum primo primæ parti epistolæ ipsius, quam scripsit ad suos,

Cõtra literas Petiliani.

Cap. 15.

suos, quia non tota in nostras manus venerat, sed prior parua pars eius: quanta potui celeritate & veritate respondi. Etiã ipsa epistola est ad nostros, sed ideo inter libros habẽt, quia cęteri duo in eadem causa libri sunt. Postea quippe inuenimus totam, eique tanta diligentia respondi, quanta Fausto Manichæo, verba scilicet eius sub ipsius nomine prius ponens particulatim, & sub meo per singula responsionẽ meam. Sed prius quod scripseram, antequam totam reperiremus, peruenit ad Petilianum. Et iratus respondere conatus est, in me potius dicens quicquid ei libuit, in causa verò omnino deficiens: qđ cum posset collatis vtriusque scriptis facillime aduerti, tamen propter tardiores hoc ipse respondendo demonstrare curaui: sic est additus eidem nostro operi liber tertius. Hoc opus in primo libro sic incipit, Nostis nos sæpe voluisse. In secundo autem sic, Primis partibus epistolæ Petiliani. In tertio autem sic, legi Petiliane literas tuas.

Contra Cresconiũ Grãmaticũ Ca. 16.

GRammaticus etiam quidam Donatista Cresconius, cum inuenisset epistolam meam, qua primas partes quę in manus nostras tunc uenerat epistolæ Petiliani redargui, putauit mihi esse respondendum, & hoc ipsum scripsit ad me. Cui operi citius libris quatuor respondi, ita sanè, ut tribus peragerem quod vniuersa responsio flagitabat. Sed cum viderem me sola Maximianensium causa qua suos schismaticos damnauerunt, & eorum alios rursus in suis honoribus receperint, baptismumque ab eis extra suam communionem datum non repetiuerunt, respondere non posse ad cuncta quæ scripsit, etiam quartum librum addidi, in quo idipsum quantum potui diligenter atque euidenter ostendi. Hos autem quatuor libros quando scripsi, iã contra Donatistas leges dederat Honorius imperator. Hoc opus sic incipit, Quando ad te Cresconi.

Probationũ & testimoniorum contra Donatistas. Ca. 27.

POst hęc ut ad Donatistas peruenirent contra eorum errorem & pro catholica veritate necessaria documenta curaui, siue de ecclesiasticis, siue de publicis gestis, siue de scripturis canonicis. Et primo ad illos eadem promissa direxi, vt ipsi ea si fieri posset exposcerẽt. Quę cum uenissent in eorum quorundam manus, nescio quis extitit, qui suo nomine tam cito contra hoc scriberet, ita se confitens Donatistam, tãquam hoc vocaretur. Cui ego respondens, alium librũ scripsi. Illa verò documenta quæ promiserã, eidem libello quo (eadem) promiseram iunxi, & ex vtroque vnum esse volui, eumque sic ędidi, vt in parietibus basilicæ, quæ Donatistarum fuerat, prius propositus legeretur: cuius titulus est, Probationum & testimoniorum contra Donatistas. in quo libro absolutione Felicis Aptugnensis ordinatoris Cæciliani, non hoc ordine posuimus quo postea nobis claruit, consulibus diligẽter inspectis, sed tanquam post Cæcilianum fuerit absolutus, cũ ante sit factum. Illud (etiam) qđ commemorato Iudæ Apostoli testimonio vbi ait, ij sunt qui segregant semetipsos, animales, spũm non habẽtes. Adiunxi ẽt dicẽs. De quibus Paulus Apostolus dicit. Animalis aũt homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei, nõ sunt istis illis æquãdi, quos omnino ab ecclesia schisma præcidit. Istos quippe idẽ Apostolus Paulus paruulos dicit esse in Christo, quos nondum escam valentes capere, lacte nutrit. illi autem non in filijs paruulis, sed in mortuis & perditis computandi sunt, & si quis eorum correctus ecclesiæ fuerit copulatus, recte de illo dici potest, Mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Hic liber sic incipit, Qui timetis cõsentire ecclesiæ catholicæ.

Iudæ. 1.

1. cor. 1.

1. Co. 3.

Contra Cresconiũ. c. 28.

ALterius libri quem supra commemorauí, titulum esse uolui. Contra nescio quẽ Donatistam, vbi similiter de absolutione ordinatoris Cęciliani uerus ordo temporis natistãtudinem zizaniorum, vbi intelliguntur omnes hæretici: minus habet vnam necessariam cõiunctionem. dicendum enim fuit, vbi intelliguntur etiam omnes hæretici, aut vbi intelliguntur etiam omnes hæreses. Nunc verò ita dictum est, quasi præter ecclesiam tantummodo sint zizania, non etiam in ecclesia, cum ipsa sit regnum Christi, de quo collecturi sunt angeli eius messis tempore omnia scãdala. Vnde & Cyprianus martyr, Etsi videntur (inquit) in ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides, aut charitas uestra, vt quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Quem sensum etiam alias nos, & maxime aduersus eosdem prędentes Donatistas in collatione defendimus. Hic liber sic incipit, Probationes rerum necessariarum.

CVm viderem multos legendi labore impediri à discendo, quàm nihil rationis nitio (atq;) ueritatis hẽat pars Donati libellũ bre Donatiuissimũ feci, quo eos de solis Maximianistis, starum admonendos

de Maximianistis Cap.29.

admonendos putaui, vt posset facilitate demi scribendi in manus pluriũ peruenire, & ipsa sui breuitate facilius commendari memoriæ cui titulum imposui, Admonitio Donatistarum de Maximianistis. Hic liber sic incipit: Quicunque calumnijs hominum.

De diuinatione dæmonũ Cap.30. in.2.sen. dist.8.c.1.

PEr idem tempus accidit mihi ex quadam disputatione necessitas, vt de diuinatione dæmonum libellum scriberem cuius titulus iste ipse est. In eius autem quodã loco (ubi) dixi. Dæmones aliquando & hominum dispositiones non solum voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædã ex aío exprimũtur, in corpore tota facilitate perdiscere. Rem dixi occultissimam audaciore asseueratione, quàm debui. nam F peruenire ista ad notitiam dæmonum, per nonnulla etiam experimenta compertum est. Sed vtrum signa quædam dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia, nos autem latentia, an alia vi & ea spirituali ista cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri. Hic liber sic incipit, Quodam die in diebus sanctis octauarum.

De sex qõnibus cõtra Paganos ex positis ad Deo gratias.c.31.

INtermissæ sunt mihi à Carthagine quæstiones sex, quas proposuit amicus quidam, quem cupiebam fieri Christianum, vt contra Paganos soluerentur, (præsertim) quia nonnullas earum a Porphyrio philosopho propositas dixit. Sed non eum esse arbitror Porphyrium Siculum illum cuius celeberrima est fama. Harum quæstionum disputationes in vnum librum contuli, non prolixum, cuius est titulus: Sex quæstiones contra Paganos expositæ. Earum autem prima est de resurrectione. secunda de tempore Christianę religionis. tertia de sacrificiorum distinctione. quarta de eo quod scriptum est: In qua mensura mensi fueritis, remetietur Matt. 7. vobis. quinta de filio Dei secundum Salomonem. sexta de Iona propheta. In quarum secunda quod dixi, Salus religionis huius, per quam solam veram vera salus veraciterque promittitur, nulli vnquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit, dignus non fuit, non ita dixi tanquam ex meritis suis quisquam G dignus fuerit, sed quemadmodum ait Apostolus: Non ex operibus, sed ex vocante dei- Rom. 9. ctum esse, Maior seruiet minori: quam voca- Mala. 1. tionem ad Dei propositum asserit pertinere. Vnde dicit: Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam. Et 2. Ti. 1. vnde item dicit, Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, Rom. 8. ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti. De qua vocatione ait. Vt dignos vos habeat vocatione sua sancta. Hic liber post epistolam, quæ postmodum à capite addita est, sic incipit: Mouet quosdam.

Expositio epistolæ sancti Iacobi. Cap.32.

INter opuscula mea reperi expositionẽ epistolæ Iacobi Apostoli, quam retractans aduerti adnotationes potius expositorum quorundam eius locorum in librum redactas fratrum diligentia, qui eas in frontibus codicis esse noluerunt: Adiuuant ergo aliquid nisi quod ipsam epistolam, quam legebamus quando ista dictaui, non diligenter ex græco habebamus interpretatam. Hic liber sic incipit: Duodecim tribubus quæ sunt in dispersione salutem. H

De peccatorũ meritis et remissione ac de baptismo paruulorũ. c.33.

VEnit etiam necessitas, quæ me cogeret aduersus nouam Pelagianam hæresim scribere, contra quam prius cum opus erat, non scripturis, sed sermonibus & collocutionibus agebamus vt quisque (nostrum) poterat aut debebat. Missis ergo mihi à Carthagine quæstionibus eorum, quas rescribendo dissolueram, scripsi primum libros tres, quorum titulus est: De peccatorum meritis & remissione. vbi maxime de baptismate disputatur paruulorum propter originale peccatum & de gratia Dei qua iustificamur, hoc est, iusti efficimur: quanuis in hac vita nemo ita seruet mandata iustitię, vt nõ sit ei necessarium pro suis peccatis orando dicere, Di- Matt. 6 mitte nobis debita nostra. Contra quam omnia sentientes illi nouam hæresim condiderunt. In his autem libris tacenda adhuc arbitratus sum nomina eorum, sic eos facilius posse corrigi sperans: imo etiam in tertio libro, quæ est epistola, sed in libris habita propter duos, quibus eam connectendam putaui, Pelagij ipsius nomen non sine laude aliqua posui: quia vita eius à multis prædicabatur: & eius illa redarguit, quæ in suis scriptis nõ ex persona sua posuit, sed quid & ab aliis diceretur exposuit: quæ tamen postea iam hæreticus pertinacissima animositate defendit. Cœlestius vero discipulus eius iam pro- I pter tales assertiones apud Carthaginem in episcopali iudicio, vbi ego non interfui, excommunicationem meruerat. In secundo libro in quodam loco, hoc quibusdam (inquam) in fine largietur, vt mortem repentina commutatione non sentiant: seruans locum diligentiori de hac re inquisitioni. Aut enim non morientur, aut de vita ista in mortem,

mortem, & de morte in æternam vitam celerrima commutatione tanquam in ictu oculi (transeundo) mortem nõ sentient: Hoc opus sic incipit: Quanuis in mediis & magnis curarum æstibus.

De vnico baptismo. Cap.34.

EOdem tempore librum de vnico baptismo amicus quidam meus, à nescio quo Donatista presbytero accepit, indicãte quod Petilianus episcopus eorum Constantinensis eum scripserit. Hunc ad me ille attulit, ac vehementer, vt ei responderem rogauit: & factum est. Librum autem (etiam) meum in quo respondi, vnde titulum habere volui, hic est De vnico baptismo. In quo libro illud quod dixi, Constantinum imperatorem Cap.16. Donatistis criminantibus ordinatorem Cæciliani Felicem Aptugnensem non negasse accusationis locum, quanuis eos in Cæciliani fictis criminibus calumniosos fuisset expertus, in ordine temporum postea consyderatum, aliter inuentum est. Nam prius memoratus imperator causam Felicis fecit audiri à Proconsule, vbi legitur absolutus, & postea ipse Cæcilianum cum accusatoribus eius auditum, comperit innocentem, vbi eos expertus est in eius criminibus calumniosos: qui ordo temporum per consules declaratus, multo vehementius in ea causa calumnias Donatistarum conuincit, penitusque subuertit: quod ibi ostendimus. Hic liber sic incipit, Respondere diuersa sentientibus. alibi.

De Maximianistis. Contra Donatistas. Cap.35.

SCripsi etiam librum inter cætera contra Donatistas, non breuissimum sicut antea, sed grandem multo diligentius, in quo apparet quemadmodum eorum aduersus ecclesiam catholicam impium ac superbissimum errorem sola funditus Maximianistarum causa subuertat, quod schisma factum est ex ipsa parte Donati. Hic liber sic incipit, Multa iam diximus, multa iam scripsimus.

De gratia noui testamẽti, ad Honoratũ. Cap.36.

EO ipso tempore quo contra Donatistas vehementer exercebamur, & contra Pelagianos exerceri iam cœperamus, amicus quidam mihi misit quinque à Carthagine quæstiones, & rogauit vt eas illi (scribendo) exponerem, Quæ sunt: Quid sibi velit vox illa domini, Deus meus, Deus meus, ut Mat.27. quid me dereliquisti? Et quid sibi quod ait Ephe.3. Apostolus: Vt in charitate radicati, & fundati, prævaleatis cõprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo & longitudo, (&) altitudo & profundum. Et quę sint quinque virgines stultæ quæue sapientes. Et quę sint tenebræ exteriores. Et quõmodo intelligendum sit, verbum caro factum est. Ego autem intuens supradicta hæresim nouam inimicã gratiæ Dei, sextam mihi proposui quæstionem, De gratia noui testamenti. De qua disputans interposita expositione psalmi vicesimi primi, in cuius capite scriptum est: quod dominus exclamauit in cruce, quod ille inimicus in primis mihi proposuit exponendũ, omnia illa quinque dissolui, non hoc ordine quo erant proposita, sed sicut mihi differenti de gratia noui testamenti, tanquam suis locis congruenter occurrere potuerunt. Hic liber sic incipit: Quinque mihi proposuisti tractandas quæstiones. M

Mat.25. Mat.22. Ioan.8.

De spũ, et litera ad Marcellinũ. cap.37.

ADquem scripseram tres libros, quorum titulus est, De peccatorum meritis & remissione, vbi diligenter disputatur etiam de baptismo paruulorum: rescripsit mihi se fuisse permotum, quod dixerim, fieri posse vt sit homo sine peccato si voluntas eius non desit, ope adiuuante diuina, quanuis nemo tam perfectæ iustitię in hac vita vel fuerit, vel sit, vel futurus sit. Quæsiuit enim quomodo dixerim posse fieri, cuius rei desit exemplum. Propter hanc eius inquisitionem, scripsi librum cuius est titulus, De spiritu & litera, 2.Co.3. pertractans Apostolicam sententiam vbi ait. Litera occidit, spiritus autem viuificat. In quo libro quantum Deus adiuuit, acriter disputaui contra inimicos gratię Dei, qua iustificatur impius. Cum autem agerem de Rom.4. obseruationibus Iudęorũ: à quibusdam escis secundum veterem legem abstinentium: dixi, Quarundam escarum ceremoniæ. quod nomen non est in usu literarum sanctarum: ideo tamen mihi congruens visum est, quòd à carendo appellatas cæremonias, quasi caremonias memoria tenebam, eo quod obseruantes careant his rebus (à) quibus abstinent. Quod si est origo alia huius nominis quæ abhorret à sua religione, secundum hãc ego non sum loquutus, sed secundum istam quam supra memoraui. Hic liber sic incipit, Lectis opusculis quę ad te nuper elaboraui.

A De fide & operibus.c.38

INterea missa sunt mihi à quibusdã fratribus laicis quidẽ, sed diuinorum eloquiorũ studiosa scripta nonnulla, q̃ ita distinguerẽt à bonis operibus Christianam fidem, vt sine hac nõ posse, sine illis autem posse peruenire suaderetur ad æternam vitam. Quibus respõdens librum scripsi, cuius nomen est, De fide & operibus. in quo disputaui non solum quemadmodũ viuere debeant gratia Dei regenerati, verumetiã quales ad lauacrũ rege-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerationis admitti. Hic liber sic incipit, Quibusdam videtur.

Breuiculus collationum. Cap.36.

POsteaquam facta est cum Donatistis nostra collatio, breuiter commemorauí quę gesta sint, literisq; comprehendi secundum tres dies, quibus cum eis contulimus. Idque opus vtile existimaui, quo quisque commonitus, vel sciat sine labore quid actum sit, vel consultis numeris, quos rebus singulis adnotaui, legat in eisdem gestis ad locum quodcũque voluerit: quoniam fatigant illa (lua) nimia prolixitate lectorem. Huius autem operis titulus est, Breuiculus collationum. Hoc opus sic incipit. Cũ catholici episcopi & partis Donati.

Post collationẽ contra Donatistas. Ca.40.

BLibrum etiam scripsi grandem satis quantum existimo diligenter ad ipsos Donatistas post collationem, quam cum episcopis eorum habuimus, ne ab eis seducerentur ulterius. Vbi respõdi etiam quibusdã vanitatibus eorum, quæ ad nos peruenire potuerũt, quas vbi potuerant, & quomodo potuerant iactabant, pręter illa quæ dixi de gestis collationis, vbi quid actum sit breuiter nosceretur. Multo autem breuius id egi in quadam ad eosdẽ rursus epistola. Sed quia in concilio Numidię omnibus qui ibi eramus hoc fieri placuit, non est in epistolis meis. Sic quippe incipit: Syluanus senex, Valẽtinus, Aurelius, Innocẽtius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus, & cæteri episcopi de consilio Zertensi ad Donatistas. Hic liber sic incipit, Quid adhuc Donatistę seducimini.

De videndo Deũ, ad Pauli nã. c.41.

DE videndo Deo scripsi librũ, vbi de spirituali corpore quid erit in resurrectione sanctorum inquisitionẽ diligentiorẽ distuli, vtrũ, vel quomodo Deus, qui spiritus est, ẽt per corpus tale videatur: sed eã postea quæstionẽ sane difficillimam in nouissimo, id est, in vicesimo & secũdo libro de Ciuitate Dei, satis quantũ arbitror explicaui. Inueni ẽt in quodã nostro codice, in quo & iste liber est, quoddã cõmonitoriũ à me factum de hac re ad episcopũ Siccẽsem Fortunatianũ, quod in opusculorũ meorũ indiculo, nec inter libros, nec inter epistolas est nominatum. Hic liber sic incipit, Memor debiti. Illud autem, Sicut prẽsens rogaui.

De natura, et gratia cõtra Pelagianos. cap.42.

VEnit etiam tunc in manus meas quidã Pelagij liber, vbi hominis naturã cõtra Dei gratiã, qua iustificatur impius, & qua Christiani sumus, quanta potuit argumentatione defendit. Librum ergo quo huic respõdi, defendens gratiam non contra naturã, sed per quã natura liberatur & regitur, de natura & gratia nuncupaui. In quo verba quadã quæ velut Sixti Romani episcopi & martyris, Pelagius posuit, ita defendi tãquã re uera eiusdẽ Sixti essent, id.n. putauerã: sed postea legi Xisti philosophi eẽ, nõ (Sexti) Christiani. Hic liber sic incipit, Librũ quẽ misistis.

De ciuitate Dei Cap.43

INterea cum Roma Gothorum irruptione, agentium sub rege Alarico, atque impetu magnæ cladis euersa est, eius euersionem deorum falsorum multorumque cultores, quos vsitato nomine Paganos vocamus in Christianam religionem referre conãtes, solito acerbius & amarius Deũ verum blasphemare cœperunt. Vnde ergo exardescens zelo domus Dei aduersus eorum blasphemias vel errores, libros de Ciuitate Dei scribere instituí. Quod opus per aliquot annos me tenuit, eo quod alia multa intercurrebãt, quæ differre non oporteret, & me prius adsoluendum occupabant. Hoc autem de ciuitate Dei grande opus tandem uiginti duobus libris est terminatum. Quorum quinque primi eos refellunt, qui res humanas ita prosperari volũt, vt ad hoc multorum Deorum cultum quos Pagani colere consueuerunt, necessarium esse arbitrentur: & quia prohibentur, mala ista exoriri atque abundare contendunt. Sequentes autem quinque aduersus eos loquunt, qui fatentur hæc mala nec defuisse unquam, nec defutura mortalibus, & ea nunc magna, nũc parua, locis, temporibus, personisque variari: sed Deorum multorum cultum, quo eis sacrificatur, propter vitam post mortem futuram esse vtilem disputant. His ergo decem libris, duæ istę vanæ opiniones Christianæ religioni aduersariæ refelluntur. Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse, non autem nostra asseruisse reprehenderet, id agit pars altera operis huius, quæ libris duodecim continetur. Quanquam vbi opus est, & in prioribus decem, quæ nostra sunt asseramus, & in duodecim posterioribus redarguamus aduersa. Duodecim ergo librorum sequentium primi quatuor continent exortum duarum ciuitatum, quarum est vna Dei, altera huius mundi. Secundi quatuor excursum earum siue procursum. Tertij vero, qui & postremi, debitos fines. Ita omnes viginti, & duo libri cum sint de vtraque ciuitate conscripti, titulũ tamen à meliore acceperunt, vt de ciuitate Dei potius vocarentur. In quorum decimo libro non debuit pro miraculo poni in Abrahæ

in Abrahæ sacrificio flammã cœlitus factam inter diuisas victimas concurrisse: quoniam hoc illi in visione monstratũ est. In decimo

Cap. 5. 1.Reg.2. &. 3.

septimo libro, quod dictum est de Samuele: Nõ erat de filijs Aaron, dicẽdũ potius fuit, nõ erat filius sacerdotis. Filios quippe sacerdotũ defunctis sacerdotibus succedere magis legitimi moris fuit. Nã in filijs Aarõ reperit pater Samuelis, sed sacerdos nõ fuit, nec ita in

F filijs, vt eũ ipse genuerit Aarõ, sed sicut omnes illius populi dicũtur filij Israel. Hoc opus sic incipit, Glorioſisimam ciuitatẽ Dei.

Ad Orosium cõtra Prisciliani stas, & Origenistas. c.44

INter hęc Orosij cuiusdã Hispani presbyteri cõsultationi de Priscillianistis, & de quibusdã Origenis sensibus, quos catolica fides improbat, quãta potui breuitate ac perspicuitate respondi. Cuius opusculi titulus est, Ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas. Et ipsa enim consultatio respõsioni meę à capite adiuncta est. Hic liber sic incipit, Respondere tibi quærenti.

De Origine animę, & de sententia Iacobi Apostoli, ad beatũ Hieronymũ Cap.45. Iacob.2.

SCripsi etiam duos libros ad Hieronymũ presbyterum sedentẽ in Bethleem, vnũ de origine animæ hominis: alterũ de sententia Iacobi Apostoli, vbi ait: Quicunque totam legẽ seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. de vtroque consulẽs eum. Sed in illo priore quæstionẽ quam proposui exposui ipse, non solui: in posteriore autem quid mihi de illa soluenda videretur, ipse nõ tacui. Sed vtrum hoc approbaret etiã illũ cõsului. Rescripsit autem, laudãs eandẽ consultationem meã: sed tamẽ sibi tũc ad rescribẽdum ociũ nõ esse respõdit. Ego vero quouſque esset in corpore, hos libros ædere nolui, ne forte responderet aliquando, & cum ipsa responsione eius potius æderentur. Illo autẽ defuncto ad hoc ædidi priorem, ut qui legit admoneatur aut non quęrere omnino quomodo detur anima nascentibus, aut certe de re obscurissima eam solutionem quæstionis huius admittere, quæ contraria non sit apertissimis rebus, quas de originali peccato fides catholica nouit in paruulis, nisi regenerẽtur in Christo sine dubitatione dãnandis. Posteriorem vero ad hoc, vt quęstionis de qua ibi agitur, etiã quæ nobis visa est solutio ipsa noscatur. Hoc opus sic incipit, Deum nostrum qui nos vocauit.

Ad Emeritũ Donatistarum epiſcopum. Cap.46.

AD Emeritum Donatistarum episcopũ, qui in collatione nostra quã cũ illis habuimus, eorũ causam maxime agere videbatur, aliquãdo post eandẽ collationẽ scripsi, libros satis vtilẽ, qñ res quibus vincuntur, vel victi esse monstrantur commoda breuitate complectitur. Hic liber sic incipit, Si vel nunc frater Emerite.

De gestis Pelagis Cap.47.

PEr idem tẽpus in Oriente, hoc est in Syria Palestina, Pelagius à quibusdã catholicis fratribus ad episcopalia gesta pductus est, gij. eisq; absentibus qui de illo libellũ dederant, qm ad diẽ synodi nõ potuerũt occurrere, ab H episcopis quatuordecim auditus est, vbi cum dogmata ipsa damnantẽ, q̃ inimica grãe Dei aduersus eam de libello legebantur, catholicum pronunciauerunt. Sed cũ in manus nostras eadẽ gesta uenissent, scripsi de his librũ, ne illo vel absoluto, eadem quoq; dogmata putarent iudices approbasse, q̃ ille nisi damnasset, nullo modo ab eis indẽnis existet. Hic liber sic incipit, Posteaquã i manus nostras.

De correctione Donatistarum

EOdem tempore scripsi ẽt librum de correctione Donatistarum, propter eos qui nolebant illos legibus imperialibus corrigi. Hic liber sic incipit, Laudo, & gratulor, & admiror fili dilectissime Bonifaci.

Bonifacium. Cap.48.

DE pñtia Dei scripsi librũ, vbi nra intentio cõtra hęresim Pelagianam maxime vigilat, non expresse nominatam, sed in eo etiam de præsentia Dei naturæ, quẽ Deũ vesentia rum & summum dicimus, & de templo eius operose ac subtiliter disputatur. Hic liber sic incipit, Fateor frater dilectissime Dardane.

De præsentia Dei ad Dardanum. Cap.49.

POsteaquam Pelagiana hæresis cum suis authoribus ab episcopis ecclesiæ Romanę, prius Innocentio, deinde Zosimo, cooperantibus conciliorum Aphricanorum litteris, conuicta atque damnata est: scripsi I duos libros aduersus eos, vnum de gratia Christi, alterum de peccato originali. Hoc opus sic incipit, Quantum de vestra corporali, & maxime spiritali salute gaudeamus.

De gratia Christi et peccato originali cõtra Pelagiũ, & Cœlestium. Cap.50.

ALiquanto post collationem, quam cum hæreticis Donatistis habuimus, orta est nobis necessitas pergendi in Mauritaniam Cæsariensem. Ibi apud ipsam Cæsaream Emeritum Donatistarum Episcopum vidimus, vnum scilicet eorum septem quos pro suæ causæ defensione delegerant, & qui in eadem causa maxime laborauerat. Quæ cum illo egerimus prẽsentibus episcopis eiusdem prouinciæ, & plebe Cæsariensis ecclesiæ, in qua ciuitate & ciuis, & memoratorum hæreticorum episcopus fuit, ecclesiastica gesta testantur, quę in meis habentur opusculis. Vbi non inueniens quid responderet, totum sermonem meum, quem de solis Maximianistis in auribus eius, & omnium

De Cæsariensi Emerito Donatistarum epiſcopo Cap.51.

qui aderant explicaui, tanquam mutus audiuit. Hic liber vel hæc gesta sic incipiunt, Gloriosissimis imperatoribus Honorio duodecimo, & Theodosio octauo consulibus.

Contra sermonẽ Arriano rum. Cap. 52.

INter hæc venit in manus nostras quidam sermo Arrianorum, sine nomine authoris sui. Huic petente atque instante qui eum mihi miserat, quanta potui etiam breuitate (& celeritate) respondi, adiuncto eodẽ sermone à capite responsionis meę, & adhibitis ad singula numeris, quibus inspectis, quid cui locorum responderim, facile possit aduerti. Hic liber post eorum sermonem qui à capite adiunctus est, sic incipit, Eorum præcedenti (disputationi,) hac disputatione respõdeo.

De nuptijs, & concupiscẽtia ad Valeriũ comitem Cap. 53.

SCripsi duos libros ad illustrem virum comitem Valerium, cum audissem Pelagianos ei nescio quid scripsisse de nobis, quod scilicet nuptias damnaremus, asserendo originale peccatum: quorum (librorum) titulus est, De nuptijs & concupiscentia. Bonitatem quippe defendimus nuptiarum, L ne putaretur earum esse vitium concupiscentia carnis, & lex in membris repugnans legimentis, quo malo libidinis bene vtitur ad filios procreandos pudicitia coniugalis. Vt autem duo libri essent, primus venit in Iuliani Pelagiani manus, & scripsit aduersus eum libros quatuor, ex quibus quidem nonnulla decerpsit, & comiti Valerio misit, ille verò ad nos. Quæ cum accepissem, alio libro ad eadem ipsa respondi. Huius operis primus liber sic incipit, Hæretici noui dilectissime fili Valeri. Secundus autem sic, Inter militiæ tuæ curas.

Locutionũ libri septem. Cap. 54.

SEptem libros de septem libris diuinarum scripturarum, id est, Moysi quinque, & vno Iesu Naue, & alterum Iudicum feci, notatis locutionibus singulorum quæ minus vsitatæ sunt linguæ nostræ, quas parum aduertendo sensum quærũt qui legunt diuinorum eloquiorum, cum sit locutionis genus, & nonnunquam exculpunt aliquid quod à veritate quidem non abhorreat, non tamen id sensisse author à quo (hoc) scriptum est inuenitur, sed genere locutionis hoc dixisse credibilius apparet. Multa autem in scripturis sanctis obscura, cognito locutionis genere dilucescunt. Propter quod cognoscenda sunt eadem genera locutionum vbi sententiæ patent, vt etiam vbi latent cognitio ipsa succurrat, easque intentioni legentis aperiat. M Huius operis titulus est, Locutiones de Genesi, atque ita de singulis libris. Quod autẽ in primo libro posui scriptum esse: Et fecit Noe omnia verba quæ- Gene. 6.
cunque præcepit illi dominus, sic fecit, eamq; locutionem dixi similem esse ei, quod in conditione creaturæ posteaquam dicitur. Et sic Gene. 1.
est factum, additur, & fecit Deus. non omni modo simile hoc idem mihi videtur. Deniq; ibi etiã sensus latet, hic sola locutio est. Hoc opus sic incipit, Locutiones scripturarum.

QSnũ libri sequẽtium. Cap. 55.

EOdem tempore scripsi etiam libros quæstionum de libris eisdem diuinis septem, quos ideo appellare sic volui, quia ea quæ ibi disputantur, magis quærẽda proposui, quàm quæsita dissolui. Quanuis multo plura in eis mihi videantur ita pertractata, vt possint etiam soluta & exposita non immerito iudicari. Regnorum quoque libros eodem modo iam considerare cœperamus, sed non multo progressi, in alia quæ magis vrgebant animum intendimus. In primo autem libro, quæ. 93.
vbi agitur de virgis variatis, quas ponebat Iacob in aqua, vt in conceptu positę oues eas Gen. 30.
viderent cum biberent, & varios fœtus parerent: non bene à nobis exposita est causa, cur iterum concipientibus non ponebat, id est, cũ A
alios fœtus conciperent, sed in priore conceptu. Nam quæstionis alterius expositio, vbi quæ. 95.
quæritur, cur dixerit socero suo Iacob, Et Gen. 13.
decepisti mercedem meam decem agnabus: satis veraciter enodata, demõstrat istam sicut solui debuit non solutam. In tertio quoq; libro vbi de summo agitur sacerdote, quomodo creabat filios cum haberet necessitatẽ bis quæ. 82.
in die ingredi in sancta sanctorũ, vbi erat altare incensi, ad offerendũ incensum mane & Leuit. 6.
vespere, quò nõ posset, sicut lex dicit, immundus intrare: & eadem lex dicat immundũ fieri hominẽ etiã ex concubitu coniugali, quem Leui. 15.
iubet quidem lauari aqua, sed & lotum dicit immundum esse vsque ad vesperã. Vnde di- quæ. 82.
xi consequens esse ut aut continens esse, aut diebus aliquibus intermitteretur incensum: non vidi (non) fuisse consequens. Potest enim sic intelligi quod scriptum est: Immundus erit vsq; ad vesperã, vt post ipsam vesperam iã non esset immundus sed vsque ad ipsam, & vespertino iã tempore incẽsum mundus offerret, cũ propter creandos filios post matutinũ incẽsum mixtus esset vxori. Item- quæ. 83.
que vbi quæsitũ est, quomodo prohibitus es- Leui. 8.
set super funus patris sacerdos summus intra B
re, cũ eum fieri sacerdotẽ (qũ vnus erat) nisi post mortẽ sacerdotis patris non oporteret: dixi propter hoc necesse fuisse, nõdũ sepulto patre

patre statim post eius mortẽ, filium eius con-
Leuiti. 6 stitui, qui succederet patri, propter etiam cõtinuationis incensum, quod bis in die necesse erat offerri, qui sacerdos super mortem nondum sepulti patris prohibetur intrare. Sed parum attendi potuisse hoc præcipi magis propter illos qui futuri fuerant summi sacerdotes, non patribus summis sacerdotibus succedentes, sed tamen ex filijs, id est, ex posteris Aaron, si forte summus sacerdos, aut filios non haberet, aut ita reprobos haberet vt nullus eorum patri deberet succedere. Si-
1. Re. 1. cut Samuel summo sacerdoti Heli successit: cum sacerdotis filius ipse non esset, sed tamen
quæ. 84. ex filijs, hoc est, ex posteris esset Aaron. De latrone etiam cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, quod non fuerit visibiliter baptizatus, quasi certum posui, cùm sit incertum: magisque illum baptizatum fuisse credendum sit, sicut ego quoque alibi postea di-
quæ. 48. sputaui. Item quod in quinto libro dixi vbi C commemorantur matres in generationibus Euangelicis, nõ eas positas nisi cũ patribus, verum est quidem, sed ad rem de qua agebatur non pertinet. Agebatur autem de ijs, qui ducebant fratrum vel propinquorum coniu-
2. Retr. cap. 7. ges, eorum qui sine filijs defuncti essent, propter duos patres Ioseph, quorum alterũ Matthæus commemorat, alterum Lucas. De qua quæstione diligenter in hoc opere disserui cũ retractaremus opus nostrum contra Faustum Manichæum. Hoc opus sic incipit, Cum scripturas sanctas.

De anima, & eius origine. c. 56.

EOdem tempore quidam Vincentius Victor in Mauritania Cæsariensi, inuenit apud Hispanum quendam presbyterum Petrum nonnullum opusculum meum, vbi quodam loco de origine animæ hominum singulorum, vtrum ex illa vna primi hominis ac deinde ex parentibus propagentur, an sicut illi vni, sine nulla propagatione singulæ singulis dentur: me nescire confessus sum. Veruntamen scire, animam non corpus esse, sed spiritum. Et contra ista mea ad eundem Petrũ scripsit ille duos libros, quos mihi de Cæsaria Renatus monachus misit. Quibus ego lectis, respõsione mea quatuor libros red
D didi. Vnum ad Renatũ monachũ, alterũ ad presbyterũ Petrũ, & duos ad eũdẽ Victorẽ. Sed ad Petrũ, quãuis habeat libri plixitatẽ, tñ epistola est, quã nolui a tribus cæteris separari. In ijs aũt omnibus, in quibus multa necessaria differuntur, defendi de origine animarum, quę singulis hominibus dantur, cũ-
ctationem meam, & multos errores, atq; prauitates præsumptionis eius ostendi. Quem tñ iuuenem non præpropere detestandũ, sed adhuc docendum quanta potui lenitate tractaui, & ab eo rescripta correctionis eius accepi. Huius operis liber ad Renatum sic incipit, Synceritatem tuam erga nos. Ad Petrũ autẽ sic, Domino dilectissimo fratri & compresbytero Petro. Duorum verò nouissimorum ad Vincentium Victorem: Primus sic (incipit,) Quod mihi ad te scribendum putaui. Secundus autem sic, Accipe nunc iam de meipso.

De adulterinis coniugijs ad Pollẽtium. Cap. 57.

SCripsi duos libros de coniugijs adulterinis quantum potui secundum scripturas, cupiens soluere difficillimam quæstionem. quod vtrum enodatissime fecerim, nescio, immo verò nõ me peruenisse ad huius rei perfectionem sentio, quanuis multos sinus eius aperuerim, quod iudicare poterit quisquis E intelligenter legit. Huius operis primus liber sic incipit, Prima quęstio est frater. Secundus autem sic, Ad ea quæ mihi scripseras.

Contra aduersarium legis & prophetarũ. Cap. 58.

INterea liber quidam cuiusdam hæretici siue Marcionistæ, siue cuiuslibet eorum, quo Deus nõ fecerit: nec Deus legis quæ data est per Moysen, & prophetarũ ad eandem legẽ pertinentiũ verus sit Deus, sed pessimus dæmon, cũ apud Carthaginem multis confluentibus & attentissime audientibus, in platea maritima legeretur, peruenerunt fratres ad eum studiosissime christiani, eumque mihi redarguendum sine ulla dilatione miserunt multum rogantes, ut nec ego respondere differrem. Refelli eum libris duobus, quos ideo prænotaui, Contra aduersarium legis & prophetarum, quia codex ipse qui missus est nomen authoris nõ habebat. Hoc opus sic incipit. Libro quem misistis fratres dilectissimi.

Contra Gaudentium Donatistarum episcopum. Cap. 59.

PEr idem tempus Dulcitius tribunus & notarius, hic erat in Aphrica executor imperialium iussionum contra Donatistas datarum. Qui cum dedisset literas ad Gaudentium Tamugadensem Donatistarum episcopum, vnum illorum septem, quos in nostra collatione authores suæ defensionis elegerant, exhortans eum ad vnitatem catholicã, F
& dissuadens incendium, quo se ac suos cum ipsa in qua erat ecclesia consumere minabatur: addens etiam, vt si se iustos putarent, fugerent potius secundum præceptum domini Christi, quàm nephandis se ignibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

concremarent. Ille reſcripſit epiſtolas duas: vnam breuem, feſtinante vt aſſeruit perlatore: aliam prolixam, quaſi plenius diligentiusque reſpondens. Has mihi ſupra memoratus tribunus exiſtimauit mittendas, vt eas potius ipſe refellerem. Quas ambas vno libro redargui. Qui cum in eiuſdem Gaudentij puemiſſet manus, reſcripſit quod ei viſum eſt ad meipſum, nulla ratione reſpondens, ſed magis ſe nec reſpondere, nec tacere potuiſſe declarans. Quod cum ſatis poſſet intelligenter legentibus, & noſtra, atque ipſius dicta conferentibus apparere, nolui tamen ſine reſcripto relinquere quicquid illud fuit. Hinc factum eſt, vt hi noſtri ad illum duo libri eſſent. Hoc opus ſic incipit, Gaudentius Donatiſtarum Tamugadenſis Epiſcopus.

Contra mendacium. Cap.60.

TVnc etiã contra mendacium ſcripſi librũ, cuius operis ea cauſa extitit, quod ad Priſcillianiſtas hæreticos inueſtigandos, qui hæreſim ſuam non ſolum negando, atque mentiendo, verumetiam peierando exiſtimãt occulendam, viſum eſt quibuſdam catholicis Priſcillianiſtas ſe debere ſimulare, vt eorum latebras penetrarent. Quod ego fieri prohibens hunc librum ſcripſi. Hic liber ſic incipit, Multa mihi legenda miſiſti.

Contra duas epiſtolas Pelagianorũ.ca.61.

SEquuntur libri quatuor, quos contra duas epiſtolas Pelagianorũ ad epiſcopum Roſtolas Pelagianorũ ad epiſcopum Romanæ eccleſiæ Bonifacium ſcripſi: quia cum in manus eius veniſſent, ipſe mihi (eas) miſerat, inueniens in illis calumnioſe tunc poſitum nomẽ meũ. Hoc opus ſic incipit, Noueram te quidem fama.

Contra Iulianũ. Cap.62.

INterea libri quatuor Iuliani Pelagiani, quos ſupra commemoraui, venerunt etiã in manus meas, in quibus comperi illa, quæ ex eis decerpſerat, qui ea comiti Valerio miſerat, non eodem modo quo a Iuliano dicta ſunt, ad eundem comitem ſcripta, ſed nonnulla eorum aliquantum fuiſſe mutata. Scripſi ergo ſex libros aduerſus illos quatuor, ſed in eorum duobus primis teſtimonijs ſanctorum, qui fidem catholicam poſt Apoſtolos defenderunt, Iuliani impudentia redarguitur: qui tanquam Manichæorum dogma nobis obijciendum putauit, quia ex Adam trahi dicimus originale peccatum, quod per lauacrũ regenerationis, non ſolum in maioribus, verumetiam in paruulis ſoluitur. Quantum autem ipſe Iulianus quibuſdam ſententijs ſuis adiuuet Manichæos, in primi libri mei parte poſteriore mõſtraui.

Cæteri autem noſtri quatuor redduntur ſingulis ſinguli. Verum in huius tanti tamque elaborati operis quinto volumine, vbi commemoraui deformem maritum coniugi ſuę, ne deformes pareret, proponere in concubitu formoſam ſolere picturam: nomen hominis, qui hoc facere ſolebat, quaſi certum poſui, cum ſit incertum, quia memoria me fellit. Hoc autem Soranus medicinæ artis magiſter ſcripſit regem Cyprium facere ſolere, ſed nomen eius proprium non expreſſit. Hoc opus ſic incipit, Contumelias tuas. Cap.5.

SCripſi etiam librum de fide, ſpe & charite, cum a me ad quem ſcriptus eſt poſtulaſſet, vt aliquod opuſculum haberet meum de ſuis manibus non receſſurum. Quod genus Græci enchiridion vocant, vbi ſatis diligenter mihi videor eſſe complexus, quomodo ſit colendus Deus, quam ſapientiam eſſe hominis vtique veram diuina ſcriptura definit. Hic liber ſic incipit, Dici non poteſt. Enchiridiõ de fide, ſpe & charitate Cap.63.

LIbrũ de cura pro mortuis gerenda ſcripſi, cum interrogatus literis fuiſſem, vtrum proſit cuique poſt mortem quòd corpus eius apud ſancti alicuius memoriam ſepeliatur. Hic liber ſic incipit, Diu ſanctitati tuæ coepi ſcope venerande Pauline. De cura pro mortuis gerenda Cap.64.

LIber quem prænotaui de octo Dulcitij queſtionibus, non eſſet in hoc opere commemorandus inter libros meos, cum ſit confectus ex ijs quæ à me in alijs antea conſcripta ſunt, niſi & diſputationis aliquid a nobis interpoſitum reperiretur in eo, & vni earum quæſtionum nõ ex opuſculo aliquo alio meo reſponſionem, ſed tunc quæ potuit occurrere redidiſſem. Hic liber ſic incipit, Quantum mihi videtur. De octo Dulcitij quæſtionibus Cap.65.

PRopter eos, qui cum defenditur Dei gratia putantes negari liberum arbitrium, ſic ipſi defendunt liberum arbitrium, vt negent Dei gratiam, aſſerentes eam ſecundum merita noſtra dari: ſcripſi librum, cuius titulus eſt, De gratia & libero arbitrio. Ad eos autem ſcripſi monachos Adrumetinos, in quorum monaſterio de hac re cœperat eſſe contentio, ita vt me conſulere eorum aliqui cogerentur. Hic liber ſic incipit, Propter eos qui liberũ hominis arbitriũ ſic prædicãt. De gratia & libero arbitrio Valentinum. Cap.66.

RVrſus ad eoſdem ſcripſi alterum librum, quẽ de correptione, & gratia prænotaui, cum mihi nunciatum eſſet, dixiſſe ibi quendam, neminẽ corripiendum, ſi Dei præcepta nõ facit, ſed pillo vt faciat tantũmodo orandũ. Hic liber ſic incipit, Lectis literis veſtris. De correptione & gratia ad quos pra.c.67.

Hæc

Hæc opera nonaginta quatuor in libris ducentis triginta duobus me dictaſſe recolui quando hæc retractaui, vtrum aliquos adhuc eſſem dictaturus ignorans, atque ipſam eorum retractationem in libris duobus addidi vrgentibus fratribus, antequam epiſtolas ac ſermones ad populum, alios dictatos, alios a me dictos retractare cœpiſſem.

D. AVRELII AVGVSTINI

Confeſsionum Liber Primus.

Pſa.144 Pſa.146

MAgnus es domine & laudabilis valde, magna virtus tua, & ſapientiæ tuæ non eſt numerus. Et laudare te vult homo aliqua portio creaturæ tuæ, & homo circumferens mortalitatem ſuam, circumferens teſtimonium peccati ſui, & teſtimonium quia ſuperbis reſiſtis, & tamen laudare te vult homo aliqua portio creaturæ tuæ. Tu enim excitas, vt laudare te delectet. Quia feciſti nos ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. Da mihi Deus ſcire, & intelligere, vtrum ſit prius inuocare te, an laudare te, & ſcire te prius ſit, an inuocare te. Sed quis te inuocat neſciens te? Aliud enim pro alio poteſt inuocare neſciens te. An potius inuocaris, vt ſciaris? Quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ſine prædicante? Et laudabunt dominum qui requirunt eum. Quærentes enim inuenient eum, & inuenientes laudabunt eum. Quæram te domine inuocans te, & inuocem te credens in te, prædicatus es enim nobis. Inuocat te Deus fides mea quam dediſti mihi, quam inſpiraſti mihi per humanitatem filij tui, per miniſterium prædicatoris tui.

Ro. 10. Pſal.21.

A deo habet hõ vt ſit, & qđ Deus in cabo eum. Et quis locus eſt in me, quo veeo et ipſe niat in me Deus meus? Quò Deus veniat in Deo. Cap.2.

ET quomodo inuocabo Deum meum, Deum & dominum meum? Quoniam vtique in meipſum eum vocabo, cum inuocem te in me? Quis locus eſt in me, quo veniat in me Deus meus? Quò Deus veniat in me, Deus qui fecit cœlum, & terram? Itane domine Deus meus eſt quicquam in me quod capiat te? An verò cœlum, & terra, quæ feciſti, & in quibus me feciſti capiunt te? An quia ſine te non eſſet quicquid eſt: fit, vt quicquid eſt capiat te? Quoniam itaque, & ego ſum, qui peto, vt venias in me, qui non eſſem niſi eſſes in me? (Quò enim recedam extra cœlum?) Non enim ego iam in inferis, & tamen etiam ibi es. Nam & ſi deſcendero in infernum, ades. Non ergo eſſem Deus meus, qui non omnino eſſem, niſi eſſes in me. An potius non eſſem niſi eſſem in te, ex quo omnia per quem omnia in quo omnia? Etiam ſic domine, etiam ſic. Quò te inuoco cum in te ſim? Aut vnde venias in me? Quò enim recedam extra cœlum, & terram, vt vnde in me veniat Deus meus, qui dixit: Cœlum, & terram ego impleo. Pſ. 138. I Ro. 11. Hier.23

CApiuntne ergo te cœlum, & terra, quoniam tu imples ea? An imples, & reſtat, quoniam non te capiunt? Et quò refundis quicquid impleto cœlo, & terra reſtat ex te? An non opus habes, vt à quoquam contineari, qui contines omnia, quoniam, quæ imples continendo imples? Non enim vaſa quæ te plena ſunt, ſtabilem te faciunt, quia & ſi frangantur, non effunderis. Et cum effunderis ſuper nos, non tu iaces, ſed erigis nos, nec tu diſpergeris, ſed colligis nos. Sed qui imples omnia, te toto imples omnia. An quia te totum non poſſunt capere omnia, partem tui capiunt, & eandem partem ſimul omnia capiunt? An ſingulas ſingula, maiores maiora, minores minora capiunt? Ergo eſt aliqua pars tua maior, aliqua minor. An vbique totus es, & res nulla te totum capit? Deus vbiq; totꝰ, & nõ per partes à creatura capitur. Cap.3.

K

QVid es ergo Deus meus? quid rogo, niſi dominus Deus? Quis enim dominus præter dominum? aut quis Deus præter Deũ noſtrum? Summe, optime, potentiſsime, omnipotentiſsime, miſericordiſsime, & iuſtiſsime, ſecretiſsime & præſentiſsime, pulcherrime, & fortiſsime, ſtabilis, & incõprehẽſibilis, immutabilis mutãs omnia, nũquam nouus. nunquam vetus, innouans omnia, & in uetuſtatem perducens ſuperbos, & neſciunt. Semper agens, ſemper quietus, colligens & non egens, portans, & impletis, & protegens, creans, & nutriens, & perficiens, quærens cum nihil deſit tibi, amas nec æſtuas, zelas, & ſecurus es, pœnitet te, & non doles, iraſceris & tranquillus es, opera mutas, nec mutas conſilium, recipis quod inuenis, & nunquam amiſiſti. Nunquam inops, & gaudes lucris. Nunquam auarus & vſuras exigis. (&) Super erogatur tibi vt debeas, & quis habet quicquã non tuũ? Reddis debita nulli debẽs, donas debita nihil perdẽs. Deus omnibus donat, nihil omittens. Cap.4. Pſal.17. Sap.7.

Et quid dicimus Deus meus, vita mea, dulcedo mea sancta, aut quid dicit aliquis cum de te dicit? Et væ tacentibus de te, quoniam loquaces muti sunt.

Orat ve niam admissorũ, & charitatẽ Dei. Cap. 5.

LQVis mihi dabit acquiescere in te? Quis mihi dabit vt venias in cor meum, & inebries illud, vt obliuiscar mala mea, & vnũ bonum meum amplectar te? Quid mihi es? Miserere vt loquar. Quid tibi sum ipse, vt amari te iubeas à me, & nisi faciam, iraſcaris mihi, & memineris ingentes miserias? Paruane ipsa est miseria, si non amem te? Hei mihi. Dic mihi per miserationes tuas domine Deus meus quid sis mihi. Dic animæ meę, salus tua ego sum. Sic dic ut audiam. Ecce aures cordis mei ante te, domine, aperi eas, & dic animæ meæ, salus tua ego sum. Curram post vocem hanc, & apprehendam te. Noli abscondere à me faciem tuam, Moriar, ne moriar, vt eam videam. Angusta est domus animæ meæ, quo venias ad eam, dilatetur abs te. Ruinosa est, refice eam. Habet quæ offendant oculos tuos, fateor & scio. Sed quis mundabit eam? Aut cui alteri præter te clamabo? Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Credo, propter quod & loquor. Domine tu scis. Nõne tibi prolocutus sum aduersum me delicta mea Deus meus, & tu dimisisti impietatẽ cordis mei? Non iudicio contendo tecum, qui veritas es, & ego nolo fallere meipsum, ne mentiatur iniquitas mea sibi. Non ergo iudicio contendo tecũ, quia si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Psal. 34. Psal. 18. Ps. 115. Psal. 31. Hier. 2. Psal. 26. Ps. 129.

Quod omnia beneficia receperit à Deo, et in ipso conseruetur ab ipso. Cap. 6.

SEd tamen sine me loqui apud misericordiam tuam, me terram & cinerem. Sine me tamen loqui, quoniam ecce misericordia tua est, non homo irriſor meus cui loquor. Et tu fortasse irrides me, sed conuersus misereberis mei. Quid enim est quod volo dicere domine Deus meus, nisi quia nescio vnde venerim huc in istam dico mortalem vitam, mortalem dicam vitam, an mortem vitalem nescio. Et susceperunt me consolationes miserationum tuarum, sicut audiui à parẽtibus carnis meæ, ex qua & in qua formasti me in tempore. Non.n.ego memini. Exceperunt ergo me consolationes lactis humani. Nec mater mea, vel nutrices meæ sibi vbera implebant, sed tu mihi domine per eas dabas alimentũ infantiæ secũdum institutionẽ tuam, & diuitias vsq; ad fundũ rerũ dispositas. Tu etiã mihi dabas nolle amplius quàm dabas & nutriẽtibus me dare mihi velle quod illi dabas. Dare enim mihi per ordinatum affectum volebãt, quod ex te abundabant. Nam bonum erat eis bonum meum ex eis, quod ex eis non, sed per eas erat. Ex te quippe bona omnia Deus, & ex Deo meo salus mihi vniuersa. Quod animaduerti postmodum clamante te mihi per hęc ipsa, quę tribuis intus & foris. Nam tunc sugere noram & acquiescere delectationibus, flere aũt offensiones carnis meæ, nihil amplius. Post hęc & ridere cœpi, dormiens primo, deinde uigilans. Hoc.n.de me mihi indicatum est, & credidi, quoniam sic uidemus & alios infantes. Nam ista mea non memini. Et ecce paulatim sentiebam ubi essem, & uoluntates meas uolebam ostendere eis, per quos implerentur, & non poteram, quia illæ intus erant, foris autẽ illi, nec vllo suo sensu valebãt introire in animã meam. Itaq; iactabam membra & voces, signa similia volũtatibus meis, pauca quæ poteram, qualia poteram. Non.n.erant verisimilia. Et cum mihi non obtemperabatur, vel nõ intellecto, vel obesset, indignabar nõ subditus maioribus, & liberis non seruientibus, & me de illis flendo vindicabam. Tales esse infantes didici, quos discere potui, & me talẽ fuisse magis mihi ipsi indicauerunt nõ scientes, quàm scientes nutritores mei. Et ecce infantia mea olim mortua est, & ego viuo. Tu autem domine, qui & semper viuis, & nihil moritur in te, quoniam ante primordia seculorum, & ante omne quod vel ante dici potest, tu es, & Deus es dominusq; omnium quæ creasti. Et apud te rerum omnium instabilium stant causæ, & rerum omnium mutabiliũ immutabiles manent origines, & omnium irrationabilium & temporalium sempiternæ viuunt rationes. Dic mihi supplici tuo Deus, & misericors misero tuo, dic mihi vtrum alicui iam ætati meę mortuæ succesſerit infantia mea, an illa est quam egi intra uiscera matris meę? Nam & de illa mihi nõ nihil indicatum est, & prægnantes ipse uidi fœminas. Quid etiam ante hanc dulcedo mea Deus meus? Fui ne alicubi aut aliquis? Nam quis mihi dicat ista non habeo, nec pater, nec mater potuerunt, nec aliorum experimentum, nec memoria mea. An irrides me ista quærentem, te qui de hoc noui quod laudari te à me iubes, & confiteri me tibi? Confiteor tibi domine cœli & terrę, laudẽ dicens tibi de primordijs & infantia mea, quæ non memini & dediſti ea homini ex alijs de se conijcere, & authoritatibus etiam mulierculârum

A B

Clarum multa de se credere. Eram.n.& viuebam etiã tũc, & signa quibus sensa mea nota alijs facerem, iam in fine infantiæ quærebã. Vnde hoc tale animal nisi abs te domine? An quisquã se faciendi erit artifex, aut ulla vena trahitur aliunde, qua esse & viuere currat in nos, præterquam quod tu facis nos domine, cui esse & viuere nõ aliud atq; aliud est, quia summe esse atq; summe viuere idipsum es? Summus.n.es & nõ mutaris, neq; peragitur in te hodiernus dies, & tamẽ in te peragitur, quia in te sunt & ista omnia. Non.n.haberẽt vias transeundi, nisi contineres ea. Et quoniã anni tui non deficient, an anni tui hodiernus dies. Et quã multi iam dies nostri & patrum nostrorũ per hodiernum tuũ transierunt, & ex illo acceperunt modos, & vtcunq; extiterunt, & transibunt adhuc alij, & accipient, & vtcunq; existent. Tu aũt idem ipse es, & omnia atq; vltra, omniaq; hesterna & retro, hodie facies, hodie fecisti. Quid ad me, si quis non intelligat? Gaudeat & ipse dicẽs, Quid est hoc? Gaudeat etiã sic, & amet non inueniendo inuenire potius, quàm inueniendo non inuenire te.

Ps. 101. Infantiã quoque peccatis esse obnoxiam. Cap. 7.

EXaudi Deus. Vę peccatis hominum. Et homo dicit hęc, & misereris eius, quoniã tu fecisti eum, & peccatum non fecisti in eo. Quis mecum commemorat peccatum infantię meæ? Quoniam nemo mundus à peccato coram te, nec infans, cuius est vnius diei vita super terram. Quis mecum cõmemorat? An quilibet tantillus nunc paruulus, in quo video quod non memini de me? Quid ergo tũc peccabam? An quia vberibus inhiabam plorans? Nam si nunc faciam, non quidem vberibus, sed escæ congruenti annis meis ita inhians, deridebor atq; reprehendas iustissime. Tunc ergo reprehendenda faciebam: sed quia reprehendentem intelligere non poteram, nec mos reprehendi me, nec ratio sinebat. Nam extirpamus & eijcimus ista crescentes. Nec vidi quenquam scientem, cum aliquid purgat, bona proijcere. An pro tempore etiã illa bona erant, flendo petere, etiam quod noxie daretur, indignari aeriter non subiectis hominibus liberis & maioribus, hisq; à quibus genitus est, multisq; præterea prudentioribus, non ad nutũ voluntatis obtemperantibus feriendo nocere niti quantũ põt, quia nõ obeditur imperijs, quibus pernicioſe obediretur? Ita imbecillitas membrorũ infantilium innocens est, non animus infantiũ. Vidi ego & expertus sum zelantẽ paruulum, nondum loquebatur, & intuebatur pallidus amaro aspectu collactaneũ suum. Quis hoc ignorat? Expiare se dicunt ista matres atque nutrices, nescio quibus remedijs, nisi verò & ista innocẽtia est, in fonte lactis vbertim manante atq; abundante, opulentissimũ, opibus egentissimũ, & illo adhuc vno alimento vitam ducentẽ, consortem non pati. Sed blande tolerantur hæc, non quia nulla vel parua, sed quia ętatis accessu peritura sunt. Quod licet probes, tamen ferri ęquo animo eadem ipsa non possunt, quando in aliquo annosiore deprehendũtur. Tu itaq; domine Deus meus, qui dedisti vitã infanti, & corpus, quod ita, vt videmus instruxisti sensibus, cõpegisti membris, figura decorasti, proq; eius vniuersitate atq; incolumitate omnes conatus animantis insinuasti, iubes me laudare te in istis & confiteri tibi, & psallere nomini tuo altissime: quia Deus es omnipotens & bonus, etiã si sola ista fecisses, quæ nemo alius potest facere, nisi tu vne, à quo est omnis modus, formosissime qui formas omnia, & lege tua ordinas omnia. Hanc ergo ætatẽ domine, qua me vixisse non memini, de qua alijs credidi, & quã me egisse ex alijs infantibus cõiecti, quãquam ista multũ fida coniectura sit, piget me annumerare huic vitæ meę, qua ego viuo in hoc seculo. Quantũ.n.attinet ad obliuionis meæ tenebras, par illi est qua vixi in matris vtero. Quod & iniquitate cõceptus sum, & in peccatis me mater mea in vtero aluit, vbi oro te Deus meus, vbi domine ego seruus tuus, vbi aut aliquando innocens fui? Sed ecce omitto illud tempus. Et quid mihi iam cum eo est, cuius nulla vestigia recolo.

Iob. 25. Psal. 50.

Descriptio pueritiæ. Cap. 8.

NOnne ab infantia huc pergens veni in pueritiã, vel potius ipsa in me venit, & successit infantiæ: Nec discesit illa, quo enim abijt? Et tamen iam nõ erat: Non.n.eram infans qui non farer, sed iam puer loquens eram, & memini hoc, & vnde loqui didicerã, post aduerti. Non.n.docebãt me maiores homines præbentes mihi verba certo aliquo ordine doctrinæ, sicut paulopost literas: sed ego ipse mente quam dedisti mihi Deus meus, cũ gemitibus & vocibus variisq; membrorũ motibus ædere vellẽ sensa cordis mei, vt voluntati parerẽtur, nec valerẽ quæ volebã omnia, nec quibus volebã omnibus pensabã memoria, cum ipsi appellabant rem aliquã: & cũ secundũ eam uocẽ corpus ad aliquid mouebant, videbã, & tenebã hoc ab eis uocari rẽ illã, quod sonabant, cũ eam uellent ostẽdere.

Hoc

G Hoc autem eos uelle ex motu corporis aperiebatur, tãquam uerbis naturalibus omniũ gentium, quæ fiunt uultu & nutu oculorum, exterorumq; membrorũ actu, & sonitu uocis, indicante affectionẽ animi, in petẽdis, habendis, reijciendis, fugiendisue rebus. Ita uerba in uarijs sententijs locis suis posita, & crebro audita, quarum rerum signa essent, paulatim colligebã, measq; iam uoluntates edomito in eis signis ore, per hæc enunciabam. Sic cum his, inter quos eram, uoluntatum enunciandarum signa communicaui, & uitę humanæ procellosam societatem altius ingressus sum, pendens ex parentum authoritate, natuq; maiorum hominum.

Odium literarũ & amor lusus in pueris. Cap. 9.

D Eus Deus meus, quas ibi miserias exper tus sum & ludificationes, quandoquidẽ mihi recte uiuere puero id proponebatur, obtemperare monentibus, vt in hoc seculo florerem & excellerem linguosis artibus ad honorem hominum, & falsas diuitias famulantibus. Inde ad scholas datus sum vt discerem literas, in quibus quid vtilitatis esset, ignorabam miser, & tamen si segnis in discẽ-
H do essem, vapulabam. Laudabatur enim hoc à maioribus, & multi ante nos vitã istã agentes, præstruxerunt erumnosas vias, per quas transire cogebamur, multiplicato labore & dolore filijs Adam. Inuenimus autem domine homines rogantes te, & didicimus ab eis, sentientes te vt poteramus esse magnum aliquẽ, qui posses etiam non apparens sensibus nostris, exaudire nos & subuenire nobis. Nã puer cœpi rogare te auxiliũ & refugiũ meũ, & in tuam inuocationem rumpebam nodos linguæ meæ: & rogabã te paruus, nõ paruo
Psal. 21. affectu, ne in schola vapularem. Et cum me non exaudiebas, quod nõ erat ad insipientiã mihi, ridebantur à maioribus hominibus vsque ab ipsis parẽtibus, qui mihi accidere mali nihil volebant, plagæ meæ, magnũ tunc & graue malũ meum. Estne quisquam domine tam magnus animus præ grandi affectu tibi cohærens, estne (inquam) quisquam. Facit. n. hoc etiam quædam stoliditas. Est ergo qui tibi pie cohærendo ita sit affectus granditer, vt equuleos & vngulas, atq; huiuscemodi varia torméta, pro quibus effugiendis tibi per vniuersas terras, cum timore magno supplicat, ita parui æstimet, irridens eos qui hæc acerbissime infligunt, quemadmodum parentes nostri ridebant tormenta, quibus pueri à ma
I gistris affligebamur. Non enim aut minus ea nr etuebamus, aut minus te de his euadendis deprecabamur, & peccabamus tamen minus scribendo, aut legendo, aut cogitando de literis quàm exigebatur à nobis. Non enim deerat domine memoria, vel ingenium, quæ nos habere voluisti pro illa ætate satis, sed delectabat ludere, & vindicabatur in nos ab eis qui talia vtiq; agebant. Sed maiorum nugę negocia vocantur, puerorũ autem talia cum sint, puniuntur à maioribus, & nemo miseratur pueros, vel illos, vel vtrosque: nisi verò approbet quisquam bonus rerum arbiter, vapulasse me, quia ludebam pila puer, & eo ludo impediebar, quo minus celeriter discerem literas, quibus maior deformius luderem. Haud aliud faciebat idem ipse à quo vapulabam. Qui si in aliqua quæstiuncula à condoctore suo victus esset, magis bile atq; inuidia torqueretur, quàm ego cum in certamine pilæ à collusore meo superabar.

K Ob pilæ lusũ neglexit iussa parentum. Cap. 10.

ET tamen peccabam domine Deus ordinator & creator omnium rerum naturalium, peccatorum autem tantum ordinator. Domine Deus meus peccabam faciendo contra præcepta parentum & magistrorum illorum. Poteram enim postea bene vti literis, quas volebant vt discerem, quocunque animo illi mei. Non enim meliora eligens, inobediens eram, sed amore ludendi, amans in certaminibus superbas victorias, & scalpi aures meas falsis fabellis, quo prurirent ardentius, eadẽ curiositate magis magisq; per oculos periculosa micante in spectacula ludosq; maiorum, quos tamen qui ædunt, ea dignitate præditi excellunt, vt hoc penè cẽs optent paruulis suis: quos tamen cædi libenter patiuntur, si spectaculis talibus impediantur à studio, quo eos ad talia ædenda cupiunt peruenire. Vide ista domine misericorditer, & libera nos iam inuocantes te, libera etiam eos, qui nondum te inuocant, vt inuocent te, & liberes eos.

Puer morbo corripit, reuale-scens baptismũ differt. Cap. 11. L

A Vdieram enim ego adhuc puer de vita æterna nobis promissa per humilitatem domini Dei nostri descendentis ad superbiã nostram, & signabar iam signo crucis eius, & condiebar eius sale, iam inde ab vtero matris meæ, quæ multum sperauit in te. Vidisti domine cum adhuc puer essem, & quodam die pressus stomachi dolore, repente æstuaré penè moriturus, vidisti Deus meus, quoniã custos meus iam eras, quo motu animi, & qua fide baptismum Christi tui, Dei & domini mei, flagitaui à pietate matris meæ, & matris omnium nostrũ ecclesiæ tuæ. Et conturbata mater

mater carnis meæ, quoniam & sempiternam salutem meam charius parturiebat corde casto in fide tua, iam curaret festinabunda, vt sacramẽtis salutaribus initiarer & abluerer, te domine Iesu confitẽs in remissionẽ peccatorum, nisi statim recreatus essem. Dilata est itaq; mũdatio mea, quasi necesse esset adhuc sordidari si uiuerem, quia videlicet post lauacrum illud maior & periculosior in sordibus delictorũ reatus foret. Ita iam credebã, & illa & omnis domus, nisi pater solus, qui tamen nõ euicit in me ius maternæ pietatis, quo minus in Christũ crederẽ, sicut ille nondũ crediderat. Nam illa satagebat, vt tu mihi pater esses Deus meus potius quàm ille, & in hoc adiuuabas eam, vt superaret virũ cui melior seruiebat, quia & in hoc tibi vtiq; id iubenti seruiebat. Rogo te Deus meus, vellẽ scire si tu etiã velles, quo cõsilio dilatus sum, ne tũc baptizarer vtrũ bono meo mihi quasi laxata
M sint lora peccandi, an nõ laxata sint? Vnde ergo etiã nunc de alijs atq; alijs sonat vndiq; in auribus nostris, sine illũ, faciat quod vult, nondũ enim baptizatus est: & tamen in salute corporis non dicimus, sine, vulneretur amplius nondũ enim sanatus est. Quanto ergo melius vt cito sanarer, & id ageretur mecum meorum meaq; diligẽtia, vt recepta salus animæ meę tuta esset tutela tua, qui dedisses eam? Melius vero. Sed quot & quanti fluctus impẽdere tentationum post pueritiã videbantur, nouerat eos iam illa mater, & tibi tam eos vnde postea formarer, quàm ipsam iam effigiem committere volebat.

Ad literas cogebat, quo tamen Deus utebatur bene. Cap. 12.

IN ipsa tamẽ pueritia, de qua mihi minus quàm de adolescẽtia metuebatur, non amabam literas, & me in eas vrgeri oderã, & vrgebar tamen, & mihi bene fiebat, nec faciebã ego bene: Non enim discerem, nisi cogerer. Nemo autẽ inuitus bene facit, etiam si bonũ ẽ quod facit. Nec qui me vrgebãt, benefaciebant, sed bene mihi fiebat abs te Deus meus. Illi enim nõ intuebantur quò referrẽ quod me discere cogebant, prẽterquam ad satiandas insatiabiles cupiditates copiosæ inopiæ &
Mat. 12. ignominiosæ gloriæ. Tu verò cui numerati sunt capilli capitis nostri, errore omniũ, qui
A mihi instabãt vt discerẽ, vtebaris ad vtilitatẽ meam: meo aũt qui discere nolebã, utebaris ad pœnã meam, qui plecti non erã indignus tantillus puer & tãtus peccator. Ita nõ de benefacientibus tu benefaciebas mihi, & de peccante meipso iuste retribuebas mihi. Iusisti enim & sic est, ut pœna sua sibi sit omnis inordinatus animus.

Quibus studijs potissit delectatus. Cap. 13. Lib. 3. de Trin. in proœmio. Psal. 77.

QVid autem erat causæ cum Græcas literas oderam, quibus puerulus imbuebar, ne nunc quidem mihi satis exploratum est. Adamauetam. n. Latinas, nõ quas primi magistri, sed quas docẽt qui grãmatici vocantur. Nam illas primas ubi legere & scribere & numerare discitur, nõ minus onerosas pœnales q; habebã quàm oẽs Græcas. Vnde tamen & hoc nisi de peccato & uanitate uitæ, quia caro erã & spiritus ambulans & nõ reuertẽs? Nã utiq; meliores, qa certiores erãt primæ illę literæ, qbus fiebat in me, & factũ est, & habeo illud ut legam si quid scriptum inuenio, & scribã ipse si quid uolo, quàm illæ quibus tenere cogebar Aeneæ nescio cuius errores, oblitus errorũ meorũ, & plorare Didonẽ mortuã, quia se occidit ob amorẽ, cum interea meipsum in his à te morientẽ Deus B me? uita mea, siccis oculis ferrẽ miserrimus. Quid. n. miserius misero non miserante seipsum, & flente Didonis mortem, quæ fiebat amando Aeneam, non flente autem mortem suam, quæ fiebat nõ amando te? Deus lumen cordis mei, & panis oris intus animæ meę, & uirtus maritans mentem meam & sinum cogitationis mentis meę, non te amabam, & fornicabar abs te, & fornicanti sonabat undiq; euge euge. Amicitia. n. mundi huius, fornica- Psal. 34.
tio est abs te. Et euge euge dicitur, ut pudeat Iacobi. 4
si non ita sit homo. Et hęc non flebã, sed flebam Didonem extinctam, ferroq; extrema secutam, sequẽs ipse extrema condita tua, relicto te, è terra iens in terram: & si prohiberer ea legere dolerem, quia nõ legerem quod dolerem. Tali dementia honestiores & uberiores literæ putantur, quàm illæ quibus legere & scribere didici. Sed nunc in animam meã clamet Deus meus, & ueritas tua dicat mihi. Non est ita melior. est prorsus doctrina illa prior. Nã ecce paratior sum oblituisci errores Aeneæ, atque omnia eiusmodi, quàm scribere & legere. At. n. uela pendent Vela in
in liminibus grãmaticarum scholarũ, sed nõ ostijs lu-
illa magis honorẽ secreti, quàm tegumẽtum di litera-
erroris significant. Nõ clament aduersus me rij.
quos iam non timeo, dum confiteor tibi quæ C
uult anima mea Deus meus, & acquiesco in reprehensione malarũ uiarũ mearũ, ut diligã bonas uias tuas. Non clament aduersum me uenditores grammaticę, uel emptores, quia si proponam eis, interrogãs utrum uerum sit, quod Aeneã aliquando Carthaginẽ ueniisse poeta dicit, indoctiores se nescire rũdebunt

doctiores

doctiores autem etiam negabũt verum esse. At si quærã quibus literis scribatur Aeneæ nomen, omnes mihi qui hæc didicerunt respondebunt, secundum id pactum & placitũ, quo inter se homines ista signa firmarũt. Item si quærã quid horum maiore vitę huius incommodo quisque obliuiscatur, legere & scribere, an poetica illa figmenta, quis non videat quid respõsurus fit, qui non est penitus oblitus sui? Peccabam ego puer cum illa inania istis vtilioribus amore præponebam, vel potius ista oderam, illa amabã. Iam verò vnũ & vnũ duo, duo & duo quatuor, odiosa causatio mihi erat, & dulciſsimũ spectaculũ uanitatis, igneus equus plen.ª armatis, & Troiæ incẽdiũ, atque ipsius umbræ Creusæ.

De literis græcis & latinis. Cap. 14.

CVr ergo græcam etiam grammaticã oderam talia cantantẽ? Nam & Homerus peritus texere tales fabellas, & dulciſsime vanus est, mihi tamen amarus erat puero. Credo etiam græcis pueris Virgilius ita sit, cum eum sic discere cogũtur, vt ego illum: videlicet difficultas omnino ediscendæ peregrinæ linguæ, quasi felle aspergebat omnes suauitates græcas fabulosarum narrationum. Nulla enim verba illa noueram, & sæuis terroribus ac pœnis vt noscerem, instabatur mihi uehementer. Nam & latina aliquando infans utique nulla noueram, & tamen aduertendo didici sine vllo metu atque cruciatu, inter ẽt blandimenta nutricum, & ioca arridentium, & lætitias alludentium. Didici uerò illa sine pœnali onere urgentium, cum me urgeret cor meum ad parienda concepta sua, quæ non possem, nisi aliqua verba didiciſsem, nõ à docentibus, sed à loquentibus, in quorum & ego auribus parturiebam quicquid sentiebam. Hinc satis elucet maiorem habere uim ad discenda ista liberam curiositatem, quàm meticulosam necesitatem. Sed illius fluxũ restringis legibus tuis Deus, legibus tuis à magistrorum ferulis vsque ad tentationẽ matrum valẽtibus legibus tuis miscere salubres amaritudines reuocantes nos ad te à iocunditate pestifera qua recesimus à te.

Precatio ad Deũ. Ca. 15.

EXaudi domine deprecationem meam, ne deficiat anima mea sub disciplina tua, neque deficiã in confitendo tibi miserationes tuas, quibus eruisti me ab omnibus vijs meis pessimis, vt dulcescas mihi super omnes seductiones quas sequebar, & amẽ te validiſsime & amplexer manũ tuã totis præcordijs meis, vt eruas me ab omni tẽtatione vsque in finem. Ecce.n.tu dñe rex meus et Deus meus, tibi seruiat quicquid utile puer didici, tibi seruiat quod loquor & scribo, & lego & numero, quoniam cum vana discerem, tu disciplinam dabas mihi, & in eis vanis, peccata delectationum mearum dimisisti mihi. Didici.n.in eis multa uerba utilia, sed & in rebus non uanis disci possunt, & ea via tuta est in qua pueri ambularent.

In lasciuas fabulas. Ca. 16.

SEd uæ tibi flumen moris humani, quis resistet tibi? Quãdiu nõ siccaberis? Quousque volues Euæ filios in mare magnum & formidolosum, quod uix transeunt qui lignũ conscenderint? Nonne ego in te lego tonantem Iouẽ & adulterantem? Et utiq; nõ posset hæc duo, sed actum est ut haberet authoritatem ad imitãdum verũ adulteriũ, lenocinante falso tonitruo. Quis autem penulatorum magistrorum audiat aure sobria, ex eodẽ puluere hoiem clamãtẽ & dicẽtẽ: Fingebat hæc Homerus, & humana ad deos trãsferebat, diuina mallẽ ad nos. Sed verius dicitur quòd fingebat hæc quidẽ ille, sed hominibus flagitiosis diuina tribuẽdo, ne flagitia flagitia putarentur, & vt quisquis ea feciſset, non hoies pditos, sed cœlestes deos videret imitatus. Et tamen ò flumen tartareũ, iactant in te filij hoium cũ mercedibus, ut hæc discant: & magna res agitur, cum hoc agitur publice in foro, in conspectu legum super mercedẽ salaria decernentiũ: & saxa tua percutis & sonas, dicens. Hinc verba discunt, hinc acquiritur eloquẽtia rebus persuadẽdis sententiisq; explicandis maxime necessaria. Ita verò non cognoscerem verba hæc imbrem aureum & gremium, & fucum & templa cœli, & alia verba, quæ in eo loco scripta sunt, nisi Terẽtius induceret nequã adolescentẽ ꝓponẽtem sibi Iouẽ ad exẽplum stupri, dũ spectat tabulã quãdã pictã in pariete, vbi inerat pictura hæc, Iouem quo pacto Dianæ misisse aiũt in gremiũ quendã imbrem aureum, fucum factum mulieri. Et vide quẽadmodũ se concitat ad libidinẽ, quasi cœlesti magisterio. Ad quẽ Deum, inquit? Qui templa cœli summo sonitu cõcutit. Ego homũcio id nõ facerẽ? Ego verò illud sponte feci ac libens. Non omnino per hanc turpitudinem verba ista commodius discuntur, sed per hæc verba turpitudo ista confidẽtius perpetratur. Nõ accuso verba quasi vasa electa (atq;) preciosa, sed vinũ erroris qđ in eis nobis propinabat ab ebrijs doctoribus: & nisi biberemus cædebamur, nec appellare ad aliquẽ iudicẽ sobrium licebat. Et tũ ego Deus meus, in cuius conspectu

In Eunuchos. „ „ G

spectu iam secura est recordatio mea, libẽter hęc didici, & in eis delectabar miser, & ob hoc bonę spei puer appellabar.

Modus exercendæ iuuẽ tutis recitãdis, & mutãdis dolentis, quòd non posset Italia Teucrorum uersibus auertere regem, quæ, nũquam Iunonẽ dixisse audieram: sed figmentorum poeticorũ vestigia errantes sequi cogebamur, & tale aliquid dicere solutis verbis, quale poeta dixisset versibus. Et ille dicebat laudabilius, in quo pro dignitate adumbratę psonæ, iræ ac doloris similior affectus eminebat, verbis sententias congruẽter vestientibus. Vt quid mihi aliud, ò uera vita mea Deus meus? Quid mihi recitãti acclamabat ꝑ multis coętaneis & cõlectoribus meis? Nonne ecce illa oĩa fumus & ventus? Itane aliud non erat ubi exerceretur ingeniũ meũ & lingua mea laude tua domine? Laudes tuæ per scripturas tuas suspenderent palmitem cordis mei, & non raperetur per inania nugarum turpis præda volatilibus. Non enim vno modo sacrificatur transgressoribus angelis.

Cap. 17.

Quod hoies cũrant seruare leges Grã cum barbarismo, aut solœcismo enunciatores, reprehensi confundebantur? Si autem rũ & nõ libidines suas integris & rite consequentibus verbis copiose ornateque narrarent laudati gloriabantur? Vides hæc domine, & tacens, longanimis & multũ misericors et uerax. Nunquid semper tacebis, & non eruis de hoc immanissimo profundo quærentem te animam, & sitientem delectationes tuas, & cuius cor dicit tibi: Quęsiui vultum tuũ, vultum tuum domine, requiram? Nam longè à vultu tuo in affectu tenebroso recesseram. Non enim pedibus aut spatijs locorum itur abs te, aut reditur ad te. Aut verò filius ille tuus minor, equos aut currus vel naues quæsiuit, aut auolauit penna visibili, aut moto poplite iter egit, vt in longinqua regione uiuens prodige dissiparet quod dederas proficiscenti? Dulcis pater quia dederas, & egeno redeũti dulcior. In affectu ergo libi dinoso, id.n.est tenebroso, atque.i.lõge à vultu tuo. Vide domine Deus, & patiẽter ut vides, uide, quomodo diligenter obseruent filij hominũ pacta literarum & syllabarum, acceptа à prioribus locutoribus, & à te accepta æterna pacta ꝑpetuæ salutis negligãt, vt qui illa sonorũ vetera placita teneat aut doceat, si cõtra disciplinã grãmaticã, sine aspiratione primę syllabę, hoiem dixerit, magis displiceat hoibus, q̃ si cõtra tua prẽcepta hominẽ oderit cũ sit hõ. Quasi verò quẽlibet inimicum hoiem pniciosius sentiat, quàm ipsum odiũ, quo in eũ irritat, aut vastet quisquã psequendo alium grauius quàm cor suum vastat inimicando. Et certe non est interior literarum scientia atque scripta consc ientia, id se alteri facere quod nolit pati. Quam tu secretus es, habitans in excelsis in silẽtio Deus solus magnus lege infatigabili spargens pœnales cæcitates sup illicitas cupiditates. Cũ homo eloquentiæ famam quærit astans ante hominem iudicem, circunstante hominum multitudine inimicum suũ odio immanissimo infectãs, vigilãtissime cauet, ne ꝑ linguæ errorẽ dicat inter hominibus, & ne ꝑ mẽtis furorẽ hominẽ auferat ex hoibus nõ cauet.

Aspiratio expri menda. Tob. 4. Matt. 7.

Quod plus cupiuit uitare barbarismũ q̃ uitia morum. Ca. 10.

HOrum ergo puer morũ in limine iacebam miser, & hũius arenę palestra erat illa, vbi magis timebam barbarismum facere, quàm cauebam si facerem, non factibus inuiderem. Dico enim & cõfiteor tibi Deus meus, in quibus laudabar ab eis quibus placere tunc mihi erat honeste viuere. Non enim videbam voraginem turpitudinis, in quam proiectus eram ab oculis tuis. Nam in illis iam quid me fœdius fiũt? vbi etiam talibus displicebam fallendo inumerabilibus mendacijs, & pædagogum & magistros, & parentes amore ludendi, studio spectandi nugatoria, & imitandi ludicrã inquietudinem. Furta etiam faciebam de cellario parentũ & de mensa, vel gula imperitante, vel vt haberem quod darem pueris ludũ suũ mihi quo pariter vtiq; delectabant, tamen vẽdentibus. In quo etiam ludo fraudulentes victorias, ipse uanę excellentię cupiditate victus sæpe aucupabar. Quid autem tam nolebam pati, atq; atrociter si deprehenderem arguebã, quàm id quod alijs faciebã: & si deprehensus arguerer, feuire magis quàm cedere libebat? Istà ne est innocẽtia puerilis? Nõ est dñe, nõ est, oro te Deus meus. Nam hæc ipsa sunt, q̃ à pædagogis & magistris, à nucibus & pilulis & passeribus, ad præfectos & reges, aurũ, prædia, mancipia, hæc ipsa omnino quæ succedentibus maioribus ætatibus transeunt,

sicuti

ficuti ferulis maiora ſupplicia ſuccedũt. Humilitatis ergo ſignum in ſtatura pueritiæ rex noſter probaſti cum aiſti: Talium eſt regnũ cœlorum.

Matt.19. Pro bonis ſibi collatis, Deo gratias agit. Ca. 20.

SEd tamẽ domine tibi excellentiſsimo, atque optimo conditori & rectori vniuerſitatis Deo noſtro gratias, (debemus) etiam ſi me puerum tantum eſſe voluiſſes. Eram enim,& iam tunc vidébam atque ſentiébam, meáque incolumitatem, veſtigium ſecretiſſimæ vnitatis ex qua eram, curæ habebam, cuſtodiebã interiore ſenſu integritatem ſenſuũ meorum:inque ipſis paruis paruarũque rerũ cogitationibus veritate delectabar. Falli nolebã, memoria vigebã, locutione inſtruebar,amicitia mulcebar,fugiebã doloré, abiectionem,ignorantiam. Quid in tali animante nõ mirabile atq; laudabile? At iſta omnia Dei mei dona ſunt, non mihi ego dedi hęc, & bona ſunt,& hæc omnia ego. Bonus ergo eſt qui fecit me,& ipſe eſt bonũ meum,& illi exulto bonis omnibus, quibus ẽt puer eram. Hoc.n.peccabã,quod non in ipſo,ſed in creaturis eius me atque cæteras voluptates,ſubli mitates,veritates quærebam, atque ita irruebam in dolores,confuſiones & errores. Gratias tibi dulcedo mea & honor meus,& fiducia mea Deus meus. Gratias tibi de donis tuis, ſed tu mihi ea ſerua. Ita enim ſeruabis me, & augebuntur, & perficientur, quæ dediſti mihi, & ero ipſe tecum, quia & vt ſim tu dediſti mihi.

D. AVRELII AVGVSTINI

Confeſsionum Liber ſecundus.

Adoleſcentiæ ætatẽ, & vitia ingredit. Cap. 1.

REcordari volo trãſactas fœditates meas,et carnales corruptiones animæ meę, non quod eas amẽ,ſed vt amem te Deus meus. Amore amoris tui facio iſtud, recolens uias meas nequiſsimas in amaritudine recogitationis meæ,ut tu dulceſcas mihi dulcedo non fallax, dulcedo fœlix & ſecura,& colligens me à diſperſione, in qua fruſtatim diſciſſus ſum, dum ab vno te aduerſus in multa euanui. Exarſi enim aliquando ſatiari in inferis in adoleſcentia, & fylueſcere auſus ſum uarijs & umbroſis amoribus, & contabuit ſpecies mea,& computrui coram oculis tuis placens mihi, & placere cupiens oculis hominum.

ET quid erat qđ me delectabat,niſi amare & amari? Sed nõ tenebatur modus ab animo vſque ad animum, quatenus eſt lumi noſus limes amicitiæ, ſed exhalabantur nebulæ de limoſa cõcupiſcentia carnis,& ſcatebra pubertatis, & obnubilabant atque obfuſcabant cor meum,vt non diſcerneretur ſere nitas dilectionis à caligine libidinis. Vtrunque in confuſo æſtuabat, & rapiebat imbecillem ætatem per abruta cupiditatum, atque merſabat gurgite flagitiorum. Inualuerat ſuper me ira tua, & neſciebam. Obſorduerãm ſtridore catenę mortalitatis meæ, pœna ſuperbiæ animæ meæ,& ibam longius à te, & ſinebas, & iactabar, & effundebar, & diffluebam, & ebulliebam per fornicationes meas,et tacebas. O tardum gaudium meum. Tacebas tunc, & ego ibam porrò longe à te in plurima et plura ſterilia ſemina dolorum, ſuperba deiectione & inquieta laſsitudine. Quis mihi moderaretur erũnam meam, & nouiſsimarum rerum fugaces pulchritudines in uſum uerteret,earumque ſuauitatibus metas pręfigeret, vt vſque ad coniugale litus exæſtuarent fluctus ætatis meæ, ſi tranquillitas in eis nõ poterat eſſe ſine procreandorum liberorum contenta, ſicut pręſcribit lex tua domine, qui formas etiam propaginem mortalitatis noſtræ, potens imponere lenem manum ad temperamentum ſpinarũ à paradiſo tuo ſeclu ſarum? Non enim longe eſt à nobis omnipotentia tua,etiam cum longe ſumus à te, tamen aut certè ſonitum nubium tuarũ vigilantius aduerterem: Tribulationem autẽ carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Et, Bonum eſt homini mulierẽ non tangere. Et, Qui ſine uxore eſt,cogitat ea, quę ſunt Dei, qũo placeat Deo:qui autem matrimonio iunctus eſt, cogitat ea, quæ ſunt mundi, qũo placeat vxori. Has ergo voces exaudirem vigilantior,& abſciſus propter regnum cœlorum, fœlicior expectarem amplexus tuos. Sed efferbui miſer ſequens impetum fluxus mei relicto te,et exceſsi omnia legitima tua, nec euaſi flagella tua: quis enim hoc mortalium? Nam tu ſemper aderas miſericorditer ſęuiens,& amariſsimis aſpergens offenſionibus omnes illicitas iocunditates meas, vt ita quærerem ſine offenſione iocundari. Et vbi hoc poſſem non inuenirem quicquam, præter te domine, præter te qui fingis dolorem in præcepto,& percutis vt ſanes,et occidis nos ne moriamur abs te. Vbi eram & quàm lõge exulabam

Accuſat adoleſcentiã in ardore libidinoſo conſumptam. Cap. 2. B

Pſal.93

Deu. 32 labam à delitijs domus tuę,anno illo ſextodecimo ætatis carnis meæ, cum accepit in me D ſceptrum,& totas manus ei dedi veſania libidinis licentioſæ per dedecus humanum, illicitæ autem per leges tuas? Non fuit cura meorum ruentem excipere me matrimonio, ſed cura fuit tantum vt diſcerem ſermonem facere quamoptimũ,& perſuadere dictione.

De peregrinatione ſtudiorum eã,& parentũ ꝓpoſito. Cap. 3.

ET anno quidem illo intermiſſa erãt ſtudia mea,dum mihi reducto à Madauris, in qua vicina vrbe iam cœperam literaturæ atque oratorię percipiendæ gratia peregrinari, longinquioris apud Carthaginem peregrinationis ſumptus præparabantur,animoſitate magis q̃ opibus patris municipis Thagaſtenſis admodum tenuis. Cui narro hęc? Neq; enim tibi Deus meus, ſed apud te narro hæc generi meo generi humano, quantulacũque ex particula incidere poteſt in iſtas meas literas. Et vt quid hoc? Vt videlicet ego & quiſquis hæc legit,cogitemus de q̃ profundo clamãdum ſit ad te. Et quid propius auribus tuis, ſi cor confitens, & vita ex fide eſt? Quis enim non extollebat laudibus tunc hominem patrem meum, quòd vltra vires rei familiaris ſuę impenderet filio, quicquid ẽt longe peregrinanti ſtudiorum cauſa opus eſ- E ſet? Multorum enim ciuium longe opulentiorem, nullũ tale negocium ꝓ liberis erat, cum interea non ſatageret idem pater qualis creſcerem tibi, aut quàm caſtus eſſem, dummodo eſſem diſertus, vel deſertus potius à cultura tua Deus, qui es vnus, verus & bonus dominus agri tui cordis mei. Sed vbi ſexto illo decimo anno interpoſito ocio ex neceſsitate domeſtica feriatus ab omni ſchola cum parentibus eſſe cœpi, exceſſerunt caput meum vepres libidinum,& nulla erat eradicans manus. Quinimmo vbi me ille pater in balneis vidit pubeſcentem, & inquieta indutum adoleſcentia, quaſi iam ex hoc in nepotes geſtiret,gaudens matri indicauit, gaudens vinolentia, in qua te iſte mundus oblitus eſt creatorem ſuum,& creaturam tuam pro te amauit diuino inuiſibili, peruerſæ atque inclinatę in ima voluntatis ſuę. Sed matris in pectore iam inchoauerat templũ tuũ, & exordium ſanctę habitationis tuæ. Nam ille adhuc catechumenus,& hæc recens erat. Itaque illa exiliuit pia trepidatione ac tremore, & quanuis mihi nondum fideli, timuit tamen vias diſtortas, in quibus ambulant, qui ponunt ad te tergum, & non faciem. Heu mihi, & audeo dicere tacuiſſe te Deus meus, cum iré abs te longius. Itane tu tunc F tacebas mihi? Et cuius erãt niſi tua verba illa per matrem meam fidelem tuam,quæ cantaſti in aures meas? Nec inde quicquam deſcendit in cor meum vt facerem illud. Volebat enim illa,et ſecreto memini ut monuerit cum ſolicitudine ingenti ne fornicarer, maxi meq̃ ne adulterarem cuiuſquam vxorem. Qui mihi monitus muliebres videbantur, quibus obtemperare erubeſcerem. Illi autẽ tui erant & neſciebam,& te tacere putabam, atque illam loqui per quam mihi tu non tacebas,& in illa cõtemnebaris à me filio eius, filio ancillæ tuæ ſeruo tuo. Sed neſciebam,& præceps ibam tanta cæcitate, vt inter coætaneos meos puderet me minoris dedecoris, q̃ audiebam eos iactantes flagitia ſua, & tanto gloriantes magis, quanto magis turpes eſſent, & libebat malum facere non ſolùm libidine facti, verumetiam laudis. Quid dignũ eſt vituperatione niſi vitiũ? Ego ne vituperarer, vitioſior fiebam, & vbi non ſuberat quo admiſſo æquarer perditis, fingebã me feciſſe q̃ nõ feceram, ne viderer abiectior quo erã innocẽtior,& ne vilior haberer quo eram caſtior. Ecce cũ quibus comitibus iter agebã platearũ Babyloniæ, & uolutabar in G cœno eius, tanquam cinamomis & unguentis ꝑciosis. Et in umbilico eius quo tenacius hærerẽ, calcabat me inimicus inuiſibilis, & feducebat me,quia ego feductilis erã. Nõ.n. & illa, quæ iã de medio Babylonis fugerat, Hier.51. ſed ibat in ceteris eius tardior mater carnis meæ ſicut monuit me pudicitiam,ita curauit qđ de me à uiro ſuo audierat, iamque peſtilẽtioſum & in poſterũ periculoſum ſentiebat, coercere termino coniugalis affectus, ſi Ad uiuum reſecari ad uiuum non poterat. Non curauit hoc, quia metus erat ne impediret ſpes mea ſecare,id cõpede vxoria, non ſpes illa quã in te futuri eſt omni ſeculi habebat mater, ſed ſpes literarũ, quas no tollevt noſſem nimis volebat parens vterq;. Ille re. quia de te ꝑpe nihil cogitabat,de me aũt inania:illa autem, quia non ſolum nullo detrimento, ſed etiam nonnullo adiumento ad te adipiſcendum profutura exiſtimabat vſitata illa ſtudia doctrinę. Ita enim conijcio,recolens ut poſſim mores parẽtũ meorum. Relaxabantur etiam mihi ad ludẽdum habenæ vltra temperamentum ſeueritatis in diſſolutionem,affectionum variarum, & in omnibus erat caligo intercludens mihi deus meus ſerenitatem veritatis tuæ, & prodibat Pſal.72. tanquam ex adipe iniquitas mea.

Furtum

Furtum August. Cap. 4.

FVrtum certe punit lex tua domine, & lex scripta in cordibus hominum, quam ne ipsa quidem delet iniquitas. Quis enim fur æquo animo furem patitur? Nec copiosus adactum inopia. Et ego furtum facere uolui & feci, nulla compulsus egestate, nec penuria, sed fastidio iustitiæ, & sagina iniquitatis. Nam id furatus sum quod mihi abundabat, & multo melius. Nec ea re volebam frui quam furto appetebam, sed ipso furto & peccato. Arbor erat pirus in vicinia vineę nostrę pomis onusta, nec forma nec sapore illecebrosis. Ad hanc excutiendam atque asportandam, nequissimi adolescętuli perreximus nocte intempesta, quousque ludũ de pestilentiæ more in areis produxeramus, & abstulimus inde onera ingentia, nõ ad nostras epulas, sed vel proijciẽda porcis, etiam si aliquid inde comedimus, dum tũ fieret a nobis quod eo liberet quo nõ liceret. Ecce cor meũ deus meus, ecce cor meũ, qd' miseratus es in imo abyssi. Dicat tibi nũc ecce cor meũ, quid ibi
I q̃rebat, ut essem gratis malus, & malitiæ meę causa nulla esset nisi malitia. Fœda erat & amaui eã. Amaui perire, amaui defectũ meũ, non illud ad quod deficiebam, sed defectum meũ ipsum amaui, turpis animæ, & disiliens a firmamento tuo in exterminium, non dedecore aliquid, sed dedecus appetens.

Neminẽ peccare sine causa. Cap. 5.

ETenim species est pulchris corporibus, & auro & argento, & omnibus, & in cõtactu carnis congruentia valet plurimũ, cæterisq; sensibus est sua cuique accommodata modificatio corporum. Habet etiam honor temporalis, & imperitandi atque superandi potentia suum decus, unde etiã vindictæ auiditas oritur, & tamen in cuncta hæc adipiscẽda non est egrediendum abs te domine, neque deuiandum a lege tua. Et vita qua hic viuimus habet illecebram suã propter quendam modũ decoris sui, & conuenientiã, cum his omnibus infimis pulchris. Amicitia quo que hominum charo nodo dulcis est ꝓpter vnitatem de multis animis. Propter vniuersa hæc atque huiusmodi peccatum admittit, dum immoderata in ista inclinatione, cũ extrema bona sint, meliora & summa deseruntur, tu dñe Deus noster, & veritas tua, & lex tua. Habent.n. & hæc ima delectationes, sed
K nõ sicut deus meus qui fecit oia, quia in ipso delectatur iustus, & ipse est delitiæ rectorum corde. Cum itaque de facinore quæritꝰ qua causa factũ sit, credi nõ solet nisi cum appetitus adipiscẽdi alicuius illorũ bonorũ, quæ infima diximus, esse potuisse apparuerit, aut metus amittendi. Pulchra sunt enim & decora, quanquam prę bonis superioribus & beatificis abiecta & iacẽtia. Homicidiũ fecit, cur fecit? Adamauit eius coniugẽ, aut prædiũ, aut uolunt depredari vnde viueret, aut timuit ab illo tale aliquid amittere, aut læsus ulciscí se exarsit. Nũ homicidiũ sine cã faceret ipso homicidio delectatus? Quis crediderit? Nam & de quo dictum est vecordi & nimis crudeli homine, quod gratuito potius malus atque crudelis erat, prędicta tamen est causa, ne per ociũ, inquit, torpesceret manus aut aius. Quare id quoque? Cur ita? Vt scilicet illa exercitatione scelerũ capta vrbe, honores, imperia, diuitias assequeretur & careret metu legũ, & difficultate rerũ propter inopiam rei familiaris, & cõscientiã scelerũ. Nec ipe igitur Catilina amauit facinora sua, sed vtiq; aliud cuius causa illa faciebat.

QVid ergo miser in te amaui ò furtum L meum, ò facinus illud meum nocturnũ Omnia sextidecimi anni ætatis meæ? Non enim pulchrum eras cum furtum esses, aut verò aliquid es vt loquar ad te? Pulchra erant poma illa quæ furati sumus, quoniam creatura tua erant, pulcherrime omnium creator, omniũ Deus bone, Deus summum bonum & bonũ verum meum. Pulchra erant illa poma, sed non ipsa concupiuit anima mea miserabilis. Erat enim mihi meliorum copia, illa autem decerpsi, tantum vt furarer. Nam decerpta, proieci, epulatus inde solam iniquitatẽ qua lætabar fruens. Nam etsi quid illorum pomorum intrauit in os meum, condimentum ibi facinus erat. Et nunc domine Deus meus, quæro quid me in furto delectauerit, & ecce species nulla est: Non dico sicut in æquitate atque prudentia, sed neque sicut in mente hominis atque memoria & sensibus & vegetante vita, neque sicut speciosa sunt sydera & decora locis suis, & terra & mare plena fœtibus, qui succedunt nascendo decedentibus, non saltem vt est quędã defectiua species & vmbratica vitijs fallentibus: Nam & superbia celsitudinem imitatur, cum tu sis vnus super omnia Deus excelsus. Et ambi- M tio quid nisi honores quęrit & gloriam? cũ tu sis cunctis honorandus vnus & gloriosus in æternum. Et sæuitia potestatum timeri vult. Quis autem timendus nisi vnus Deus? Cuius potestati eripi aut subtrahi quid põt, quando aut ubi aut quò vel à quo potest? Et blanditiæ lasciuientium amari volunt: sed neque

ne quę bonis spe cies ad uitia inuitãt, Deo esse vera, & perfecta Cap. 6.

neque blandius est aliquid tua charitate, nec amatur quicquã salubrius, quàm illa p̃ cunctis formosa & luminosa veritas tua. Et curiositas affectare videt studiũ scientiæ, cũ tu oĩa summe noueris. Ignorãtia quoq; ipsa atque stultitia, simplicitatis et innocẽtię nomine tegit: quia te simplicius quicquã non reperitur. Quid te aũt innocentius, quãdoquidẽ opera tua malis inimica sunt: Et ignauia qua si quietem appetit. Quæ verò quies certa præter dominũ? Luxuria satietatẽ atq; abundantiam se cupit vocari, tu ãt es plenitudo, & indeficientis copia incorruptibilis suauitatis. Effusio liberalitatis obtẽdit vmbram, sed bonorum omnium largitor affluentissimus tu es. Auaritia multa possidere vult, & tu possides omnia. Inuidia de excellentia litigat, quid te excellẽtius? Ira vindictam quærit, te
A iustius quis vindicat? Timor insolita & repentina exhorrescit, rebus, quę amantur aduersantia, dum præcauet securitati: Tibi.n. quid insolitum, quid repentinum? Aut quis à te separat quod diligis? aut vbi nisi apud te firma securitas? Tristitia rebus amissis contabescit, quibus se oblectabat cupiditas, quia ita sibi nollet, sicut tibi auferri nihil põt. Ita fornicatur aia cũ auertitur abs te, & quęrit extra te ea, quę pura & liquida non inuenit, nisi cum redit ad te. Peruerse te imitantur omnes qui longe se à te faciunt, & extollunt se aduersum te. Sed etiam sic te imitando indicant creatorẽ te esse omnis naturæ, & ideo non esse quo à te omni modo recedat. Quid ergo in illo furto ego dilexi, & in quo dñm meũ vel vitiose atq; peruerse imitatus sum? An libuit facere cõtra legẽ, saltẽ fallacia, qa potẽtatu nõ poteram, vt mancã libertatẽ captiuus imitarer faciendo impune qd' non liceret, tenebrosa omnipotentiæ similitudine?

Gratias agit deo ꝓ remissione peccatorũ: quodq; a multis seruatus sit. Cap. 7.

ECce est iste seruus fugiens dominũ suũ, & consecutus vmbrã. O putredo, ò monstrum vitæ & mortis profunditas. Potuitne
B libere quod non licebat, non ob aliud nisi quia non licebat? Quid retribuam domino, quòd recolit hæc memoria mea, & anima mea non metuit inde? Diligam te domine, & gratias agã, & confitear nomini tuo, quoniam tanta dimisisti mihi mala, & nefaria opera mea. Gratiæ tuæ deputo & misericordiæ tuæ, quod peccata mea tanquam glaciem soluisti, gratiæ tuæ deputo, & quæcumq; non feci mala. Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facinus amaui? Et omnia mihi dimissa esse fateor, &, quę mea spon te feci mala, &, quæ te duce nõ feci. Quis est hominũ, quia suã cogitãs infirmitatẽ, audet viribus suis tribuere castitatẽ atq; innocentiã suã, vt minus amet te, quasi minus ei necessaria fuerit misericordia tua, qua donas peccata conuersis ad te? Qui.n. vocatus à te secutus est vocẽ tuam, & vitauit ea, quæ me de meipso recordantẽ & fatentẽ legit, nõ me derideat ab eo medico ægrũ sanari, à quo sibi præstitum est ut non ęgrotaret, vel potius vt minus ægrotaret. Et ideo te tantundẽ, immo verò amplius diligat, quia per quem me videt tãtis peccatorum meorũ languoribus exui, per eum se uidet tantis peccatorum languoribus non implicari.

QVem fructum habui miser aliquando Quid e- in ijs, quę nunc recolens erubesco, mauerit maxime in illo furto in quo ipsum furtum amaui, nihil aliud, cum & ipsum esset nihil, Cap. 8.
C & eo ipso ego miserior? Et tamen solus id non fecissem, sic recordor animum tũc meũ, solus omnimodo id non fecissem. Ergo amaui ibi etiam consortium eorum, cum quibus id feci. Non ergo nihil aliud quàm furtum amaui, immo verò nihil aliud, quia, & illud nihil est. Quid est reuera? Quis est qui doceat me, nisi qui illuminat cor meum, & discernit vmbras eius? quid est quod mihi venit in mentem quærere, & discutere, & consyderare? Quia si tunc amarem poma illa, quæ furatus sum, & eis frui cuperem, possem etiã solus si satis esset committere illam iniquitatem, qua peruenirem ad voluptatem meam, nec confricatione cõsciorum animorum accenderem pruritum cupiditatis meæ. Sed quoniam in illis pomis voluptas mihi non erat, ea erat in ipso facinore, quam faciebat consortium simul peccantium.

QVid erat ille affectus animi? Certe Cõtagio enim planè turpis erat nimis, & væ mihi erat qui habebam illum. Sed tamen quid erat? Delicta quis intelligit? Risus li. erat, quasi titillato corde, quod fallebamus Cap. 9.
eos qui hęc à nobis fieri nõ putabant, & ve- Psal. 18.
D hementer nolebant. Cur ergo eo me delectabat, quo id non faciebam solus? An quia etiã nemo facilè solus ridet? Nemo quidem facilè, sed tamen etiam solos, & singulos homines, cum alius nemo præsens est, vincit risus aliquando, si aliquid nimie ridiculum, vel sensibus occurrerit, vel animo. At ego illud solus non facerem, non facerem omnino solus. Ecce est coram te Deus meus uiua recordatio animæ meæ. Solus non fa-

cerem furtum illud, in quo me non libebat id quod furabar, sed quia furabar quòd me solum facere prorsus non liberet, nec facerẽ. O nimis inimica amicitia, seductio mẽtis inuestigabilis, ex ludo & ioco nocendi auiditas, & alieni damni appetitus, nulla lucri mei, nulla vleiscendi libidine, sed cum dicitur, Eamus, faciamus, & pudet non esse impudentẽ.

In Deo omne bonum'. Cap.10.

QVis aperit tortuosissimam istam & implicatissimam nodositatem? Fœda est, volo in eam intendere, volo eam videre. Te volo iustitia & innocentia, pulchra & decora honestis luminibus & insatiabili satietate. Quies est apud te valde, & vita imperturbabilis. Qui intrat in te, intrat in gaudium domini sui, & non timebit, & habebit se optime in optimo. Defluxi abs te ego & erraui Deus meus, nimis deuius à stabilitate tua in adolescentia, & factus sum mihi regio egestatis.

Mat.25.

E

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber tertius.

Amore quẽ cernabatur capitur. Cap.1.

VENI Carthaginem, & circumstrepebat me vndique sartago flagitiosorum amorum. Nondum amabam, & amare amabam, & secretiore indigentia oderã me minus indigentem. Quærebam quid amarem amãs amare, & oderam securitatem, & viam sine muscipulis. Quoniam fames mihi erat intus ab interiori cibo teipso Deus meus, & ea fame non esuriebam, sed eram sine desyderio alimentorũ incorruptibilium: non quia plenus eis eram, sed quo inanior, eo fastidiosior: & ideo non bene valebat anima mea, & vlcerosa, proijciebat se foras miserabiliter scalpi auidã contactu sensibilium. Sed si non haberent animam, non vtiq; amarentur. Amare & amari dulce mihi erat, magis si etiam amantis corpore fruerer. Venam igitur amicitiæ coinquinabam sordibus concupiscẽtiæ, candoremq; eius obnubilabam tartarea libidine, & tamen fœdus atq; inhonestus, elegãs & vrbanus esse gestiebam abundanti vanitate. Rui etiam in amorem, quo cupiebam capi: Deus meus misericordia mea, quanto felle mihi suauitatem illam, & quàm bonus aspersisti, quia & amatus sum, & pueni occulte ad vinculum fruendi, & colligabar lætus erumnosis nexibus, vt cæderer virgis ferreis ardentibus, zeli, & suspitionum, & timorum, & irarum atque rixarum. Rapiebant me spectacula theatrica, plena imaginibus miseriarum mearum, & fomitibus ignis mei.

F

Psal.58.

QVid est quod homo ibi vult dolere, cũ spectat luctuosa atque tragica, quę tamen pati ipse nollet? Et tamen pati vult ex eis dolorem spectator, & dolor ipse est voluptas eius. Quid enim est nisi miserabilis insania? Nam eo magis eis mouetur quisq; quo minus à talibus affectibus sanus est, quanquam cùm ipse patitur, miseria: cùm alijs compatitur, misericordia dici solet. Sed qualis tandem misericordia in rebus fictis & scenicis? Non enim ad subueniendum prouocatur auditor, sed tãtum ad dolendum inuitatur. Et authori earum imaginũ amplius fauet cum amplius dolet. Et si calamitates illę hominum, vel antiquæ, vel falsæ sic agantur, vt qui spectat non doleat, abscedit inde fastidiens & reprehendens. Si autẽ doleat, manet intus & gaudens lachrymatur. Ergo amantur & dolores? Certe omnis homo gaudere vult. An cum miserum neminem esse libeat, libet tamen esse misericordem? Quod quia non sine dolore est, hac vna causa amantur dolores. Et hoc de illa vena amicitiæ est. Sed quo vadit, quo fluit? Vt quid decurrit in torrentem picis bullientis in æstus immanes tetrarum libidinum, in quo ipsa mutatur & vertitur per neutrum proprium de cœlesti serenitate detorta atque deiecta? Repudie tur ergo misericordia? Nequaquam. Ergo amentur dolores aliquãdo. Sed caue immun ditiam anima mea sub tutore Deo meo, Deo patrum nostrorum, & laudabili & superexaltato in omnia secula, caue immũditiam. Neque enim nunc nõ misereor, sed tunc in theatris congaudebam amantibus, cum sese fruebantur per flagitia, quamuis hæc imaginarie gererentur in ludo spectaculi. Cum aũt sese amittebant, quasi misericors contristabar, & vtrunq; delectabat tamen. Nũc verò magis misereor gaudentem in flagitio, quàm velut dura perpessum detrimento pernicioseq; voluptatis, & amissione miseræ fœlicitatis. Hęc certe verior misericordia, sed non in ea delectatur cor. Nam etsi approbatur officio charitatis, qui dolet miserum, mallet tamẽ vtiq; non esse quod doleret, qui germanitus misericors est. Si enim est maleuola benevolẽtia, quod fieri nõ potest: põt & ille qui veraciter syncriterque miseretur, cupere esse miseros ut misereatur. Nonnullis itaq; dolor approbandus,

Spectacula tragica. Cap.2.

G

Dani.3

H

bandus, nullus amandus est. Hoc enim tu domine Deus qui animas amas, lõge alteq; purius quàm nos & incorruptibilius misereris, quo nullo dolore sauciaris. Et ad hæc quis idoneus? At ego tunc miser dolere amabam, & quærebam, vt eẽt quod dolerẽ, quãdo mihi in crumna aliena & falsa, & saltatoria, ea magis placebat actio histrionis, meq; allicie bat vehementius, qua mihi lachrymæ excutiebantur. Quid autẽ mirum cũ infœlix pecus aberrãs à grege tuo, & impatiẽs custodiæ tuę turpi scabie fœdarer? Et inde erãt dolorũ amores, nõ quibus altius penetrarer. non.n. amabã talia perpeti, qualia spectarẽ: sed quibus auditis & fictis tanq̃ in superficie raderer: quos tamẽ quasi vngues scalpentiũ feruidus tumor & tabes, & sanies horrida cõsequebaẽ. Talis vita mea, nũquid vita erat deus meus?

I

In foro versãt inter causi dicos. Cap.3.

ET circunuolabat super me fidelis à lõge misericordia tua. In quãtas iniquitates di stabui, & sacrilegam curiositatẽ secutus sum, vt deserentẽ te, deduceret me ad ima infida, & circũuentoria obsequia dæmoniorũ, quibus immolabam facta mea mala, & in omnibus flagellabas me. Ausus sum etiam in celebritate solennitatum tuarũ intra parietes ecclesiæ tuæ concupiscere, & agere negocium procurandi fructus mortis. Vnde me verberasti grauibus pœnis, sed nihil ad culpam meam. O tu prægrandis misericordia mea Deus meus, refugiũ meũ à terribilibus nocẽtibus, in quibus vagatus sum præfidẽti collo ad longe recedẽdum à te amans vias meas & nõ tuas, amans fugitiuam libertatem. Habebant & illa studia, quæ honesta vocabantur, ductum suum intuẽtem fora litigiosa, vt excellerẽ in eis hoc laudabilior, quo fraudulentior. Tanta est cœcitas hominum de cæcitate etiã gloriantiũ. Et maior iam eram in schola rhetoris, & gaudebã superbe, & tumebam typo: quanquam longe sedatior, domine tu scis, & remotus omnino ab euersionibus quas faciebant euersores. Hoc enim nomen fœuũ, & diabolicũ, velut insigne vrbanitatis est: inter quos viuebã pudore impudẽti, quia talis non eram: & cum eis eram, & amicitijs eorum delectar aliquando, à quorum semper factis abhorrebam, hoc est, ab euersionibus quibus proterue insectabãtur ignotorum verecundiam, quã perturbarent gratis illudendo atq; inde pascẽdo maleuolas lætitias suas. Nihil est illo actu similius actibus dęmoniorum. Quid itaque verius q̃ euersores vocantur? Euersi planè prius ipsi atque peruersi, deridentibus eos, & seducentibus fallacibus occulte spiritibus, in eoipso quo alios irridere amant, & fallere.

K

Horteñsius Ciceronis excitauit illũ ad arcerdorẽ philosophię. Cap.4.

L

INter hos ego imbecilla tunc ætate discebã libros eloquentiæ, in qua eminere cupiebã fine damnabili, & ventoso per gaudia vanitatis humanæ, & vsitato iã discendi ordine peruenieram in librum quendam cuiusdam Ciceronis, cuius linguam ferè omnes mirãtur, pectus non ita. Sed liber ille ipsius exhortationem continet ad philosophiam, & vocatur Hortẽsius. Ille verò liber mutauit affectum meũ & ad teipsum domine, mutauit preces meas, & vota ac desyderia mea fecit alia. Viluit mihi repente omnis vana spes, & immortalitatem sapientiæ concupiscebam æstu cordis incredibili, & surgere iam cœperam, vt ad te redirem. Non enim ad acuendam linguam, quod videbar emere maternis mercedibus, cum agerem annum ætatis vndeuigesimum, iam defuncto patre ante bienniũ. Nõ ergo ad acuendam linguam referebã illũ librum, neque mihi locutionẽ, sed quod loquebatur persuaserat. Quomodo ardebã Deus meus, quomodo ardebã euolare à terrenis ad te, & nesciebã quid ageres mecũ. Apud te est enim sapientia. Amor autẽ sapientiæ nomẽ Græcũ habet φιλοσοφίαν, quo me accendebãt illæ literæ. Sunt qui seducãt per philosophiã, magno et blãdo, & honesto nomine colorantes & fucantes errores suos. Et propè omnes qui ex illis, & supra temporibus tales erant, notantur in eo libro, & demõstrantur, & manifestatur ibi salutifera illa admonitio spritus tui per seruum tuum bonum, & pium. Vide te ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem seductionẽ secundum traditionẽ hominum, secundũ elemẽta huius mundi, & nõ secundũ Christũ, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ego illo tempore, scis tu lumen cordis mei, quoniam nondũ mihi hæc Apostolica nota erãt, hoc tamẽ solo delectabar in illa exhortatione, quod nõ illã, aut illã sectã, sed ipsam quæcunque esset sapiẽtiam, vt diligerem, & quærerem, & assequerer, & tenerem atque amplexarer fortiter, excitabat sermone illo, & accendebar, & ardebam: & hoc solum me in tanta flagrantia refringebat, quod nomen Christi non erat ibi, quoniam hoc nomen secundum misericordiam tuam domine, hoc nomen saluatoris mei filij tui, in ipso adhuc lacte matris tenerum cor meum pie biberat, & alte retinebat, & quicquid

Colo.2.

M

Fastidij sacras literas propter simplicitatẽ stili.

sine hoc nomine fuisset, quanuis literatum, & expolitum, & veridicum non me totum rapiebat.

Cap. 5.

ITaque institui animum intendere in scripturas sanctas, vt viderem quales essent: Et ecce video rem non compertam superbis, neque nudatam pueris, sed incessu humilem, A successu excelsam, & velatam mysterijs, & nõ eram ego talis vt intrare in eam possem, aut inclinare ceruicem ad eius gressus. Non enim sicut modo loquor, ita sensi cum attendi ad illam scripturam, sed visa est mihi indigna quam Tullianæ dignitati compararem. Tumor enim meus refugiebat modũ eius, & acies mea non penetrabat interiora eius. Veruntamen illa erat, quę creseret cũ paruulis, sed ego dedignabar esse paruulus, & turgidus fastu mihi grandis videbar.

A Manichæis quõ captus.

INcidi itaque in homines superbe delirantes, & carnales nimis & loquaces, in quorũ ore laquei diaboli, & viscum cõfectum commixtione syllabarum nominis tui, & domini Iesu Christi, & paracleti consolatoris (nostri) spiritussancti. Hæc enim omnia nõ recedebant de ore eorum, sonotenus, & strepitu linguæ, cæterum cor inane veri. Et dicebant veritas & veritas, & multi eam dicebãt mihi, & nusquam erat in eis, sed falsa loquebantur, nõ de te tantum, qui vere veritas es, sed ẽt de istis elementis huius mundi creaturis tuis, de quibus etiam vera dicentes philosophos transgredi debui præ amore tuo, mi pater summe bone, pulchritudo pulchrorum omnium. O veritas, (veritas) quã intime etiam tunc medullę animi mei suspirabant tibi, cum te illi sonarent mihi frequenter, & multipliciter voce sola, & libris multis & ingentibus. Et illa erãt fercula in quibus mihi esurienti te, inferebant pro te sol & luna pulcra opera tua, sed tamen opera tua, non tu, nec ipsa prima. Priora enim spiritalia opera tua, quàm ista corporea, quanuis lucida, & celestia. At ego nec priora illa, sed teipsum, te ueritas, in qua nõ est cõmutatio, nec momenti obumbratio, esuriebam & sitiebãm, & apponebãtur adhuc mihi in illis ferculis phãtasmata splendida, quibus iam melius erat amare istũ solẽ, saltem istis oculis uerũ, quàm illa falsa animo decepto per oculos: Et tũ quia te putabã, manducabã, nõ auide quidem, quia nec sapiebas in ore meo sicuti es: neque enim tu eras figmenta illa inania, nec nutriebar eis, sed exhauriebar magis. Cibus enim in somnis simillimus est cibis vigilantium, quo tamen dormientes non aluntur, dormiunt enim. At illa nec similia erant vllo modo tibi, sicut nunc mihi locutus es: quia illa erant corporalia phantasmata, falsa corpora, quibus certiora sunt vera corpora ista, C quæ videmus visu carneo, siue cœlestia, siue terrestria: cũ pecudibus & volatilibus videmus hæc, & certiora sunt quàm cum imaginamur ea. Et rursus certius imaginamur ea, quàm ex eis suspicamur alia grandiora, & infinita, quæ omnino nulla sunt: qualibus ego tunc pascebar inanibus, & non pascebar. At tu amor meus in quem deficio ut fortis sim, nec ista corpora es, quæ videmus, quanquam de cœlo, nec ea (es), quæ non videmus ibi: quia tu ista condidisti, nec in summis tuis conditionibus habes. Quanto ergo longe es à phantasmatibus illis meis, phantasmatibus corporum, quę omnino non sunt: quibus certiores sunt phantasiæ corporum eorum, quæ sunt, & eis certiora corpora, quę tamen non es: sed nec anima es, quæ vita est corporum, ideo melior vita corporum, certiorque quàm corpora. Sed tu vita es animarum, vita uitarum uiuens teipsa, & non mutaris vita animæ meæ. Vbi ergo mihi tũc eras, & quàm longe? Et longe peregrinabar Luc. 15 abs te exclusus, & à siliquis porcorum, quos Vtilio- de siliquis pascebam. Quanto enim meliores fabres grammaticorum, & poetarum fabellæ q̃ lę quàm illa decipula? Nam versus & carmẽ, & Me- anutiles dea volans, utiliores certe quàm quinque disputa- elementa varie fucata, propter quinque antiones. tra tenebrarum: quæ omnino nulla sunt, & D occidunt credentem. Nan uersus & carmen etiam ad uera elementa transfero. Volantem autem Medeam, & si cantabam, non asserebam: si cantari audiebam, non credebam: illa autẽ credidi. Væ uæ quibus gradibus deductus sum in profunda inferi? quippe laborans & ęstuans inopia veri, cũ te (quærebã) Deus meus (tibi.n. confiteor qui me miseratus es, & nondũ confitentem,) cum te nõ secundum intellectum mentis, quo me præstare voluisti beluis, sed secundum sensum carnis quærerem: tu autem eras interior intimo meo, & superior summo meo: offendi in illam mulierem audacem, inopem prudentiæ, ænigma Salomonis, sedẽtem super sellam in foribus, & dicentem: Panes occultos libenter Prou. 9 edite, & aquam dulcẽ furtiuam bibite. Quæ me seduxit, quia inuenit foris habitantem in oculo carnis meæ, & talia ruminantem apud me, qualia per illam uoraßem.

Iacobi. 1.

Cop. 6.

Neſciebam

Doctrina Manich. absurda.

NEsciebam. n. aliud vere quod est, & quasi acutule mouebar, vt suffragarer stultis deceptoribus, cum à me quęrerent, vnde malum, & vtrũ forma corporea Deus finiretur, Cap. 7. & haberet capillos & vngues: & vtrum iusti E existimandi essent qui haberent vxores multas simul, & occiderent homines, & sacrificarent de animalibus. Quibus rebus ignarus perturbabar: & recedẽs à veritate, ire in eam mihi videbar, quia non nouerã malũ non esse nisi priuationẽ boni vsq; ad quod omnino non est. Quod vnde viderem, cuius videre

Ioan. 4. vsq; ad corpus erat oculis, & animo vsq; ad phantasma. Et non noueram Deum esse spiritum, cui nõ membra essent per longum & latũ, nec cui (esse) moles esset: quia moles in parte minor est, quàm in toto suo, & si infinita sit, minor est in aliqua parte certo spatio definita, quàm per infinitum, & non est tota vbiq;, sicut spiritus, sicut Deus. Et quid in nobis esset, secundum quod essemus similes Deo, & rectè in scripturis diceremur ad imaGene. 1. ginem Dei prorsus ignorabã. Et non nouerã iustitiam verã interiorẽ, non ex cõsuetudine iudicantem, sed ex lege iustissima Dei omnipotentis, qua formarentur mores regionum & dierũ pro regionibus & diebus, cum ipsa vbiq; ac semper esset, non alibi alia, nec aliàs

2. Cor. 4 aliter, secundũ quam iusti essent Abrahã & Isaac & Iacob & Moyses & Dauid, & illi omnes laudati ore Dei, sed eos ab imperitis iudicari iniquos, iudicantibus ex humano die, F & vniuersos mores humani generis ex parte moris sui metientibus: tanquàm siquis nescius in armamentis, quid cuiq; membro accõmodatũ sit, ocrea velit caput contegi, & galea calciari, & murmuret quod nõ apte conueniat: aut in vno die indicto à pomeridianis horis iustitio, quisquã stomachetur non sibi concedi quid venale proponere, quia mane cõcessum est: aut in vna domo videat aliquid tractari manibus, à quoquã seruo, quod facere nõ sinat qui pocula ministrat, aut aliquid

Leges pro rõne temporum mutãdas esse, etiã ipsi legũ libri declarant.

post prępepia fieri, quod ante mensam prohibeatur, & indignetur, cũ sit unũ habitaculũ & vna familia, nõ vbiq; atq; omnibus idem tribui. Sic sunt isti qui indignantur, cũ audierint illo seculo licuisse iustis aliq̃d, quod isto non licet iustis: & quia illis aliud præcepit Deus, istis aliud pro tpalibus causis, cũ eidẽ iustitiæ vtriq; seruierint: cũ in vno homine, & in vno die, & in vnis ædibus videant aliud alij membro congruere, & aliud iam dudum licuisse, & post horã nõ licere, quiddã in illo angulo promitti, aut iuberi quod in isto iuste vetetur & vindicetur. Nunquid iustitia varia est & mutabilis? Sed tpa quibus præsidet, non pariter eunt, tempora. n. sunt. Homines G aũt quorum vita super terrã breuis est, quia sensu nõ valent causas contexere seculorum priorum, aliarumq; gentiũ quas experti non sunt, cũ his quas experti sunt, in vno aũt corpore vel die, vel domo, facilè possunt videre, quid cui membro, quibus momẽtis, quibus partibus personisue congruat, in illis offenduntur, his seruiunt. Hæc ego tunc nesciebã, & non aduertebam, & feriebant vndiq; ista oculos meos, & non videbam. Et cantabam carmina, & non mihi licebat ponere pedem quemlibet vbilibet, sed in alio atq; alio metro, aliter, & in vno aliquo versu, non omnibus locis eundem pedem. Et ars ipsa qua canebam, non habebat aliud alibi, sed omnia simul. Et non intuebar iustitiam cui seruirent boni & sancti homines, lõge excellẽtius atq; sublimius habere simul omnia quæ præcepit, & nulla ex parte variari, & tamen varijs temporibus non omnia simul, sed propria distribuentem ac præcipientem. Et reprehendebã secus pios patres, non solum sicut Deus iuberet, atque inspiraret vtentes præsentibus, verùm quoque sicut Deus reuelaret futura prænunciantes.

NVnquid aliquãdo aut alicubi iniustum H est diligere Deũ ex toto corde, ex tota Flagitia anima, ex tota mẽte, & diligere proximũ tan quę qũ quam seipsum? Itaq; flagitia quę sunt contra punięda. naturã, vbiq; ac semper detestanda atq; pu- Cap. 8. niẽda sunt, qualia Sodomitarũ fuerũt. Quæ Deut. 6. si omnes gentes facerent, eodẽ criminis reatu Mat. 22. diuina lege tenerentur, quæ non sic fecit ho- 33. q. 7. mines, ut se ullo uterentur modo. Violatur c. Flagi- quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse tia. debet, cum eadẽ natura cuius ille author est, Gen. 19 libidinis peruersitate polluitur. Quæ autem Dist. 8. contra mores hominum sunt flagitia, pro mo cap. quę rum diuersitate uitanda sunt, ut pactum in contra. ter se ciuitatis, aut gentis consuetudine, uel lege firmatum, nulla ciuis, aut peregrini libidine uioletur. Turpis enim omnis pars est suo uniuerso nõ congruens. Cum aũt Deus aliquid contra morem, aut pactum quorumlibet iubet, & si nunquàm ibi factũ est, faciendum est: & si omissum, instaurandum est, & si institutum non erat, instituendum est. Si enim regi licet in ciuitate cui regnat iubere aliquid, quod neq; ante illum quisquam, nec ipse unquam iusserat, & non contra societa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem ciuitatis eius obtemperatur, immò contra societatem non obtemperatur. Generale quippe pactum est societatis humanæ, obedire regibus suis: quanto magis Deo regnatori vniuersæ creaturę suæ, ad ea quæ iusserit, sine dubitatione seruiendum est. Sicut enim in potestatibus societatis humanæ, maior potestas minori ad obediẽdum pręponitur, ita Deus omnibus. Item in facinoribus, vbi libido est nocendi, siue per contumeliam, siue p iniuriã: & vtrumque vel vlciscendi causa, sicut inimico inimicus: vel adipiscẽdi alicuius extra cõmodi, sicut latro viatori: vel euitandi mali, sicut ei qui timetur: vel inuidendo, sicut fœliciori miserior, aut in aliquo prosperatus, ei quem sibi æquari timet, aut æqualem dolet: vel sola voluptate alieni mali, sicut spectatores gladiatorũ, aut irrisores, aut illusores quorũlibet. Hęc sunt capita iniquitatis, quæ pullulant principandi & spectandi & sentiendi libidine, aut vna, aut duabus earum, aut simul omnibus. Et viuitur male aduersus tria & septem, psalterium decem chordarum decalogũ tuũ, Deus altissime, & dulcissime. Sed quæ flagitia in te qui nõ corrumperis? Aut quæ aduersus te facinora, cui noceri non potest? Sed hoc vindicas quod in se homines perpetrant, quia ẽt cum in te peccant impie faciũt in animas suas: & mentitur iniquitas sibi, siue corrũpẽdo aut peruertendo naturã suam, quã tu fecisti & ordinasti: vel immoderate vtẽdo concessis rebus, vel in nõ cõcessa flagrando in eum usum qui est cõtra naturã: aut rei tenenẽ, aio & verbis sęuiẽtes aduersus te, & aduersus stimulũ calcitrãtes: aut cũ disruptis limitibus humanæ societatis, lætantur audaces priuatis cõciliationibus aut direptionibus, prout quisque delectauerit aut offenderit. Et ea fiunt cũ tu (domine) derelinqueris fons vitę, qui es vnus, & verus creator, & rector vniuersitatis, & priuata superbia diligitur in parte vnum falsum. Itaq; pietate humili redi in te, & purgas nos à consuetudine mala, & propitius es peccatis confitentiũ, & exaudis gemitus cõpeditorum, & soluis à vinculis, quæ nobis fecimus, si iam nõ erigamus aduersus te cornua falsæ libertatis, auaritia plus habendi, & dãno totum amittendi, amplius amando proprium nostrum, quàm te omnium bonum.

Exo.20. Psal.32. Psal.26. Rom.1. Acto.9. Psal.101.

Differimen inter peccata, & regula perfectionis, & laudantur spe frugis, sicut herba segetis. Et sunt quædam similia inter delicta vel flagitio vel facinori, & non sunt peccata, quia nec te offendunt dominum Deum nostrum, nec sociale consortium: cũ conciliantur aliqua in usum vitæ congruæ tempori, & incertum est an libidine habendi, aut puniuntur corrigendi studio potestate ordinata, & incertum est an libidine nocendi. Multa itaque facta, quæ hominibus improbanda viderentur, testimonio tuo approbata sunt, et multa laudata ab hominibus, te teste dãnantur, cum sæpe se aliter habent species facti, & aliter facientis ãnimus, atq; articulus occulti tẽporis. Cũ verò tu aliquid repente inusitatũ, & improuisum imperas, ẽt si hoc aliquãdo vetuisti, quãuis causam imperij tui pro tẽpore occultes, & quãuis cõtra pactum sit aliquorũ hominũ societatis, quis dubitat esse faciendum, quando ea iusta est societas hominum, quæ seruit tibi? Sed beati qui te imperasse sciunt. Fiunt enim omnia à seruientibus tibi, vel ad exhibendum, quod ad prẽsens opus est, vel ad futura prẽnũcianda.

Hæc ergo nescienș, irridebam illos sanctos seruos, & prophetas tuos. Et quid agebam cum irridebam eos, nisi vt irriderer abs te, sensim atque paulatim perductus ad eas nugas vt crederem ficum plorare cũ decerpitur, & matrem eius arborem lachrymis lacteis? Quam tamen ficũ si comedisset aliquis sanctus, alieno sanè non suo scelere decerptam, misceret visceribus, & anhelaret de illa angelos, immo verò particulas Dei gemendo in oratione atque ructando, quę particulæ summi, & veri Dei ligatæ fuissent in illo pomo, nisi electi sancti dente ac ventre soluerentur. Et credidi miser magis esse misericordiam præstandam fructibus terræ, quàm hominibus propter quos nascerentur. Siquis .n. esuriens peteret, qui Manichæus non esset, quasi capitali supplicio damnanda buccella videretur si ei daretur.

Rursus de ficu furto sublata cũ irrisione Manichæi. Cap. 10

ET misisti manum tuam ex alto, & de hac profunda caligine eruisti animam meam, cũ pro me ploraret ad te mater mea fidelis tua, amplius quàm flent matres corporea funera. Videbat .n. illa mortem meam ex fide & spiritu, quẽ ex te habebat, & exaudisti eã domine. Exaudisti eam, nec despexisti lachrymas eius, cum profluẽtes rigarent terrã sub oculis eius, in omni loco orationis eius, & exaudisti eam. Nam vnde illud somniũ quo eã consolatus es, vt viuere me secũ crederet, & habere secum eandẽ mensam in domo,

Somnium matris Augustini. Cap. 11

domo, quod nolle cœperat auersans & detestans blasphemias erroris mei? Vidit enim stantem se in quadam regula lignea, & aduenientem ad se iuuenem splendidum, hilarem atque arridentem sibi, cum illa esset mœrens, & mœrore confecta. Qui cum causas quæsisset ab ea mœstitiæ suæ, quotidianarumq; lachrymarum, docendi vt assolet non discendi gratia, atque illa respondisset perditionem meam se plangere, iussisse illum quo secura esset, atque admonuisse vt attenderet & videret vbi esset illa, ibi esse & me. Quod illa vbi attendit, vidit me iuxta se in eadem regula stantem. Vnde hoc, nisi quia erant aures tuæ ad cor eius? O tu bone omnipotens, qui sic curas vnumquenque nostrum tanquam solum cures, & sic omnes tanquam singulos. Vnde illud etiam, quòd cum mihi narrasset ipsum visum, & ego ad id trahere conarer, vt illa se potius non desperaret futurã esse quod eram, continuo sine aliqua hæsitatione, non inquit, non enim mihi dictum est, vbi ille, ibi, & tu sed vbi tu, ibi & ille. Confiteor tibi domine recordationem meam quantum recolo, q̃ sæpe non tacui, amplius me isto per matrem vigilantem responso tuo, quod tam vicina interpretationis falsitate turbata non est, & tam cito vidit quod videndum fuit, quod ego certe antequam dixisset non videram, etiam tum cõmotum fuisse quàm ipso somnio, quo fęminę piæ gaudium tanto post futurum, ad consolationem tunc præsentis solicitudinis, tanto ante prædictum est. Nam nouem ferme anni secuti sunt, quibus ego in illo limo profundi ac tenebris falsitatis, cum sæpe surgere conarer, & grauius alliderer, volutatus sum: cum tamen illa vidua casta, pia, & sobria, quales amas, iam quidem spe alacrior, sed fletu, & gemitu non segnior, non desineret horis omnibus orationum suarum de me plangere ad te, & intrabant in conspectum tuum preces eius, & me tamen dimittebas adhuc volui, & inuolui in illa caligine.

Infra. 8. ca. 12. in fine.

Supra eodem. cap. 6.

B

ET dedisti alterum responsum interim quod recolo. Nam, & multa prætereo, propter quod propero ad ea, quæ me magis vrgent confiteri tibi, & multa non memini. Dedisti ergo alterum per sacerdotem tuum, C quendam episcopum nutritum in Ecclesia, & exercitatum in libris tuis. Quem cum illa fœmina rogasset, vt dignaretur mecum colloqui, & refellere errores meos, & dedocere me mala, ac docere bona, (faciebat enim hoc, si quos forte idoneos inueniisset,) noluit ille, prudenter sanè, quantum sensi postea. Respondit enim me adhuc esse indocilẽ, eo quòd inflatus essem nouitate hæresis illius, & nonnullis quæstiunculis iam multos imperitos exagitassem, sicut illa indicauerat ei. Sed sine, inquit, illum ibi, & tantum roga pro eo dominum, ipse legendo reperiet, quis ille sit error, & quanta impietas. Simul etiam narrauit se quoque paruulum à seducta matre sua datum fuisse Manichęis, & omnes penè non legisse tantum, verumetiam scripitassé libros eorum, sibiq; apparuisse nullo contra disputante & conuincente, quam esset illa secta fugienda, itaque fugisse. Quæ cum ille dixisset, atque illa nollet acquiescere, sed instaret, magis deprecando, & vbertim flendo vt me videret & mecum discereret, ille iam substomachans tædio, vade, inquit, à me, ita viuas: fieri enim non potest vt filius istarum lachrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse inter colloquia sua mecum sæpe recordabatur, ac si de cœlo sonuisset.

Quæ cum ille dixisset, atque illa nollet acquiescere, sed instaret, magis deprecando, & vbertim flendo vt me videret & mecum discereret, ille iam substomachans tædio, vade, inquit, à me, ita viuas: fieri enim non potest vt filius istarum lachrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse inter colloquia sua mecum sæpe recordabatur, ac si de cœlo sonuisset.

D

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM Liber Quartus.

ERidem tps annorũ nouẽ, ab vndeuicesimo anno ætatis meę, vsq; ad duodetricesimũ, seducebamur, & seducebamus, falsi atq; fallentes in variis cupiditatibus, & palã per doctrinas quas liberales vocant, occulte aũt falso noie religionis, hic superbi, ibi superstitiosi, vbiq; vani ac popularis gloriæ sectantes inanitatẽ, vsque ad theatricos plausus & contentiosa certamina, & agonem coronarum fœnearum, & spectaculorum nugas, & intemperantiã libidinum. Illac autem purgari nos ab istis sordibus expetentes cum eis qui appellantur electi, & sancti, afferrebamus escas, de quibus nobis in officina aqualiculi sui fabricarent angelos, & Deos, per quos liberaremur: & sectabar ista atque faciebam cum amicis meis, per me ac mecum deceptis. Irrideãt me arrogãtes, & nõdũ saluberiter ,pstrati & elisi à te Deus meus. ego tamẽ confitear tibi dedecora mea in laude tua. Sine me obsecro, & da mihi circumire pũti memoria pteritos circumitus erroris mei, & immolare tibi hostiã iubilationis. Quid .n.

Quãdiu & qũo alios se duxerit. Cap. 1.

E

psal. 26.

sum ego mihi sine te, nisi dux in præceps? Aut quid sum cum mihi bene est, nisi sugēs lactuum, aut fruens te cibo qui non corrumpitur? Et quis homo est quilibet homo, cum sit homo? Sed irrideant nos fortes & potētes, nos autē infirmi, & inopes confiteamur tibi.

Rhetoricam docet, & aruspicē quivicto promittebat contemnit. Cap. 2.

DOcebam in illis annis artem rhetoricā, & victoriosam loquacitatem victus cupiditate vendebam. Malebam tamen domine, tu scis, bonos habere discipulos, sicut appellantur boni, & eos sine dolo docebam dolos, non in quibus contra caput innocentis agerent, sed aliquando pro capite nocentis. Et tu Deus vidisti de longinquo lapsantem in lubrico, & in multo fumo scintillitantem fidem meam quam exhibebam in illo magisterio diligentibus vanitatem, & quærētibus mendacium, socius eorum. In illis annis vnā habebam, non eo quod legitimum vocatur coniugio cognitam, sed quam indagauerat vagus ardor inops prudentiæ, sed vnam tamen, ei quoque seruans thori fidem, in qua

F sanè experirer exemplo meo, quid distaret inter coniugalis placiti modum, quod fœderatum esset generandi gratia, & pactum libidinosi amoris vbi proles etiam cōtra votum nascitur, quāuis iam nata cogat se diligi. Recolo etiam cum mihi theatrici carminis certamen inire placuisset, mandasse mihi nescio quem aruspicem, quid ei dare mercedis vellem, vt vincerem: me autem fœda illa sacramēta detestatum, & abominatum respondisse, nec si corona illa esset immortaliter aurea, muscam pro victoria mea necari sinerē. Necaturus.n.erat ille in sacrificijs suis animantia, & illis honoribus inuitaturus mihi suffragatura dæmonia videbatur. Sed hoc quoq; malum non ex tua charitate repudia-

Psal.72. ui Deus cor mei. Non.n.amare te noueram,
Osee.12 qui nisi fulgores corporeos cogitare non nouera. Talibus enim figmentis suspirans anima, nonne fornicatur abs te, & fidit in falsis, & pascit ventos? Sed videlicet sacrificari pro me nollem dæmonibus, quibus me illa superstitione ipse sacrificabam. Quid est enim aliud ventos pascere, quam ipsos pascere: hoc est, errando eis esse voluptati, atque derisui?

G I Deoq; illos planetarios, quos mathemati-
26. q. 2. cos vocant plane consulere non desistebā,
cap. illos quòd quasi nullum eis esset sacrificiū, & nul-
planeta- læ preces ad aliquem spiritum ob diuinatio-
rios. nem dirigerētur, quod tñ Christiana & vera
Astrolo- pietas cōsequenter repellit, & damnat. Bonū est enim confiteri tibi domine, & dicere, Miserere mei, cura animam meam qm̄ peccaui tibi. Neque ad licentiam peccandi abuti indulgētia tua, sed meminisse dominicæ uocis: Ecce sanus factus es, iā noli peccare, ne quid tibi deterius contingat. Quam totam illi salubritatem interficere conantur, cum dicūt: De cœlo tibi est ineuitabilis causa peccandi, & Venus hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars: scilicet ut homo sine culpa sit, caro et sanguis & superba putredo: culpandus sit autē cœli ac syderum creator, & ordinator. Et quis est hic nisi Deus noster, suauitas, & origo iustitię, qui reddis vnicuique secundū opera eius, & cor contritum, & humiliatum nō spernis? Erat eo tēpore vir sagax, medicinæ artis peritissimus, atque in ea nobilissimus, qui pro consule manu sua coronam illam agonisticā imposuerat non sano capiti meo, sed non vt medicus. Nam illius morbi tu sanator, qui Iaco. 4
resistis superbis, humilibus autem das gratiā. 1.Pet.5
Nunquid tamen etiam per illum senē defui- H
sti mihi, aut destitisti mederi animæ meæ? Quia enim factus ei erā familiarior, & eius sermonibus, erāt enim sine verborum cultu, viuacitate sententiarum iocundi, & graues, assiduus, & fixus inhærebam, ubi cognouit ex colloquio meo libris genethliacorum esse me deditum, benigne ac paterne me monuit, vt eos abijcerē, neque curam, & operam rebus vtilibus necessariam, vanitati frustra impenderem: dicens ita se illam didicisse, ut victus eius professionem primis annis ætatis suæ deferre voluisset, qua vitam degeret, & si Hippocratem intellexisset, & illas vtique literas potuisset intelligere: & tamen non ob aliam causam se postea illis relictis medicinam assecutum, nisi, quod eas falsissimas comperisset, & nollet vir grauis decipiendis hominibus victum quęrere. At tu, inquit, quo te in hominibus sustentans rhetoricam tenes, hanc autem fallaciam libero studio, non necessitate rei familiaris sectaris: quo magis mihi te oportet de illa credere, qui eam tam perfecte discere elaboraui, quàm ex ea sola viuere volui. A quo ego cum quę- I
sissem qua ex causa hoc fieret, ut multa inde vera pronunciarentur: Respondit ille, ut potuit, vim sortis hoc facere in rerum natura vsquequaque diffusam. Si enim de paginis poetę cuiuspiam longe aliud canentis, atque intendentis, cum forte quis consuluit, mirabiliter cōsonus negocio sæpe versus exiret, mirandum non esse dicebat, si ex anima humana

humana superiore aliquo instinctu nesciente quid in se fieret, nō arte, sed sorte sonaret aliquid quod interrogātis rebus factisque conueniret. Et hoc quidem ab illo vel per illum procurasti mihi, & quid ipse postea per meip sum quærerem in memoria mea delineasti. Tunc autem nec ipse, nec charissimus meus Nebridius adolescens valde bonus & valde cautus, irridens totum illud diuinationis genus, persuadere mihi potuerūt vt hæc abijcerem, quoniam me amplius ipsorum authorum mouebat authoritas, & nullum certum quale quærebam documentum adhuc inueneram, quo mihi sine ambiguitate appareret, quę ab eis consultis vera dicerentur, forte non arte inspectorum syderum dici.

K I Morbū, & baptis mū amici narrat quē etiā suis erroribus involuerat, coq; morte sublato dolet grauissime. Cap. 4. Rom. 5.

N illis annis quo primo tempore in municipio quo natus sum, docere cœperam, comparaueram amicum societate studiorum nimis charum, coæuum mihi & conflorentem flore adolescentiæ. Mecum puer creuerat, & pariter in scholam ieramus, pariterque luseramus. Sed nondum erat sic amicus, quāquam ne tunc quidem sicuti est vera amicitia, quia non est vera, nisi cum eam tu agglutinas inter inhærentes tibi charitate diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sed tamen dulcis erat nimis cocta feruore parilium studiorum. Nā (&) à fide vera, quam etsi germanitus & penitus adolescēs tenebat, deflexeram eum in superstitiosas fabellas & pernicioſas, propter quas me plangebat mater. Mecum iam errabat in animo homo ille, & non poterat anima mea sine illo. Et ecce tu imminēs dorso fugitiuorum tuorum, Deus vltionum, & fons misericordiarum, simulque conuertens nos ad te

Psal.93. miris modis: ecce abstulisti hominem de hac vita, cum vix annum expleuisset in amicitia mea, suauis mihi super oēs suauitates illius vitę meæ. Quis laudes tuas enumerat vnus, in se vno quas expertus est? Quid tunc fecisti Deus meus, & quàm inuestigabilis abyssus iudiciorum tuorum? Cum enim laboraret ille febribus, iacuit diu sine sensu in sudore letali. Et cum desperaretur, baptizatus est nesciens, me non curante, & presumente id retinere potius animam eius quod à me acceperat, non quod in nescientis corpore fiebat. Longe autem aliter erat nam recreatus est & saluus factus. Statimque ut primum cū eo loqui potui, potui autem mox ut ille potuit, qm̄ non discedebam, & nimis pendebamus ex inuicē, tentaui apud illud irridere, tanquam & illo irrisuro mecū baptismum, quem acceperat mente, atque sensu absentissimus, sed tamem se iam accepisse didicerat. At ille ita me exhorruit vt inimicum, admonuitque mirabili & repentina libertate, vt si amicus esse vellem, talia sibi dicere desinerem. Ego autem stupefactus atque turbatus, distuli omnes motus meos, vt conualesceret prius, essetque idoneus viribus valetudinis cum quo agere possem quod vellem. Sed ille abreptus dementiæ meæ, vt apud te seruaretur cōsolationi meæ, post paucos dies me absente repetitur febribus & defungitur. Quo dolore cōtenebratum est cor meum, & quicquid aspiciebam mors erat. Et erat mihi pa- M
tria supplicium, & paterna domus mira infœlicitas, & quicquid cum illo communicaueram, sine illlo in cruciatum immanem vertebatur. Expetebant eum vndique oculi mei, & non dabatur mihi, & oderam omnia, quia non haberent eum. Nec mihi iam dicere poterant. Ecce veniet, sicut cū viueret, quando absens erat. Et factus eram ipse mi- Psa. 41.
hi magna quęstio, & interrogabam animam meam, quare tristis esset, & quare conturbaret me valde, & nihil noverat respondere mihi. Et si dicebam: Spera in Deo, iuste non obtemperabat, quia verior erat, & melior homo quem charissimum amiserat, quàm phantasma in quod sperare iubebatur. Solus fletus erat dulcis mihi, & successerat amico in delitijs animi mei.

Lachrymę in pcibus, & dolore rei charæ amissæ. Cap. 5.

ET nunc domine iam illa tranſierunt, & tempore lenitum est uulnus meum. Possum ne audire abs te qui ueritas es, & admoueare aurē cordis mei ori tuo, ut dicas mihi, dolore cur fletus dulcis sit miseris? An tu quanuis ubique assis, longe abiecisti à te miseriam nostram? Et tu in te manes, nos autē in experimētis voluimur, & tamen nisi ad aures tuas ploraremus, nihil residui de spe nr̄a fieret. Vnde igitur suauis fructus de amaritudine vitæ carpitur, gemere & flere & suspirare & conqueri? An hoc tibi dulce est quod speramus exaudire te? Recte istud in precibus, A
quia desiderium perueniendi habent. Numquid in dolore amissę rei, & luctu quo tunc operiebar? Neque enim sperabam reuiuiscere illum, aut hoc petebam lachrimis, sed tantum dolebam & flebam. Miser eram enim, & amiseram gaudium meum. An, & fletus res amara est (&) præ fastidio rerum, quibus prius fruebamur, & tunc dum ab eis abhorremus, delectat?

Quid

Explicat magnũ affectũ, quo diligebat amicum.

QVid autem ista loquor? Non enim tẽpus querendi nunc est, sed confitendi tibi. Miser enim eram, & miser est omnis animus uinctus amicitia rerum mortalium, & dilaniatur cum eas amittit, & tunc sentit miseriam, qua miser est, & antequã amittat eas. Cap. 6. Sic enim ego eram illo tempore, & flebam amarissime, & requiescebam in amaritudine. Ita miser eram, & habebam chariorem illo amico meo vitã ipsam miserã. Nã quamuis eam mutare vellem, nollem tamen amittere magis quàm illum. Et nescio an vellem, vel pro illo, sicut de Oreste & Pylade traditur, si non fingitur, qui vellent pro inuicem vel simul mori, quia morte peius erat non simul
B viuere. Sed in me nescio quis affectus nimis huic contrarius ortus erat, & tędium viuendi erat in me grauissimum, & moriendi metus. Credo quo magis illum amabam, hoc magis mortem quæ mihi eum abstulerat tanquàm atrocissimam inimicã oderam, & timebam, & eam repẽte consumpturã omnes homines putabam, quia illum potuit. Sic erã omnino, memini. Ecce cor meũ Deus meus, ecce intus vide quia memini, spes mea qui me mundas à talium affectionũ immunditia, dirigẽs oculos meos ad te, & euellens de laqueo pedes meos. Mirabar.n. cæteros mortales viue-
Ps. 124. re, quia ille, quẽ quasi nõ moriturũ dilexerã, mortuus erat, & me magis, qa ille alter erã, viuere illo mortuo mirabar. Bene quidam dixit de amico suo, dimidium animæ meæ.
Horat. Nã ego sensi animam meam & animam ilde Virgi lius vnam fuisse animam in duobus corporilio nau- bus, & ideo mihi horrori erat vita, quia nogante: Et lebam dimidius uiuere, & ideo forte mori seruos a- metuebam, ne totus ille moreretur, quem animę di- multum amaueram.
midium meæ.

O Dementiã nescientem diligere homines humaniter, ò stultũ hominẽ immoderate humana patientẽ, quod ego tunc erã. Itaq; æstuabam, suspirabam, flebã, turbabar, nec re-
C quies erat, nec consilium. Portabã enim con-
2. Retr. cap. 6. scissam & cruentam animã meam, impatientem portari à me, & vbi eam ponerẽ non inueniebam. Non in amœnis nemoribus, non in ludis atq; cantibus, nec in suaue olentibus
Impatiẽtia doloris mutat locũ. locis, nec in conuiuijs apparatis, neq; in voluptate cubilis & lecti, non denique in libris cap. 7. atque carminibus acquiescebat. Horrebant omnia, & ipsa lux, & quicquid nõ erat quod ille erat, improbum & odiosum erat, prẽter gemitum & lachrymas. Nam in eis solis aliquantula requies. Vbi autem inde auferebatur anima mea, onerabat me grandis sarcina miseriæ, quæ à te domine leuanda erat & curãda, sciebam, sed nec volebam, nec valebam eo magis, quia non mihi eras aliquid solidũ, & firmum, cũ de te cogitabam. Non enim tu eras, sed vanũ phantasma & error meus, erat Deus meus. Si conabar eam ibi ponere vt requiesceret, per inane labebatur, & iterũ ruebat super me, & ego mihi remanseram infœlix locus, vbi nec possem, nec inde recedere. Quò enim cor meum fugeret à corde meo? Quò à meipso fugerem? quò me nõ sequerer? Et tamen fugi de patria. Minus enim eum quęrebant oculi mei, vbi videre non solebant, atque à Tagastensi oppido veni Carthaginem.

NOn vacant tempora, nec ociosè voluun D
tur per sensus nostros, faciunt in animo Tẽpus
mira opera. Ecce veniebant & præteribant dolori
de die in diem, & veniendo & prætereundo medet.
inferebant mihi species alias, & alias memo- cap. 8.
rias, & paulatim resarciebant me pristinis generibus delectationũ: quibus cedebat dolor meus ille, sed succedebant non quidẽ dolores alij, causæ tamen aliorũ dolorum. Nam vnde me facillime & in intima dolor ille penetrauerat, nisi quia fuderam in arenã animam meam, diligendo moriturum, ac si non moriturũ? Maxime quippe me reparabant atq; recreabãt aliorum amicorũ solatia, cum quibus amabã quod pro te amabam, & hoc erat ingens fabula & longum mendacium, cuius adulterina cõfricatione corrumpebatur mẽs nostra pruriens in auribus. Sed illa mihi fabula nõ moriebatur, si quis amicorum meorũ moreretur. Alia erant quæ in eis amplius Amici-
capiebant animum, colloqui & corridere, & tiæ fru-
vicissim beneuole obsequi, simul legere li- ctus &
bros dulciloquos, simul nugari, & simul ho- voluptas
nestari, dissentire interdũ sine odio, tanquàm E
ipse homo secum, atque ipsa rarissima dissen sione condire consensiones plurimas, docere aliquid inuicem, aut discere aliquid ab inuicem: desyderare absentes cum modestia, suscipere venientes cum lętitia. His atque huiusmodi signis, à corde amãtium & redamantium procedentibus per os, per linguam, per oculos, & mille motus gratissimos quasi fomitibus conflare animos, & ex pluribus vnũ Humafacere. næ amicitiæ cũ

HOc est quod diligitur in amicis, & sic diuina
diligitur, vt rea sibi sit humana consciencompara
tia, si non amauerit redamantem, aut si amantio. c. 9.
tem non redamauerit, nihil quærens ex eius corpore

corpore præter indicia beneuolentiæ. Hinc ille luctus siquis moriatur, & tenebrę dolorum, & versa dulcedine in amaritudinẽ cor madidum & ex amissa vita morientiũ mors viuẽtium. Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicũ ꝓpter te. Solus.n. nullũ charũ amittit, cui omnes in illo chari sunt qui non amittitur. Et quis est iste, nisi Deus noster, Deus qui fecit cœlum & terrã, & implet ea, quia implendo ea facit ea? Te nemo amittit nisi qui dimittit. Et qui dimittit, quò it, aut quò fugit, nisi à te placido ad te iratũ? Nam
F vbi non inuenit legem tuam in pœna sua? Et lex tua veritas, & veritas tu.

Ps. 118. Psal. 79. DEus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Nam quaquauersum se verterit anima hominis ad doOmnis pulchritudo ex Deo est, qui & in omnibus laudandus. Cap. 10. loris figitur, alibi prætерquam in te. Tamet figitur in pulchris extra te & extra se, quæ tñ nulla essent nisi essent abs te, quæ oriũtur & occidunt, & oriendo quasi esse incipiunt, & crescunt vt perficiantur, & perfecta senescunt, & intereunt: etenim omnia senescunt, & omnia intereunt. Ergo cũ oriuntur & tendunt esse, quo magis celeriter crescũt vt sint, eo magis festinant vt non sint. Sic est modus eorum. Tantum dedisti eis, quia partes sunt rerũ quæ non sunt oẽs simul, sed decedendo ac succedendo agunt oẽs vniuersum, cuius partes sunt. Ecce sic peragitur & sermo noster per signa sonantia. Non enim erit totus sermo, si vnũ verbum non decedat cũ sonuerit per partes suas vt succedat aliud. Laudet te ex illis anima mea Deus creator omniũ, sed non infigatur in eis glutino amoris per sensus corporis. Eunt.n. quo ibãt vt nõ sint, & conscindunt eam desiderijs pestilentiosis: quoniã ipsa esse vult, & requiescere amat in eis quæ amat. in illis aũt non est, vbi quia nõ stant, fugiunt, & quis ea sequitur sensu car-
G nis, aut quis ea comprehendit, vel cum præsto sunt? Tardus est enim sensus carnis, quoniam sensus carnis est, & ipse est modus eius. Sufficit ad aliud, ad quod factus est: ad illud autem nõ sufficit vt teneat transcurrentia ab initio debito vsque ad finem debitum. In verbo enim tuo per quod creantur, ibi audiunt hinc & hucusque.

Omnia creata sunt mutabilia in se in Deo stabilia. NOli esse vana anima mea, & obsurdescere in aure cordis, tumultu vanitatis tuę. Audi & tu. Verbũ ipsum clamat vt redeas, & ibi est locus quietis imperturbabilis, vbi non deseritur amor si ipse non deserat. Ecce illa discedunt vt alia succedant, & omnibus suis partibus cõstet infima vniuersitas. Nunbilia. quid ego aliquò discedo, ait verbũ Dei? Ibi Cap. 11. fige mansionem tuam, ibi cõmenda quicquid inde habes anima mea, saltẽ fatigata fallaciis. Veritati commenda quicquid tibi est à veritate, & non perdes aliquid, & reflorescent putrida tua, & sanabũtur omnes languores tui, & fluxa tua reformabũtur, & renouabuntur & constringentur ad te, & non te deponent quò descendunt, sed stabunt tecum, & permanebunt ad semper stantem ac permanentem Deũ. Vt quid peruersa sequeris carnẽ tuam? Ipsa te sequatur conuersa. Quicquid per illã H sentis in parte est, & ignoras totum cuius he partes sunt, & delectat te tamen. Sed si ad totum comprehẽdendum esset idoneus sensus carnis tuæ, ac non & ipse in parte vniuersi accepisset pro pœna tua iustum modum, velles vt transiret, quicquid existit in præsenti vt magis tibi omnia placerẽt. Nam & quod loquimur per eundem sensum carnis audis, & non vis vtique stare syllabas, sed transuolare vt aliæ ueniant, & totũ audias. Ita semper omnia quibus unum aliquid constat, & non simul sunt omnia ea, quibus constat, plus delectant omnia quàm singula, si possint sentiri omnia. Sed longe his melior qui fecit omnia, & ipse est Deus noster, & non discedit, quia nec succeditur ei. Si placent corpora, Deum ex illis lauda, & in artificem eorum retroque amorem, ne in his quæ tibi Amor placent tu (ei) displiceas. non im-

SI placent animę, in Deo amentur, quia probat & ipsæ mutabiles sunt, & in illo fixæ stabi modo in liuntur, alioquin irent & perirent. In illo er- his quæ go amentur, & rape ad eum tecum quas po- placent tes: & dic eis, Hunc amemus, hunc amemus, amemus ipse fecit hæc, & non est longe. Non.n. fecit Deum. atq; abijt: sed ex illo in illo sunt. Ecce ubi est, Cap. 12. ubi sapit ueritas. Intimus cordi est, sed cor errauit ab eo. Redite prævaricatores ad cor, & inhærete illi qui fecit nos. State cum eo, & stabitis. Requiescite in eo, & quieti eritis. Quò I itis in aspera? quò itis? Bonum quod ama Esa. 46. tis ab illo est, sed quantum est ad illum, bonum est & suaue. Sed amarum erit iuste, quia iniuste amatur deserto illo, quicquid ab illo est. Quò uobis adhuc & adhuc ambulare uias difficiles & laboriosas? Nõ ẽ requies ubi quęritis eam. Quęrite quod quęritis, sed ibi non est ubi quæritis. Beatã uitam quæritis in regione mortis: non est illic. Quo.n. beata uita, ubi nec uita? Et descendit hinc ipsa uita nostra, & tulit mortẽ nostram, & occidit eam

dit eam de abundantia uitæ suæ,& tonuit clamans, ut redeamus hinc ad eum in illud secretũ unde processit ad nos, in ipsum primũ uirginalẽ uterũ, ubi ei nupsit humana creatura caro mortalis nec sẽper (esset) mortalis, & Psal.18. inde uelut sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currendam uiam. Non enim tardauit,sed cucurrit clamans dictis,factis,morte,uita,descensu,ascensu, clamans vt redeamus ad eum. Et discessit ab oculis,vt redeamus ad cor, & inueniamus eum. absceſsit K enim,& ecce hic est. Noluit nobiscum diu esse,& non reliquit nos. Illuc enim abscesit, Ioan.1. unde nũquàm recesit, quia mũdus per eum 1.Ti.1. factus est, & in hoc mundo erat, & venit in hunc mundum peccatores saluos facere, cui confitetur anima mea vt sanet eam, quia peccauit illi. Filij hominũ vsquequo graues corPsal.40. de? Nunquid & post descensum vitæ non Psal.4. vultis ascendere & viuere? Sed quò ascendi-Psal.72. tis,quãdo in alto estis, & posuistis in cœlum os vestrum? Descẽdite vt ascendatis,& ascendatis ad Deum. Cecidistis enim ascendendo cõtra eum. Dic eis ista vt plorent in conualle plorationis, & sic eos rape tecum ad Deum, quia de spiritu eius hæc dicis eis, si dicis ardens igne charitatis.

Amor vnde ꝓueniat. Cap.1. HAec tunc non noueram, & amabam pulchra inferiora, & ibã in profundum, & dicebam amicis meis: Non amamus aliquid nisi pulchrum? Quid est ergo pulchrum? & quid est pulchritudo? Quid est quod nos allicit & cõciliat rebus quas amamus? Nisi.n. esset in eis decus & species, nullo modo nos ad se mouerent. Etenim animaduertebam & uidebã in ipsis corporibus aliud esse quasi totum,& ideo pulchrum, aliud autẽ quod ideo deceret,quoniam apte accõmodaretur alicui sicut pars corporis ad uniuersum suum, aut L calceamentũ ad pedem,& similia. Et ista consideratio scaturiuit in animo meo ex intimo corde meo, & scripsi libros de pulchro & apto,puto duos aut tres: Tu scis Deus. Nam excidit mihi. Nõ.n.habemus eos,sed aberrauerunt à nobis,nescio quommodo.

Liber de apto & pulchro. Cap.14. QVid est autẽ quod me mouit domine Deus meus,vt ad Icherium Romanæ urbis oratorem scriberẽ illos libros,quem nõ noueram facie, sed amaueram hominem ex doctrinæ fama quæ illi clara erat,& quædam uerba eius audieram,& placuerãt mihi? Sed magis quia placebat alijs, & efferebant eum laudibus stupẽtes, quod ex hoie Syro docto prius Græcæ facũdiæ, postea in latina etiam doctor mirabilis extitisset, & esset scientissimus rerum ad studium sapientiæ pertinentium,mihi placebat. Laudatur hõ & amatur absens. Vtrumnam ab ore laudãtis intrat in cor audiẽtis amor ille? Absit. Sed ex amante alio accenditur alius. Hinc.n.amatur qui laudatur, dum non fallaci corde laudatoris prædicari creditur.i.cum amans eum laudat. Sic enim tunc amabam homines ex hominum iudicio: non.n.ex tuo Deus meus,in quo ne- M mo fallitur. Sed tamen cur non sicut auriga ille nobilis, sicut uenator, studijs popularibus diffamatus, sed lõge aliter & grauiter,& ita quẽadmodum & me laudari uellem? Nõ autem uellem ita laudari & amari me, ut histriones, quanquàm eos & ipse laudarem & amarem,sed eligens latere quàm ita notus esse & velle haberi odio quàm sic amari. Vbi distribuuntur ista pondera variorũ & diuersorum amorũ in anima vna? Quid est quod amo in alio, quod rursus nisi odissem,non à me detestarer & repellerem,cum sit vterque nostrum homo? Non enim sicut equus bonus amatur ab eo,qui nollet hoc esse,etiam si posset, hoc & de histrione dicendum est, qui naturę nostræ socius est. Ergone amo in homine quod odi esse,cum sim homo? Grande Mat.10 profundum est ipse homo,cuius etiam capillos tu domine numeratos habes, & non minuuntur in te,& tamen capilli eius magis numerabiles sunt quàm affectus eius, & motus cordis eius. At ille rhetor ex eo erat genere, quem sic amabam, vt vellem me esse talem, & errabam typo, & circunferebar omni vento, & nimis occulte gubernabar abs te. Et A vnde scio,& vnde certus confiteor tibi,quòd illum in amore laudantiũ magis amaueram, quàm in rebus ipsis, de quibus laudabatur. Quia si non laudatũ eum vituperarent cum ijdem ipsi & vituperando atque spernendo ea ipsa narrarent,non accenderer in eum, & non excitarer: & certe res non aliæ forent, nec homo ipse alius, sed tantummodo alius affectus narrantium. Ecce vbi iacet anima infirma,nondum hærens soliditati veritatis. Sicut auræ linguarum flauerint à pectoribus opinantiũ, ita fertur & vertitur, torquetur ac retorquetur,& obnubilatur ei lumen, & non cernitur veritas: Et ecce est ante nos. Et magnũ quiddam mihi erat,si sermo meus & studia mea illi viro innotescerent. Quæ si probaret,flagraré magis: si autẽ improbaret, sauciaret cor vanũ, & inane soliditatis tuæ. Et tamen pulchrum illud atq; aptum, unde

ad eum

ad eum scripseram, libẽter animo uersabam, ob os cõtemplationis meæ,& nullo collaudatore mirabar.

Quòd corporalib⁹ imaginibus contenebratus B non potuit capere spiritalia. Aug.de Gen. ad lia.c.15. Psal.71. SEd tantæ rei cardinem in arte tua nõdum uidebam omnipotens, qui facis mirabilia solus,& ibat animus meus per formas corporeas, & pulchrum quòd per seipsum, aptum autem quod ad aliquid accommodatum deceret definiebam & distinguebam, & exemplis corporeis astruebam. Et conuerti me ad animi naturã, & nõ me sinebat falsa opinio,quã de spiritalibus habebam, uerum cernere. Et irruebat in oculos meos ipsa uis ueri, & aduertebam palpitantẽ mentem ab incorporea re ad liniamenta & colores, & tumentes magnitudines. Et quia nõ poteram ea uidere in animo,putabam me non posse uidere animũ meum. Et eum in uirtute pacem amarem,in uitiositate autem odissem discordiam, in illa unitatem: in ista, quandam diuisionem notabam. Inq; illa unitate mẽs rationalis & natura ueritatis ac summi boni mihi esse uidebatur: in ista uerò diuisione irrationalis uitæ, nescio quam substantiam & naturam summi mali,quæ non solum esset substantia,sed omnino uita esset, & tamen abs te nõ esset Deus meus,ex quo sunt omnia,miser opinabar. Et tamen illã monadem appellabam, tanquam sine ullo sexu mentem, hanc uero dyadem iram in facinoribus, libidinẽ in flagitijs, nesciens quid loquerer. Nõ enim noueram neque didiceram,nec ullam substãtiam malum esse, nec ipsam mẽtem nostram summũ atq; C incommutabile bonum. Sicut enim facinora sunt,si uitiosus est ille animi motus,in quo ẽ impetus,& se iactat insolenter ac turbide, & flagitia,si est immoderata illa animæ affectio, qua carnales hauriuntur uoluptates: ita errores & falsæ opiniones uitam contaminant,si rationalis mens ipsa uitiosa est: qualis in me tunc erat nescIente alio lumine illam illustrãdam esse,vt sit particeps veritatis, quia non Psal.17. est ipsa natura veritatis: Quoniam tu illumi nabis lucernam meam, domine Deus meus, Ioan.1. illuminabis tenebras meas: Et de plenitudine Iacobi.1 tua nos oẽs accepimus: Es enim tu lumen verum, quod illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mũdum, quia in te non est 1.Pet.5. transmutatio,nec momenti obumbratio. Sed ego conabar ad te,& repellebar abs te, vt saperem mortem, quoniam superbis resistis. Quid aũt superbius, quàm vt assererẽ mira dementia me id esse naturaliter quod tu es? Cum.n.ego essem mutabilis,& eo mihi manifestũ esset, q; ideo vtiq; sapiens esse cupiebã,vt ex deteriore melior fierẽ, malebam tamen etiam te opinari mutabilem, quàm me non hoc esse quod tu es. Itaq; repellebar, & resistebas vẽtosæ ceruici meæ, & imaginabar formas corporeas, & caro carnẽ accusabam, & spiritus ambulans nondum reuertebar ad Psal.77. te, & ambulando ambulabam in ea quæ non D sunt, neq; in te, neq; in me, neq; in corpore, neq; mihi creabãtur à veritate tua,sed à mea vanitate fingebantur ex corpore, & dicebam paruulis fidelibus tuis ciuibus meis,à quibus nesciens exulabam,dicebam illis garrulus & ineptus. Cur ergo errat anima mea quã fecit Deus? Et mihi nolebam dici,cur ergo errat Deus? Et contẽdebam magis incommutabilem tuã substantiam coactã errare,quàm meã mutabilẽ sponte deuiasse,& penè errare confitebar. Et eram ætate annorum fortasse vigintisex aut septẽ, cũ illa volumina scripsi, voluens apud me corporea figmenta obstrepentia cordi meo & auribus, quas intendebam dulcis veritas in interiorem melodiam tuam, cogitans de pulchro & apto, & stare cupiens & audire te, & gaudio gaudere propter vocem sponsi, & non poteram,quia vocibus erroris mei rapiebar foras, & pondere superbiæ meæ in ima decidebam. Non enim dabas auditui meo gaudium & lætitiam, aut exultabant ossa quæ humiliata non erant.

ET quid mihi ꝓderat ꝙ annos natus fermè uiginti, cũ in manus meas venissent Aristotelica quędam, quas appellant decem cathegorias,quarum nomine cum eas rhetor Carthaginensis magister meus buccis typo crepantibus commemoraret,& alij qui docti habebantur, tanquam in nescio quid magnũ & diuinum suspensus inhiabam, legi eas solus & intellexi? Quas cum cõtulissem cum eis,qui se dicebant uix eas magistris eruditissimis, non loquentibus tantum,sed multa in puluere depingentibus intellexisse: nihil inde aliud mihi dicere potuerunt, quàm ego solus apud meipsum legens cognoueram. Et satis aperte mihi uidebãtur loquẽtes de substantijs,sicuti est homo,& quæ in illis essent, sicuti est figura hominis, qualis sit, & statura, quod pedum sit, & cognatio, cuius frater sit,aut ubi sit constitutus, aut quando natus, aut stet,aut sedeat,aut calceatus,uel armatus sit,aut aliquid faciat, aut patiatur aliquid: & quæcunq; in his nouem generibus,quorum exempli gratia quædã posui, uel in ipso substantiæ genere innumerabilia reperiuntur.

Ioan.3. Psal.50. Prędicamenta per se intellexit. cap. 16. E Has cathegorias postea transtulit ꝓ filio suo.

Quid

Notent hęc ponentes deum in prædicamento.

Quid hoc mihi proderat,quando & oberat: cum etiam te Deus meus mirabiliter simplicem atque incommutabilem,illis decē prędicamētis putans quicquid esset omnino cōprehensum,sic intelligere conarer, quasi & tu subiectus esses magnitudini tuæ aut pulF chritudini, vt illa essent in te quasi(in)subiecto,sicut in corpore: cum tua magnitudo,& tua pulchritudo tuipse sis: corpus autē non eo sit magnum & pulchrum quo corpus est, quia & si minus pulchrum esset, nihilominus corpus esset. Falsitas enim erat, quam de te cogitabam non veritas:& figmenta miseriæ meæ,nō firmamenta beatitudinis tuę. Iusseras enim, & ita fiebat in me,vt terra spinas, & tribulos pareret mihi, & cum labore peruenirem ad panem meum. Et quid mihi proderat,quod omnes libros artium quas liberales uocant,tunc nequissimus malarum cupiditatum seruus per meipsum legi, & intellexi quoscunq; legere potui,& gaudebam in eis, & nesciebam vnde esset quicquid ibi verū,& certū esset? Dorsum enim (semper) habebam ad lumen,& ad ea,quæ illuminantur faciem, unde ipsa facies mea qua illuminata cernebā nō illuminabatur. quicquid de arte loquendi, & disserendi, quicquid de dimensionibus figurarum, & de musicis, & de numeris sine magna difficultate,nullo hominum tradente intellexi,scis tu domine Deus meus: quia & celeritas intelligendi,& dicēdi acumē,donū tuum est,sed non inde sacrifica G bā tibi.Itaque mihi non ad vsum sed ad pernicię magis valebat, quia tam bonā partem
Psal.58. substantiæ meæ sategi habere in potestate: &
Luc.15. fortitudinem meam non ad te custodiebam, sed profectus sum abs te in longinquā regionem, vt eam disiparem in meretricias cupiditates. Nam quid mihi proderat bona res non vtenti bene? Non enim sentiebā illas artes,etiam ab studiosis, & ingeniosis difficillime intelligi,nisi cum eis easdem conabar exponere,& erat ille excellētissimus in eis, qui me exponentem,nō tardius sequeretur. Sed quid ergo mihi hoc proderat, putanti quòd tu domine Deus meus veritas corpus esset lucidum & immensum, & ego frustū de illo corpore? Nimia peruersitas. Sed sic erā,nec erubesco Deus meus cōfiteri tibi in me misericordias tuas, & inuocare te, qui nō erubui tunc profiteri hominibus blasphemias meas,& latrare aduersum te. Quid ergo mihi tunc proderat ingenium per illas doctrinas agile,& nullo adminiculo humani magisterij tot nodosissimi libri enodati, cum deformiter, & sacrilega turpitudine in doctrina pietatis errarem? Aut quid tātum oberat H paruulis tuis longe tardius ingenium,cum à te longe nō recederent, vt in nido. Ecclesiæ tuę tuti plumescerent, & alas charitatis alimento sanę fidei nutrirent? O domine Deus Psal.62.
noster, in uelamento alarum tuarum spere- Esai.46.
mus,& protege nos,& porta nos, Tu portabis & paruulos,& vsq; ad canos tu portabis: quoniam firmitas nostra quando tu es, tunc est firmitas. Cum autē nostra est,infirmitas est. Viuit apud te semper bonum nostrū, & quia inde auersi sumus,peruersi sumus. Reuertamur iā domine vt non euertamur,quia viunt apud te sine ullo defectu bonum nostrum quod tuipse es, & non timebimus, ne non sit quò redeamus, quia nos inde ruimus,nobis autem absentibus nō ruit domus nostra ęternitas tua.

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber quintus.

Excitat mētē ad deū laudandum. Cap. 1. I

CCipe sacrificiū confessionum mearum de manu lin guæ meæ, quam formasti, & excitasti, vt confiteatur nomini tuo, & sana omnia ossa mea,& dicant: Domine quis similis tibi? Neque enim docet te Psal.40.
quid in se agatur qui tibi cōfitetur,quia ocu- Psal.82.
lum tuum non excludit cor clausum,nec manum tuā repellit duritia hominum, sed soluis eam cum uoles, aut miserans aut vindicans,& nō est qui se abscondat à calore tuo.
Sed te laudet anima mea,ut amet te: & con- Psal.18.
fiteatur tibi miserationes tuas vt laudet te. Non cessat nec tacet laudes tuas uniuersa creatura tua, nec spiritus omnis per os conuersum ad te, nec animalia, nec corporalia per os considerantium ea, vt exurgat in te à lassitudine anima nostra, innitens,eis quę fecisti, & transiens ad te qui fecisti hæc mirabiliter: & ibi refectio, & vera fortitudo. Dei prę
EAnt, & fugiant à te inquieti & iniqui,& sentiā nē
tu vides eos, & distinguis vmbras, & ec- minē es-
ce pulchra sunt cum eis omnia,& ipsi turpes fugere,
sunt. Et quid nocuerūt tibi,aut in quo impe- cum sit
rium tuū dehonestauerūt, à cœlis usque in vbique.
nouissima iustum,& integrum? Quò.n.fu- Cap.2.
gerunt

Psl.138. gerunt cū fugerent a facie tua, aut ubi tu nō inuenis eos? Sed fugerunt vt non viderent te
K videntem se,atque excæcati in te offenderēt,
Sap.11. quia non deseris aliquid eorum quę fecisti. In te offenderent iniusti, & iuste vexarentur,subtrahentes se lenitati tuæ, & offendentes in rectitudinem tuam, & cadētes in asperitatem tuam, videlicet nescīunt quòd vbique sis, quem nullus circunscribit locus, & solus es prędens, etiam ijs qui longe fiunt à te. Conuertantur ergo,& quærant te, quia nō sicut ipsi deseruerūt te creatorem suum, ita & tu deseruisti creaturam tuam. Ipsi conuertantur,& quærant te,& ecce ibi es in corde eorum,in corde confitentiū tibi, & proijcientium se in te, & plorantium in sinu tuo post vias suas difficiles, & tu facilis terges lachrymas eorum, vt magis plorent, & gaudeant in fletibus:quoniā tu domine, non aliquis hō caro, & sanguis, sed tu domine qui fecisti,reficis & consolaris eos. Et vbi ego erā quādo te quærebam? Et tu eras ante me,ego autem,& à me discesseram, nec me inueniebam,quanto minus te.

De Fausto Manichæo & de Astrologia.c.3 Infra li.6 ca. 11.li.1.cōtra Faustum in pricipio de vtilitate credendi, cap.16. Sap.13.

PRoloquar in conspectu Dei mei annum illum vndetricesimum ætatis meæ. Iam venerat Carthaginem quidam Manichęorū episcopus Faustus nomine, magnus laqueus diaboli, & multi implicabantur in eo per illecebram,suauiloquentiæ, quam ego tametsi laudabam, discernebam tamen à veritate rerum,quarum discendarum auidus eram,nec quali vasculo sermonis, sed quid mihi scientiæ comedēdum apponeret nominatus apud eos ille Faustus,intuebar. Fama enim de illo prælocuta mihi erat, quod esset honestarum omnium doctrinarum peritissimus, & apprime disciplinis liberalibus eruditus. Et quoniam multa philosophorum legeram, memorięque mādata retinebam, ex eis quędam comparabam illis Manichæorum lōgis fabulis,& mihi probabiliora ista videbantur, quæ dixerunt illi, qui tantum potuerunt valere, vt possent æstimare seculum, quanquā eius dominum minime inuenerint. Quo-
Pſ.137. niam magnus es domine,& humilia respicis, excelsa autē à longe cognoscis. Nec propinquas nisi obtritis corde, nec inueneris à superbis, nec si illi curiosa peritia numerent stellas,& arenā, & dimetiantur sydereas plagas,& inuestigēt vias astrorum. Mēte enim sua quærunt ista, & ingenio quod tu dedisti eis:& multa inuenerūt,& prenunciauerūt ante multos annos defectus luminariū solis, & lunæ,quo die, qua hora, quanta ex parte fu- M
turi essent,& non eos fefellit numerus, & ita factū est vt prænunciauerūt:& scripserūt regulas indagatas,& legūtur hodie, atq; ex eis prenūciatur quo anno, & quo mēse anni, & quo die mēsis,& qua hora diei,& quota parte luminis sui defectura sit luna vel sol,& ita fiet vt prænūciat. Et mirantur hęc homines, & stupent qui nescīūt ea,& exultant atq; extolluntur qui sciunt,& per impiam superbiā recedentes,& deficientes à lumine tuo, tanto ante solis defectū futurū puidēt,& in psentia suū nō vident. Nō.n.religiose quærūt unde Psal.8.
habeāt ingeniū quo ista quærūt. Et inueniētes q̄ a tu fecisti eos, nō ipsi dāt tibi se vt seruēs qđ fecisti,& quales se ipsi fecerant, occidūt se tibi, & trucidāt exultationes suas sicut Deut.4.
volatilia, & curiositates suas sicut pisces ma- Ioān. 1.
ris q̄bus perambulāt secretas semitas abyssi, & luxurias suas sicut pecora cāpi,vt tu Deus ignis edax consumas mortuas curas eorū recreās eos immortaliter. Sed nō nouerūt uiā, Pſ.148.
verbū tuū,per quod fecisti oia ea,quæ numerāt,& ipsos qui numerāt, & sensum quo cernūt,quæ numerāt, & mētē de qua numerāt, & sapientiæ tuæ nō est numerus. Ipse autem vnigenitus factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio & numeratus est iuter A
nos,& soluit tributū Cæsari. Non nouerunt Mat.22.
hāc viā,qua descendāt ad illū à se, & per eū ascēdant ad eū. Nō nouerunt hanc viam, & putant se excelsos esse cum syderibus, & lucidos,& ecce ruerunt in terrā,& obscuratū est insipiens cor eorū. Et multa vera de crea- Rom.1.
tura dicūt, & verum creaturæ artificem non pie quærunt,& ideo nō inueniūt: aut si inueniūt, cognoscētes Deū non sicut Deū honorant,aut gratias agunt: sed euanescunt in cogitationibus suis,& dicūt se esse sapiētes, sibi tribuēdo quæ tua sunt,ac per hoc studēt peruersissima cæcitate etiā tibi tribuere,quę sua sunt, mēdacia scilicet in te conferētes,qui veritas es, & immutātes gloriā incorrupti Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis,& volucrum, & quadrupedū,& serpētū, & conuertunt veritatem tuā in mendacium, & colunt & seruiunt creaturæ potius quàm creatori. Multa tamen ab eis ex ipsa creatura vera dicta retinebam, & occurrebat mihi ratio per numeros & ordinē temporum, & visibiles attestationes syderum, & conferebam cum dictis Manichęi,qui de his rebus multa scripsit copiosissime delirans, & nō mihi oc- B
currebat ratio,nec solstitiorū,& æquinoctiorum,nec

tum,nec defectuũ luminariũ, nec quicquid tale in libris secularis sapientiæ didiceram. Ibi autem credere iubebar, & ad illas rationes numeris, & oculis meis exploratas non occurrebat,& longe diuersum erat.

Sola dei cognitio, beat.c.4.

NVnquid domine Deus veritatis quisquis nouit ista, ipse placet tibi? Infelix enim homo qui scit illa omnia, te autem nescit:beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat. Qui verò,& te,& illa nouit, nõ ꝓpter illa beatior,sed propter te solum beatus est,si cognoscens te sicut Deum glorificet, & gratias agat, & non euanescat in cogitationibus suis. Sicut enim melior est qui nouit possidere arborem, & de usu eius tibi gratias agit, quanuis nesciat vel quot cubitis alta sit, vel quanta latitudine diffusa, quàm ille qui eam metitur,& omnes ramos eius numerat,& neque possidet eam, neque creatorem eius nouit aut didicit: Sic fidelis homo, cuius totus mundus diuitiarum est, & quasi nihil habens,omnia possidet, inhærendo tibi cui seruiunt omnia, quanuis nec saltem Septemtrionum gyros nouerit, dubitare, stultum est,quin vtique melior sit quàm mensor cœli,& numerator syderum,& pensor elementorũ,& negligens tui,qui omnia in mẽsura, & numero,& pondere disposuisti.

Hier. in prologo Bibliæ. cap.8.

1.Co.6.

C

Sap.11.

Temeritas Fausti docẽtis, quod nesciebat. Cap.5. Iob.28.

SEd tamen quis querebat Manichęum ne scio quem etiam ista scribere, sine quorum peritia pietas disci poterat? Dixisti enim homini: Ecce pietas est sapientia, quam ille ignorare posset, etiam si ista perfecte nosset: ista verò, quia non nouerat,impudentissime audens docere, prorsus illam nosse non posset. Vanitas est enim mundana ista etiam nota profiteri,pietas autem tibi confiteri. Vnde ille deuius ad hæc ista multum loquutus est, vt conuictus ab eis qui ista vere didicissent, quis esset eius sensus in cæteris, quæ abditiora sunt,manifeste cognosceretur. Non enim parui existimari se voluit, sed spiritum sanctum consolatorem, & ditatorem fidelium tuorum, authoritate plenaria personaliter in se esse persuadere conatus est. Itaque cum de cœlo ac stellis, & de solis ac lunæ motibus falsa dixisse deprehenderetur,quanuis ad doctrinam religionis ista non pertineant, tamen ausus eius sacrilegos fuisse satis eminueret,cum ea non solum ignorata,sed etiam falsa vel falsata tã vesana superbiæ vanitate diceret, vt ea tãquam diuinæ personæ tribuere sibi niteretur.Cùm enim audio christianum aliquem fratrem illum aut illum ista nescie-

D

tem, & aliud pro alio sentientem, patienter intueor opinantem hominem, nec illi obesse video, cum de te domine creator omnium non credat indigna, si forte fitus, & habitus creaturæ corporalis ignoret. Obest autem si hoc ad ipsam doctrinæ pietatis formã pertinere arbitretur, & pertinacius affirmare audeat quod ignorat.Sed etiam talis infirmitas in fidei cunabulis à charitate matre sustinetur, donec assurgat nouus homo in virum perfectum,& circunferi non possit omni vẽto doctrinæ. In illo autem qui doctor, qui author, qui dux & princeps eorum quibus illa suadere ita fieri ausus est, vt qui eum sequerentur,non quemlibet hominem, sed spiritum tuum sanctum se sequi arbitrarentur, quis tantam dementiã sicubi falsa dixisse cõuinceretur: non detestandam longeque abijciendam esse iudicaret? Sed tamen nondum liquido compereram, vtrum etiam secundũ eius verba vicissitudines longiorum, & breuiorum dierum atque noctium,& ipsius noctis,& diei, & deliquia luminum, & si quid eiusmodi in alijs libris legeram, posset exponi: vt si forte posset, incertum quidem mihi fieret,vtrum se res ita haberet,an non ita,sed ad fidem meam illius authoritatem propter creditam sanctitatem proponerem.

Ephe.4.

E

ET per annos fermè ipsos nouem, quibus eos animo vagabundus audiui, nimis extento desyderio uenturum expectabam istum Faustum. Cęteri enim eorum,in quos forte incurrissem,qui talium rerum quæstionibus à me obiectis deficiebant, illum mihi promittebant: cuius aduentu collatoque colloquio facillime mihi hæc,& si qua forte maiora quærerem, enodatissime expedirentur. Ergo vbi venit,expertus sum hominem gratum & iucundum verbis, & earpsa, quæ illi solent dicere,multo suauius garrientem. Sed quid ad meam sitim preciosiorum poculorũ decentissimus ministrator? Iam rebus talibus satiatæ erant aures meæ, nec ideo mihi meliora videbantur,quia melius dicebantur: nec ideo vera, quia diserta: nec ideo sapiens anima, quia vultus congruus & decorũ eloquium. Illi autem qui eum mihi promittebãt, non boni rerum existimatores erant, & ideo illis videbatur prudens, & sapiens, quia delectabat eos loquẽs. Sensi autem aliud genus hominum etiam veritatem habere suspectam,& ei nolle acquiescere si compto atque vberi sermone promeretur. Me aũt iam docueras Deus meus miris, & occultis modis: &

Faustus natura non ar facũdus Cap.6. Supra 3.ca.1 De mo bus mo nachor cap.23 De vti tate cre dẽdi. cap.16.

F

dis: & propterea credo quod tu me docueris, quoniam verum est, nec quisquam præter te alius est doctor veri, vbicunque,& vndecunque claruerit. Iam ergo abs te didiceram,nec eò debere videri aliquid verũ dici, quia eloquẽter dicitur:nec eo falsum, quia incomposite sonant signa labiorum. Rursus nec ideo verum, quia impolite enunciatur: nec ideo falsum,quia splendidus sermo est:sed perinde esse sapientiam,& stultitiã,sicut sunt cibi vtiles,& inutiles:verbis autem ornatis, & inornatis sicut vasis vrbanis, & rusticanis vtrosque cibos posset ministrari. Igitur auditas mea, qua illum tãto tempore expectaueram hominem, delectabatur quidem motu affectuque disputantis,& verbis congruentibus, atque ad vestiendas sententias facile occurrentibus. Delectabar autem, & cum multis, vel etiam præ multis laudabam ac efferebã, sed molestè habebam quod in cœtu audientium non finerer illi ingerere,& partiri cum eo curas quæstionum mearum, conferendo familiariter,& accipiendo ac reddẽdo sermonẽ. Quod vbi potui,& aures eius cũ familiaribus meis eo quoque tẽpore occupare cœpi, quo non dedeceret alternis differre, & protuli quædã,quę me mouebãt,expertus sum prius hominem expertem liberalium disciplinarum nisi grammaticæ, atque eius ipsius vsitato modo:& quia legerat aliquas Tullianas orationes,& paucissimos Senecæ libros, & nonnulla poetarũ, & sue sectæ siqua volumina latine atque composite conscripta erãt: & quia aderat quotidiana sermocinãdi exercitatio,inde suppetebat eloquiũ, quod fiebat acceptius magisq; seductoriũ moderamine ingenij,& quodam lepore naturali. Itane est vt recolo domine deus meus arbiter conscientiæ meæ? Coram te cor meum,& recordatio mea,qui me tũc agebas abdito secreto prouidentiæ tuæ, & inhonestos errores meos iam couertebas ante faciem meam, vt viderem, & odissem.

Vestire sentẽtiã Ciceronianum est verbũ, nec aliter legẽdum.

G

Alienatã à secta Manichæorũ. cap.7.

NAm posteaquam ille mihi imperitus earum artium, quibus eum excellere putaueram, satis apparuit, desperare cœpi posse eum mihi illa quæ me mouebãt aperire atque dissoluere, quorum quidem ignarus posset veritatem tenere pietatis, sed si Manichęus nõ esset. Libri quippe eorũ pleni sunt longissimis fabulis de cœlo, & syderibus, & sole,& luna:quæ mihi eum, quod vtique cupiebã, collatis numerorum rationibus, quos alibi ego legerã vtrũ potius ita essent,vt Manichæi libris continebantur, an certe vel par etiam inde ratio redderetur, subtiliter explicare posse iam non arbitrabar. Quæ tũ vbi consyderanda,& discutiẽda protuli,modeste sanè ille nec ausus est subire ipsam sarcinam. Nouerat enim se ista non nosse,nec eum puduit cõfiteri. Nõ erat de talibus quales multos loquaces passus eram,conantes ea me docere,& dicẽtes mihi nihil. Ille vero cor habebat, & si non rectũ ad te,nec tũ nimis imeautũ ad seipsum. Non vsquequaque imperitus erat imperitiæ suæ,& noluit se temere disputãdo in ea coarctari,vnde nec exitus ei ullus, nec facilis esset reditus. Etiam hinc mihi amplius placuit. Pulchrior est enim temperãtia cõfitentis animi, quàm illa quæ nosse cupiebam,& eũ in omnibus difficilioribus, & subtilioribus quęstionibus talem inuenieba. Refracto itaq; studio quo intenderã in Manichæi literas,magisq; desperãs de cęteris eorũ doctoribus,quando in multis quæ me mouebant ita ille nominatus apparuit, cœpi cũ eo pro studio eius agere vitã, quo ipse flagabat in eas literas, quas tunc iam rhetor Carthaginis adolescentes docebam, & legere cũ eo, siue ille,quæ audita desyderaret,siue quæ ipse tali ingenio apta existimarem. Cæterum omnis conatus meus quo ꝓficere in illa secta statueram, illo homine cognito prorsus intercidit,non vt ab eis omnino separaret,sed quasi melius quicquam nõ inueniens eo,quo iam quoquo mõ irruerã, contentus interim esse decreueram, nisi aliquid forte quod magis eligẽdum esset,eluceret. Ita ille Faustus, qui multis laquus mortis extitit, meum quo captus eram relaxare iã cœperat, nec volens nec sciens. Manus enim tuæ Deus meus in abdito prouidentiæ tuę, non deserebant animam meã,& de sanguine cordis matris meæ per lachrymas eius diebus ac noctibus ꝓ me sacrificabatur tibi, & egisti mecum miris & occultis modis. Tu illud egisti Deus meus. Nã a dño gressus hominis dirigentur,& viã eius volet. Aut quę procuratio salutis præter manũ tuã reficientẽ quæ fecisti?

Infra.c. 10.

Psal.36.

H

De vtilitate credendi. cap.16.

EGisti ergo mecũ vt mihi persuaderetur Romã pergere,& potius ibi docere quod docebã Carthagine. Et hoc vnde mihi persuasum sit,non præteribo confiteri tibi: quonia,& in his altissimi tui recessus, & prælentissima in nos misericordia tua cogitanda, & prædicãda é. Nõ ideo Romã pergere volui, quod maiores ſltus, maiorque mihi dignitas ab amicis, qui hoc suadebant, promitte-

K

Proficiscit Romã contra matris volũtatem. Cap.8.

batur, quanquam & ista ducebat animum tunc meum: sed illa erat tunc causa maxima, & penè sola, quod audiebam quietius ibi studere adolescentes, & ordinatiore disciplinæ coertione sedari, ne in eius scholã quo magistro non vtuntur, passim & proteruè irruant, nec eos admitti omnino nisi ille permiserit. Cõtra apud Carthaginem fœda est, & intemperans licentia scholasticorum: irrumpunt impudenter, & prope furiosa fronte perturbãt ordinem, quem quisque discipulis ad proficiendum instituerit. Multa iniuriosa faciunt mira hebetudine, & punienda legibus, nisi consuetudo patrona sit, hoc miseriores eos ostendens, quo iam quasi liceat faciunt, quod per tuam æternam legẽ nunquã licebit, & impune se facere arbitrantur, cum
L ipsa faciendi cecitate puniantur, & incomparabiliter patiantur peiora, quàm faciunt. Ergo quos mores cum studerem meos esse nolui, eos, cum docerẽ cogebar perpeti alienos: & ideo placebat ire vbi talia non fieri omnes
Ps.141. qui nouerant indicabant. Verum autem tu spes mea, & portio mea in terra viuentium, ad mutandum terrarum locum pro salute animæ meę, & Carthagini stimulos quibus inde auellerer, admouebas, & Romæ illecebras quibus attraherer, proponebas, mihi per homines qui diligebãt vitã mortuã, hinc insana facientes, inde vana pollicẽtes, & ad corrigendos gressus meos vtebaris occulte, & illorum & mea peruersitate. Nam & qui perturbabãt ociũ meũ, fœda rabie cæci erant: & qui inuitabant ad aliud, terram sapiebãt. Ego autem qui detestabar hic veram miseriam, illic falsam fœlicitatem appetebam. Sed quare hinc abirem, & illuc irem, tu sciebas Deus, nec indicabas mihi nec matri, quæ me profectum atrociter planxit, & vsque ad mare secuta est, sed fefelli eam violenter me tenentem, vt aut reuocaret, aut mecũ pergeret: & finxi
M me amicum nolle deserere, donec vẽto facto
Pondus hic adfert sermoni, quasi dicat, tali matri, iã tidie tibi rigabat terram sub vultu suo, & tanon vulgari matrũ more amanti. nauigaret. Et mentitus sum matri, & illi matri, & euasi. Quia & hoc tu dimisisti mihi misericorditer, seruans me ab aquis maris, plenum execrandis sordibus vsq; ad aquam gratiæ tuæ, qua me abluto siccarentur flumina maternorum oculorum, quibus pro me quomen recusanti sine me redire vix persuasi, vt in loco qui proximus nostrę naui erat memoria beati Cypriani, maneret ea nocte. Sed ea nocte clanculo ego profectus sum: illa aũt remãsit orãdo, & flẽdo. Et quid à te petebat Deus meus tãtis lachrymis, nisi vt nauigare me nõ sineres? Sed tu ante cõsulens, & exaudiẽs cardinẽ desyderij eius, nõ curasti qđ tũc petebat, vt in me faceres quod semper petebat. Flauit ventus, & impleuit vela nostra, De vtilit
& litus subtraxit aspectibus nostris. In quo litate cr
mane illa insaniebat, dolore & querelis, ac ge dendi.
mitu implebat aures tuas contemnentes ista, Cap. 16
cum & me cupiditatibus meis raperes ad finiendas ipsas cupiditates, & illius carnale desyderium iusto dolorum flagello vapularet. Amabat enim secum præsentiam meam more matrum, sed multis multo amplius, & nesciebat quid tu illi gaudiorum facturus esses de absentia mea. Nesciebat, ideo flebat, & eiulabat, atque illis cruciatibus arguebatur in
A ea reliquiarum Euæ, cum gemitu quærens quod cum gemitu pepererat. Et tamen post accusationẽ fallaciarum, & crudelitatis meæ conuersa rursus ad deprecandum te pro me, abijt ad solita, & ego Romam.

ET ecce excipior ibi flagello ægritudinis Febri
corporalis, & ibam iam ad inferos, portans omnia mala, quæ commiseram, & in te correp
& in me, & in alios multa, & grauia super se labe
originalis peccati vinculum, quo omnes in rat. ca.
Adã morimur. Non enim quicquam eorum 1. Co.
mihi donaueras in Christo, nec soluerat ille Ephe.
in carne sua inimicitias, quas tecum contraxeram peccatis meis. Quomodo enim eas solueret in cruce phantasmatis, quod de illo credideram? Quàm ergo falsa mihi videbatur mors carnis eius, tam vera erat animę meę: & quàm vera erat mors carnis eius, tam falsa vita animæ meæ, quæ id non credebat. Et ingraueſcentibus febribus iam ibam, & peribam. Quo enim irem, si tunc hinc abirem, nisi in ignẽ atque tormenta digna factis meis in veritate ordinis tui? Et illa hoc nesciebat, & tamen pro me orabat absens. Tu autem vbique præsens, vbi erat exaudiebas eam, & vbi eram miserebar mei, vt recuperarem
B salutem corporis mei, adhuc insanus corde sacrilego. Neque enim desyderabam in illo tanto periculo baptismum tuum, & melior Supra
eram puer, quando illum de materna pietate 1. ca.
flagitaui, sicut iam recordatus atq; confessus sum: sed iam in dedecus meum creueram, & consilia medicinæ tuæ demens irridebam, qui me non siuisti talem bis mori. Quo vulnere si feriretur cor matris, nunquam sanare tur. Nõ enim satis eloquor quid erga me habebat animi, et quãto maiore solicitudine me parturiebat spiritu, quàm carne pepererat.

Non

Non itaq; video quomodo sanaretur, si mea talis illa mors transuerberasset viscera dilectionis eius. Et vbi essent tãtæ preces & tam
Psal.50. crebræ sine intermissione? Nusquam nisi ad te. An verò tu Deus misericordiarum sperneres cor contritum & humiliatum uiduæ castę ac sobriæ, frequentantis eleemosynas, obsequentis atque seruientis sanctis tuis, nullum diem prætermittentis oblationem ad altare tuum: bis in die, mane & vespere ad ecclesiam tuam sine vlla intermissione venientis, non ad vanas fabulas & aniles loquacitates, sed vt te audiret in tuis sermonibus, & tu
C illam in suis orationibus? Huiusne tu lachrymas, quibus non à te aurum & argentũ petebat, nec aliquid mutabile, aut volubile bonũ, sed salutem animæ filij sui, tu cuius munere talis erat, contemneres, & repelleres ab auxi-
Sup. l. 3. lio tuo? Nequaquam domine: immo verò
cap. 11. aderas, & faciebas ordine quo prædestinaueras esse faciẽdum. Absit vt tu falleres eam in illis visionibus & respõsis tuis, quæ iam commemoraui, & quæ nõ memoraui, quæ illa fideli pectore tenebat, & semper orans tanquã chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris.n. quoniam in seculũ misericordia tua, eis quibus omnia debita dimittis, etiam promissionibus tuis debitor fieri.

Errores ante susceptam Euangelii doctrinam. Cap. 10.

REcreasti ergo me ab illa ægritudine, & saluum fecisti filium ancillę tuę, tũc interim corpore, vt esset cui salutem meliorem atq; certiorem dares. Et iungebar etiã tunc Romæ falsis illis atque fallentibus sanctis: non enim tantũ auditoribus eorum, quorum è numero erat etiam is, in cuius domo ęgrotaueram & conualueram, sed eis etiam quos electos vocant. Adhuc enim mihi videbatur non esse nos qui peccamus, sed nescio quam aliam in nobis peccare naturã & delectabat
D superbiam meam extra culpam esse. Et cum aliquid mali fecissem, non confiteri me fecisse, vt sanares animam meam, quoniam pecca ui tibi: sed excusare me amabam, & accusare nescio quid aliud quod mecũ esset, & ego nõ essem. Verum autem totum ego eram, & aduersum me impietas mea me diuiserat: & id erat peccatũ insanabilius, quo me peccatorẽ non esse arbitrabar, & execrabilis iniquitas te Deus omnipotens te à me ad perniciem meam, quàm me à te ad salutem malle superPsal. 38. rari. Nondum ergo posueras custodiam ori
Ps. 140. meo, & ostium continentiæ circa labia mea, vt non declinaret cor meum in verba maligua, ad excusandas excusationes in peccatis cum hominibus operantibus iniquitatem, & ideo adhuc conuiuebam cum electis eorum. Sed tamen iam desperãs in ea falsa doctrina me posse proficere, eaque ipsa, quibus si nihil melius reperirẽ, contentus esse decreueram, iam remissius negligẽtiusque retinebam. Etenim suborta est ẽt mihi cogitatio, prudẽtiores cæteris fuisse illos philosophos, quos Academicos appellant, quod de omnibus dubitãdum esse censuerant, nec aliquid veri ab ho- Lib. 4.
mine cõprehendi posse decreuerãt. Ita enim de ciuit.
& mihi liquido sensisse videbantur, vt vulgo Dei. cap.
habetur etiam illorum inuentionem nondũ 30. & li.
intelligenti. Nec dissimulaui eũdem hospitẽ E
meũ reprimere à nimia fiducia quã sensi eũ 8. c. 12.
habere de rebus fabulosis, quibus Manichæi de vtili-
libri pleni sunt. Amicitia tamen eorum fami tate cre-
liarius utebar, quàm cæterorũ hominũ, qui dendi.
in illa hæresi non fuissent. Nec eam defendebã pristina animositate, sed tamẽ familiaritas cap. 16.
eorum: plures.n. eos Roma occultat, pigrius me faciebat aliud quærere, præsertim desperantem in ecclesia tua domine cœli & terræ, creator omnium uisibilium & inuisibilium posse inueniri verũ, unde me illi auerterẽt. Multùmq; mihi turpe videbatur, credere figuram te habere humanæ carnis, & mẽbrorũ nostrorũ lineamentis corporalibus terminari. Et quoniã cũ de Deo meo cogitare vellem, cogitare nisi moles corporũ nõ nouerã: neq; n. videbatur mihi esse quicquam, quod tale non esset, & ea maxima & propè sola causa erat ineuitabilis erroris mei. Hinc enim & mali substantiã quandã credebã esse talẽ, & habere suam molẽ tetram & deformem, siue crassam, quã terram dicebant, siue tenuẽ atq; subtilẽ, sicut est aeris corpus, quam malignã mentem per terram repentem imaginantur. Et quia Deum bonum, nullam malam natu F
ram creasse qualiscunq; pietas me credere cogebat, constituebam ex aduerso sibi duas moles vtranq; infinitam, sed malam angustius, bonam grandius, & ex hoc initio pestilentioso me cætera sacrilegia sequebantur. Cum enim conaretur animus meus currere in catholicam fidem, repercutiebar, quia non erat catholica fides quam esse arbitrabar. Et magis pius mihi videbar, si te Deus meus, cui confitentur ex me miserationes tuæ, vel ex cęteris partibus infinitum crederem, quamuis ex vna qua tibi moles mali opponebatur, cogerer finitum fateri, quàm si ex omnibus partibus in corporis humani forma te opinarer finiri. Et melius mihi vi-

debar credere nullũ malum te creasse, quod mihi nescienti, non solum aliqua substantia, sed etiam corporea videbatur, quia & mentẽ cogitare non noueram, nisi eam subtile corpus esse, quod tamen per loci spatia diffunderetur abs te, quàm crederẽ abs te esse, qualem putabam naturam mali. Ipsum quoque Saluatorem nostrum vnigenitum tuum, tanquam de massa lucidissima molis tuæ porrectum ad nostram salutem, ita putabam, vt a-
G liud de illo nõ crederem, nisi quod possem ua nitate imaginari. Talem itaq; naturam eius nasci non posse de Maria virgine arbitrabar, nisi carni cõcerneretur. Concerni aũt & nõ inquinari non videbam, quod mihi tale figurabam. Metuebã itaque credere in carne natum, ne credẽre cogerer ex carne inquinatũ. Nunc spirituales tui blande & amanter ridebunt me, si has confessiones meas legerint: sed tamen talis eram.

Qualiter Augustinus contulerit cum catholicis. Cap. 11.

DEinde quæ illi in scripturis tuis reprehenderant defendi posse non existimabam: sed aliquando sanè cupiebam cum aliquo illorum librorum doctissimo conferre singula, & experiri quid inde sentiret. Iã. n. Helpidij cuiusdam aduersus eosdem Manicheos coram loquentis & differentis sermones, etiam apud Carthaginẽ mouere me cœperant, cum talia de scripturis proferret, quibus resisti facile nõ posset, & imbecilla mihi respõsio videbatur istorum. Quam quidem non facile palàm promebant, sed nobis secretius, cum dicerent scripturas noui testamenti falsatas fuisse à nescio quibus, qui Iudæorum legem inferere Christianæ fidei voluerunt, atque ipsi incorrupta exemplaria nulla pro-
H ferrent. Sed me maxime captum & offocatũ quodammodo deprimebant corporalia cogitantẽ moles illæ, sub quibus anhelans in auram tuę veritatis liquidam & simplicem respirare non poteram.

Fraus discipulorum Romæ in præceptores. Cap. 12.

SEdulo ergo agere cœperã, propter quod veneram, vt docerem Romę artem rhetoricam, & prius domi congregare aliquos, quibus & per quos innotescere cœperam, & ecce cognosco alia Romæ fieri, quæ non patiebar in Aphrica. Nam reuera illas euersiones à perditis adolescentibus ibi non fieri manifestatum est mihi. Sed subito (inquiunt) ne mercedem magistro reddant, conspirant multi adolescentes, & transferunt se ad aliũ desertores fidei, & quibus præ pecuniæ chari-
Ps. 138. tate iustitia uilis est. Oderat etiam istos cor meum, quamuis nõ perfecto odio. Quod n. ab eis passurus eram, magis oderam fortasse, quàm eo quod cuilibet illicita faciebant. Certe tamen turpes sunt tales, & fornicantur abste, amãdo volatica ludibria temporum & lucrum luteum: quod cum apprehenditur, manum inquinat, & amplectendo mundum fugientẽ, contemnendo te manentem & reuocantem, & ignoscentem redeunti ad te meretrici animæ humanæ. Et nunc tales odi pra- I uos & distortos, quamuis eos corrigendos diligam, vt pecuniæ doctrinam ipsam quam discunt præferant, ei verò te Deum veritatẽ & ubertatem certi boni & pacem castissimam. Sed tunc eos magis pati nolebam malos propter me, quàm fieri propter te bonos uolebã.

Doctorus rhetoricam Mediolanum. Ambrosio suscipitur. Cap. 13.

ITaque posteaquam missum est à Mediolano Romã ad præfectum urbis, vt illi ciuitati rhetoricæ magister prouideretur, impertita etiam euectione publica, ego ipse ambiui per eosipsos Manichæis vanitatibus ebrios, quibus vt carerem ibam, sed utrique nesciebamus, vt dictione proposita me probatum præfectus tunc Symmachus mitteret. Et veni Mediolanum ad Ambrosium episcopũ in optimis notum orbi terræ, pium cultorem tuum, cuius tunc eloquia strenue ministrbãt adipem frumenti tui, & lætitiã olei, & sobriã vini ebrietatẽ populo tuo. Ad eum autem du- Psal.
cebar abs te nesciens vt per eum ad te sciens ducerer. Suscepit me paterne ille homo Dei, & peregrinationem meam satis episcopaliter dilexit. Et eum amare cœpi, primo quidem non tanquam doctorem veri, quod in ecclesia tua prorsus desperabam, sed tanquam hominem benignum in me. Et studiose audiebam disputantẽ in populo, non intentione qua debui, sed quasi explorans eius facundiã, K utrum cõueniret famæ suæ, an maior minorue proflueret quàm prædicabatur, & uerbis eius suspendebar intentus. Rerum autem incuriosus & contemptor astabam, & delectabar suauitate sermonis, quamquam eruditioris, minus tamen hilarescẽtis atque mulcentis quàm Fausti erat, quod attinet ad dicendi modum. Ceterũ rerum ipsarum nulla comparatio. Nam illæ per Manichæas fallacias aberrabat, iste autẽ saluberrime docebat salutem. Sed longe est à peccatoribus salus, qualis ego tunc aderam, & tamen propinquabam sensim & nesciui.

Pf. Amsio pitim ronis respo Cap.

CVm enim nõ satagerem discere quæ dicebat, sed tantum quemadmodũ dicebat ea audire, mihi quippe iam desperanti ad te uiam patere homini: inanis cura remãserat.

Sed

ab erroribus resipiscit. Cap. 14.

Sed veniebant in animum meũ simul cum verbis, quę diligebã, res etiam quas negligebã. Neque enim ea dirimere poteram. Et dũ cor aperirem ad excipiendum quam diserte diceret, pariter intrabat & quàm vere diceret, gradatim quidem. Nam primo etiam ipsa defendi posse mihi iam cœperant videri, & fidem catholicam, pro qua nihil posse dici
De vtilitate credendi. aduersus oppugnãtes Manichæos putauerã, iam non impudenter asseri existimabam, ma
L xime audito vno atq; altero, & sæpius ænigmate soluto de scripturis veteribus: vbi cum
Cap. 16. ad literam acciperem, occidebar spiritaliter. Itaque plerisq; illorum librorum expositis
2. Co. 13. locis, iam reprehendebam desperationẽ meã, illam dũtaxat qua crediderat legem, & prophetas detestantibus atque irridentibus resisti omnino non posse: nec tamen iã ideo mihi catholicam viam tenendam esse sentiebã, quia & ipsa poterat habere doctos assertores suos, qui copiose, & non absurde obiecta refellerent, nec ideo iam damnandum illud qđ tenebam, quia defensionis partes æquabãtur. Ita enim catholica nõ mihi victa videbatur, vt nondum etiam victrix appareret. Tunc
De beata vita in Pœmio. vero fortiter intendi animum, si quo modo possem certis aliquibus documentis Manichæos conuincere falsitatis. Quod si possem spiritalem substantiam cogitare, statim machinamenta illa omnia soluerentur, & abijcerẽtur ex animo meo, sed non poteram. Veruntamen de ipso mundi huius corpore omnique natura, quam sensus carnis attingeret, multo probabiliora plerosq; sensisse philoso
M phos, magis magisque consyderans atq; comparans iudicabam. Itaq; Academicorum modo, sicut existimant, dubitans de omnibus, atque inter omnia fluctuans, Manichæos quidem relinquendos esse decreui, non arbitrãs eoipso tempore dubitationis meę in illa secta mihi permanendum esse, cui iam nonnullos philosophos præponebã, quibus tamen philosophis, quod sine nomine salutaris Christi essent, curatio-
nem languoris animæ meæ committere omnino recusabam. Statui ergo tandiu esse catechumenus in catholica ecclesia à parentibus commendata, donec aliquid certi eluceret quo cursum dirigerem.

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM Liber sextus.

SPes mea à iuuentute mea, August. nec Manichæus nec catholicus Cap. 1.
vbi mihi eras, & quo recesseras? An verò non tu feceras me, & discreueras me à quadrupedibus & volatilibus cœli? Sapientiorẽ me feceras, & ambulabam per tenebras, & lubricum, & quærebam te foris à me, & nõ inueniebam Deum cordis mei, & veneram in profundum maris, & diffidebam, & despe- A
rabam de inuẽtione veri. Iam venerat ad me mater pietate fortis, terra mariq́ me sequens, & in periculis omnibus de te secura. Nam & per marina discrimina ipsos nautas consolabatur, à quibus rudes abysi viatores cum perturbantur consolari solent, pollicens eis peruentionem cuni salute, quia hoc ei tu per visum pollicitus eras. Et inuenit me periclitantem quidem grauiter desperatione indagandæ veritatis. Sed tamen ei cum indicassem, non me quidem iam esse Manichæum, sed neque catholicum Christianum quasi inopinatum aliquid audierit, exiliuit lętitia, cum iam secura fieret ex ea parte miseriæ meæ, in qua me tanquam mortuum, sed resuscitandum tibi flebat, & feretro cogitationis efferebat, vt diceres filio viduæ. Iu-
uenis tibi dico, surge: & reuiuisceret, & in- Luc. 7.
ciperet loqui, & redderes illum matri suæ. Nulla ergo turbulenta exultatione trepidauit cor eius, cum audisset ex tanta parte iam factum, quod tibi quotidie plangebat, vt fieret, veritatem me nondum adeptum, sed falsitati iam ereptum: imò verò quia certa erat, & quod restabat te daturum, qui totum B
promiseras, placidissime, & pectore pleno fiducię respõdit mihi credere se in Christũ, quod priusquam de hac vita emigraret, me visura esset fidelem catholicum: & hoc quidem mihi, tibi autem fons misericordiarum preces, & lachrymas densiores, vt accelerares adiutorium tuum, & illuminares tenebras meas, & studiosius ad ecclesiam currerem, & in Ambrosij ora suspenderer ad fontem salientis aquæ in vitam æternam. Diligebat autem illum virum sicut angelũ Dei, quod per illum cognouerat me interim ad Ioan. 4.
illam ancipitem fluctuationem iam esse per-

ductum, per quem transiturum me ab ægritudine ad sanitatem intercurrente acriore periculo, quasi per accessionem, quam cretică medici vocant, certa præsumebat.

Epule et synaxis apud sepulchra martyrum. Cap. 2.

ITaque cum ad memorias sanctorum, sicut in Aphrica solebat, pultes & panem, et merum attulisset, atq; ab ostiario prohiberetur, vbi hoc episcopum vetuisse cognouit, tam pie atque obedienter amplexa est, vt ipse miraretur quod tã facile accusatrix potius consuetudinis suę, quàm disceptatrix illius prohibitionis effecta sit. Non enim obsidebat spiritum eius vinolentia, eamque stimulabat in
C odium veri amor vini, sicut plerosque mares & fœminas, qui ad canticum sobrietatis, sicut ad potionem aquatam madidi nauseant. Sed illa cum attulisset canistrum cum solennibus epulis prægustandis atque largiendis, plus etiam quàm vnũ potillum pro suo palato satis sobrio temperatum, vnde indignationem sumeret non ponebat. Et si multæ essent quæ illo modo videbantur honorandæ memoriæ defunctorum, idem ipsum vnum quod vbique poneret circunferebat, quo iam non solum aquatissimo, sed etiam tepidissimo cũ suis præsentibus per sorbitiones exiguas partiretur, quia pietatem ibi quærebat, non voluptatẽ. Itaq; vbi cõperit à præclaro prædicatore atque antistite pietatis præceptũ esse, ista nõ fieri, nec ab eis qui sobrie facerẽt, ne vlla occasio se ingurgitandi daretur ebriosis, & quia illa quasi parentalia superstitioni gentilium essent simillima, abstinuit se libentissime, & pro canistro pleno terrenis fructibus, plenum purgatioribus votis pectus ad memorias martyrum afferre didicerat, & vt quod posset daret egentibus, & si communicatio dominici corporis illic celebraretur, cuius passionis imitatione immolati, & coronati sunt martyres. Sed tamen videtur mihi domine Deus meus, & ita est in conspectu tuo
D de hac re cor meum, non facile fortasse de hac amputanda consuetudine matrem meam fuisse cessuram, si ab alio prohiberetur, quem non sicut Ambrosium diligebat, quem propter salutem meam maxime diligebat· eam verò ille propter eius religiosissimam conuersationem, qua in bonis operibus tam feruens spiritu frequentabat ecclesiam, ita vt sæpe erumperet cum me videret in eius prędicatione, gratulans mihi quod talem matrem haberem, nesciens qualem illa me filium, qui dubitabam de illis omnibus, & inueniri posse viam vitæ minime putabam.

Memorias sepulchra vocat.

NEe iam ingemiscebam orando, vt subuenires mihi, sed ad quærendum intentus, & ad disserendum inquietus erat animus meus. Ipsumque Ambrosium fœlicem quendam hominem secundum seculum opinabar, quem sic tantæ potestates honorarent, cœlibatus tantum eius mihi laboriosus videbatur. Quid autẽ ille spei gereret, & aduersus ipsius excellentiæ tentamenta, quid luctaminis haberet quidue solaminis in aduersis, & occultum os eius quod erat in corde eius, quàm sapida gaudia de pane tuo ruminaret, nec conijcere nouerã, nec expertus erã, E nec ille sciebat æstus meos, nec foueam periculi mei. Non enim quærere ab eo poteram quod volebam sicut volebam, secludentibus me ab eius aure atq; ore cateruis negociosorum hominũ, quorum infirmitatibus seruiebat. Cum quibus quando non erat, quod perexiguum temporis erat, aut corpus reficiebat necessarijs sustentaculis, aut lectione animum. Sed cum legebat, oculi ducebantur per paginas, & cor intellectum rimabatur, vox autẽ, & lingua quiescebant. Sæpe cum adessemus, non enim vetabatur quisquam ingredi, aut ei venientem nunciari mos erat, sic eum legentẽ vidimus tacite, & aliter nunquã. sedentesque in diuturno silentio, (quis.n.tam intento esse oneri auderet) discedebamus, & coniectabamus eũ paruo illo tẽpore, quod reparandæ menti suæ nanciscebatur feriatũ ab strepitu causarũ alienarũ, nolle in aliud auocari, & cauere fortasse, ne auditore suspenso, & intento, si qua obscurius posuisset ille quẽ legeret, etiam exponere necesse esset, aut de aliquibus difficilioribus disceptare quæstionibus, atque huic operis temporibus impensis, minus quam vellet voluminum euolueret, quanquã, & causa seruandæ vocis, quæ illi facillime obtundebatur, poterat esse iustior tacite legẽdi. Quolibet tũ animo id ageret, bono vtiq; ille vir agebat. Sed certe mihi nulla dabatur copia sciscitandi, quæ cupiebã de tam sancto oraculo tuo pectore illius, nisi cũ aliquid breuiter esset audiendũ. Æstus aũt illi mei ociosum eũ valde cui effunderentur requirebãt, nec vnquã inueniebãt. Et eũ quidẽ in populo verbũ veritatis recte tractãtẽ, omni die dñico audiebã, & magis magisq; mihi cõfirmabãt, oẽs versutarũ calumniarum nodos, quos illi deceptores nostri aduersus diuinos libros innectebant, posse dissolui. Vbi vero etiam comperi, ad imaginem tuam hominem à te factum, à spiritalibus filijs tuis quos

Occupationes, & studia Ambrosij. Cap. 3.

F

Genes.

quos de matre catholica per gratiam regenerasti, non sic intelligit, vt humani te corporis forma determinatum crederent atq; cogitarent, quantaquam quomodo se haberet spiritalis substantia, ne quidẽ tenuiter atq; in ænigmate suspicabar, tñ gaudens erubui non me tot annos aduersus catholicã fidẽ, sed contra carnaliũ cogitationum figmenta latrasse. Eo quippe temerarius, & impius fuerã, qd' ea q̃
G debebam quærendo discere, accusando dixeram. Tu enim altissime & proxime secretissime, & præsentissime, cui membra non sunt alia maiora & alia minora, sed vbique totus es, & nusquam locorum es, non es vtique forma ista corporea, tamen fecisti hominem ad imaginem tuam, & ecce ipse à capite vsque ad pedes in loco est.

De litera, & spiritu. Cap. 4.

CVm ergo nescirem quomodo hæc subsisteret imago tua, pulsansque proponerem quomodo credendum esset, non insultans opponerẽ quasi ita creditum esset. Tanto igitur acrior cura rodebat intima mea q̃d certi retinerem, quanto me magis pudebat tandiu illusum, & deceptum promissione certorum, puerili errore & animositate tam multa incerta quasi certa garrisse. Quod.n. falsa essent postea mihi claruit. Certũ tamen erat quod incerta essent, & à me aliquando pro certis habita fuissent, cum catholicã tuã cæcis contentionibis accusarem, & si nõdum cõpertam uera dicentem, non tamen ea docentem, quæ grauiter accusabam. Itaq; confundebar & conuertebar, & gaudebam Deus meus, quod Ecclesia tua vnica corpus vnici tui, in qua mihi nomẽ Christi infanti est inditum, non saperet infantiles nugas, neq; hoc haberet in doctrina sua sana, quod te creatorem omnium in spatium loci quanuis summum, & amplum, tamen vndique terminatum membrorum humanorũ figura contruderet. Gaudebam etiam quod vetera scripta
H legis, & prophetarũ, iã non illo oculo mihi legẽda proponerentur, quo antea videbãtur absurda, cum arguebã tanquam ita sentientes sanctos tuos, verùm autem nõ ita sentiebant: & tanquam regulam diligẽtissime commendaret, sæpe in popularibus sermonibus
2.Cor.3 suis dicentẽ Ambrosium lætus audiebam, Litera occidit, spiritus autem viuificat, cùm ea quæ ad literam peruersitatẽ docere videbantur, remoto mystico velamento spiritaliter aperiret, nõ dicẽs quod me offenderet, quanuis ea diceret, quę vtrum vera essent adhuc ignorarem. Tenebam enim cor meũ ab omni assensione, timẽs præcipitiũ, & suspendio magis necabar. Volebã enim eorum, quæ nõ viderem ita me certum fieri, vt certus essem quod septẽ & tria decẽ sint. Neq; enim tam insanus erã, vt ne hoc quidam putarem posse cõprehendi. sed sicut hoc, ita cætera cupiebã, siue corporalia q̃ corã sensibus meis non adessent, siue spiritalia, de quibus cogitare nisi I corporaliter nesciebam. Et sanari credendo poteram, vt purgatior acies mentis meæ diri I geretur aliquo modo in veritatẽ tuã semper manentẽ, & ex nullo deficientẽ. Sed sicut eue nire assolet, vt malum medicum expertus, etiam bono timeat se committere: ita erat valetudo animę meę, quæ vtique nisi credendo sanari non poterat, & ne falsa crederet curari recusabat, resistens manibus tuis, qui medicamenta fidei confeciſti, & sparsisti super morbos orbis terrarum, & tantam illis authoritatem tribuisti.

De sacrorũ librorũ authoritate, & necessario usu. Cap. 5.

EX hoc tamen quoque iam præponẽs doctrinam catholicam, modestius ibi minimeque fallaciter sentiebam iuberi ut crederetur quod non demonstrabatur, siue esset quid, sed cui forte non esset, siue nec quid esset, q̃ illic temeraria pollicitatione scientiæ credulitatẽ irrideri, & postea tam multa fabulosissima, & absurdissima, quia demonstrari nõ poterãt credenda imperari. Deinde paulatim tu domine manu mitissima, & misericordissima pertractans, & componẽs cor meũ, considerãti quã innumerabilia crederem quæ non viderem, neq; cũ gererent affuissem, sicut tã multa in historia gentiũ, tã multa de locis atque vrbibus quæ non videram, tã multa amicis, tam multa medicis, tam multa hominibus alijs, atque alijs, quę nisi K crederentur omnino, in hac vita nihil ageremus. Postremo quàm inconcusse fixum fide retinerẽ, de quibus parentibus ortus essem, quod scire non possem, nisi audiẽdo credidissem. Persuasisti mihi non qui crederẽt libris tuis, quos tãta in omnibus fere gentibus authoritate fundasti, sed qui non crederent esse culpandos: nec audiendos esse, siqui forte mihi dicerent. Vnde scis illos libros vnius veri, & veracissimi Dei spiritu esse humano generi ministratos? Idipsum enim maxime credendum erat, cũ nulla pugnacitas calumniosarum quæstionum per tam multa quæ legeram inter se confligentium philosophorum extorquere mihi potuit, vt aliquãdo non crederẽ te esse quicquid esse q̃d ego nesciré, aut administrationem rerum huma-

narum ad te minime pertinere. Sed id credebã aliquãdo robustius, aliquãdo exilius, semper tamen credidi & esse te, & curam nostri gerere, etiã si ignorabã vel quid sentiendum esset de substantia tua, vel, quæ via duceret aut reduceret ad te. Ideoque cũ essemus infirmi ad inueniendã liquida ratione ver-

L tem, & ob hoc nobis opus esset authoritate sanctarum literarum, iam credere cœperam nullo modo te fuisse tributurum tã excellentem illi scripturę p omnes iã terras authoritatẽ, nisi & per ipsam tibi credi, & per ipsam te quæri voluisses. Iam.n. absurditatẽ, q me in illis literis solebat offendere, cũ multa ex eis probabiliter exposita audissem, ad sacramentorum altitudinem referebam: eoq; mihi illa venerabilior, & sacrosancta fide dignior apparebat authoritas, quo, & omnibus ad legendũ esset in promptu, & secreti sui dignitate in intellectu profundiore seruaret, verbis apertissimis, & humillimo genere loquendi se cunctis præbens, & exercens intentionem eorum, qui non sunt leues corde: vt exciperet omnes populari sinu, & p angusta foramina paucos ad te traijceret, multo tũ plures, quam si nec tanto apice authoritatis emineret, nec turbas gremio sanctæ humilitatis hauriret. Cogitabam hæc & aderas mihi: suspirabam, & audiebas me: fluctuabam, & gubernabas me: ibam per viam seculi latam, nec deserebas me.

De miseria ambitu

I Nhiabam honoribus, lucris, coniugio, & tu irridebas. Patiebar in eis cupiditatibus

M amarissimas difficultates, te propitio tanto magis, quanto minus sinebas mihi dulcescere quod non eras tu. Vide cor meum domine, qui voluisti vt hoc recordarer, & confiterer tibi. Nũc tibi inhæreat anima mea, quam de viſco tã tenaci mortis exuisti. Quam misera erat, & sensum vulneris amiserat, tu pungebas, vt relictis omnibus conuerteretur ad te, q es super omnia, & sine quo nulla essent omnia, conuerteretur & sanaretur. Quàm ergo miser eram, & quomodo egisti vt sentirem miseriã meã, die illo, quo cũ pararẽ recitare imperatori laudes, quibus plura mentirer, & mentienti faueret ab scientibus, easq; curas anhelaret cor meum, & cogitationum tabificarũ fœbribus æstuaret, trãsiens p quendam vicũ Mediolanensem, animaduerti pauperem mendicum, iam credo saturum, iocantem atque lætantem, & ingemui, & locutus sum cũ amicis meis qui mecũ erant, multos dolores insaniarũ nostrarum, quia omnibus talibus conatibus nostris, qualibus tunc laborabã, sub stimulis cupiditatum trahens infœlicitatis meæ sarcinam, & trahendo exaggerans, nihil vellemus aliud, nisi ad securam lætitiam peruenire, quò nos mendicus ille iam præcessisset, nunquam fortasse illuc uenturos. Quod enim iam ille pauculis & emẽ- A dicatis nummulis adeptus erat, ad hoc ego tam erũnosis anfractibus, & circuitibus ambiebam, ad lętitiam scilicet temporalis fœlicitatis. Non enim verum gaudium habebat, sed & ego illis ambitionibus multo falsius q̃rebam. Et certe ille lætabatur, ego anxius erã, securus ille, ego trepidus. Et si quisquã percontaretur me vtrum mallẽ exultare an metuere, respõderem, exultare. Rursus si interrogaret, vtrum me talem mallem qualis ille, an qualis ego tunc essem, meipsum curis timoribusque confectum eligerem, sed peruersitate, Nunquid veritate? Non enim eo me præponere illi debebam, quo doctior eram, quoniam non inde gaudebam, sed placere inde quęrebã hominibus, nõ vt eos docerem, sed tãtũ, vt placerem. Propterea, & tu baculo disciplinæ tuæ cõfringebas ossa mea. Recedãt ergo ab anima mea qui dicũt ei, interest vnde quis gaudeat. Gaudebat mendicus ille vinolentia, tu gaudere cupiebas gloria. Qua gloria domine? Quæ non est in te. Nam sicut illud verum gaudium non erat, ita nec illa vera gloria, & amplius vertebat mentem meã. Et ille ipsa nocte digesturus erat ebrietatem suam, ego autẽ cum mea dormierã, & B surrexeram, & dormiturus & surrecturus eram inde quot diebus? Interest verò unde quis gaudeat, scio, & gaudiũ spei fidelis inco̅parabiliter distat ab illa vanitate, sed & tunc distabat inter nos. Nimirum quippe ille fœlicior erat, non tantum quod hilaritate pfun debatur, cũ ego curis euiscerarer, verũetiam quod ille bene oprando acquisiuerat vinum, ego aũt mentiendo quærebam typum. Dixi tunc multa in hac sria charis meis, & sæpe aduertebam in his qũo mihi eẽt, & inueniebã male mihi esse, & dolebã, & conduplicabam ipsum male. Et si quid arrisisset prosperum, tædebat apprehendere, quia penè priusquam teneretur auolabat.

C Ongemiscebamus in ijs qui simul amiAlipii Circeensiũ inia conuertit. Cap. 7

ce viuebamus, & maxime ac familiarissime cum Alipio, & Nebridio ista colloquebar, quorum Alipius ex eodem quo ego ortus eram municipio, parentibus primatibus municipalibus me minor natu. Nam & stu-

& studuerat apud me, cum in nostro docere cœpi oppido, & postea Carthagini, & diligebat me multum quod ei bonus, & doctus viderer, & ego illum propter magnam virtutis indolem, quæ in non magna ætate

C satis eminebat. Gurges tamen morum Carthaginiensium, quibus nugatoria feruẽt spectacula, absorbuerat eum insania Circẽsium. Sed cum in eo miserabiliter volueretur, ego autem rhetoricã ibi professus, publica schola vterer, iuondũ me audiebat, vt magistrũ, propter quandam simultatem, quæ inter me, & patrem eius erat exorta, & compererã quod circum exitiabiliter amaret, & grauiter angebar quod tantam spem perditurus, vel etiam perdidisse mihi videbatur. Sed monendi eũ, & aliqua coercitione reuocandi nulla erat copia, vel amicitię beneuolentia, vel iure magisterij. Putabam enim eum de me cum patre sentire, ille vero non sic erat. Itaq; postposita in hac re patris voluntate, salutare me cœperat, veniens in auditorium meum, & audire aliquid atq; abire. Sed enim de memoria mihi lapsum erat, agere cũ illo ne vanorum ludorum cæco, & præcipiti studio tã bonũ interimeret ingenium. Verũ autem domine, tu qui præsides gubernaculis omniũ, quæ creasti, nõ eũ oblitus eras futurũ inter filios tuos antistitẽ sacramẽti tui, & vt aperte tibi tribueretur eius correctio, per me quidẽ illã, sed ne

D scientẽ operatus es. Nam quodã die cum sederẽ loco solito, & coram me adessent discipuli, uenit, salutauit, sedit, atque in ea, quę agebãtur animum intẽdit: & forte lectio in manibus erat, quã dum exponerẽ, & opportune mihi videretur adhibenda similitudo Circẽsiũ, quo illud quod insinuabã, & iocũdius & planius fieret, cum irrisione mordaci eorum, quos illa captiuasset insania, tu scis deus nr̃, quod tunc de Alipio ab illa peste sanãdo nõ cogitauerim. At ille in se rapuit, meque illud non nisi propter se dixisse credidit. Et quod alius aeciperet ad succensendũ mihi, accepit honestus adolescens ad succendendum sibi, & ad me ardẽtius diligẽdũ. Dixeras enim tu iã olim, & innexueras literis tuis. Corripe sa-

Prou. 9. pientẽ, & amabit te. At ego illum iã nõ corripueram, sed vtens tu omnibus, & scientibus, & nescientibus ordine quo nosti, & ille ordo iustus est, de corde, & lingua mea carbones ardentes operatus es, quibus mentẽ spei bonæ adureres tabescentẽ, ac sanares. Taceat laudes tuas qui miserationes tuas non confyderat, quę tibi de medullis meis confitentur. Etenim ille post illa verba proripuit se ex fouea tam alta, qua libẽter demergebatur, & cum mirabili voluptate cęcabatur, & excus- E sit animũ forti tẽperantia, & resiluerũt omnes Circensium sordes ab eo, ampliusque illuc nõ accesit. Sed deinde patrem reluctantẽ euicit, vt me magistro vteretur. Cesit ille atque cõcesit. Et audire me rursus incipiẽs, illa mecum snperstitione inuolutus est, amãs in Manichęis ostentationẽ cõtinentiæ, quam veram, & germanã putabat. Erat autem illa Prou. 6. vęcors, & seductoria, preciosas animas captiuans, nondum virtutis altitudinem scientes tangere, & superficie decipi faciles, sed tamen adumbratæ simulatæque virtutis.

NOn sane relinquens incantatã sibi à pa- Alipius capitur insania ludorũ gladiatorũ, à qui b. antea abhorruerat. Cap. 8.

rentibus terrenam viam Romam processerat vt ius disceret, & ibi gladiatorij spectaculi inhiatu incredibili, & incredibiliter abreptus est. Cum enim auersaretur, & detestaretur talia, quidã eius amici, & condiscipuli, cũ forte de prãdio redeuntibus obuius eẽt, recusantem vehementer, & resistentem, familiari violentia duxerunt in amphyteatrum crudelium, & funestorum ludorum diebus, hæc dicentem: Si corpus meum in illum locum trahitis, & ibi constituitis, nunquid & animum, & oculos meos in illa spectacula potestis intendere? Adero itaque absens, ac sic & vos & illa superabo. Quibus auditis, illi nihilo serius cum adduxerunt se- F cum, id ipsum forte explorare cupientes, vtrũ posset efficere. Quò vbi ventum est, & sedibus quibus potuerunt locati sunt, ferebant omnia immanissimis voluptatibus. Ille clausis foribus oculorum, interdixit animo, ne in tanta mala procederet, atq; vtinam & aures obturauisset. Nã quodã pugnæ casu, cũ clamor ingẽs totius populi vehementer eũ pulsasset, curiositate victus, & quasi paratus quic quid illud esset, etiã visum contẽnere, & vincere, aperuit oculos: & percussus est grauiore vulnere in anima quàm ille in corpore, quem cernere concupiuit, ceciditque miserabilius quàm ille, quo cadente factus est clamor: qui per eius aures intrauit, & reseranit eius lumina vt esset qua feriretur, & deijceretur audax adhuc potius quàm fortis animus, & eo infirmior, quo de se psumpserat, qui debuit de te. Vt enim vidit illum sanguinem, immanitatem simul ebibit, & non se auertit, sed fixit aspectum, & hauriebat furias, & nesciebat, & delectabatur scelere certaminis, & cruenta voluptate inebriabatur.

G Et non erat iam ille qui venerat, sed vnus de turba, ad quam venerat, & verus eorum socius, à quibus adductus erat. Quid plura? Spectauit, clamauit, exarsit, abstulit inde secũ insaniam, qua stimularetur redire, non tantum cum illis, à quibus prius abstractus est, sed etiam præ illis & alios trahens. Et inde tamen manu validissima & misericordissima eruisti eum tu, & docuisti non sui habere, sed tui fiduciam, sed longe postea.

Alipius vt fur apprehenditur. Cap. 9.

VEruntamen iam hoc ad medicinam futurã in eius memoria reponebatur. Nam & illud quod cum adhuc studeret, iam me audiens apud Carthaginem, & medio die cogitaret in foro quod recitaturus erat, sicut exerceri scholastici solent, siuisti eum comprehendi ab ædituis fori tãquam furem, non arbitror aliam ob causam te permisisse Deus noster, nisi vt ille vir tantus futurus iam inciperet discere, quàm non facile in cognoscendis causis homo ab homine damnandus esset temeraria crudelitate. Quippe ante tribunal deambulabat solus cum tabulis ac stylo, cum ecce adolescens quidam ex numero scholastico rum fur verus, securim clanculo apportãs, illo non sentiente ingressus est ad cancellos plumbeos, qui vico argentario desuper præminent, & præcidere plumbum cœpit. Sono autẽ securis audito, submurmurauerunt argentarij qui subter erant, & miserunt qui apprehenderent quem forte inuenissent. Quorum vocibus auditis, relicto instrumento ille discessit, timẽs ne cum eo teneretur. Alipius autem qui non viderat intrantem, exeuntem sensit, & celeriter vidit abeuntem, & causam scire cupiens ingressus est locum, & inuentã securim stans atque admirans consyderabat. Cum ecce illi qui missi fuerant, reperiunt eũ solum ferentẽ ferrum, cuius sonitu excitati uenerant, tenent, attrahunt, cõgregatis inquilinis fori, tanquam furem manifestũ se comprehendisse gratulãtur, & inde offerendus iudicijs ducebatur, sed hactenus docẽdus fuit. Statim enim domine subueniſti innocentiæ, cuius testis eras tu solus. Cum n. ducerẽtur, vel ad custodiã, vel ad supplicium, fit eis obuiam quidã architectus, cuius maxima erat cura publicarum fabricarum. Gaudẽt illi eũ potissimum occurrisse, cui solebant in suspitionẽ venire ablatarũ rerũm, quæ perissent de foro, vt quasi tandem iam ille cognosceret I à quibus hæc fierent. Verum autem viderat homo sæpe Alipium in domo cuiusdam senatoris, ad quẽ salutandum ventitabat, statimq; cognitũ manu apprehensa semouit à turbis, & tanti mali causam quærens, quid gestũ esset audiuit, omnesq; tumultuantes qui aderant & minaciter frementes, iussit venire secum. Et venerunt ad domũ illius adolescẽtis qui rẽ cõmiserat. Puer vero erat ante ostiũ, & tam paruus erat, vt nihil exinde domino suo metuẽs, facile posset totũ indicare. Cum eo quippe in foro fuit perinde quasi. Quẽ posteaquam recoluit Alipius architecto intima uit. At ille securim demõstrauit puero, quærens ab eo cuius esset. Qui confestim nostra, inquit. Deinde interrogatus aperuit cætera. Sic in illam domũ translata causa, confusisq; turbis quę de illo triumphare iam cœperat, futurus dispẽsator verbi tui, & multarum in ecclesia tua causarum examinator experientior instructiorq; discessit.

De integritate Alipij & aduentu Nebridij. Cap. 10. K

HVnc ergo Romæ inueneram, & adhæsit mihi fortissimo vinculo, mecumq; Mediolanum profectus est, vt nec me desereret, & de iure quod didicerat aliquid ageret, secundum votum parentũ magisquam suum. Et ibi iam assederat mirabili continentia cęteris, cũ ille magis miraretur eos, qui aurum innocentiæ præponerent. Tentata est quoque eius indoles, non solum illecebra cupiditatis, sed etiam stimulo timoris. Romæ assidebat Comiti largitionum Italicarum. Erat eo tempore quidam potentissimus senator, cuius & beneficijs obstricti multi, & terrori subditi erant: voluit sibi licere nescio quid ex more potentiæ suæ, quod esset per leges illicitum. Restitit Alipius: promissum est præmium, irrisit animo: prętentæ minæ, calcauit: mirantibus omnibus mustatã animã, quæ hominẽ tantũ & innumerabilibus præstandi nocendiq; modis ingenti fama celebratũ, vel amicum non optaret, vel non formidaret inimicum. Ipse autẽ iudex cui consiliarius erat, quamuis & ipse fieri nollet, nõ tamen aperte recusabat: sed in istum causam transferens, ab eo se non permitti asserebat, quia & reuera si ipse faceret, ille discederet. Hoc solo aũt pene iam illectus erat studio literario, ve precijs prętorianis cod rẽs sibi cõficiendos curaret. Sed consulta iustitia deliberationẽ in melius vertit, vtiliorem iudicans æquitatem qua prohibeatur, quam potestatẽ qua iubebatur. Parum est hoc, sed qui in paruo fidelis est, & in magno fidelis est. Nec vllo modo erit inane, quod tuæ veritatis ore processit. Si in iniusto mammona fideles nõ fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Et si in

si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? Talis ille tunc inhærebat mihi, mecumq; nutabat in cõsilio, quisnam esset tenendus uitæ modus. Nebridius etiã qui relicta patria vicina Carthagini atq; ipsa Carthagine ubi frequẽtissimus erat, relicto rure paterno optimo, relicta domo, & nõ secutura matre, nullam ob aliam causam Mediolanum venerat, nisi vt mecum viueret in flagrantissimo studio ueritatis atq; sapientię, pariter suspirabat, pariterq; fluctuabat, beatę vitæ inquisitor ardens, & quæstionum difficilimarum scrutator acerrimus. Et erant egentium ora trium: & inopiam suam sibi met inuicẽ anhelantium, & à te expectantiũ, vt dares eis escã in tempore opportuno: & in omni amaritudine quæ nostros seculares actus de misericordia tua sequebatur, intuẽtibus nobis finẽ cur ea pateremur, occurrebant tenebræ, & auersabamur gementes, & dicebamus: Quandiu hæc? Et hoc crebro dicebamus, & dicentes non relinquebamus ea, quia non elucebat certum aliquid, quod illis relictis apprehenderemus.

Pſ. 144.

M Deliberat Aug. de instituẽda uita. Cap. 11.

ET ego maxime mirabar satagens & recolẽs quàm longum tempus esset ab vndecimo anno ætatis meę, quo feruere cœperam studio sapientię, disponens ea inuenta relinquere omnes vanarum cupiditatũ spes inanes & insanias mendaces. Et ecce iam tricenariam ætatẽ gerebam in eodem luto hęsitans auiditate fruendi pręsentibus, fugientibus & dissipantibus me, dum dico: Cras inueniam: ecce manifestum apparebit & tenebo, & ecce Faustus veniet & exponet omnia. O magni viri Academici, nihil ad agendam vitam certi comprehẽdi potest. Immo quæramus diligentius & expectemus, vt & non desperemus. Ecce iam non sunt absurda in libris Ecclesiasticis, quę absurda videbantur, & possunt aliter atque honeste intelligi. Figã pedes meos in eo gradu, in quo puer à parentibus positus eram, donec inueniatur perspicua veritas. Sed vbi quæretur? quãdo quęretur? Nõ vacat Ambrosio, nõ vacat legere. Vbi ipsos codices quærimus? vnde aut quando comparamus, à quibus sumemus? Deputentur tempora, distribuantur horæ pro salute animæ. Magna spes oborta est: Non docet catholica fides quod putabamus & vani accusabamus. Nefas habent docti eius credere Deũ figura humani corporis terminatũ, & dubitamus pulsare quo aperiãtur cætera? Antemeridianas horas discipuli occupant, cæteris quid facimus? Cur non id agimus? Sed quando salutamus amicos maiores, quorũ suffragijs opus habemus? Quando præparamus quod emant scholastici? Quando reparemus nosipsos, animum relaxando ab intentione curatum? Pereant omnia, & dimittamus hęc vana & inania, cõferamus nos ad solã inquisitionem veritatis. Vita hæc misera est, mors incerta. Si subito obrepat, quomodo hinc exibimus? Et vbi nobis discenda sunt quæ hic negleximus? An nõ potius huius negligentię supplicia luenda sunt? Quid si mors ipsa omnem curam cum sensu amputabit & finiet? Ergo & hoc quærẽdum. Sed absit vt ita sit. Non vacat, nõ est inane q̃ tam eminens culmen authoritatis Christianæ fidei toto orbe diffunditur. Nunquam tãta & talia pro nobis diuinitus agerentur, si morte corporis etiam vita animæ consumeretur. Quid cũctamur igitur relicta spe seculi, conferre nos totos ad quærẽdum Deũ & uitam beatam? Sed expecta, iocunda sunt etiã ista, B hábent non paruam dulcedinẽ suam, non facile ab eis præcidenda est intẽtio, quia turpe est ad ea rursum redire. Ecce iam quantũ est, ut impetreẽ aliquis homo. Et quid amplius in his desyderandum? Suppetit amicorum maiorum copia, ut nihil aliud & multum festinemus, uel præfulatus dari potest: & ducẽda uxor cum aliqua pecunia, ne sumptum nostrũ grauet, & ille erit modus cupiditatis. Multi magni uiri & imitatione dignissimi, sapientię studio cũ coniugibus dediti fuerunt. Cum hæc dicebam, & alternabant hi uenti, & impellebant huc atque illuc cor meũ, transibant tempora, & tardabam conuerti ad dominum Deum, & differebam de die in diem uiuere in te, & non differebam quotidie in memetipso mori, amans beatam uitam, timebam illam in sede sua, & ab ea fugiens quærebam eam. Putabam enim me miserum fore nimis, si fœminæ priuarer amplexibus, & medicinam misericordiæ tuæ ad eandem infirmitatem sanandam nõ cogitabam: quia expertus non eram, & propriarum uirium credebam esse continentiam, quarum mihi non eram conscius, cum tam stultus essem, ut nescirem, sicut scriptum est: Neminẽ posse C esse continentem, nisi tu dederis. Vtique da- Sap. 8. res, si gemitu interno pulsarem aures tuas, & fide solida in te iactarem curam meam.

PRohibebat me sanè Alipius ab vxore du Contencenda, cantans nullo modo nos posse se- tio inter curo ocio simul in amore sapientiæ uiue- Alipiũ

sicut

& Aug. de matrimonio & cœlibatu. Cap. 12.

sicut iam diu desyderaremus si id feciſſem. Erat enim ipse in ea re etiã tunc caſtiſsimus, ita vt mirum esset, quia vel experiẽtiam concubitus cœperat in ingreſſu adoleſcẽtiæ ſuæ, ſed non hæſerat, magisq; doluerat & ſpreuerat, & deinde iam continentiſsime viuebat. Ego autem reſiſtebam illi exemplis eorum, qui coniugati coluiſſent ſapientiam, & promeruiſſent Deum, & habuiſſent fideliter ac dilexiſſent amicos. A quorum ego quidem granditate animi longe aberam, & delicatus morbo carnis mortifera ſuauitate trahebam catenam meam, ſolui timẽs, & quaſi concuſſo vulnere repellens verba bene ſuadentis tanquam manum ſoluentis. Inſuper etiam per me ipſi quoque Alipio loquebatur ſerpens, & innectebat, atque ſpargebat per linguam meam dulces laqueos in via eius, quibus illi honeſti & expediti pedes implicarentur. Cum enim me ille miraretur, quem non paruipenderet, ita hærere viſco illius voluptatis, vt me affirmarem quotieſcunque indè inter nos quæreremus cœlibem vitam nullo modo poſſe degere, atq; ita me defenderem, cum illum mirantem viderem, vt dicerem multũ intereſſe inter illud, quod ipſe raptim & furtim expertus eſſet, quod penè iam meminiſſet quidem, atque ideo nulla moleſtia facilè contemneret delectationes conſuetudinis meæ, ad quas ſi acceſsiſſet honeſtum nomen matrimonij, non cum mirari oportere, cur ego illam vitam nequirem ſpernere: cœperat & ipſe deſyderare coniugium, nequaquam victus libidine talis voluptatis, ſed curioſitatis. Dicebat enim ſcire ſe cupere quidnam eſſet illud, ſine quo vita mea, quæ illi ſic placebat, non mihi vita, ſed pœna videretur. Stupebat.n.liber ab illo vinculo animus ſeruitutem meam, & ſtupendo ibat in experiendi cupidinem, venturus in ipſam experientiã, atque inde fortaſſe lapſurus in eam quam ſtupebat ſeruitutem, quoniam ſponſionẽ volebat facere cum morte. Et qui amat periculum, incidet in illud. Neutrũ enim noſtrum, ſiquod eſt coniugale decus in officio regendi matrimonij & ſuſcipiendorum liberorum, ducebat, niſi tenuiter. Magna autem ex parte atque vehementer conſuetudo ſatiandæ inſatiabilis concupiſcentiæ me captum exercuiabat, illum autem admiratio capiendum trahebat. Sic eramus donec tu altiſsime non deſerens humum noſtram, miſeratus miſeros ſubuenires miris & occultis modis.

Ecclesiast. 3.

D E

ET inſtabatur impigre vt duceretur vxor. Iam petebã, iam promittebatur, maxime matre dante operã, quo me iam coniugatum baptiſmus ſalutaris ablueret, quo me indies gaudebat aptari, & vota ſua ac promiſſa tua in mea fide cõpleri animaduertebat. Cũ ſanè & rogatu meo, & deſyderio ſuo forti clamore cordis abs te deprecaretur quotidie, vt ei per viſum oſtenderes aliquid de futuro matrimonio meo, nunquàm voluiſti. Et videbat quædã uana & phantaſtica, quo cogebat impetus de hac re ſatagentis humani ſpiritus, & narrabat mihi, non cum fiducia, qua ſolebat, cũ tu demonſtrares ei, ſed contemnens ea. Dicebat.n. diſcernere ſe neſcio quo ſapore, quẽ uerbis explicare non poterat, quid intereſſet inter reuelantem te, & animã ſuam ſomnientem. Inſtabatur tamen, & puella petebatur, cuius ætas ferme biennio minor quàm nubilis erat, & quia ea placebat, expectabatur.

Vxõr quærit Augustin. Cap. 1.

F

ET multi amici agitaueramus animo, & colloquentes ac deteſtantes turbulentas humanæ uitæ moleſtias, penè iam firmaueramus remoti à turbis ocioſe uiuere: id ociũ ſic moliti, ut ſi quid habere poſſemus, conferremus in medium, unamq; rem familiarem conflaremus ex omnibus: ut per amicitiæ ſyncritatem non eſſet aliud huius & aliud illius, ſed quod ex cunctis fieret unũ, & uniuerſum ſingulorũ eſſet, & omnia omnium: cum videremur nobis eſſe poſſe decẽ ferme homines in eadeam ſocietate, eſſentq; inter nos prædiuites, Romanianus maxime communiceps noſter, quẽ tunc graues æſtus negociorum ſuorum ad comitatum attraxerãt, ab ineunte ætate mihi familiariſsimus, qui maxime inſtabat huic rei, & magnam in ſuadẽdo habebat authoritatem, quòd ampla res eius multum cæteris anteibat: & placuerat nobis ut bini annui tãquam magiſtratus omnia neceſſaria curarent cæteris quietis. Sed poſteaquàm cœpit cogitare, utrum hoc mulierculæ ſinerent, quas & alij noſtrum iam habebant, & nos habere uolebamus, totum illud placitum, quod bene firmabamus, diſiluit in manibus atque confractum eſt. Inde ad ſuſpiria & gemitus conuertebamur, & greſſus ad ſequendas latas & tritas uias ſeculi, quoniam multæ cogitationes erant in corde noſtro, conſilium autem tuum manet in æternum. Ex quo conſilio deridebas noſtra, & tua præparabas, nobis daturus eſcam in opportunitate, & aperturus manum tuam atq; impleturus animas noſtras benedictione.

Psal. 32

Psal. 144

G

Interea

In locũ diſcẽdẽtis cõcubinæ alia ſuccedit. Cap. 15.

INtera peccata mea multiplicabantur, et auul ſa à latere meo tãquã impedimẽto cõiugij, cũ qua cubare ſolitus erã, cor vbi adhærebat, cõciſum, & vulneratũ mihi erat, & trahebat ſanguinẽ. Et illa in Aphricã redierat, vouẽs tibi aliũ ſe uirũ neſcituram, relicto apud me naturali ex illa filio meo. At ego infœlix nec fœminę imitator, dilationis impatiẽs, tãquã poſt bienniũ accepturus eã quã petebã, quia non amator cõiugij, ſed libidinis ſeruus erã, procuraui aliam, non vtiq; coniugẽ, qua tãq; ſuſtentaretur & perduceret, vel integer vel auctior morbus animæ meæ ſatellitio perdurantis cõſuetudinis in regnũ vxoriũ. Nec ſanabatur vulnus illud meũ quod prioris præciſione factum fuerat, ſed poſt feruorem doloremque acerrimum putreſcebat, & quaſi frigidius, ſed deſperatius dolebat.

H

De ĩmortalitate animę. Cap. 16.

TIbi laus, tibi gloria fons miſericordiarũ, ego fiebam miſerior, & tu propinquior. Aderat iamiamque dextera tua ereptura me de cœno, & ablatura, & ignorabam. Nec me reuocabat à profundiore voluptatum carnalium gurgite, niſi metus mortis & futuri iudicij tui, qui per varias quidem opiniones, nunquam tamen receſsit de pectore meo. Et diſputabam cum amicis meis Alipio, & Nebridio de finibus bonorum, & malorum, Epicurum accepturum fuiſſe palmam in animo meo, niſi ego credidiſſem poſt mortem reſtare animæ vitam, & tractus meritorum, quod Epicurus credere noluit. Et quærebam ſi eſſemus immortales, & in perpetua corporis voluptate ſine vllo amiſsionis terrore viueremus, cur non eſſemus beati, aut quid aliud quæreremus, neſciens idipſum ad magnam miſeriam pertinere, quod ita demerſus, & cęcus cogitare nõ poſſem lumen honeſtatis, & gratis amplectendę pulchritudinis, quam non vidit oculus carnis, & videt ex intimo. Nec cõſyderabã miſer, ex qua vena mihi manaret, qđ iſta ipſa fœda tñ cũ amicis dulciter I cõferebã, nec eſſe ſine amicis poterã beatus, et ſecũdũ ſenſum quẽ tũc habebã in quantalibet affluẽtia carnaliũ voluptatũ. Quos vtique amicos gratis diligebã, uiciſsimq; ab eis me diligi gratis ſentiebã. O tortuoſas vias: Ve aiæ audaci, q̃ ſperauit ſi à te receſsiſſet, ſe aliquid melius habiturã. Verſa & reuerſa in tergũ & in latera & in uentrem, et dura ſunt omnia, & tu ſolus requies. Et ecce ades & liberas à miſerabilibus erroribus, & conſtituis nos in via tua, & conſolaris, & dicis: Currite, ego feram, & ego perducã, & ego ibi feram.

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber ſeptimus.

Quod imaginibus corporeis rejectis, Deum cœperit agnoſcere incorporeum. Cap. 1.

IAm mortua erat adoleſcentia mea mala & nephãda, & ibam in iuuentutem, quanto ætate maior, tanto vanitate turpior, qui cogitare aliquid ſubſtantiæ, niſi tale non poteram, quale per hos oculos uideri ſolet. Nõ tamen te cogitabam Deus in figura corporis humani, ex quo audire aliquid de ſapientia cœpi, ſemper hoc fugi, & gaudebam me hoc reperiſſe in fide ſpiritalis matris noſtræ catholicæ tuæ. Sed quid te aliud cogitarem non occurrebat. Et cogitare te conabar homo, & talis homo ſummum, & ſolum & verum Deum: & te incorruptibilem, & inuiolabilem, & incommutabilem totis medullis credebam: quia neſciens vnde, & quomodo, plane tamen videbam, & certus eram, id quod corrumpi poteſt deterius eſſe quàm id quod non poteſt: & quod violari non poteſt, incunctanter præponebam violabili: & quod nullam patitur mutationem, melius eſſe quàm id quod mutari poteſt: clamabat violenter cor meum aduerſus omnia phantaſmata mea, & hoc vno ictu conabar abigere circumuolantem turbam immunditiæ ab acie mẽtis meæ, & uix dimota in ictu oculi, ecce conglobata rurſus aderat, & irruebat in aſpectum meum, & obnubilabat eũ: vt quãuis non forma humani corporis, corporeum tamen aliquid cogitare cogerer per ſpatia locorum, ſiue infuſum mundo, ſiue etiam extra mundum per infinita diffuſum, etiam ipſum incorruptibile, & inuiolabile, & incommutabile, quod corruptibili & violabili, & commutabili præponebam: quoniam quic- L quid priuabam ſpatijs talibus, nihil mihi eſſe videbatur. Sed prorſus nihil, ne inane quidem, tanquam ſi corpus auferatur loco, & maneat locus omni corpore vacuatus, & terreno, & humido, & aereo, & cœleſti, ſed tamen ſit locus inanis tanquam ſpatioſum nihil. Ego itaque incraſſatus corde, nec mihimetipſi vel ipſe conſpicuus, quicquid non per aliquanta ſpatia tenderetur, vel diffunderetur, vel conglobaretur, vel tumeret, vel tale aliquid caperet, aut capere poſſet, nihil prorſus eſſe arbitrabar. Per quales enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

les enim formas ire solent oculi mei, p tales imagines ibat cor meum; nec videbam hanc eandē intētionē, qua illas ipsas imagines formabā non esse tale aliquid, quæ tamen ipsas non formaret nisi esset magnum aliquid. Ita etiā te vita vitæ meę grandē per infinita spatia vndique cogitabam penetrare tantā mundi molem, & extra eam quaquauersum per immēsa fine termino, vt haberet te terra, haberet cœlū, haberent omnia, & illa finirentur in te, tu autem nusquam. Sicur autē luci solis non obsisteret aeris corpus, aeris huius q supra terrā est, quo minus per eū traijceretur penetrans eum, non dirumpendo aut
M concidendo, sed implendo eum totum, sic tibi putabam non solum cœli, & aeris & maris, sed etiam terrę corpus peruium, & ex omnibus maximis minimisq; partibus penetrabile ad capiēdam præsentiam tuam, occulta inspiratione intrinsecus (et extrinsecus) administrantem omnia, quæ creasti. Ita suspicabar, quia cogitare aliud non poteram, nā falsum erat. Illo enim modo maior pars terræ maiorem tui partem haberet, & minorē minor, atque ita te plena essent omnia, vt amplius tui caperet elephanti corpus quàm passeris, quo esset isto grandius, grandioremque occuparet locum, atq; ita frustatim partibus mundi, magnis magnas, breuibus breues partes tuas præsentes faceres. Non es autem ita. Sed nondum illuminaueras tenebras meas.

Nebridius cōfutat Manichæos. Cap. 2.

SAt erat mihi domine aduersus deceptos illos, & deceptores, & loquaces mutos: ob hoc mutos, quoniam non ex eis sonabat verbum tuum, sat erat ergo illud quod iam diu abusque Cartagine à Nebridio proponi solebat, & omnes qui audieramus concussi sumus. Quid erac tibi factura nescio q̄ gens tenebrarum, quā ex aduersa mole solent opponere, si tu cum ea pugnare noluisses? Si.n.
A respōderetur, aliquid fuisse nocituram, violabilis tu, & corruptibilis fores. Si autem nihil eam nocere potuisse diceretur, nulla afferretur causa pugnandi, & ita pugnandi, vt quædam portio tua, & membrum tuum vel proles de ipsa substantia tua misceretur aduersis potestatibus, & nō à te creatis naturis, atq; intantum ab eis corrumperetur, & commutaretur in deterius, ut à beatitudine in miseriam verteretur, & indigeret auxilio quo erui purgarique posset: et hanc esse animam, cui tuus sermo seruienti liber, & contaminatæ purus, & corruptę integer subueniret: sed & ipse corruptibilis, quia ex vna eademque substantia. Itaque si te quicquid est, id est, substantiam tuam qua es, incorruptibilem dicerent: falsa esse illa omnia, & execrabilia. Si autem corruptibilem: idipsum iam falsum, & prima voce abominandum. Sat ergō erat illud aduersus eos omnino euomē dos à pressura pectoris, quia non habebant qua exirent sine horribili sacrilegio cordis, & linguę, sentiendo de te ista, & loquendo.

Liberū arbitriū causa peccati Cap. 3.

SEd & ego adhuc, quanuis incontaminabilem, & inconuertibilem, & nulla ex parte mutabilē dicerē, firmeq; sentirē Deū nostrū Deū verum, qui fecisti non solū animas nostras, sed etiam corpora: nec tantum animas nostras, & corpora, sed omnes & omnia, non tenebam explicitam, & enodatam causam mali: quęcunque tamen esset sic eam quærendam videbam, vt non per illam constringerer Deum incōmutabilem mutabilem credere, ne ipse fierem quod quærebam. Itaq; securus eam quęrebam, & certus non esse verum quod illi dicerent, quos toto animo fugiebam: quia videbam, quærendo vnde malum, repletos malitia, qua opinarentur tuam potius substantiam ēt male pati quàm suam male facere. Et intendebam, vt cernerem quod audieram, liberum voluntatis arbitrium causam esse vt malum faceremus, & rectū iudicium tuum vt pateremur, & eam liquide cernere nō valebam. Itaque acie mentis de profundo educere conatus, mergebar iterum, & sæpe conatus mergebar iterū atq; iterum. Subleuabat.n. me in lucē tuam, quod tam me sciebam habere voluntatem, quàm me viuere. Itaq; cum aliquid vellem aut nollem, nō aliud quàm me velle ac nolle certissimus eram, & ibi esse causam peccati mei iamq; animaduertebā. Quod autem inuitus facerem pati me potius quàm facere
C videbā, & id non culpā, sed pœnam esse iudicabam, qua me non iniuste plecti te iustū cogitās cito fatebar. Sed rursus dicebam, Quis fecit me? Nonne Deus meus? non tantum bonus sed ipsum bonum? Vnde igitur mihi male velle, & bene nolle, vt esset cur iuste pœnas luerē? Quis in me hoc posuit, & inseruit mihi plantariū amaritudinis, cum totus fierem à dulcissimo Deo meo? Si diabolus author, vnde ipse diabolus? Quod si & ipse peruersa voluntate ex bono angelo diabolus factus est, unde & in ipso voluntas mala, qua diabolus fieret, quādo totus angelus à cōditore optimo factus esset bonus? His cogitationibus deprimebar iterū, & suffocabar. Psal. 6.

Sed

Sed non vsque ad illum infernū subducebar erroris, vbi nemo confitetur tibi, dum tu potius mala pati, quàm homo facere putatur.

Deus cognō potest. c. 4.

SIc enim nitebar cætera inuenire, vt iam inuenerā melius esse incorruptibile quā corruptibile, & ideo te quicquid esses, esse incorruptibilem confitebar. Neque enim ulla anima nunquam potuit, poteritue cogitare aliquid, quod sit te melius, qui summum, &
D optimum bonum es. Cùm autem verissime atque certissime incorruptibile corruptibili præponatur, sicut etiam ego præponebā, poterā iam cogitatione aliquid attingere quod esset melius Deo meo, nisi tu esses incorrupti bilis. Vbi igitur videbam incorruptibile corruptibili esse præferendum: ibi te quærere debebam, atque inde aduertere vbi sit malum, id est, vnde sit ipsa corruptio, qua violari substantia tua nullo modo potest. Nullo enim prorsus modo violat corruptio Deum nostrum, nulla voluntate, nulla necessitate, nullo improuiso casu, quoniā ipse est Deus, & quod sibi vult bonum est, & ipse est idem
1. sen. dis. 43. c. his autē illi. 1. sen. dis. 19. c. cūque. bonum. Corrūpi autem non est bonū. Nec cogeris inuitus ad aliquid, quia voluntas tua non est maior potentia tua. Esset autē maior si teipso tuipse maior esses: Voluntas enim, & potentia Dei, Deus ipse est. Et quid improuisum tibi qui nosti omnia, & nulla natura est, nisi quia nosti eam? Et vt quid multa dicimus, cur non sit corruptibilis substantia, quę Deus est, quando si hoc esset, nō esset Deus?

De separatione creatoris à creatura, & de vniuersitate somnium. Cap. 5.

ET quærebam, vnde malum: & male quęrebam, & in ipsa inquisitione mea non videbam malū. Et constituebā in conspectu spiritus mei vniuersam creaturam, quicquid in ea cernere possumus sicuti est terra & mare, & aer & sydera, & arbores, & animalia mortalia, & quicquid in ea non videmus, sicut firmamentum cęli, insuper & omnes angelos, & cuncta spiritalia eius, sed etiam ipsi
E quasi corpora essent, locis & locis ordinauit imaginatio mea: & feci vnam massam grandem distinctam generibus corporum creaturarum tuārū, siue, quæ vera corpora erant, siue, quæ ipse pro spiritibus finxeram: & eam feci grandem, non quantum erat quod scire nō poteram, sed quātum libuit vndique uersum sanè finitam. Te autē domine ex omni parte ambientem eam, & penetrantem, sed vsquequaque infinitum: tanquam si mare esset vbique, & vndique per immensa spatia infinitum solū mare, & haberet intra se spōgiam quamlibet magnam sed finitam, tamen plena esset vndique spongia illa ex omni sua parte ex immenso mari: sic creaturam tuam finitam te infinitio plenam putabā, & dicebam, Ecce Deus, & ecce, quæ creauit Deus, & bonus est Deus, atque his validissime longissimeque præstantior, sed tamen bonus bona creauit, & ecce quomodo ambit atque implet ea. Vbi ergo malum, & vnde, & qua huc irrepsit? Quę radix eius, & quod semen eius? An omnino nō est? Cur ergo timemus & cauemus quod non est? Aut si inaniter timemus, certe vel timor ipse malum est, quo incassum stimulatur, & excruciatur cor. Et F tanto grauius malum, quanto non est quod timeamus, & timemus. Ideirco aut est malū quod timemus, aut hoc malū est quia timemus. Vnde est igitur? Quoniam Deus fecit hæc omnia, bonus bona. Maius quidem, & summum bonum minora fecit bona, sed tamen, & creans & creata bona sunt omnia. Vnde est malum? Aut vnde fecit ea? Materies aliqua mala erat, & formauit atque ordinauit eam, sed reliquit aliquid in illa, quod in bonum non conuerteret? Cur, & hoc? An impotens erat totam vertere, & commutare, vt nihil mali remaneret, cum sit omnia potēs? Postremo cur inde aliquid facere voluit, ac cur non potius eadem omnipotentia fecit, ut nulla esset omnino? Aut vero existere poterat contra eius voluntatem? Aut si æterna erat, cur tamdiu per infinita retro spatia tēporum, sic eam fiuit esse, ac tanto post placuit aliquid ex ea facere? Aut iam si aliquid subito voluit agere, hoc potius ageret omnipotens, vt illa non esset, atque ipse solus esset to- G
tum, verum, & summum & infinitum bonū? Aut si non erat bene, vt non aliquid boni etiā fabricaret, & cōderet qui bonus erat, illa sublata, & ad nihilū redacta materia, quę mala erat, bonā ipse instituēret vnde omnia crearet? Non enim esset omnipotens, si condere non posset aliquid boni, nisi ea quam ipse nō condiderat adiuuaretur materia. Talia uoluebam pectore misero ingrauidato curis mordacissimis de timore mortis, & non inuenta veritate: stabiliter tamen hærebat in corde meo, in catholica ecclesia fides Christi tui domini & saluatoris nostri, i multis quidem adhuc informis, & præter doctrinę normā fluctuans, sed tamen eā non relinquebat atius, immo indies magis magisq; imbibebat.

Vanæ mathematicorum

IAm etiam mathematicorum fallaces diuinationes, & impia deliramenta reieceram. Cōfiteātur ēt hinc tibi de intimis viscēribus animæ

diuinationes. Cap. 6.

animæ meæ miserationes tuæ Deus meus. Tu enim tu omnino, nam quis alius à morte omnis erroris reuocat nos, nisi vita, quæ mori nescit, & sapientia mentes indigentes illuminans, nullo indigens lumine, qua mundus administratur vsque ad arborum volatica fo
H lia? Tu procurasti peruicacię meæ qua obluctatus sum Vindiciano acuto seni, & Nibridio adolescenti mirabilis animæ illi vehemẽter affirmanti, huic cum dubitatione quidem aliquæ, sed tamen crebro dicenti, non esse illã artem futura præuidendi: cõiecturas autem hominum habere sæpe vim sortis, & multa dicendo dici pleraque ventura, nescientibus eis quid dicerent, sed in ea non tacendo incurrentibus. Procurasti ergo tu hominem amicum, non quidem segnem consultorem mathematicorum, nec eas literas bene calentem, sed vt dixi consultorem curiosum, & tamen scientem aliquid quod à patre suo se audisse dicebat, quod tantum valeret ad illius artis opinionem euertendam ignorabat. Is ergo vir nomine Firminus liberaliter institutus, & excultus eloquio, cum me tanquam charissimũ de quibusdam suis rebus, in quas secularis spes eius intumuerat, consuleret, quid mihi secundum suas quas constellationes appellant videretur. Ego autẽ qui iam de hac re in Nebridij sententiam flecti cœperam, non quidem abnuerem conijcere ac dicere quod nutanti occurrebat: sed tamẽ subijcerem, prope iam esse mihi persuasum I ridicula esse illa & inania. Tũ ille mihi narrauit patrẽ suum fuisse librorum talium curiosissimum, & habuisse amicum æque illa simulque sectantem, qui pari studio, & collatione flagrabant in eas nugas igne cordis, (sui) ita vt mutorum quoque animalium, siquæ domi parerent, obseruarent momenta nascentium, atque ad ea positionem cœli notarẽt, vnde illius artis quasi experimenta colligerent. Itaq; dicebat audisse se à patre suo, quod cum de eodem Firmino prægnans mater esset, etiã illius paterni amici famula quædam pariter vtero grandescebat, quod latere non potuit dominum, qui etiam canum suarum partus examinatissima diligentia nosse curabat. Atq; ita factum esse, vt cum iste coniugis, ille autem ancillæ dies, & horas, minutiores que horarum articulos cautissima obseruatione numerarent, enixę essent ambę simul ita, vt easdem constellationes vsque ad easdem minutias vtrique nascenti facere cogerentur, iste filio, ille seruulo. Nam cum mulieres parturire cœpissent, indicauerunt sibi ambo quid sua cuiusque domo ageretur, & parauerunt quos ad semuicem mitterent, simul, vt natũ quod parturiebatur, esset cuiq; K nunciatum: quod tamẽ vt cõtinuo nunciarẽtur, tanquam in regno suo facile effecerant. Atque ita qui ab alterutro missi sunt, tam ex paribus domorum interuallis, sibi obuiam factos esse dicebat, vt aliam positionem syderũ, aliasq; particulas momentorum, neuter eorum notare sineretur: & tamen Firminus amplo apud suos loco natus, dealbatiores vias seculi cursitabat, augebaturque diuitijs, sublimabatur honoribus: seruus autem ille conditionis iugo nullatenus relaxato dominis seruiebat, ipso indicante qui nouerat eũ. His itaque auditis, & creditis, talis quippe narrauerat, omnis illa reluctatio mea reoluta concidit: & primo Firminum ipsum, conatus sum ab illa curiositate reuocare, cum dicerem constellationibus eius inspectis, vt vera pronunciarem, debuisse me vtiq; videre ibi, parentes inter suos esse primarios, nobilem familiam propriæ ciuitatis, natales ingenuos honestã educationem, liberalesq; doctrinas. At si me ille seruus ex eisdem constellationibus, quia & illius ipsæ essent consuluisset, vt eidem quoque vera proferrem, debuisse me rursum ibi videre abiectissimã familiam, conditionem seruilẽ, & cætera longe à prioribus aliena, longeque distantia. Vn L de autem fieret, vt eadem inspiciens diuersa dicerem, si vera dicerem: si autem eadem dicerem, falsa dicerem. Inde certissime collegi, ea, quę vera consyderatis constellationibus dicerentur, non arte dici, sed sorte: quæ autẽ falsa, non artis imperitia, sed sortis mendacio. Hinc autem accepto auditu, ipse mecum talia ruminando, ne quis eorundem delirorum, qui talem quæstum sequerentur, quos iam iamque inuadere, atque irrisos retellere cupiebam, mihi ita resisteret, quasi aut Firminus mihi aut illi pater falsa narrauerit, intendi consyderationem in eos qui gemini nascuntur: quorum plerique ita post inuicem fundũtur ex vtero, vt paruum ipsum temporis interuallum quantamlibet vim in rerum natura habere contendant, colligi tamen humana obseruatione non possit, litterisque signari omnino non valeat quas mathematicus inspecturus est, vt vera pronunciet. Et non erunt uera, quia easdem literas inspiciẽs, eadem debuit dicere de Esau, & Iacob, sed non eadem vtrique acciderunt. Falsa ergo Gen.

diceret.

diceret. Aut si vera diceret, non eadem diceret si eadem inspiceret. Non ergo arte, sed forte vera diceret. Tu enim domine iustissime
M moderator vniuersitatis, consulentibus consultisque nescientibus occulto instinctu agis, vt dum quisque consuluit, hoc audiat quod eum oportet audire occultis meritis animarum ex abysso iusti iudicij tui, cui non dicat homo, Quid est hoc? aut quid hoc? Non dicat, non dicat, Homo est enim.

Misere torquetur inquirens unde sit malum. Cap. 7.

IAm itaque me adiutor meus illis vinculis solueras, & quærebam vnde malum, & nõ erat exitus. Sed me non sinebas vllis fluctibus cogitationis auferri ab ea fide, qua credebam & esse te & esse incõmutabilem substantiam tuam, & esse de hominibus curam & iudicium tuum, & in Christo filio tuo domino nostro, atque in scripturis sanctis, quas ecclesiæ tuæ catholicæ commendaret authoritas, viam te posuisse salutis humanæ, ad eam vitam, quę post hanc mortem futura est. His itaq; saluis, atque inconcusse roboratis in animo meo, quęrebam ęstuans vnde sit malum: quæ illa tormenta parturientis cordis mei, qui gemitus Deus meus? Et ibi erant aures tuæ nesciente me. Et cum in silentio fortiter quærerem, magnæ voces erant ad misericordiam tuam, tacitæ contritiones animi mei. Tu sciebas quid patiebar, & nullus hominũ. Quantum enim erat quod inde digerebatur per linguam meam in aures familiarissimorum meorũ? Nunquid totus tumultus ani
A mæ meæ, cui nec tempora, nec os meum sufPsal. 37. ficiebat, sonabat eis? Totum tamen ibat in auditũ tuum, quod rugiebam à gemitu cordis mei, & ante te erat desyderium meum, & lumen oculorum meorum non erat mecum. Intus enim erat, ego autem foris. Nec in loco illud: At ego intendebam in ea quæ locis continentur, & non ibi inueniebam locum ad requiescendum: nec recipiebant me ista, vt dicerẽ, sat est & bene est, nec dimittebam redire, vbi mihi satis esset bene. Superior enim eram istis, te vero inferior, & tu gaudium verum mihi subdito tibi, & tu mihi subiecteras quæ infra me creasti. Et hoc erat rectum temperamentum, & media regio salutis meæ, vt manerem ad imaginem tuam, Iob. 15. & tibi seruiens dominarer corpori. Sed cum superbè contra te surgerem, & currerem aduersus dominum in ceruice crassa scuti mei, etiam ista infima supra me facta sunt & premebant, & nusquam erat laxamentum & respiramentũ. Ipsa occurrebant vndiq; aceruatim & conglobatim cernẽti, cogitanti autem imagines corporum, ipsę opponebantur redeũti, quasi diceretur, Quò is indigne & sordide? Et hæc de vulnere meo creuerant, quia B Psal. 88. humiliasti tanquam vulneratum superbum, & tumore meo separabar abs te, & nimis inflata facies claudebat oculos meos.

Quomodo diuina misericordia subuenerit Aug. Cap. 8. Ps. 101. Psal. 84.

TV vero domine in æternum manes, & nõ in æternum irasceris nobis, quoniam miseratus es terram & cinerem, & placuit in conspectu tuo reformare deformia mea, & stimulis internis agitabas me, vt impatiens essem, donec mihi per interiorem aspectum certus esses. Et residebat tumor meus ex occulta manu medicinę tuæ, aciesque conturbata & contenebrata mentis meæ acri collyrio salubrium dolorum meorum de die in diem sanabatur.

Quæ in libris Platonicorum quorundã inuenerit cõsentanea doctrinę C Christianæ. Cap. 9.

ET primo volens ostendere mihi, quàm resistas superbis, humilibus autẽ des gratiam, & quanta misericordia tua demonstrata sit hominibus via humilitatis, quod verbum tuum caro factum est, & habitauit inter homines, procurasti mihi per quendam hominem immanissimo typo turgidum, quosdam Platonicorum libros ex Græca lingua in Latinã versos: & ibi legi, non quidem his verbis, sed hoc idem omnino multis & multiplicibus suaderi rationibus: quod in principio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in eo vita est, & vita erat lux hominum, & Ioan. 1. lux in tenebris lucet, & tenebræ eã non comprehenderũt. Et quia hominis anima quamuis testimoniũ perhibeat de lumine, non est tamen ipsa lumen, sed verbum Dei Deus est lumen verũ, quod illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundum. Et quia in hoc mundo erat, & mũdus per ipsum factus est, & mundus eum nõ cognouit. Quia vero in sua propria venit, & sui eum nõ receperunt, quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius: non ibi legi. Item ibi legi, Quia Deus verbum, nõ ex carne, non ex sanguine, non ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo natus est, Sed quia verbũ caro factum est, & habitauit in nobis: non ibi legi. Indagaui quippe in illis literis varie dictum, & multis modis, quod sit filius in for- Phili. 2. ma patris, non rapinã arbitratus esse æqualis Deo, quia naturaliter idipsum est. Sed quia

D semetipsum exinaniuit formâ serui accipiẽs, in similitudinem hominum factus,& habitu inuentus vt homo, humiliauit se factus obediens vsque ad mortem,mortem autem crucit, propter quod Deus eum exaltauit à mortuis & donauit ei nomen,quod est super omne nomen,vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium,terrestriũ,& infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est Dei patris: non habẽt illi libri. Quod enim ante omnia tempora,& supra omnia tempora incõmutabiliter manet vnigenitus filius tuus coæternus tibi,& quia de plenitudine eius accipiũt animę vt beatæ sint,& quia participatione manentis in se sapientiæ renouantur ut sapientes sint: est ibi.
Ro.5.& 8. Quod aũt sec ndũ tempus pro impijs mortuus est, & filio unico tuo non pepercisti,sed pro nobis omnibus tradidisti eũ: non est ibi.
Mat.11. Abscondisti enim hæc à sapientibus,& reuelasti ea paruulis, ut uenirent ad eum laborantes & onerati, & reficeret eos: quoniã mitis est & humilis corde, & dirigit mites in iudicio, & docet mansuetos uias suas,uidens humilitatẽ nostram & laborem nostrum, & dimittens omnia peccata nostra. Qui autẽ cothurno tanquam doctrinæ sublimioris elati
Psal.24. E
Mat.11. nõ audiunt dicẽtem: Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris: & si cognoscunt Deũ, nõ sicut Deum glorificant,aut gratias agunt,sed euanescunt in cogitationibus suis,& obscuratur insipiens cor eorũ,dicentes se esse sapientes stulti fiunt. Et ideo legebam ibi etiam immutatã gloriam incorruptionis tuæ in idola & uaria simulachra,in similitudinem imaginis corruptibilis hominis,& uolucrũ,& quadrupedum,& serpentum,uidelicet Aegyptiũ cibum, quo Esau perdidit primogenita sua, quoniã caput quadrupedis pro te honorauit populus primogenitus, conuersus corde in
Rom.1.
Gen. 25
Exo.32. Aegyptum,& curuans imaginem tuam,animam suã ante imaginem uituli manducantis
Ps.105. fœnum. Inueni hæc ibi, & non manducaui. Placuit enim tibi domine auferre opprobriũ diminutionis ab Iacob,ut maior seruiret minori: Et uocasti gẽtes in hæreditatem tuam.
Exod.3. & 12. Et ego ad te ueneram ex gentibus, & intendi in aurũ quod ab Aegypto uoluisti ut auferret populus tuus, quoniã tuũ erat ubicunq;
Act. 17. F erat. Et dixisti Athenien sibus per Apostolũ tuũ, quod in te uiuimus & mouemur & sumus: sicut & quidã secundũ eos dixerunt. Et utique inde erant illi libri. Et non attendi in idola Aegyptiorum, quibus de auro tuo ministrabant, qui transmutauerunt ueritatẽ Dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori.
Rom. ET inde admonitus redire ad memetipsum,intraui in intima mea duce te,& potui,quoniã factus es adiutor meus. Intraui & uidi qualicunq; oculo animę meę,supra eun dem oculũ animæ meæ, supra mentẽ meam lucẽ domini incõmutabilem,nõ hanc vulgarem & conspicuam omni carni, nec quasi ex eodẽ genere. Grandior erat tanquam si ista multo multoq; clarius clarescceret, totumq; occuparet magnitudine. Nõ hoc illa erat,sed aliud, aliud valde ab istis omnibus. Nec ita erat supra mentẽ meã sicut oleũ super aquã, nec sicut cœlũ super terrã, sed superior,quia ipsa fecit me, & ego inferior,quia factus sum ab ea. Qui nouit veritatem nouit eam: & qui nouit eam,nouit æternitatẽ. Charitas nouit eã. O æterna veritas,& vera charitas,& chara æternitas. Tu es Deus meus, tibi suspiro die ac nocte. Et cum te primũ cognoui,tu assumpsisti me vt viderem esse quod viderẽ, & nondum me esse qui viderẽ. Et reuerberasti G infirmitatem aspectus mei,radians in me vehemẽter, & contremui amore & horrore, & inueni longe me esse à te in regione dissimilitudinis, tanquam audirem vocem tuam de excelso,Cibus sum grandium,eresce & manducabis me: Nec tu me in te mutabis sicut cibum carnis tuæ,sed tu mutaberis in me. Et cognoui quoniam pro iniquitate erudisti hominem,& tabescere fecisti sicut araneam animã meã,& dixi: Nunquid nihil est veritas, quoniam neq; per finita, neq; per infinita locorũ spatia diffusa est? Et clamasti de longin quo, Immo uero ego sum qui sum. Et audiui sicut auditur in corde, & non erat prorsus vnde dubitarem. Faciliusq; dubitarem uiuere me, quàm non esse ueritatem, quæ per ea quæ facta sunt intellecta conspicitur.
Clarior & innocentior. Aug. de diuina. Cap.6.
Exod.
Rom.
Quo creatura fit & non. Ps. 148.
ET inspexi cætera infra te,& uidi nec omnino esse,nec omnino nõ esse. Esse quidẽ, quoniam abs te sunt: non esse autẽ,quoniam id quod es non sunt. Id enim uere est,quod incommutabiliter manet. Mihi autem inhærere Deo bonum est, quia si non manebo in illo,nec in me potero. Ille autem in se manẽs innouat omnia. Et dominus Deus meus es, quoniam bonorum meorum non eges.
Cap. Psal. Sap. H Psal. Omnes bona sunt. Cap.
ET manifestatum est mihi,quoniam bona sunt quæ corrumpuntur, quæ neque corrumpi possent si summa bona essent,neq; nisi bona essent,corrũpi possent: quia si summa bona essent, incorruptibilia essent: si aũt nulla bona essent,quod in eis corrumperetur non esset. Nocet enim corruptio, & nisi bonum minueret,non noceret. Aut igitur nihil
Lib. 3. de libero arbitr. cap.29. nocet corruptio, quod fieri non potest: aut quod certissimũ est, omnia quæ corrumpuntur,priuantur bono. Si autẽ omni bono priuabuntur,omnino non erunt. Si enim erunt, & corrumpi iã non potuerunt,meliora erũt, quia incorruptibiliter permanebunt. Et quid mõstrosius,quàm ea dicere omni bono amisso facta meliora? Ergo si omni bono priuabuntur, omnino nulla erunt. Ergo quandiu sunt,bona sunt. Ergo quæcunque sunt, bona sunt. Malumq; illud quod quærebam vnde esset,nõ est substantia: quia si substãtia esset, bonum esset. Aut enim esset incorruptibilis substantia,magnum utiq; bonũ,aut substantia corruptibilis esset,quę nisi bona esset,corrumpi nõ posset. Itaq; vidi & manifestatum est mihi, quia omnia bona tu fecisti,& prorsus nullæ substantiæ sunt,quas tu non fecisti.
I Et quoniam non æqualia omnia fecisti, ideo sunt omnia, quia singula bona sunt, & simul omnia valde bona: quoniã fecisti Deus noster omnia bona valde.
Omnia condita laudant Deum. Cap.13.
ET tibi omnino non est malum, non solũ tibi,sed & vniuersæ creaturæ tuæ,quia extra te nõ est aliquid quod irrumpat & corrumpat ordinem,quẽ posuisti ei. In partibus autẽ eius quædam quibusdam quia non conueniunt, mala putantur: & eadẽ ipsa conueniunt alijs & bona sunt, & in semetipsis bona sunt. Et omnia hæc,quæ sibi inuicem non conueniunt,conueniunt inferiori parti rerũ, quam terram dicimus,habentem cœlũ suum nubilosum atque ventosum congruum sibi. Et absit iam vt dicerem nõ esse ista: quia & si sola ista cernerem,desyderarem quidẽ meliora, sed iam etiã de solis istis laudare te deberem: quoniam laudandũ te ostendunt de terra dracones & omnes abysi: Ignis,grando, nix, glacies,spiritus tempestatis: quæ faciunt verbũ tuum. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri: Bestiæ & omnia pecora, reptilia & volatilia pennata:
K Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ: Iuuenes & virgines,seniores cum iunioribus laudẽt nomen tuum. Cum vero etiam de cœlis te laudent, laudẽt te Deus noster in excelsis omnes angeli tui, omnes virtutes tuæ,sol & luna,omnes stellæ & lumen,cœli cœlorum & aquæ, quæ super

cœlos sunt laudent nomen tuum. Non iam desyderabã meliora, quia omnia cogitabam, & meliora quidem superiora quam inferiora, sed meliora omnia quam sola superiora iudicio saniore pendebam.
Sanæ mẽtis homi nis nihil displicet iter creaturas Dei.
NOn est sanitas eis, quibus displicet aliquid creaturæ tuæ, sicut mihi non erat cum displicerent multa quæ fecisti. Et quia non audebat aia mea vt ei displiceret Deus meus,nolebat esse tuum quicquid ei displicebat, & inde ierat in opinionem duarum substantiarum, & non requiescebat,& aliena loquebatur, & inde rediens fecerat sibi Deum per infinita spatia locorum omnium,& eum putauerat te esse,& eum collocauerat in corde suo,& facta erat rursus templum idoli sui abominandum tibi. Sed postea quam fouisti caput nescientis, & clausisti oculos meos, ne viderent vanitatem, cessaui de me paulũlum,& consopita est insania mea: & euigilaui in te, & vidi te infinitum aliter, & visus iste non à carne trahebatur.
Cap.14. Ps. 118. L
Quo ve ritas & falsitas in creaturis.
ET respexi alia,& & vidi tibi debere quia sunt, & in te cuncta infinita finita: sed aliter, non quasi in loco,sed quia tu es omnitenens manu veritate,& omnia vera sunt inquantum sunt,nec quicquam est falsitas, nisi cum putatur esse quod non est. Et vidi quia non solũ locis sua quæq; suis cõueniunt, sed etiã temporibus: & quia tu solus,qui æternus es, non post innumerabilia spatia temporum cœpisti operari: quia omnia spatia temporũ, & quæ præterierunt,& quæ præteribunt,nec abirent, nec uenirent, nisi te operante & manente.
Cap.15.
Omnia bona, licet quibusdam nõ apta. Cap.16.
ET sensi & expertus sum nõ esse mirum, quod palato nõ sano pœna est panis, qui sano suauis est: & oculis ægris odiosa lux, quæ puris amabilis est. Et iustitia tua displicet iniquis: nedum vipera & vermiculus, quæ bona creasti, apta inferioribus creaturæ tuæ partibus, quibus & ipsi iniqui apti sunt quanto dissimiliores sunt tibi: apti autem superioribus quanto similiores fiunt tibi. Et quæsiui quid esset iniquitas, & non inueni substantiam, sed à summa substantia te Deo detortæ in infima voluntatis peruersitatem, proijcientis intima sua, & tumescentis foras.
Peccatũ nihil.
M
Quę retardẽt à cognitione diuinorum.
ET mirabar quòd iam te amabã,non pro te phantasma. Et non instabam frui Deo meo, sed rapiebar ad te decore tuo, moxque deripiebar abs te pondere meo,& ruebam in ista cum gemitu, & pondus hoc consuetudo carnalis. Sed mecum erat memoria tui,
Cap.17.

neque vllo modo dubitabam esse cui cohærerem, sed nondum esse me qui cohærerē: quoniam corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Eramq; certissimus, q̄ inuisibilia tua à constitutione mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; virtus, & diuinitas tua. Quærens. n. vnde approbarem pulchritudinē corporū, siue cœlestiū, siue terrestrium, & quid mihi præsto esset integre de mutabilibus iudicanti, & dicenti, hoc ita esse debet, illud non ita. Hoc ergo quærens, vnde iudicarem cum ita iudicarem, inueneram incommutabilem, & veram veritatis æternitatem supra mentē meam commutabilem: atque ita gradatim à corporibus ad sentientem per corpus animā, atque inde ad eius interiorem vim, cui sensus corporis exteriora annunciaret, & quousque possunt bestiæ, atque inde rursus ad ratiocinantem potentiam, ad quam refertur iudicandum quod sumitur à sensibus corporis. Quę se quoque in me comperiens mutabilem, erexit se ad intelligentiam suam, & abduxit cogitationem à consuetudine, subtrahens se à cōtradicentibus turbis phantasmatum, vt inueniret quo lumine aspergeretur, cum sine vlla dubitatione clamaret, incōmutabile prę-
A ferendum esse mutabili: vnde nosset ipsum incommutabile, quod nisi aliquo modo nosset, nullo modo illud mutabili certa præponeret, & peruenire ad id quod est in ictu trepidantis aspectus. Tum vero inuisibilia tua per ea, quæ facta sunt intellecta conspexi, sed aciem figere non valui: & repercussa infirmitate redditus solitis, non mecum ferebam, nisi amantem memoriam, & quasi, olfacta desiderantem, quæ comedere nondum possem.

Sap. 9. Rom. 1.

Solus Christ⁹ via ad salutem. Cap. 18.

ET quærebam viam comparandi roboris quod esset idoneum ad fruendam te, nec inueniebam donec amplecterer mediatorem
B Dei, & hominum hominem Christū Iesum, qui est super omnia Deus benedictus in secula, vocantem, & dicentem: Ego sum via, veritas, & vita. Et cibum cui capiendo inualidus eram, miscentem carni: quoniam verbum caro factum est, vt infantiæ nostræ lactesceret sapientia tua, per quam creasti omnia. Non enim tenebam dominū meum Iesum Christum, humilis humilē, nec cuius rei magistra esset eius infirmitas noueram. Verbum enim tuū æterna veritas, supioribus creaturæ tuæ partibus supereminens, subditos erigit ad se ipsam: in inferioribus autem ædificauit sibi humilem domum de limo nostro: per quam subdendos deprimeret à seipsis, & ad se traiiceret sanans tumorem, & nutriens amorem: ne fiducia sui progrederentur longius, sed potius infirmarentur, videntes ante pedes suos infirmam diuinitatem ex participatione tunicæ pelliceæ nostræ, & lassi prosternerentur in eam, illa autem surgens leuaret eos.

1. Ti. 2. Rom. 9. Ioan. 14. Ioan. 1.

EGo vero aliud putabam, tantumq; sentiebam de domino Christo meo, quantum de excellentis sapientiæ viro, cui nullus posset æquari: præsertim quia mirabiliter natus ex virgine, ad exemplum contemnendorum temporalium pro adipiscēda immortalitate, diuina pro nobis cura tantam authoritatem magisterij meruisse videbatur. Quid autem sacramenti haberet, Verbum caro factum, ne suspicari quidem poteram. Tantum cognoueram ex ijs, quæ de illo scripta traderentur, quia manducauit, bibit, dormiuit, ambulauit, exhilaratus est, cōtristatus est, sermocinatus est, non hæsisse carnem illam verbo tuo, nisi cum anima, & mente humana. Nouit hoc omnis, qui nouit incommutabilitatem verbi tui, quam ego iam noueram quantum poteram, nec omnino quicquam inde dubitabā. Etenim nunc mouere membra corporis per voluntatem, nunc non mouere, nunc aliquo affectu affici, nunc non affici, nunc proferre per signa sapientes sententias, nunc esse in silentio: propria sunt mutabilitatis animæ, & mentis. Quæ si falsa de illo scripta essent: ēt omnia periclitarētur mēdacio, neq; in illis literis vlla fidei salus generi humano remaneret. Quia itaq; vera scripta sunt, totū hominē in Christo agnoscebā, non corpus tantum hominis, aut cū corpore sine mēte animā, sed ipsum hominē nō personā veritatis, sed magna quadā naturę humanę excellētia, & perfectiore participatione sapientiæ præferri cæteris arbitrabar. Alipius aūt Deū carne indutum, ita putabat credi à catholicis, vt præter Deū, & carnem, non esset in Christo anima, mentemq; hominis non existimabat in eo prædicari. Et quoniam bene persuasum tenebat, ea quæ de illo memoriæ mandata sunt sine vitali, & rationali creatura non fieri, ad ipsam christianam fidem pigrius mouebatur. Sed postea hęreticorum Appollinaristarum hunc errorē esse cognoscens, catholicæ fidei collæratus, & contemperatus est. Ego autem aliquanto posterius didicisse me fateor, in eo quòd verbum caro factum est, quomodo catho-

Quid

C

Ioan.

D

Ter

liani

carne

Chri

libro

cōfu

catholica veritas à Fotini falsitate dirimatur. Improbatio quippe hæreticorum facit eminere quid ecclesia tua sentiat, & quid habeat sana doctrina. Oportuit enim & hæreses esse, vt probati manifesti fierēt inter infirmos.

1. Cor. 11.

Platonici libri varij. Cap. 20. Rom. 1.

SEd tunc lectis Platonicorum illis libris, posteaquàm inde admonitus quærerem incorpoream veritatem, inuisibilia tua per ea quæ facta sunt intellecta cōspexi, & repulsus sensi, quòd per tenebras animę meæ contemplari non finerer certus esse, te & infinitum esse, nec tamen per locos finitos infinitosue
E diffundi, & vere te esse qui semper idem ipse esses, ex nulla parte nulloq; motu aliter, aut aliter: cætera vero ex te esse omnia, hoc solo firmissimo documēto quia sunt. Certus quidem in istis eram, nimis tamen infirmus ad fruendū te. Garriebam planè quasi peritus, & nisi in Christo Saluatore nostro viam tuā quærerem, non peritus, sed perituꝝs essem. Iam enim cœperam velle videri sapiens, plenus pœna mea, & non flebam, insuper inflabar scientia. Vbi enim erat illa ædificās charitas à fundaméto humilitatis quod est Christus Iesus? Aut quando illi libri me docerēt eam, in quos me propterea priusquam scripturas tuas considerarem, credo voluisti incurrere, vt imprimeretur memoriæ meæ quomodo ex eis affectus essem: & cum postea in libris tuis mansuefactus essem & curantibus digitis tuis contrectarētur vulnera mea, discernerem atque distinguerem quid interesset inter præsumptionem & cōfessionem, inter videntes quò eundum sit, nec videntes quà, & viam ducentem ad beatificam patriam, non tantum cernendam, sed & inhabitandam? Nam si primo sanctis tuis literis informatus essem, & in earum familiaritate obdulcuisses mihi, & postea in illa volumina
F incidissem, fortasse aut abripuissent me à solidamento pietatis: aut si in affectu quem salubrem imbiberam perstitissem, putarem etiam ex illis libris eum posse concipi, si eos solos quisquam didicisset.

Quid in sacris libris inuenerit, nō inuentū in Platonicis. Cap. 21.

ITaque auidissime arripui venerabilē stylum spiritus tui, & prę cæteris apostolum Paulum, & perierūt illæ quæstiones, in quibus mihi aliquando visus est aduersari sibi, & nō congruere testimonijs legis & prophetarum textus sermonis eius. Et apparuit mihi vna facies eloquiorum castorum, & exultare cum tremore didici. Et cœpi, & inueni quicquid illac verum legeram, hac cum commendatione gratię tuæ didici, vt qui videt non sic glorietur quasi non acceperit, non solum id quod videt, sed etiam vt videat. Quid enim habet quod non accepit? Et vt te qui es semper idem, non solum admoneatur vt videat, sed etiam sanetur vt teneat. Et qui de longinquo videre non potest viam, tamen ambulet qua veniat, & videat & teneat, quia & si condelectetur homo legi Dei secundum interiorem hominem, quid faciet de alia lege in membris suis, repugnante legi mentis suæ, & se captiuum ducente in lege peccati, quæ est in membris eius? Quoniam iustus es domine, nos autē peccauimus, inique fecimus, impie gessimus, & grauata est super nos manus tua, & iuste traditi sumus antiquo peccatori præposito mortis, quia persuasit voluntati nostrę similitudinem voluntatis suę, qua in veritate tua non stetit. Quid faciet miser homo? Quis eum liberabit de corpore mortis huius, nisi gratia tua per Iesum Christū dominum nostrum, quem genuisti coæternum, & creasti in principio viarum tuarum, in quo princeps huius mundi non inuenit quicquàm morte dignum, & occidit eum, & euacuatum est chirographum quod erat contrarium nobis? Hoc illæ literæ non habent. Non habent illæ paginæ vultum pietatis huius, lachrymas confessionis, sacrificium tuum spiritum contribulatum, cor contritū & humiliatum, populi salutem, spōsam, ciuitatem, arram spirituſſancti, poculum precij nostri. Nemo ibi cantat: Nonne Deo subdita erit anima mea? Ab ipso enim salutare meum. Etenim ipse ē Deus meus & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius. Nemo ibi audit vocantem: Venite ad me qui laboratis. Dedignantur ab eo discere, quoniam mitis est & humilis corde. Abscondisti enim hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parnulis. Et aliud est de syluestri cacumine videre patriam pacis, & iter ad eam non inuenire, & frustra conari per inuia, circum obsidentibus & insidiantibus fugitiuis desertoribus cum principe suo leone & dracone: & aliud tenere viam illuc ducētem cura cœlestis imperatoris munitam, vbi non latroci nantur, qui cœlestem militiam deseruerunt.

1. Co. 4. Rom. 7. Dan. 3. G Ioan. 8. Rom. 7. Prou. 8. Ioan. 14 Col. 2. Psal. 50. Psal. 61. Mat. 11. H

Vitant enim eam sicut supplicium.

Hæc mihi inuiscerabantur miris modis, cum minimum apostolorum tuorum legerem, & considerauerā opera tua & expaueram.

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber octauus.

Accẽsus amore diuinorum ad Simplicianũ ire statuit. Cap. 1.

DEVS meus recorder in gratiarum actione tibi, & cõfitear misericordias tuas super me. Perfundantur ossa mea delectatione tua, & dicant: Domine quis similis tibi? Dirupisti vincula mea, sacrificem tibi sacrificium laudis. Quomodo dirupisti ea narrabo, & dicent omnes qui adorant te, Psl. 115. I cum audiunt hæc: Benedictus dominus in cœlo & in terra, magnũ & mirabile nomen eius. Inhæserant præcordijs meis verba tua, & vndiq; circumuallabar abs te. De vita tua æterna certus erã, quamuis eam in ænigmate 1. Cor. 13. & quasi per speculum videram, Dubitatio tamen omnis de incorruptibili substantia, q̃ ab illa esset omnis substantia, ablata mihi erat: nec certior de te, sed stabilior in te esse cupiebam. De mea vero temporali vita nutabant omnia, & mundandum erat cor à fermento veteri, & placebat via ipse Saluator, & ire per eius angustias adhuc pigebat. Et immisisti in mentem meam, visumq; est bonum in conspectu meo pergere ad Simplicianum, qui mihi bonus apparebat seruus tuus, & lucebat in eo gratia tua. Audieram etiam, quod à iuuentute sua deuotissime tibi viueret. Iam vero tunc senuerat, & longa ætate in tam bono studio sectandæ viæ tuæ, multa expertus, multa edoctus mihi videbatur, & vere sic erat. Vnde mihi vt proferret volebam conferẽti secum æstus meos, quis esset aptus modus sic affecto, vt ego eram ad ambulandum in via tua. Videbam enim plenã Ecclesiam tuam, & alius sic ibat, K alius autem sic. Mihi autẽ displicebat quod agebam in seculo, & oneri mihi erat valde, non iam inflammantibus cupiditatibus vt solebant spe honoris & pecuniæ, ad tollerandam illã seruitutem tam grauem. Iam enim Psal. 25. me illa non delectabant præ dulcedine tua & decore domus tuæ quam dilexi, sed adhuc 2. Co. 7. tenaciter colligabar ex fœmina. Nec me prohibebat Apostolus coniugari, quamuis exhortaretur ad melius, maxime volens omnes homines sic esse, vt ipse erat. Sed ego infirmior eligebam molliorem locum: & propter hoc vnum voluebar in cæteris languidus, & tabescens curis marcidis, quod & in alijs rebus, quas nolebant pati, congruere cogebar vitæ coniugali, cui deditus constringebar. Audieram ex ore veritatis, esse spado Mat. 19. nes qui seipsos absciderunt propter regnum cœlorum, sed qui potest (inquit) capere, capiat. Vani sunt certe omnes homines, quibus Sap. 13. non inest Dei scientia, nec de ijs quæ videntur bona, potuerunt inuenire eum qui est. At ego iam non eram in illa vanitate: transcenderam eam, & contestante vniuersa creatura tua, inueneram te creatorem nostrum, & uerbum tuum apud te Deum, tecumq; cum spiritusancto vnum Deum, per quod Ioan. 1. creasti omnia. Et est aliud genus impiorum L qui cognoscentes Deum non sicut Deum Rom. 1. glorificauerunt, aut gratias egerunt. In hoc quoq; incideram, & dextera tua Deus susce-
pit me, & inde ablatum posuisti vbi conualescerem, quia dixisti homini: Ecce pietas est Iob. 28. sapientia, & noli uelle uideri sapiens, quo- Prou. 3. niam dicentes se esse sapientes, stulti facti Rom. 1. sunt. Et inueneram iam bonam margaritam, Mat. 13. & uenditis omnibus quæ haberem emenda erat, & dubitabam.

De Victorino rhetore cõuerso. Cap. 2.

PErrexi argo ad Simplicianum patrem in accipienda gratia tunc episcopi Ambrosij, & quæ uere ut patrem diligebat. Narraui ei circumitus erroris mei. Vbi autem cõmoraui legisse me quosdã libros Platonicorum, quos Victorinus quondam rhetor urbis Romæ, quem Christianum defunctum esse audieram, in Latinam linguam transtulisset, gratulatus est mihi quod non in aliorum philosophorũ scripta incidissem, plena fallaciarũ & deceptionũ secundum elemẽta huius mundi, in istis autem omnibus modis insinuari Deum & eius uerbum. Deinde ut me exhortaretur ad humilitatem Christi, sapientibus abscõditam, & reuelatam paruulis, Mat. 11. Victorinum ipsum recordatus est, quem Ro M mæ cum esset familiarissimè nouerat, deq̃ue illo mihi narrauit, quod non silebo. Habet enim magnam laudem gratiæ tuæ confitendam tibi, quemadmodum ille doctissimus senex, & omnium liberalium doctrinarum peritissimus, quiq; philosophorum tam multa legerat, & diiudicauerat & dilucidauerat, doctor tot nobilium Senatorũ, qui etiam ob insigne præclari magisterij, quod ciues huius mundi eximium putant, statuam Romano foro meruerat & acceperat, usque ad illam ætatem uenerator idolorum, sacrorumq̃ue sacrilegorum particeps, qui tunc tota ferè Romana nobilitas inflata spirabat populi uriam,

flam, & omnigenum Deũ monstra, & Anubẽ latratorem, quę aliquando contra Neptunum, & Venerem, contraque Mineruam tela tenuerant, & à se victis iam Roma supplicabat, quæ ille senex Victorinus tot annos ore terricrepo defensitauerat, non erubuerit esse puer Christi tui, & infans fontis tui, subiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita Psal. 17. fronte ad crucis opprobrium. O domine qui inclinasti cœlos & descendisti, tetigisti montes, & fumigauerũt, quibus modis te insinuasti illi pectori? Legebat, sicut ait Simplicianus, sanctam scripturam, omnesque Christianas literas inuestigabat studiosissime, & perscrutabatur, & dicebat Simpliciano, non palàm sed secretius, & familiarius: Noueris me iam esse Christianum. Et respondebat ille: Non credam, nec deputabo te inter Christianos, nisi in ecclesia Christi te videro. Ille autem irridebat eum dicens: Ergone parietes faciunt Christianos? Et hoc sæpe dicebat iam se esse Christianum, & Simplicianus illud sæpe respondebat, & sæpe ab illo parietũ irrisio repetebatur. Amicos enim suos verebatur offendere superbos dæmonicolas, quo-
rum ex culmine Babylonicę dignitatis, quasi Psal. 28. ex cedris Libani, quas nondum contriuerat dominus, grauiter ruituras in se inimicitias arbitrabatur. Sed posteaquam legendo, & inhiando auxit firmitatem, timuitque negari à Christo corã angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri, reusque sibi magni criminis apparuit, erubescendo de sacramentis humilitatis verbi tui, & non erubescendo de sacris sacrilegis superborum dæmoniorum, quę imitator superbus acceperat: depuduit vanitati, & erubuit veritati, subitoque, & inopinatus ait Simpliciano, vt ipse narrabat: Eamus in ecclesiam, Christia- B nus volo fieri. At ille non capiens se lætitia perrexit cum eo. Vbi autem imbutus est primis institutionum sacramentis, non multo post etiam nomen dedit, vt per baptismum regeneraretur, mirante Roma, gaudente ecclesia. Superbi videbant, & irascebantur, dentibus suis stridebant, & tabescebant: ser- Ps. 111. uo autem tuo dominus Deus erat spes eius, & non respiciebat in vanitates, & insanias Psal. 39. mendaces. Denique, vt ventum est ad horã professionis fidei: quæ verbis certis conceptis retentisque memoriter de loco eminentiore in conspectu populi fidelis Romæ reddi solet ab eis, qui accessuri sunt ad gratiam tuã, oblatum esse dicebat Victorino à presbyteris, vt secretius redderet, sicut nonnullis qui verecundia trepidaturi videbantur, offerri mos erat: illum autem maluisse salutẽ suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri. Non enim erat salus, quam docebat in rhetorica, & tamen eam publice professus erat. Quanto minus ergo vereri debuit mansuetum gregẽ tuum pronuncians verbum tuũ, qui non verebatur in verbis suis turbas insanorum? Itaque vbi ascendit, vt redderet omnes sibimet inuicem quisq;, vt eum nouerat instrepuerunt nomen eius strepitu congratulationis. Quis autẽ ibi non eum nouerat? Et C sonuit presto sonitu per ora cunctorum collætantium: Victorinus, Victorinus. Cito sonuerunt exultatione, quia videbant eum, & & cito siluerunt intentione, vt audirent eum. Pronunciauit ille fidem veracẽ præclara fiducia, & volebãt eum omnes rapere intro in cor suum, & rapiebãt amando, & gaudendo. Hæ rapientium manus erant.

Quod Deus, & angeli magis gaudent in peccatorũ cõuersione. Cap. 3.

DEus bone quid agit in homine, vt plus gaudeat de salute desperatæ, animæ, & de maiore periculo liberatæ, quàm si spes ei semper affuisset, aut periculorum minus fuisset? Etenim tu quoque misericors pater, plus gaudes de vno pœnitente, quàm de nonaginta nouem iustis, quibus non est opus pœnitẽtia. Et nos cũ magna iucunditate audimus Luc. 15. cum audimus, quàm exultantis pastoris humeris reportetur ouis, quæ errauerat: & Luc. 15. drachma referatur in thesauros tuos collætantibus vicinis mulieri, quæ inuenit: & lachrymas excutit gaudiũ solennitatis domus Ibidem. tuæ, cum legitur in domo tua de minore filio, quoniam mortuus erat, & reuixit, perie- Luc. 15. rat, & inuentus est. Gaudes quippe in nobis, D & in angelis tuis sancta charitate sanctis. Nã tu semper idem, qui ea, quæ non semper nec eodem modo sunt, eodem modo semper nosti omnia. Quid ergo agitur in anima, cum amplius delectatur inuentis, aut redditis rebus, quas diligit, quàm si eas semper habuisset? Contestantur. n. & cætera, & plena sunt oia testimonijs clamantibus, ita est. Triumphat victor Imperator, & non vicisset nisi pugnauisset. Et quanto maius periculum fuit in prælio, tanto maius gaudium est in triumpho. Iactat tempestas nauigantes, minaturque naufragium, omnes futura morte pallescunt. Tranquillatur cœlum, & mare, & exultant nimis, quoniam timuerunt nimis. Aeger est charus, & vena eius malum renunciat: omnes qui eũ saluũ cupiunt, ægrotãt si-

mul animo. Fit ei recte,& nondum ambulat pristinis viribus,& fit iam tale gaudiũ, quale non fuit cũ antea saluus & fortis ambularet. Kasq; ipsas voluptates humanæ vitæ etiam non inopinatis,& præter voluntatem irruentibus, sed institutis, & voluntarijs molestiis homines acquirunt. Edendi & bibendi voluptas nulla est,nisi præcedat esuriendi, & sitiendi molestia. Et ebriosi quædam salsiuscula comedunt, quo fiat molestus ardor,quem dum extinguit potatio,fit delectatio. Et institutum est,vt iam pactæ sponsæ non tradãtur statim,ne vilem habeat maritus datã, quam non suspirauerit sponsus dilatam. Hoc in turpi,& execranda lætitia,hoc in ea,quæ concessa & licita est,hoc in ipsa syncerissima honestate amicitiæ, hoc in eo,qui mortuus erat,et reuixit,perierat & inuentus est. Vbique maius gaudiũ,molestia maior præcedit. Quid est hoc domine Deus meus, cum tu æternũ tibi tuipse sis gaudium, & quædam de te circa te semper gaudeant? Quid est quod hæc rerũ pars alternat defectu & profectu, offensionibus,& conciliationibus? An is est modus earũ,& tantũ dedisti eis,cum à summis cœlorũ vsque ad ima terrarum, ab initio vsque in finem seculorum, ab angelo vsq; ad vermiculum,à motu primo vsque ad extremum,omnia genera bonorum, & omnia iusta opera tua suis quæque sedibus locares, & suis quæque temporibus ageres? Hei mihi quàm excelsus es in excelsis, & quam profundus es in profundis, & nusquam recedis, & vix redimus ad te.

E

24.q6.2. c.institutũ.4.sen. dist.27.c. de nuptialibus. Luc. 15.

Quare plus lætandũ sit in magni peccatoris conuersione. Cap.4.

F AGe domine,& fac, excita & reuoca nos, accende & rape,flagra,dulcesce,iam amemus,& curramus. Nonne multi ex profundiore tartaro cæcitatis, quàm Victorinus redeunt ad te, & accedunt & illuminantur recipientes lumẽ? Quod siqui recipiunt,accipiũt à te potestatẽ,vt filij tui fiãt. Sed si minus noti sint populis, minus de illis gaudẽt, etiã qui nouerunt eos. Quando enim cum multis gaudetur,& in singulis vberius est gaudium, quia feruere faciunt se, & inflammantur ex alterutro. Deinde quod multis noti, multis sunt authoritati ad salutem, & multis præeunt secuturis, ideoque multum de illis, & qui eos præcesserunt lætantur, quia non de solis lętantur. Absit enim vt in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiantur personæ diuitum,aut præ ignoabilibus nobiles, quando potius infirma mundi elegisti, vt confunderes fortia, & ignobilia huius mundi elegisti, & contemptibilia, & ea, quæ non sunt tanquam, quæ sunt, vt ea quæ sunt euacuares. Et tamen idem ipse minimus Apostolorum tuorum, per cuius linguam tu ista verba sonuisti, cum Paulus proconsul per eius militiam debellata superbia, sub leni iugo Christi cui missus esset, regis magni prouincialis effectus, ipse quoq; ex priore Saulo Paulus G vocari amauit, ob tam magnæ insigne victoriæ. Plus enim hostis vincitur in eo quem plus tenet, & de quo plures tenet. Plus autem superbos tenet nomine nobilitatis, & de his plures nomine authoritatis. Quanto igitur gratius cogitabatur Victorini pectus,qđ tanquam inexpugnabile receptaculum diabolus obtinuerat Victorini lingua, quo telo grandi,& acuto multos peremerat,abundantius exultare oportuit filios tuos,quia rex noster alligauit fortem, & videbant vasa eius erepta mundari,& aptari in honorem tuum, & fieri vtilia domino ad omne opus bonum.

1. Co.1.

Mat.12.

SEd vbi mihi hõ tuus Simplicianus de Victorino ista narrauit, exarsi ad imitandũ. Ad hoc enim & ille narrauerat. Posteaquam vero, & illud addidit, quòd imperatoris Iuliani temporibus lege data prohibiti sunt Christiani docere literaturam,et oratoria, quam legem ille amplexus, loquacem scholam deserere maluit,quàm verbum tuũ, liani quo linguas infantium facis disertas, non mi scholihi fortior quàm fœlicior visus est, quia inuenit occasionem vacandi tibi. Cui rei ego christi suspirabam ligatus, non ferro alieno,sed mea nos. ferrea volũtate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & con- Sap. 1 H stRinxerat me. Quippe ex volũtate peruersa facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi anulis quibusdam sibimet innexis, vnde catenam appellauit, tenebat me obstrictum dura seruitus. Voluntas autem noua, quæ mihi esse cœperat, vt te gratis colerem fruiq̃ue te vellem Deus sola certa iocunditas, nondum erat idonea ad superandam priorem vetustate roboratam. Ita duæ voluntates meæ, vna vetus, alia noua, illa carnalis, illa spiritalis confligebant inter se, atque discordando dissipabant animam meã. Sic intelligebam meo ipso experimento, id quod legeram, quomodo caro concupiscaret aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ego quidem in vtroque,sed magis ego in eo quod in me approbabam, quàm in eo quod

Galat.

quod in me improbabã. ibi enim magis iam non ego, quia ex magna parte id patiebar inuitus, quàm faciebam volens:Sed tamẽ consuetudo aduersus me pugnatior ex me facta erat quoniam volens quò nollem peruenieram. Et quis iure contra diceret,cũ peccantem iusta pœna sequeretur? Et non erat iam ulla excusatio,qua videri mihi solebam,propterea nondum me contempto seculo seruire tibi,quia incerta mihi esset perceptio veritatis. Iam enim & ipsa certa erat,ego autem adhuc terra obligatus,militare tibi recusabã, & impedimentis omnibus sic timebã expediri, quemadmodum impediri timendum est. Ita sarcina seculi velut somno assolet duleiter premebar, & cogitationes quibus meditabar in te, similes erant conatibus expergisci volentium qui tamen superati sopore altitudine remerguntur. Et sicut nemo est qui dormire semper velit, omniumque sano iudicio vigilare præstat: differt tamen plerumque homo somnum excutere, cum grauis torpor in membris est, cumque iam displicentem carpit libentius, quanuis surgendi tempus aduenerit: ita certum habebã esse melius tuæ charitatis me dedere, quã meę cupiditati cedere. Sed illud placebat & vincebat,hoc libebat & vinciebat. Nõ enim erat quod tibi respõderẽ dicenti mihi:Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus: & vndique ostendenti vera te dicere,nõ erat omnino, quod responderem veritate conuictus, nisi tantum verba lenta & somnolenta: Modo,ecce modo,sine paululum. Sed modo,& modo nõ habebant modum, & sine paululum, in longum ibat. Rom. 7. Frustra condelectabar legi tuæ secũdum interiorem hominem, cum lex alia in membris meis repugnaret legi mẽtis meæ, & captiuum me duceret in lege peccati, quę in membris meis erat. Lex enim peccati est violentia consuetudinis,qua trahitur,& tenetur etiam inuitus animus,eo merito, quo in eam volens illabitur. Miserum ergo me quis liberaret de corpore mortis huius,nisi gratia tua per Iesum Christum dominũ nostrum?

I

Ephe.5. K

Potitianus narrat Antonij uitã. Cap.6.

ET de vinculo quidem desyderij cõcubitus, quo arctissime tenebar, & secularium negociorum seruitute, quãdmodũ me exemeris narrabo,& confitebor nomini tuo domine adiutor meus & redẽptor meus. Agebam solita crescente anxietudine,& quotidie suspirabam tibi: Frequentabam Ecclesiam tuam quantum vacabat ab eis negocijs, sub quorum pondere gemebam. Mecum erat Alipius ociosus ab opere iurisperitorũ post L assessionem tertiam, expectans quibus iterũ cõsilia venderet, sicut ego vendebam dicendi facultatem,siqua docendo præstari potest. Nebridius autem amicitiæ nostræ cesserat, vt omnium nostrũ familiarissimo. Verecundo Mediolanensi & ciui & grammatico subdoceret, vehementer desiderãti & familiaritatis iure flagitanti, de numero nostro fidele adiutorium quo indigebat nimis. Non itaq; Nebridium cupiditas commodorum eò traxit,maiora enim posset si vellet de literis agere, sed officio beneuolentiæ petitionẽ nostrã contẽnere noluit amicus dulcissimus, & mitissimus. Agebat autem illud prudẽtissime, cauens innotescere personis secundum hoc seculum maioribus, deuitans in eis omnem inquietudinem animi, quem volebat habere liberũ, & quàm multis posset horis feriatum ad quærendum aliqui, vel legendum, vel audiendum de sapientia. Quodam igitur die, non recolo causam,qua erat absens Nebridius, cum ecce ad nos domum venit, & ad me, & Alipium Potitianus quidam ciuis noster inquantum Afer, præclare in palatio militans,nescio quid à nobis volebat. Et consedimus, vt colloqueremur,& forte supra mensam lusoriam, quę M ante nos erat,attẽdit, codicem,tulit,aperuit, inuenit Apostolum Paulum, inopinate sane: putauerat enim aliquid de libris,quorum professio me conterebat. Tũ vero arridens meq̃ue intuens, gratulatorie miratus est, quod eas, & solas præ oculis meis literas repente comperisset, Christianus quippe, & fidelis erat, & sępe tibi Deo nostro prosternebatur in Ecclesia crebris, & diuturnis orationibus, Cui ego cum indicassem illis me scripturis curam maximam impendere, ortus est sermo ipso narrante de Antonio Antoni Aegyptio monacho, cuius nomen excellen- monater clarebat apud seruos tuos, non autem vschus. que in illam horam latebat. Quod ille vbi comperit, immoratus est in eo sermone, insinuãs tantum virum ignorantibus,& admirans eandem nostram ignorantiam. Stupebamus autem audientes tam recenti memoria,& propè nostris temporibus, testatissima mirabilia tua in fide recta & catholica ecclesia: Omnes mirabamur, & nos, quia tam magna erãt,& ille,quia inaudita nobis erant. Inde sermo eius deuolutus est ad monasteriorum greges, & mores suaueolentię tuæ, & vbera

& vbera deserta eremi, quorum nos nihil
A sciebamus. Et erat monasterium Mediolani plenum bonis fratribus extra vrbis mœnia sub Ambrosio nutritore, & non nouera-
mus. Pertendebat ille, & loquebatur adhuc,
& nos intenti tacebamus. Vnde incidit vt
diceret nescio quando se, & tres alios contu-
Treue-- bernales suos nimirum apud Treueros, cum
rif. Imperator pomeridiano Circensium spectaculo teneretur, exisse deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic vt forte combinati spatiabantur, unum secum seorsum, & alios duos itidem seorsum pariterque digressos: sed illos vagabundos irruisse in quādam casam, vbi habitabant quidam serui
Matt. 5. tui, spiritu pauperes, qualium est regnum cœlorum, & inuenisse ibi codicem in quo scripta erat vita Antonij. Quam legere cœpit vnus eorum, & mirari, & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia seculari seruire tibi. Erat autem ex eis quos dicunt agentes in rebus. Tunc subito repletus amore sancto, & sobrio pudore, iratus ita sibi coniecit oculos in amicum, & ait illi: Dic quęso te, omnibus istis laboribus nostris quò ambimus peruenire? Quid quærimus? Cuius rei
B causa militamus? Maiorne esse poterit spes nostra in palatio, quàm vt amici Imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculum? Et quandiu istud erit? Amicus autem Dei si voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus parturitione nouæ vitæ, reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus ubi tu videbas, & exuebatur mundo mens eius, vt mox apparuit. Nanque dum legit, & voluit fluctus cordis sui, infremuit aliquando, & discreuit, decreuitque meliora, iam iamque tuus ait amico suo; Ego iam abrupi me ab illa spe nostra, & deo seruire statui, & hoc ex hora hac, in hoc loco aggredior. Te si piget imitari, noli aduersari. Respondit ille adhærere se socio tantæ mercedis tantæque militiæ. Et ambo iam tui ædificabant turrim sumptu idoneo relinquendi omnia, & sequendi te. Tum Potitianus, & qui cum eo per alias horti partes deambulabant, quærentes eos, deuenerunt in eundem locum, & inuenientes admonuerunt vt redirent, quoniam declinasset dies. At illi narrato pla cito, & proposito suo, quoque modo in eis talis voluntas orta esset, atque firmata, petiuerunt ne sibi molesti essent, si adiungi recusarent. Isti autem nihilo mutati à pristinis, fleuerunt se tamen vt dicebat, atque illis pie congratulati sunt, & cómendauerūt se orationibus eorum, & trahentes cor in terra abierunt in palatium, illi autem affigentes cor cœlo, manserunt in casa. Et ambo habebant sponsas. Quæ posteaquam hoc audierunt, dicauerunt etiam ipsę virginitatem tibi. Narrabat hæc Potitianus.

C

TV autem domine inter verba eius retorquebas me ad meipsum auferens me à dorso meo ubi me posueram, dum nollem me attendere, & constituebas me ante faciem meam, vt viderem quàm turpis essem, q̄ distortus, & sordidus, maculosus, & vlcerosus. Et videbā, & horrebā, & quò à me fugerē nō erat. Et si conabar à me auertere aspectū, narrabat ille quod narrabat, & tu me rursus opponebas mihi, & impingebas me in oculos meos, ut inuenirem iniquitatem meam, & odissem. Noueram eam, sed dissimulabam, & connuibebam, & obliuiscebar. Tunc vero, quanto ardentius amabam illos de quibus audiebam salubres affectus, quod se totos sibi sanandos dederant, tanto execrabilius me comparatum eis oderam. Quoniam multi mei anni mecum effluxerant, forte duodecim anni, ex quo ab vndeuicesimo anno ętatis meæ, lecto Ciceronis Hortensio, excitatus eram studio sapientiæ, & differebam contempta fœlicitate terrena ad eam inuestigandam uacare, cuius non inuentio, sed vel sola inquisitio iam præponenda erat, etiam inuentis thesauris regnisque gentium, & ad nutum circunfluentibus corporis voluptatibus. At ego adolescens miser valde, miser in exordio ipsius adolescentiæ etiam petieram à te castitatem, & dixeram: Da mihi castitatem, & continentiam, sed noli modo. Timebam enim ne me cito exaudires, & cito sanares à morbo concupiscentiæ, quam malebam expleri quàm extingui. Et ieram per vias prauas superstitione sacrilega, non quidem certus in ea, sed quasi præponens eam certis, quę non pie quærebam, sed inimice oppugnabam. Et putaueram me propterea differre de die in diem contempta spe seculi te solum sequi, quia non mihi apparebat certum aliquid, quò dirigerem cursum meum. Et venerat dies quo nudarer mihi, & increparet me conscientia mea: Vbi es lingua? Nempe

diſplicuis sibi audi- Potitiano. Cap. 7.

Supra libro. 3. Cap. 4.

D

pe tu dicebas propter incertum verum nolle te abiicere sarcinam vanitatis. Ecce iam certum est, & illa te adhuc premit, humerisque liberioribus pennas recipiunt, qui neque in
E quærēdo ita attriti sunt, nec decennio, & amplius ista meditati. Ita rodebar intus, & confundebar pudore horribili vehementer, cum Potitianus talia loqueretur. Terminato autem sermone, & causa qua venerat, abiit ille. Et ego ad me. Qyæ non in me dixi? Quibus sententiarum verberibus non flagellaui animam meam, vt sequeretur me conantē post te ire. Et renitebatur, recusabat, & non se excusabat. Consumpta erant, & conuicta argumenta omnia, remanserat muta trepidatio, & quasi mortem reformidabat restringi à fluxu consuetudinis quo tabescebat in mortem.

In horto quid fecerit. Cap. 8.

TVm in illa grandi rixa interioris domus meæ, quam fortiter excitaueram cū anima mea in cubiculo nostro corde meo, tam vultu, quàm mente turbatus, inuado Alipiū, & exclamo: Quid patimur? Quid est hoc, quod audisti? Surgunt indocti, & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce vbi volutamur in carne & sanguine? An quia præcesserunt, pudet sequi, & nō pudet nec saltem sequi? Dixi, nescio quæ talia,
F & abripuit me ab illo æstus meus, cum taceret attonitus intuens me. Neque enim solita sonabam, pluſque alloquebantur animum meum frons, genæ, oculi, color, modus vocis, quàm verba quæ promebam. Hortulus quidam erat hospitii nostri, quo nos vtebamur sicut tota domo. Nam hospes ibi nō habitabat dñs domus. Illuc me abstulerat tumultus pectoris, vbi nemo impediret ardentem litem quam mecum aggressus eram, donec exiret quà tu sciebas. Ego autem nō sciebam, sed tantum insaniebam salubriter, & moriebar vitaliter, gnarus quid mali essem, & ignarus quid boni post paululum futurus essem. Abscesi ergo in hortum, & Alipius pedem post pedem. Neque enim secretum meum non erat, ubi ille aderat. Aut quando me sic affectum desereret? Sedimus quantū potuimus remoti ab ædibus: Ego fremebam spiritu indignans turbulentissima indignatione, quod non irem in placitum, & pactum tecum Deus meus, in quod eundū esse omnia ossa mea clamabant, & in cœlum tollebant laudibus, & nō illuc ibatur nauibus, aut quadrigis aut pedibus, quantū saltē de domo in eum locum ieram vbi sedebamus. Nā nō

G

solum ire, uerumetiā peruenire illuc, nihil erat aliud quàm uelle ire, sed uelle fortiter & integre, non semisauciam hac atque hac uersare & iactare voluntatem, partem assurgentem cum alia parte cadente luctantem. Denique tam multa faciebam corpore in ipsis cunctationis æstibus, quæ aliquando uolunt homines & non valent, si aut ipsa membra non habeant, aut ea vel colligata vinculis, vel resoluta languore, vel quoquo modo impedita sint. Si vulsi capillum, si percussi frontem, si confertis digitis amplexatus sum genu, quia volui feci. Potui autem velle, & non facere, si mobilitas membrorum non obsequeretur. Tam multa ergo feci, vbi non hoc erat velle quod posse: & non faciebam, quod & incomparabili affectu amplius mihi placebat, & mox vt vellē possem, quia mox vt vellem vtique vellem. Ibi enim facultas ea quæ voluntas, & ipsum velle iam facere erat, & tamen non fiebat: faciliusque obtemperabat corpus tenuissimę voluntati animæ, vt ad nutum membra mouerentur, quàm ipsa sibi anima ad uoluntatem suam magnam in sola voluntate perficiendam.

Anima quare ad bonum tardus. Cap. 9.

VNde hoc monstrum? & quare istud? Luceat misericordia tua, & interrogem si forte mihi respondere possint latebræ pœnarum hominum, & tenebrosissimæ cōtritiones filiorum Adam. Vnde hoc mon-
H strum, & quare istud? Imperat animus corpori, & paretur statim, imperat animus sibi, & resistitur. Imperat animus vt moueat manus, & tanta est facilitas, vt vix à seruitio discernat imperiū: Et animus animus ē, manus aūt corpus est. Imperat animus, vt velit animus, nec alter est, nec facit tamen. Vnde hoc monstrum, & quare istud? Imperat (inquam) ut velit, qui non imperaret nisi uellet, & non fit quod imperat. Sed non ex toto uult, non ergo ex toto imperat. Nam intantum imperat, inquantum vult, & intantum non fit quod imperat, inquantum non vult. Quoniam voluntas imperat vt fit voluntas, nec alia sed ipsa. Non vtique plena imperat, ideo non est quod imperat. Nam si plena esset, nec imperaret vt esset, quia iam esset. Non igitur monstrum partim velle, partim nolle, sed ægritudo animi est, quia non totus assurgit veritate subleuatus, consuetudine prægrauatus. Et ideo sunt duæ voluntates, quia vna earum tota non est, & hoc adest alteri quod deest alteri.

Pereant

Varia hominis volũtas. Cap.10.

PEreant à facie tua Deus, ſicuti pereũt vaniloqui,& mentis ſeductores,qui cũ duas voluntates in deliberando animaduerterint, duas naturas duarum mentium eſſe aſſeuerãt,vnam bonam,alteram malam. Ipſi vero mali ſunt,cum iſta mala ſentiunt, & i idẽ ipſi boni erunt ſi vera ſenſerint, veriſque cõſenſerint,vt dicat eis Apoſtolus tuus:Fuiſtis aliquando tenebræ, nũc autem lux in domino. Illi enim dũ volunt eſſe lux,non in domino, ſed in ſeipſis,putando animæ naturã hoc eſſe quod Deus eſt, ita facti ſunt denſiores tenebręquoniã longius à te receſſerunt horrẽda arrogantia, à te vero lumine illuminãte omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Attẽdite quid dicatis, & erubeſcite, & accedite ad eum, & illuminamini, & vultus veſtri non erubeſcẽt. Ego cum deliberabam vt iam ſeruirẽ domino(Deo)meo, ſicut diu diſpoſueram,ego eram qui volebam, ego qui nolebã, ego ego eram. Nec plene volebam,nec plene nolebam. Ideo mecum contẽdebam, & diſsipabar à meipſo. Et ipſa diſsipatio me inuito quidem fiebat, nec tamen oſtendebat naturã mentis alienæ,ſed pœnam meam. Et ideo nõ iam ego operabar illam, ſed quod habitabat in me peccatum de ſupplicio liberioris peccati,quia eram filius Adam. Nam ſi tot ſunt cõtrarię naturę,quot volũtates ſibi reſiſtũt: non iã duæ,ſed plures erũt. Si deliberet quiſquam vtrum ad conuẽticulũ eorum pergat, an ad theatrum:clamant iſti, Ecce duæ naturæ, vna bona hac ad conuenticulum ducit, altera mala illac ad theatrũ reducit. Nã vnde iſta cunctatio ſibimet aduerſantiũ voluntatum? Ego autem dico ambas malas, & quæ ad illos ducit, & quæ ad theatrum reducit. Sed non credunt niſi bonam eſſe qua itur ad eos. Quid ſi ergo quiſquam noſtrum deliberet, & ſecum altercantibus duabus voluntatibus fluctuet,vtrum ad theatrum pergat, an ad eccleſiam noſtram, nonne, & iſti quid reſpondeãt fluctuabunt? Aut enim fatebuntur quod nolunt, bona volũtate pergi in eccleſiã noſtram, ſicut in eã pergunt qui ſacramẽtis eius imbuti ſunt atque detinentur: aut duas malas naturas, & duas malas mentes in vno homine conſligere putabunt, & non erit verũ quod ſolent dicere,vnã bonã, & alteram malam,aut conuertentur ad verũ,& non negabunt, cum quiſque deliberat animam vnã diuerſis voluntatibus æſtuare. Iam ergo non dicant, cũ duas volũtates in homine vno aduerſari ſibi ſentiunt, duas cõtrarias mẽtes de duabus contrariis ſubſtantiis, & de duobus contrariis principiis contẽdere: vnam bonã, alteram malã. Nam tu Deus verax improbas eos,& redarguis atque conuincis eos, ſicut in vtraque mala voluntate, cum quiſque deliberat utrum hominẽ veneno interimat an ferro:vtrũ fundũ alienũ illum, an illũ inuadat, quando vtrunque non poteſt: vtrum emat voluptatẽ luxuria, an pecuniam ſeruet auaritia? utrum ad circum pergat,an ad theatrũ,ſi vno die vtrũque exhibeatur:addo etiã tertium,an ad furtum de domo aliena ſi ſubeſt occaſio:addo & quartũ an ad cõmittendũ adulteriũ,ſi & inde ſimul facultas aperitur,ſi omnia concurrant in vnum articulum temporis,pariterque capiãtur omnia, quę ſimul agi nequeunt. Diſcerpunt.n.animũ ſibimet aduerſantibus quatuor voluntatibus, vel ẽt pluribus in tanta copia rerum,quæ appetuntur, nec tamen tantam multitudinem diuerſarum ſubſtantiarum ſolent dicere: ita & in bonis voluntatibus. Nam quęro ab eis,vtrũ bonũ ſit delectari lectione Apoſtoli, & vtrũ bonum ſit delectari pſalmo ſobrio, & vtrum bonum ſit Euangelium diſſerere: Reſpondebunt ad ſingula:Bonum. Quid ſi ergo pariter delectent omnia ſimulque vno tpe? Nõ ne diuerſæ voluntates diſtendunt cor hoĩs cum deliberat quid potiſſimũ arripiamus? Et oẽs bonę ſunt,& certant ſecum donec eligatur vnum quo feratur tota voluntas vna, quæ in plures diuidebatur. Ita ẽt cum æterni tas delectat ſuperius, & temporalis boni voluptas retentat inferius, eadem anima eſt nõ tota voluntate illud aut hoc volens, & ideo diſcerpitur graui moleſtia,dum illud veritate præponit,hoc familiaritate non ponit.

Rom.7.

Ioan.1. Pſal.33.

SIc ægrotabam, & excruciabar accuſans memetipſum ſolito acerbius nimis,ac voluens,& verſans me in vinculo meo, donec abrumperetur totum quo iam exiguo tenebar,ſed tenebar tamen: & inſtabas tu in occultis meis domine ſeuera miſericordia, flagella ingeminans timoris,& pudoris,ne rurſus ceſſarem, et non abrumperetur idipſum exiguum et tenue quod remanſerat, et reualeſceret iterum, & me robuſtius alligaret. Dicebã enim apud me intus:Ecce modo fiat, modo fiat. Et cum verbo iam ibã in placitũ, iam penè faciebam,& nõ faciebam: nec relabebar tamen in priſtina, ſed de proximo ſtabam & reſpirabã,& itẽ conabar,& paulominus ibi erã, & paulominus iã iamq; attingebam,& tenebam, & nõ ibi eram nec attingebam

Lucta ſpiritus & carnis in Aug. Cap.11.

bam nec tenebam, hæſitans mori morti, & vitæ viuere, plusque in me valebat deterius inolitum quàm melius inſolitum,punctumque ipſum tẽporis quo aliud futurus eram, quanto propius admouebatur,tanto ampliorem incutiebat horrorem,ſed non recutiebat retro,nec auertebat,ſed ſuſpendebat. Retinebant me nugæ nugarũ, & vanitates vanitatum antiquæ amicæ meæ, & ſuccutiebant veſtem meam carneam, & ſubmurmurabant: Dimittisne nos? Et à momento iſto non erimus tecum vltra in ęternum,& à momento iſto non tibi licebit hoc,& illud vltra in ęternum? Et quæ ſuggerebãt in eo quod dixi hoc & illud, quæ ſuggerebant Deus meus, auertat ab aĩa ſerui tui miſericordia tua: Quas ſordes ſuggerebant,quę dedecora? Et audiebam eas iã longe minus quàm dimidius,non tanquam libere contra dicentes eũdo in obuiam,ſed veluti à dorſo muſitantes & diſcẽdentem quaſi furtim vellicantes vt reſpicerem,retardabant tamẽ me cunctantem abripere atque excutere ab eis, & tranſilire quò vocabar,cũ diceret mihi cõſuetudo violẽta:

B Putaſne ſine iſtis poteris? Sed iam tepidiſsime hoc dicebat. Aperiebatur enim ab ea parte qua intenderẽ faciem,& quò trãſire trepidabam, caſta dignitas continentię, ſerena, & non diſſolute hilaris,honeſte blãdiens vt venirem neque dubitarem,& extendens ad me ſuſcipiendum,& amplectendum pias manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri & puellæ,ibi iuuẽtus multa & omnis ætas,& graues viduæ,& virgines anus,& in omnibus ipſa cõtinentia nequaquam ſterilis,ſed fœcũda mater filiorum gaudiorum de marito te domine. Et irridebat me irriſione exhortatoriã,quaſi diceret: Tu non poteris quod iſti & iſtæ? An vero iſti & iſtæ in ſemetipſis poſſunt, ac nõ in domino Deo ſuo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te ſtas,& non ſtas? Proijce te in eum, noli metuere,nõ ſe ſubtrahet vt cadas. Proijce te ſecurus, excipiet te, & ſanabit te. Et erubeſcebam nimis quia illarum nugarum murmur adhuc audiebam,& cunctabundus pendebam. Et rurſus illa,quaſi diceret: Obſurdeſce aduerſus immunda illa membra tua ſu

Col.3. Pſal.118. per terram, vt mortificentur. Narrant tibi

C delectationes, ſed non ſicut lex domini Dei tui. Iſta controuerſia in corde meo,non niſi de meipſo aduerſus meipſum. At Alipius affixus lateri meo, inuſitati motus mei exitum tacitus operiebatur.

Vocis ad monitu quomõ totus cõ

VBi vero à fundo arcano alta conſideratio contraxit, & congeſsit totam miſeriam meam in conſpectum cordis mei, oborta eſt procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrymarum. Et vt totũ effunderem cum uerſus vocibus ſuis,ſurrexi ab Alipio. Solitudo mihi ad negocium flendi aptior ſuggerebatur. Et ſeceſsi remotius quàm vt poſſet mihi one roſa eſſe etiam eius preſentia. Sic tunc eram, & ille ſenſit neſcio quid. Aliquid enim puto dixerã,in quo apparebat ſonus uocis meæ iam fletu grauidus,& ſic ſurrexeram. Manſit ergo ille vbi ſedebamus, nimie ſtupens. Ego ſub quadam fici arbore ſtraui me, neſcio quomõ,& dimiſi habenas lachrymis, & proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile ſacrificium tuum. Et non quidem his verbis, ſed in hac ſententia multa dixi tibi: Et tu domine vſquequo? Vſquequo domine iraſceris in finem? Ne memor fueris iniquitatum noſtrarum antiquarum. Sentiebam enim me ab eis teneri, & iactabam voces miſerabiles: Quandiu,quãdiu,cras & cras? Quare non modo,quare non hac hora finis turpitudinis meæ? Dicebam hæc & flebam amariſsima contritione cordis mei. Et ecce audio vocem de vicina domo cũm cantu dicentis, & crebro repetentis quaſi pueri an puellæ,neſcio: Tolle lege,tolle lege. Statimque mutato vultu intentiſsimus cogitare cœpi, vtrum nã ſolerent pueri in aliquo genere ludendi cantare tale aliquid, nec occurrebat omnino audiuiſſe me vſpiam. Repreſſoque impetu lachrymarum ſurrexi, nihil aliud interpretans diuinitus mihi iuberi, niſi vt aperirem codicẽ, & legerem quod primũ caput inueniſſem. Audieram enim de Antonio, quod ex Euangelica lectione, cui forte ſuperuenerat, admonitus fuerit tãquam ſibi diceretur quod legebatur: Vade vẽde omnia q̃ habes,& da pauperibus,& habebis theſaurũ in cœlis,& veni ſequere me.& tali oraculo confeſtim ad te eſſe cõuerſum. Itaq; concitus redij ad eum locum, vbi ſedebat Alipius: Ibi enim poſueram codicem Apoſtoli cũ inde ſurrexeram. Arripui, aperui, & legi in ſilentio capitulũ,quo primũ conieẽti ſunt oculi mei. Non in comeſſationibus,& ebrie-

Cap.12. Matt.19. Ro.13.

tatibus,non in cubilibus & impudicitijs,non E in cõtentione,& æmulatione,ſed induite dominũ Ieſum Chriſtũ,& carnis ne curam ne feceritis in cõcupiſcẽtijs. Nec vltra volui legere, nec opus erat. Statim quippe cũ fine huiuſce ſententiæ quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi

cordi meo,omnes dubitationis tenebræ diffu gerunt. Tum interiecto aut digito,aut neſcio quo alio ſigno,codicem clauſi, & tranquillo iam vultu indicaui Alipio. At ille quid in ſe ageretur, quod ego neſciebam, ſic indicauit: Petit videre quid legiſſem,Oſtendi,& attendit etiã vltra quàm ego legeram,& ignorabã quid ſequeretur. Sequebatur vero, Infirmũ autem in fide aſſumite. Quod ille ad ſe retulit,mihique aperuit. Sed tali admonitione firmatus eſt,placitoq; ac proposito bono,& congruentiſſimo ſuis moribus quibus a me in melius iam olim valde longeq; diſtabat, ſine ulla turbulenta cunctatione cõiunctus eſt. Inde ad matrẽ ingredimur,indicamus, gaudet, narramus quemadmodum geſtum ſit, exultat,& triumphat, & benedicit tibi qui potens Fes vltra quàm petimus, aut intelligimus facere, qui tanto amplius ſibi à te conceſſum de me videbat,quàm petere ſolebat miſerabilibus etus flebilibusque gemitibus. Conuerſti enim ita me ad te,vt nec vxorem quærerem,nec aliquam ſpem ſeculi huius, ſtans in ea regula fidei, in qua me ante tot annos ex reuelaueras. Et conuertiſti luctum eius in gaudium multo vberius quàm voluerat,& multo charius atque caſtius quàm de nepotibus carnis meæ requirebat.

Ro. 14.

Ephe. 3.

Supra li. 3. ca. 11.

Pſal. 29.

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber nonus.

Pſ. 115. Laudat dei bonitatem agnoſcens ſuam miſeriam. Cap. 1.

DOmine ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ: Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Laudet te cor meum, & lingua mea, & omnia oſſa mea dicant: Domine quis ſimilis tibi? Dicãt,& reſponde mihi, & dic animæ meæ,ſalus tua ego ſum. Quis igitur ego, Pſal. 82. Pſal. 34. & qualis ego? Quid non mali ego, An facta mea: aut ſi non facta,dicta mea: aut ſi nõ dicta,volũtas mea fuit? Tu aũt domine bonus, & miſericors,& dextera tua reſpiciẽs profundi G tatẽ mortis meę, & à fundo cordis mei exhauriens abyſſum corruptionis. Et hoc erat totum nolle quod volebas, & velle quod nolebas. Sed vbi erat tam annoſo tempore, & de quo imo altoque ſecreto euocatum eſt in Mat. 11. momento liberum arbitrium meum, quo ſubderem ceruicem leni iugo tuo, & humeros leui ſarcinæ tuæ, Chriſte Ieſu adiutor meus,& redemptor meus? Quam ſuaue mihi ſubito factum eſt carere ſuauitatibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudiũ erat. Eiiciebas.n.eas à me, vera & tu ſumma ſuauitas,eiiciebas,& intrabas pro eis omni voluptate dulcior, ſed non carni,& ſanguini:omni luce clarior, ſed omni ſecreto interior, omni honore ſublimior, ſed non ſublimibus in ſe. Iam liber erat animus meus à curis mordacibus ambiendi, & acquirendi,& volutandi atq; ſcalpendi ſcabiẽ libidinum,& garriebam tibi claritati meę, & diuitijs meis, & ſaluti meæ dño Deo meo.

ET placuit mihi in conſpectu tuo non tumultuoſe abripere, ſed leniter ſubtrahere miniſterium linguæ meæ nundinis loquacitatis, ne vlterius pueri meditantes, noſti legem tuam, non pacem tuam, ſed inſanias mendaces, & bella forenſia mercarentur ex ore meo arma furori ſuo. Et opportune iam H pauciſſimi dies ſupererant ad vindemiales ferias,& ſtatui tollerare illos, vt ſolenniter abſcederem. & redemptus à te iam non redirẽ venalis. Conſilium ergo noſtruni erat coram te, coram hominibus autem niſi noſtris non erat. Et conuenerat inter nos ne paſ- Pſal. 88 ſim cuiquam effunderetur, quanquam tu no Pſ. 118 bis à conualle plorationis aſcendentibus, & cantantibus canticum graduum, dederas ſagittas acutas, & carbones vaſtatores aduerſus linguam ſubdolam, velut conſulendo contradicentem,& ſicut cibum aſſolet amando conſumentem. Sagittaueras tu cor noſtrum charitate tua, & geſtabamus verba tua transfixa viſceribus, & exempla ſeruorum tuorum, quos de nigris lucidos, & de mortuis viuos feceras, congeſta in ſinum cogitationis noſtræ vrebant, & abſumebant grauem torporem, ne in ima vergeremus, & accendebant nos valide, vt omnis ex lingua ſubdola contradictionis flatus inflammare nos acrius poſſet,non extinguere. Veruntamen quia propter nomen tuum quod ſanctificaſti per terras etiam laudatores vtique haberet votum,& propoſitum noſtrũ,iactantiæ ſimile videbatur non operiri tam proximum feriarum tempus,ſed de publica profeſſione, atq; ante oculos omniũ ſita ante diſce- I dere,vt conuerſa in factũ meum ora cunctorum intuentium, q̃ vicinũ vindemialiũ diẽ prævenire voluerim, multa dicerẽt qđ quaſi appetiſſem magus videri. Et quo mihi erat Ro. 14. iſtud,vt putaretur, & diſputaret anima mea,

Deſerit rhetoricæ profeſſionẽ Cap. 2.

& blaſphemaretur bonum noſtrũ? Quinetiã quod ipſa ætate literario labori nimio pulmo meus cedere cœperat, & difficulter trahere ſuſpiria,doloribusque pectoris teſtari ſe ſauciũ, vocemq; clarioré productioremue recuſare,primo perturbauerat me,q̃a magiſterij illius ſarcinã pene iã neceſsitate deponere cogebar,aut ſi curari,& cõualeſcere potuiſſem, certe intermittere. Sed vbi plena volũtas vacandi,& videndi,quoniã tu es dñs oborta mihi eſt atq; firmata,noſti Deus meus ẽt gaudere cœpi,quod hæc quoq; ſuberat nõ mendax excuſatio,q̃ offenſionẽ hoĩum tẽperaret, qui propter liberos ſuos me liberũ eſſe nunquam volebant. Plenus igitur tali gaudio tollerabam illud interuallum temporis, donec decurreret, neſcio vtrũ vel viginti dies erãt, ſed tamen fortiter tollerabãtur, quia receſſe- K rat cupiditas,quę mecum ſolebat ferre graue negocium, & ego premendus remanſeram, niſi patientia ſuccederet: Pecaſſe me in hoc quiſquam ſeruorum tuorum fratrum meorum dixerit, quod iam pleno corde militia tua paſſus me fuerim, vel vna hora ſedere in cathedra mendacij. At ego non contendo. Sed tu domine miſericordiſsime, nonne, & hoc peccatũ cũ cęteris horrendis,& funereis in aqua ſancta ignouiſti, & remiſiſti mihi?

Verecũdus cõcedit illi rus ſuũ. Cap. 3.

MAcerabatur anxietudine Verecundus de iſto noſtro bono, quòd propter vincula ſua quibus tenaciſsime tenebatur,deſeri ſe noſtro conſortio videbat nondum Chriſtianus coniuge fideli, ea ipſa tamen arctiore præ cæteris compede ab itinere quod aggreſſi eramus retardabatur. Nec Chriſtianum eſſe alio modo ſe velle dicebat,quàm illo quo non poterat. Benigne ſanè obtulit, vt quamdiu ibi eſſemus,in rure eius eſſemus. Retribues illi domine in reſurrectione iuſtorum, quia iam ipſam ſortem retribuiſti ei. Quamnis enim abſentibus nobis cum Romæ iam eſſemus, corporali ęgritudine correptus, & in ea Chriſtianus, & fidelis factus ex hac vi- L ta emigrauit. Ita miſertus es,non ſolum eius, ſed etiam noſtri,ne cogitantes egregiam erga nos amici humanitatẽ,nec eum in grege tuo numerantes, dolore intollerabili cruciaremur, Gratias tibi domine Deus noſter, tui ſumus, indicant hortationes tuæ, fidelis promiſſor, reddes Verecundo pro rure illo eius Caſsiciaco, vbi ab æſtu ſeculi requieuimus in te, amœnitatem ſempiterne virentis paradiſi tui, quoniam dimiſiſti ei peccata ſua per terram in monte incaſeato, monte tuo monte vberi. Angebatur ergo tunc ipſe,Nebridius autem collætabatur. Quanuis enim & ipſe nondum Chriſtianus in illam ſoueã perniciоſiſsimi erroris inciderat, vt veritatis filij tui carnem phantaſma crederet, tamen inde emergens ſic ſibi erat, nondum vllis eccleſiæ tuę ſacramentis imbutus, ſed inquiſitor ardentiſsimus veritatis. Quem non multo poſt conuerſionem noſtram, & regenerationem per baptiſmum tuum, ipſum etiã fidelẽ Catholicũ caſtitate perfecta atq; continentia tibi ſeruientem in Aphrica apud ſuos,cum tota domus eius per eũ Chriſtiana facta eſſet,carne ſoluiſti,& nũc ille viuit in ſinu Abraham. Quicquid illud eſt quod illo ſignificãt ſinu,ibi Nebridius meus viuit,dulcis amicus meus,tuus autem domine adoptiuus ex liberto filius, ibi uiuit. Nã q̃s alius tali animæ locus? Ibi viuit,vnde me multa interrogabat homuncionem inexpertum. Iam non ponit aurem ad os meum, ſed ſpiritale os ad fontem tuum: & bibit quantũ poteſt ſapientiã pro auiditate ſua ſine ſine fœlix. Nec ſic eum arbitror inebriari ex ea, vt obliuiſcatur mei, cum tu dñe quem potat ille,noſtri ſis memor. Sic Ergo eramus Verecundum conſolantes triſtem, ſalua amicitia de tali conuerſatione noſtra, & exhortantes ad fidem gradus ſui, vitæ ſcilicet coniugalis. Nebridiũ aũt operiẽtes quando ſequeretur, quod de tam proximo poterat, & erat iam iamq; facturus: Cum ecce euoluti ſunt dies illi tãdem, nam longi & multi videbantur præ amore libertatis ocioſę, ad cantandũ de medullis omnibus: Tibi dixit cor meum quæſiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram.

Mõte in caſeato qđ habemus mẽs coa

gulatus in pſalmis: vidẽtur aſſeruiſſe figuram χαρακτηρισμοῦ alludens ad nomẽ ruris Caſsiciaci.

Luc. 16.

M

ET venit dies in quo etiam actu ſoluerer à profeſsione rhetorica,vnde iam cogitatu ſolutus eram. Et factum eſt. Et eruiſti linguam meam, vnde iam erueras cor meũ, & benedicebam tibi gaudens profectus in villam cum meis omnibus. Ibi quid egerim in literis, iam quidem ſeruientibus tibi, ſed adhuc in ſuperbię ſcholam,tanquam in pauſatione anhelantibus, teſtantur libri diſputati cum præſentibus, & cum ipſo me ſolo, coram te:quę autem cum abſente Nebridio, teſtantur epiſtolæ. Et quando mihi ſufficiat tempus commemorandi omnia magna erga nos beneficia tua in illo tempore præſertim ad alia maiora properanti. Reuocat.n. me recordatio mea,& dulce mihi ſit dñe confiteri tibi, quibus internis me ſtimulis pdomueris,

Pſal. 26. quæ ſeri pſerit cũ Nebridio de pſalmis, A acdolore détium. Cap. 4.

mueris, & quemadmodum me complanaueris humilitatis montibus, & collibus cogitationum meorum, & tortuosa mea direxeris, & aspera lenieris, quoque modo ipsum etiam Alipium fratrē cordis mei subegeris nomini vngeniti tui domini, & saluatoris nostri Iesu Christi quod primo dedignabatur inseri literis nostris. Magis enim eas volebat redolere gymnasiorum cedros, quas iā contriuit dominus, quàm salubres herbas Ecclesiasticas aduersas serpentibus. Quas tibi Deus meus voces dedi cū legerem psalmos Dauid, cantica fidelia: & sonos pietatis excludens turgidum spiritum, rudis in germano amore tuo, cathecumenus in villā, cum catechume-
B no Alipio feriatus, matre adhærente nobis muliebri habitu, virili fide, anili securitate, materna charitate, Christiana pietate. Quas tibi voces dabā in psalmis illis, & quomodo in te inflammabar ex eis, & accendebar eos recitare si possem toto orbe terrarū aduersus typum generis humani? Et tamen toto orbe cantatur, & non est qui se abscondat à calore tuo. Quam vehementi, & acri dolore indignabar Manichęis, & miserabar eos rursus, quòd illa sacramenta, illa medicamenta nescirent, & insani essent aduersus antidotum quo sani (esse) potuissent. Vellem vt alicubi iuxta essent, ignorāte me, vtrū audirent tūc, & me nesciente quòd ibi essem, intuerentur faciem meā, & audirent voces meas, quando legi quartum psalmum, in illo tūc ocio, quid
Explicatio psalmi quarti Cum inuocarem. de me fecerit ille psalmus: Cum inuocarem (te,) exaudisti me deus iustitię meę: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei domine, & exaudi orationem meā. audirent ignorante me, vtrum audirent, nec me propter se illa dicere putarēt, quæ inter hęc verba dixerim, quia, & reuera nec ea dicerem, nec sic ea dice
C rem, si me ab eis audiri videriq; sentirem: nec si dicerem sic acciperēt, quomodo mecū, & mihi coram te de familiari affectu animi mei, inhorrui timendo, ibidemq; inferbui sperando, & exultando in tua misericordia pater. Et hæc omnia exibā per oculos meos & uocem meam, cum conuersus ad nos spiritus tuus bonus, ait nobis: Filij hominum quousque graues corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Dilexeram enim vanitatem, & quęsierā mendacium, & tu domine iam magnificaueras sanctū tuum, suscitans eū à mortuis, & collocans ad dexte-
Marc.16 ram tuā, vnde mitteret ex alto promissionē
Acto. 2. suam paracletum spiritū veritatis: & miserat eum iā, sed ego nesciebam. Miserat eum, quia iam magnificatus erat, resurgens à mortuis, & ascendens in cœlum. Ante autem spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat clarificatus. Et clamat Propheta: Quousque Ioan.7
graues corde, vt quid diligitis uanitatem, & Psal.4
quæritis mendacium? Et scitote quoniā dominus magnificauit sanctum suum. Clamat quousque clamat scitote, & ego randiu nesciens vanitatem dilexi, & mendacium quæsiui: & ideo audiui, & contremui, quoniā talibus dicitur, qualem me fuisse reminiscebar. In phātasmatibus enim quas pro veritate tenueram, vanitas erat, & mendacium: & inso- D
nui multa grauiter, & fortiter in dolore recordationis meæ. Quę vtinam audissent, qui adhuc diligunt vanitatem, & quærunt mendacium: forte conturbarētur, & euomuissent illud, & exaudires eos cum clamarent ad te: quoniam vera morte carnis mortuus est pro nobis, qui te interpellat pro nobis. Legebam: Rom.
Irascimini, & nolite peccare. & quomodo Psa.4
mouebar Deus meus, qui iam didicerā irasci mihi de præteritis, vt de cętero non peccarē? Et merito irasci, quia non alia natura gentis tenebrarum de me peccabat, sicut dicunt qui sibi non irascuntur, & thesaurizant sibi iram in die irę, & reuelationis iusti iudicij tui. Nec iā bona mea foris erant, nec oculis car- Rom.
neis in isto sole quærebantur. Volentes enim gaudere forinsecus, facile euanescūt, & effunduntur in ea quæ videntur, & tęporalia sunt, & imagines eorum famelica cogitatione lābunt. Et ò si fatigētur inedia, & dicant: Quis Psal.4
ostendet nobis bona? Et dicamus, & audiant: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Non enim lumen nos sumus quod illuminat omnem hominem venientem in Ioan.1.
hunc mundum: sed illuminamur à te, ut qui E
fuimus aliquando tenebræ, simus lux in te. Ephe.5
O si viderant internum lumen æternum, quod ego quia gustaueram, frendebam, quoniam non eis poteram ostendere, si afferrent ad me cor in oculis suis foris à te, & dicerent. Quis ostendet nobis bona? Ibi enim Psal.4
vbi mihi iratus erā intus in cubili, vbi compunctus eram, vbi sacrificaueram mactans vetustatem meam, & inchoata meditatione renouationis meæ sperans in te, ibi mihi dulcescere cœperas, & dederas lætitiam in corde meo. Et exclamabam legens hæc foris, & agnoscens intus. Nec volebam multiplicari terrenis bonis deuorans tempora, & deuoratus temporalibus, cum haberem in

in æterna simplicitate aliud frumentum, & vinum & oleum. Et clamabam in cōsequenti versu clamore alto cordis mei: O in pace, O in idipsum, O quid dixit, Obdormiam, & somnum capiā? Quoniam quis resistet nobis, cum fiet sermo qui scriptus est: Absorpta
1.Co.15. est mors in victoria? Et tu es idipsum valde, qui non mutaris, & in te requies obliuiscens laborum omnium: quoniam nullus alius tecū, nec ad alia multa adipiscenda, quæ
F non sunt quod tu, sed tu domine singulariter
Psal.4. in spe constituisti me. Legebam, & ardebam, nec inueniebam quid facerem surdis mortuis, ex quibus fueram pestis, latrator amarus, & cæcus aduersus literas de melle cœli melleas, & de lumine tuo luminosas, & super inimicis scripturis scripturæ huius tabescebam, quando recordabar omnia dierum illorum feriatorum. Sed nec oblitus sum nec silebo flagelli tui asperitatem, & misericordiæ tuæ mirabilem celeritatem. Dolore dentium tunc excruciabas me, & cum tantū ingraueseeret, vt non valerem loqui, ascendit in cor meum admonere omnes meos qui aderant, vt deprecarentur te pro me Deū salutis omnimodę, & scripsi hoc in cæra, & dedi eis vt legeretur. Mox vt genua supplici affectu fiximus, fugit dolor ille. Sed quis dolor? aut quomodo fugit? Expaui fateor domine meus, Deus meus, nihil enim tale ab ineunte ætate expertus fueram. Et insinuati sunt mihi in profundo nutus tui, & gaudens in fide laudaui nomen tuum, & ea fides me securum esse non sinebat de præteritis peccatis meis, quæ mihi per baptismum tuum remissa nondum erant.

G Ambrosiū cōsulit quid legēdū, Cap.5.

RE nunciaui peractis vindemialibus, vt scholasticis suis Mediolanenses venditorem verborum alium prouiderent, quod & tibi ego seruire delegissem, & illi professioni præ difficultate spirandi ac dolore pectoris non sufficerem. Et insinuaui per literas antistiti tuo, viro sancto Ambrosio pristinos errores meos, & præsens votum meum, vt moneret quid potissimum mihi de libris tuis legendum esset, quo percipiendæ tantæ gratiæ paratior aptiorque fierem. At ille iussit Esaiam prophetam: credo quòd prę cæteris euangelij vocationisque gentium sit prænunciator aptior. Veruntamen ego primam huius lectionem non intelligens, totumque talem arbitrans, distuli repetendum exercitatior in dominico eloquio.

INde vbi tempus aduenit, quo me nomen dare oporteret, relicto rure Mediolanum remeauimus. Placuit & Alipio renasci in te mecum, iam induto humilitate sacramentis tuis congrua, & fortissimo domitore corporis, vsque ad Italicum solum glaciale nudo pede obterendum insolito ausu. Adiunximus etiam nobis puerum Adeodatum ex me natum carnaliter de peccato meo. Tu bene feceras eum. Annorū erat fermè quindecim, & ingenio præueniebat multos graues, & doctos viros. Munera tua tibi confiteor domine Deus meus, creator omnium, & multum potens reformare nostra deformia, nam ego in illo puero præter delictum nihil habebam. Quod enim enutriebatur à nobis in disciplina tua, tu inspirauera nobis, nullus alius. Munera tua tibi confiteor. Est liber noster qui inscribitur de magistro. Ipse 1.Retra.
ibi mecum loquitur. Tu scis illius esse sensa Cap.11.
omnia quæ inseruntur ibi ex persona colloquutoris mei, cū esset in annis sedecim. Multa eius alia mirabiliora expertus sum. Horrori mihi erat illud ingenium, & quis præter te talium miraculorum opifex? Cito de terra abstuliſti vitam eius, & securior eum recordor, non timens quicquam pueritiæ, nec adolescentiæ, nec omnino homini illi. Sociauimus eum cœuum nobis in gratia tua, educandum in disciplina tua, & baptizati sumus, & fugit à nobis sollicitudo vitæ præteritę. Nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili, considerare altitudinem I
consilij tui super salutem generis humani. Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis suaue sonantis ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meū, & ex ea æstuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymę, & bene mihi erat cum eis.

Mediolani nī baptizatur. Cap.6. Miles dat nomen cū H iurat ducit suo.

NOn longe cœperat Mediolanēsis eccle- Quæ
sia genus hoc consolationis, & exhorta- Mediotionis celebrare, magno studio fratrum con- lani vicinentium vocibus, & cordibus. Nimirum derit.
annus erat, aut non multo amplius, cum Iu- Cap.7.
stina Valētiniani regis pueri mater, hominē tuum Ambrosiū persequeretur, hæresis suæ causa, quā fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in ecclesia, mori parata cū epiſcopo suo, seruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, solicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atq; turbata. Tunc hymni,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cantus ecclesiasticus.

& psalmi vt canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est: & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus. Tunc memorato antistiti tuo per visum aperuisti, quo loco laterent martyrũ corpora, Protasij, & Gerualij, quæ per tot annos incorrupta in thesauro secreti tui recondideras, vnde opportune promeres ad coercendam rabiem fœmineam, sed regiam. Cum enim propalata, & effossa digno cũ honore transferrentur ad Ambrosianam basilicam, non solum quos immundi vexabãt spiritus, confessis eisdem dæmonibus sanabantur, verumetiam quidam plures annos eęcus ciuis, ciuitatisque notissimus, cum populi tumultuãtis lætitiæ causam quæsisset atque audisset, exiliuit, eoque se vt duceret, suũ ducẽ rogauit. Quo perductus, impetrauit admitti, vt sudario tangeret pheretrum precioſæ in conspectu tuo mortis sanctorum tuorum. Quod vbi fecit atque admouit oculis, confestim aperti sunt. Inde fama discurrens, inde laudes tuæ feruentes lucentes, inde illius inimicæ animus etsi ad credendi sanitatem non applicitus, à persequendi tamen furore compressus est. Gratias tibi Deus meus. Vnde, & quò eduxisti recordationem meam, vt hæc etiam cõfiterer tibi quæ magna oblitus preterieram? Et tamen tunc cum ita fragraret odor unguentorum tuorum, nõ currebamus post te, & ideo plus flebam inter cãtica hymnorum tuorum, olim suspirans tibi, & tãdem respirans quantũ patet aura in domo fœnea.

K Protasij, & Gerualsius.

De ciuitate dei. li. 22. c. 8

Psal. 115.

L

Can. 1. Euodij conuersio. Cap. 8. Psal. 67.

QVi habitare facis vnanimes in domo, consociasti nobis & Euodium iuuenem ex nostro municipio. Qui cum agẽs in rebus militaret prior nobis ad te conuersus est, & baptizatus, & relicta militia seculari accinctus est in tua. Simul eramus, simul habitabamus placito sancto, quærebamus quisnam locus nos vtilius haberet, seruientes tibi, pariter remeabamus in Aphricam. Et cũ apud hostia Tyberina essemus, mater defuncta est. Multa prætereo, quia multum festino. Accipe confessiones meas, & gratiarum actiones Deus meus, de rebus innumerabilibus etiam in silentio. Sed non prætcribo quicquid mihi anima parturit de illa famula tua, quæ me parturiuit: & carne vt in hanc temporalem, & corde vt in æternã lucẽ nascerer. Non eius, sed tua dicã dona in eã neq; enim seipsam fecerat, aut educauerat seipsam. Tu creasti eam, nec pater nec mater scie bat qualis ex eis fieret illa. Et erudiuit eam in timore tuo virga Christi tui regimẽ vnici filij tui in domo fideli bono mẽbro ecclesię tuæ. Nec tantã erga suam disciplinam diligentiam matris prædicabat, quantã famulæ cuiusdam decrepitæ, quæ patrem eius infantem portauerat, sicut dorso grandiusculorum puellarum paruuli portari solent. Cuius rei gratia, & propter senectã ac mores optimos in domo christiana satis à dominis honorabatur. Vnde etiam cũram dominicarum filiarum commissam sibi diligenter gerebat, & erat in eis coercendis, cũ opus esset sancta severitate vehemens, atque in docẽdis sobria prudẽtia. Nam eas prẽter illas horas quibus ad mẽsam parentũ moderatissime alebãtur, etiã si exardescerẽt siti, nec aquã bibere sinebat, prævcauens consuetudinẽ malã, & addens verbũ sanũ: Modo aquã bibitis, quia in potestate vinum non habetis: cum autẽ ad maritos veneritis, factę dominę apothecarum, & cellariorum, aqua sordebit, sed mos potandi prævalebit: Hac ratione prẽcipiendi, & authoritate imperandi frenabat auiditatẽ tenerioris ætatis, & ipsam puellarum sitim formabat ad honestũ modum, vt iam nec liberet quod non deceret. Et surrepserat tũ sicut mihi filio famula tua narrabat, surrepserat ei vinolentia. Nã cũ de more tãquã puella sobria iuberetur à parẽtibus de cuppa vinũ depromere, submisso poculo qua desuper patet, priusquã in lagunculam funderet merũ, primoribus labris sorbebat exiguũ, quia non poterat amplius sensu recusante. Non enim ulla temulenta cupidine faciebat hoc, sed quibusdam superfluentibus ætatis excessibus, qui ludicris motibus ebulliunt, & in pueris animis maiorũ põdere pmi solẽt. Itaque ad illud modicũ quotidiana modica addẽdo, qm̃ qui modica spnit paulatim decidit, in eã cõsuetudinẽ lapsa erat, vt ꝑpè iã plenos mero calieulos inhiãter hauriret. Vbi tũc sagax anus, & vehemens illa prohibitio? Nunquid valebat aliquid aduersus latẽtem morbũ, nisi tua medicina domine vigilaret super nos? Absente patre, & matre, & nutritoribus tu prẽsens qui creasti, qui vocas, qui etiam per prẽpositos hoies boni aliquid agis ad animarum salutem, quid tunc egisti domine Deus meus? Vnde curasti? Vnde sanasti? Nonne protulisti durũ, & acutũ ex altera anima cõuitium tãquam medicinale ferrum ex occultis prouisionibus tuis, & vno ictu putredinem

Monicæ mors.

quem illam præcidisti? Ancilla enim cum qua solebat accedere ad cuppam, litigans cum domina minore, vt fit, sola cum sola, obiecit hoc crimen amarissima insultatione, vocans meritibulam. Quo illa stimulo percussa, respexit fœditatem suam, confestimque damnauit atque exuit. Sicut amici adulantes perucrtunt, sic inimici litigantes plerunque corrigunt. Nec tu quod per eos agis, sed quod ipsi voluerũt retribuis eis. Illa enim irata, exagitare appetiuit minorem dominam nõ sanare, & ideo clanculo: aut quia ita eas inuenerat locus & tempus litis: aut ne forte, & ipsa pericliteretur quod tam sero prodidisset. At tu domine rector cœlestiũ, & terrenorum ad vsus tuos contorquens profunda torrentis, fluxum seculorum ordinans turbulentum, etiam de alterius animæ insania sanasti alteram, ne quisquam cum hoc aduertit, potentię suæ tribuat, si verbo eius alius corrigatur quem vult corrigi.

B Plutarchus de vtilitate ab inimicis capiẽda.

Monica qualis erga maritum. Cap. 9.

EDucata itaque pudice ac sobrie, potiusque à te subdita parentibus, quàm a parẽtibus tibi, ubi plenis annis nubilis facta est, tradita viro seruiuit veluti domino, & sategit eum lucrari tibi, loquens te illi moribus suis, quibus eam pulchram faciebas, & reuerenter amabilem atque mirabilem viro. Ita autẽ tollerauit cubilis iniurias, vt nullam de hac re cũ marito haberet nunquam simultatem. Expectabat. n. misericordiã tuã super eum, vt in te credens castificaretur. Erat vero ille prẽterea sicut benevolẽtia præciputus, ita ira feruidus. Sed nouerat hæc nõ resistere irato viro, non tãtum facto, sed ne verbo quidem. Iam vero refracto, et quieto cũ opportunum videret, rationem facti sui reddebat, si forte ille inconsyderatius commotus fuerat. Denique cum matronę multæ quarum viri mansuetiores erant, plagarum vestigia, etiam dehonestata facie gererent, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam, hæc earum linguam, veluti per iocum grauiter admonens, ex quo illas tabulas q̃ matrimoniales vocantur, recitari audissent, tanquam instrumẽta, quibus ancillę factæ essent deputare debuissent: proinde memores conditionis, superbire aduersus dominos non oportere. Cumque mirarẽtur illę, scientes quam ferocem cõiugem sustineret, nunquam fuisse auditum: aut aliquo indicio claruisse, quod Patricius eciderit vxorẽ, aut quod a seinuicem vel vnum diem domestica lite dissenserint, & causam familiariter quærerent, docebat illa institutum suum, quod supra memoraui. Quę obseruabant, expertæ gratulabantur: quæ non obseruabant subiectæ vexabantur. Socrum etiam suã primo susurrijs malarum ancillarũ aduersus se irritatam, sic vicit obsequijs, perseuerãs tollerantia, & mansuetudine, vt illa vltro filio suo medias linguas famularum proderet, quibus inter se, & nurũ pax domestica turbabatur, expetereteque vindictã. Itaque posteaquã ille & matri obtemperans, & curans familiæ disciplinam, & concordiæ suorũ consulens, proditas ad prodentis arbitrium verberibus coercuit, promisit illa talia de se prẽmia sperare debere, quęcunque de sua nuru sibi, quo placeret, mali aliquid loqueretur: nullaq; iã audẽte, memorabili inter se benevolẽtiæ suauitate vixerũt. Hoc quoq; illi bono mancipio tuo, in cuius vtero me creasti, Deus meus, misericordia mea munus grãde donaueras, quod inter dissidentes atq; discordes quaslibet animas, vbi poterat tam se præbebat pacificã, vt cum ab vtraque multa de inuicẽ audiret amarissima qualia solet eructare turgẽs atque indigesta discordia, quando præsenti amicæ de absente inimica ꝑ acida colloquia crudelitas exhalatur odiorũ, nihil tamẽ alteri de altera proderet, nisi quod ad eas recõciliandas valeret. Paruũ hoc bonũ mihi videretur, nisi turbas innumerabiles tristis experirer, nescio qua horrenda pestilẽtia peccatorũ latissime puagante, nõ solũ iratorũ inimicorũ iratis inimicis dicta prodere, sed ẽt, quæ nõ dicta sunt addere, cũ contra animo humano parũ esse debeat inimicitias hominũ nec exagitare nec augere male loquendo, nisi eas ẽt extinguere bene loquendo studuerit, qualis illa erat docente te magistro intimo in schola pectoris. Denique etiam virum suum iam in extrema vita tẽporali eius lucrata est tibi, nec in eo iam fideli planxit, quod in nondũ fideli tollerauerat. Erat ẽt serua seruorum tuorũ. Quisquis. n. eorũ nouerat eã, multum in ea laudabat & honorabat, & diligebat te: quia sentiebat præsentiã tuã in corde eius sanctæ conuersationis fructibus testibus. Fuerat enim vnius viri vxor, mutuam vicẽ parentibus reddiderat, domum suam pie tractauerat, in operibus bonis testimonium habebat. Nutrierat filios, toties eos parturiens, quoties abs te deuiare cernebat. Postremo nobis domine omnibus qui ex munere tuo finis loqui seruis tuis, qui ante dormitionem eius in te iam consociati viuebamns, percepta gratia

C Prudens vxor, & Christiãna deseritur.

Patricius pater Augustini.

D

E

1. Ti. 5.

baptismi tui, ita curam gesit quasi omnes genuisset, ita seruiuit quasi ab omnibus genita fuisset.

Collo-quiũ cũ matre de regno cœlorũ. Cap. 10.

IMminente autẽ die, quo ex hac vita erat exitura, quem diẽ tu noueras ignorantibus nobis, prouenerat, vt credo, procurante te occultis tuis modis, vt ego & ipsa soli staremus incumbentes ad quãdam fenestram, vnde ortus intra domum, quæ nos habebat, ꝓspectabatur, illic apud ostia tyberina, vbi remoti à turbis post longi itineris laborem instaurabamus nos nauigationi. Colloquebamur ergo soli valde dulciter, & præterita obliuiscentes, in ea, quæ ante sunt extenti, quærebamus inter nos apud præsentem veritatẽ quod tu es, qualis futura esset vita æterna sanctorũ, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Sed inhiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui, fontis vitæ qui est apud te, vt inde pro captu nostro asperſi quoquo modo rem tantam cogitaremus. Cumq; ad eũ finẽ sermo perduceretur, vt carnaliũ sensuũ delectatio quantalibet in quãtalibet luce corporea ꝓ illius vitæ iucũditate, non comparatione, sed ne commemoratione quidem digna videretur: erigentes nos ardentiore affectu in idipsum, perambulauimus gradatim cuncta corporalia, & ipsum cœlum, vnde sol, & luna, & stellæ lucent super terram. Et adhuc ascendebamus interius cogitando, & loquendo te, & mirando opera tua, & venimus in mentes nostras, & transcẽdimus eas, vt attingeremus regionẽ vbertatis indeficientis, vbi pascis Israel in æternũ veritatis pabulo, & vbi vita sapientia est, per quam fiunt omnia ista, & quæ fuerunt, & quæ futura sunt: & ipsa non fit, sed sic est, vt fuit, & sic erit sempe:rquin potius fuisse, & futurum esse non est in ea, sed esse solum, quoniam æterna est. Nam fuisse, & futurum esse non æternum. Et dum loquimur, & inhiamus illi, attigimus eam modice toto ictu cordis, & suspirauimus, & reliquim⁹ ibi religatas primitias spiritus, et remeauimus ad strepitũ oris nostri, vbi verbum, & incipitur, & finitur. Et quid simile verbo tuo domino nostro in se permanenti sine vetustate, atq; innouãti omnia? Dicebamus ergo: Sicui fileat tumultus carnis, fileant phantasiæ terræ, & aquarum, & aeris, fileant & poli, & ipsa sibi anima fileat, & transeat se non (se) cogitando, fileant somnia, & imaginariæ reuelationes, omnis lingua & omne signũ, & quicquid transeundo fit, sicui fileat omnino: quoniam si quis audiat, dicunt hæc omnia. Non ipsa nos fecimus, sed fecit nos qui manet in æternum. His dictis si iam taceant, quoniam erexerunt aurem in eum qui fecit ea, & loquatur ipse solus, non per ea, sed per seipsum, vt audiamus verbum eius, non per linguam carnis, neque per vocem angeli, neque per sonitum nubis, neque per ænigma similitudinis, sed ipsum quem in his amamus, ipsum sine his audiamus: sicut nunc extẽdimus nos, & rapida cogitatione attingimus æternam sapientiam super omnia manentem, si continuetur hoc, & subtrahuntur aliæ visiones longe imparis generis, & hæc vna rapiat, & absorbeat, & recondat in interiora gaudia spectatorem suum, vt talis sit sempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiæ, cui suspirauimus. Nonne hoc est, Intra in gaudium domini tui? Et istud quando? An cum omnes resurgemus. sed non omnes immutabimur. Dicebamus talia, & si non isto modo, & his verbis, tamen domine tu scis quod illo die cum talia loqueremur, & mundus iste nobis inter verba vilesceret cum omnibus delectationibus suis. Tunc ait illa: Fili quantum ad me attinet, nulla iam re delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, & cur hic sim nescio, iam consumpta spe huius seculi. Vnum erat propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, vt te Christianum catholicum viderem priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus præstitit, vt te etiam cõtempta fœlicitate terrena, seruum eius videam. Quid hic facio?

Pſal. 36.

Mat. 22. 1. Cor. 15.

De fletu matris, Cap. 11.

AD hæc ei quid responderim, non satis recolo. Tum interea vix intra quinq; dies, aut non multo amplius decubuit febribus. Et cum ęgrotaret quodam die, defectum animæ passa est, & paululum subtracta à præsentibus. Nos concurrimus, sed cito reddita est sensui, & aspexit astantes me, & fratrẽ meũ, & ait nobis quasi quęrẽti similis: Vbi eram? Deinde nos intuens mœrore attonitos: Ponetis hic (inquit) matrem vestram. Ego silebam, & fletum frenabam. Frater autem meus quiddam locutus est, quo eam non peregre, sed in patria defungi tanquam fœlicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio reuerberans eũ oculis quod talia saperet, atque inde me intuens vide, ait, quid dicit. Et mox ambobus Ponite, inquit, hoc corpus vbicunque, nihil vos eius cura conturbet, Tantum illud vos rogo, vt ad domini altare memineritis mei vbi fueritis. Cũque hãc sentẽtiã uer-

Cura pulch

bis quibus poterat explicasset, cõticuit, & ingraueſcẽte morbo exercebatur. Ego vero cogitans dona tua Deus meus inuisibilis, quæ immittis in corda fidelium tuorum, & prouenium inde fruges admirabiles: gaudebã, & gratias agebam tibi, recolens quod noueram quanta cura semper æstuasset de sepulchro, quod sibi prouiderat, & præparauerat iuxta corpus viri sui. Quia enim valde cõcorditer vixerant, id etiam volebat, vt est animus humanus minus capax diuinorũ, adiũgi ad illã fœlicitatẽ, & cõmemorari ab hominibus, cõcessum sibi esse post transmarinã peregrinationẽ, vt coniuncta terra amborum coniugũ terra tegeretur. Quando autem ista inanitas plenitudine bonitatis tuæ cœperat in eius corde non esse, nescibam, & lętabar admirãs quod sic mihi apparuisset: quanquam, & illo sermone nostro ad fenestram cum dixit, iam quid hic facio, non apparuit desiderare in patria mori. Audiui etiam postea, quod iã cum

L Ostijs essemus, cum quibusdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodã die de contemptu vitæ huius, & bono mortis, vbi ipse non aderam: Illisque stupentibus virtutem fœminæ, quam tu dederas ei, quærentibusque vtrum non formidaret tam longe à sua ciuitate corpus relinquere: nihil (inquit) longe est Deo, neque timendũ est ne ille non agnoscat in fine seculi, vnde me resuscitet. Ergo die nono ægritudinis suę, quinquagesimo & sexto anno ætatis suę, & tricesimo, & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa, & pia corpore soluta est.

Quomodo luxerit mortem matris. Cap. 12.

PRemebam oculos eius, & confluebat in pręcordia mea męstitudo ingens, & trãsfluebat in lachrymis, ibidemque oculi mei violento animi imperio resorbebant fontem suum vsque ad siccitatem, & in tali luctamine valde male mihi erat. Tũ vero vbi efflauit extremum spiritum, puer Adeodatus exclamauit in plãctum, atque ab omnibus nobis coercitus tacuit. Hoc modo etiam meum quiddam puerile quod labebatur in fletus, iuuenili voce cordis coercebatur, & tacebat. Neq; enim decere arbitrabamur funus illud quæstibus lachrymosis gemitibusque celebrare: quia his plerũque solet deplorari quędam miseria morientium, aut quasi omnimoda extinctio. At illa nec misere moriebatur, nec omnino moriebatur. Hoc & docu

M mentis morum eius, & side nõ ficta rationibusque certis tenebamus. Quid ergo erat quod intus mihi grauiter dolebat, nisi ex cõ-

suetudine simul viuendi dulcissima, & charissima repente simul dirupta, vulnus recens? Gratulabar quidem testimonio eius, quod in ea ipsa vltima ægritudine obsequijs meis interblãdiẽs appellabat me piũ, & cõmemorabat grãdi dilectionis affectu nũquã se audisse ex ore meo iaculatũ in se durũ aut contumelioſum sermonem. Sed tamẽ quid tale Deus meus qui fecisti nos, quid comparabile habebat honor à me delatus illi, & seruitus ab illa mihi? Quoniã itaque deserebar tam magno eius solatio, saucabatur anima mea, & quasi dilaniabatur vita, quæ vna facta fuerat ex mea, & illius. Cohibito ergo à fletu illo puero, psalterium aperuit Euodius, & cantare cœpit psalmum. Cui respondebamus omnis domus. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine. Audito autem quid ageretur, cõuenerũt multi fratres ac religiosæ fœminæ, & de more illis quorum officium erat funus curantibus, ego in parte vbi decenter A poteram cum eis qui me non deserendũ esse censebant, quod erat tempori congruum disputabam, eoque fomento veritatis mitigabã cruciatum tibi notum, illis ignorantibus, & intente audientibus, & sine sensu doloris me esse arbitrantibus. At ego in auribus tuis, vbi eorum nullus audiebat, increpabam molliciẽ affectus mei, & constringebam fluxum mœroris, cedebatque mihi paululum, rursusque impetu suo ferebatur, non vsq; ad eruptionẽ lachrymarum, nec vsque ad vultus mutationem, sed ego sciebã quid corde premerẽ. Et quia mihi vehementer displicebat tantum in me posse hæc humana, quæ ordine debito, & sorte conditionis nostræ accidere necesse est, alio dolore dolebã dolorẽ meum, & duplici tristitia macerabar. Cum ecce corpus elatum est, imus & redimus sine lachrymis. Ná ne Missa que in eis precibus quas tibi fudimus, cum pro defunctis offerretur pro ea sacrificium precij nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadauere priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet, nec in eis precibus ego fleui, sed toto die grauiter in occulto mœstus eram, & mente turbata rogabam te vt poteram, quod sanares dolorem meum, nec faciebas, credo commendans memoriæ meæ, vel hoc vno documẽto omnis consuetudinis vinculũ, etiam aduersus mentem, quæ iam nõ faliaci verbo pascitur. Visum etiam mihi est vt irẽ lauatum, quod audieram inde balneis nomen indi- παρὰ τὸ ἀποβάλλειν τὰς ἀνίας. tum, quia Græci βαλάνειον, dixerint, quod anxietatem pellat ex animo. Ecce, & hoc

confiteor misericordię tuę pater orphanorum, quoniam laui, & talis eram qualis priusquam lauissem. Neq; enim exudauit de corde meo mœroris amaritudo. Deinde dormiui & euigilaui, & non parua ex parte mitigatum inueni dolorem meum, atque vt eram in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosij tui: Tu es enim Deus creator omnium, Poliq; rector: vestiens Diem decoro lumine, Noctem soporis gratia. Artus solutos vt quies, Reddat laboris vsui: Mentesq; fessas alleuet, Luctusq; soluat anxios. Atq; inde paulatim reducebã in pristinum sensum ancillam tuam, conuersationemq; eius piam in te, & sanctam, in nos blandam atque morigeram, qua subito destitutus sum: & libuit flere in conspectu tuo de
C illa, & pro illa, de me, & pro me. Et dimisi lachrymas quas continebã, vt effluerẽt quantum vellent, substernens eas cordi meo: & requieuit in eis, quoniam ibi erãt aures tuæ, non cuiusquam hominis superbe interpretantis ploratum meum. Et nunc dñe confiteor tibi in literis. Legat qui volet, & interpretetur vt volet, & si peccatũ inuenerit fleuisse me matrem exigua parte horæ, matrem oculis meis interim mortuam, quæ me multos annos fleuerat, vt occultis tuis viuerem: non irrideat, sed potius, si est grandi charitate, pro peccatis meis fleat ipse ad te patrem omnium fratrum Christi tui.

Orat ꝓ matre defuncta. Cp.13.

EGo autem iam sanato corde ab illo vulnere in quo poterat redargui carnalis affectus, fundo tibi Deus noster ꝓ illa famula tua lõge aliud lachrymarũ genus, qđ manat de cõcusso spiritu consideratione periculorũ

1.Co.15. omnis aiæ, quę in Adã moritur. Quãquam illa in Christo viuificata, etiam nõdum carne resoluta sic vixerit vt laudetur nomẽ tuũ in fide moribusq; eius: non tamen audeo dicere, ex quo eam per baptismum regenerasti, nullum verbum exisse ab ore eius cõtra
D præceptũ tuũ. Et dictum est à veritate filio tuo: Si quis dixerit fratri suo, fatue, reus erit

Matt.5. gehennę ignis. Et væ etiam laudabili vitę hominum, si remota misericordia discutias eam. Quia uerò non exquiris delicta uehementer, fiducialiter speramus aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ. Quisquis autem tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi munera tua? O si cognoscant se omnes homines, & qui gloriantur in domino glorientur. Ego itaque

1.C.10. laus mea, & vita mea Deus cordis mei sepositis paulisper bonis eius actibus, pro quibus tibi gaudens gratias ago nunc pro peccatis matris meę deprecor te, exaudi me per medicinam vulnerum nostrorũ, quæ pependit in ligno, & sedens ad dexteram tuam, te interpellat pro nobis. Scio misericorditer Rom.8 operatam, & ex corde dimisisse debita debitoribus suis: dimitte illi & tu debita sua, siqua etiam contraxit per tot annos post Matth.6 aquam salutis. Dimitte domine, dimitte obsecro, ne intres cum ea in iudicium. Superexultet misericordia iudicium, quoniam Ps.142 eloquia tua uera sunt, & promisisti misericordiam misericordibus. Quod ut essent, Iaco.2. tu dedisti eis, qui misereberis cui misertus Matt.5. eris, & misericordiam tuam præstabis cui Rom.9 misericors fueris. Et credo iam feceris quod te rogo, sed voluntaria oris mei approba domine. Namque illa imminente die resolutionis suæ nõ cogitauit suum corpus sumptuose contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupiuit, aut curauit sepulchrum patrium. Non ista mandauit Oratio nobis, sed tantummodo memoriam sui ad ꝓ defunctis ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei tare prætermissione seruierat, vnde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est chi- Col.2. rographum quod erat cõtrarium nobis, qua triumphatus est hostis computans delicta nostra, & quærens quid obijciat, & nihil inueniens in illo in quo vincimus. Quis ei reddet innocentem sanguinem? Quis ei restituet precium quo nos emit vt nos auferat ei? Ad cuius precij nostri sacramentum ligauit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Nemo à protectione tua dirumpat eam. Non se interponat nec ui nec insidijs leo, & draco: ne- F que enim respondebit illa nihil se debere, ne conuincatur, & obtineatur ab accusatore callido: sed respondebit dimissa debita sua ab eo, cui nemo reddet quod pro nobis non debens reddidit. Sit ergo in pace cum viro, ante quem nulli, & post quem nulli nupta est, cui seruiuit fructum tibi afferens cum tolerantia, vt eum quoque lucraretur tibi. Et inspira domine Deus meus, inspira seruis tuis fratribus meis, filijs tuis dominis meis, quibus & voce, & corde, & literis seruio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuũ Monicæ famulæ tuæ, cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam quemadmodum nescio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce transitoria, & fratrum

rum meorum sub te patre in matre catholica, & ciuium meorum in æterna Hierusalem, ciui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu vsque ad reditum, vt quod à me illa poposcit extremum, vberius ei præstetur in multorum orationibus, tam per confessiones quàm per orationes meas.

GD. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber decimus.

Confessio cordis. Cap.1. 1.Co.13.

Ognoscã te cognitor meus, cognoscam te, sicut, & à te cognitus sum. Virtus animæ meæ, intra in eam, & coapta tibi, vt habeas, & possideas sine macula, & ruga.

Ephe.5. Hæc est spes mea, ideo loquor, & in ea spe gaudeo, quando sanum gaudeo. Cętera vero vitæ huius tanto minus flenda, quanto magis fletur: & tanto magis flenda, quanto minus fletur in eis. Ecce enim veritatem dilexisti, quoniam qui facit eam, venit, ad lucem. Volo eam facere in corde meo cora te in confessione: in stylo autem meo coram multis testibus.

Deo nota arcana. Cap.2.

ETtibi quidem domine, cuius oculis nuda est abyssus humanæ cõscięntiæ, quid occultũ esset in me, ẽt si nollem confiteri tibi? Te enim mihi absconderem, non me tibi. Nunc autẽ quod gemitus meus testis est displicere
H me mihi, tu refulges & places, & amaris, & desideraris, vt erubescã de me, & abijciã me atq; eligã te, & nec tibi nec mihi placeã nisi de te. Tibi ergo dñe manifestus sum quicũque sim, & quo fructu tibi confitear dixi. Neque. n. id ago verbis carnis, & vocibus, sed verbis animæ, & clamore cogitationis, quem nouit auris tua. Cum enim malus sum, nihil est aliud cõfiteri tibi quàm displicere mihi:

Psal.5. Rom.4. cũ verò pius, nihil est aliud cõfiteri tibi, quàm hoc non tribuere mihi: quoniã tu dñe benedicis iusti ũ: sed prius eũ iustificas impiũ. Cõfessio itaq; mea Deus meus in conspectu tuo tibi tacite fit, & non tacite. Tacet. n. strepitu, clamat affectu. Neque enim dico rectè aliquid hominibus, quod non a me tu prius audieris, aut etiã tu aliquid tale audies à me

Cõfessio malorũ ad quid quod non mihi tu prius dixeris.

QVid mihi ergo est cum hominibus vt audiant confessiones meas, quasi ipsi sanaturi sint oẽs lãguores meos? Curiosum eẽ ducẽt genus ad cognoscẽdam vitã alienam, desidiosum ad corrigendã suam. Quid à me quæ- Cap.3. Ps.102. runt audire qui sim, qui nolunt à te audire qui sint? Et nunc sciũt cum à meipso de meipso audiunt, an verum dicam, quandoquidem nemo scit hominum quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Si I autem à te audiant de seipsis nõ poterunt di- 1.Co.2. cere, mentitur dominus. Quid est enim à te audire de se, nisi cognoscere se? Quis porrò cognoscit, & dicit falsum est, nisi ipse mẽtia- 1.Co.13. tur? sed quia charitas omnia credit, inter eos vtique quos connexos sibimet vnum facit, ego quoque domine etiam sic tibi confiteor, vt audiãt homines, quibus demonstrare non possum an vera confitear, sed credunt mihi quorũ aures charitas aperit. Verũtamen tu Psal.31. medice meus intime, quo fructu ista faciã, eli qua mihi: nam confessiones præteritorũ malorum meorum, quæ remisisti, & texisti vt beares me in te, mutans animam meam fide & sacramento tuo, cũ legũtur, & audiuntur, excitãt eor ne dormiat in desperatione, & dicat, nõ possum: sed euigilet in amore misericordiæ tuæ, & dulcedine gratiæ tuæ, qua potẽs est omnis infirmus, qui sibi per ipsam fit conscius infirmitatis suæ. Et delectat bonos audire pręterita mala eorum qui iam carent eis: nec ideo delectat qui mala sunt, sed quia fuerunt, & non sunt. Quo itaque K fructu domine Deus meus cui quotidie cõfitetur conscientia mea, spe misericordiæ tuæ securior quàm innocentia sua. Quo fructu quæso etiam hominibus coram te confiteor per has literas adhuc quis ego sim, non quis fuerim? Nam illum fructum vidi, & commemoraui. Sed quis adhuc sim, ecce in ipso tempore confessionum mearum, & multi hoc nosse cupiunt qui me nouerunt, & non me nouerunt, qui ex me vel de me aliquid audierunt, sed auris eorum non est ad cor meum, vbi ego sum quicunque sum. Volunt ergo audire confitentem me quid ip se intus sim, quò nec oculum, nec aurem, nec mentem possunt intendere, crediturí tamen volunt, nunquid cogniturí? Dicit enim eis charitas qua boni sunt, nõ mentiri me de me confitentem, & ipsa in eis credit mihi.

Qđ ma gni sint fructus cõfessionis.

SEd quo fructu id volunt? An congratulari mihi cupiunt cum audierint quantũ ad te accedã munere tuo, & orare ꝓ me cum audierint quantum retarder pondere meo? Indicabo me talibus. Non enim parvus est nis.

fructus domine Deus meus, vt a multis tibi gratiæ agantur de nobis, & à multis rogeris pro nobis. Amet in me fraternus animus qđ L amandum doces, & doleat in me quod dolen
Ps. 143. dum doces. Animus ille hoc faciat fraternus, non extraneus, non filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: sed fraternus ille qui cum approbat me, gaudet de me: cum autem improbat me, contristatur de me: quia siue approbet me, siue improbet, diligit me. Indicabo me talibus, respirent in bonis meis, suspirent in malis meis. Bona mea instituta tua sunt, & dona tua: mala mea delicta mea sunt, & iudicia tua. Respirent in illis & suspirent in his, & hymnus & fletus ascendant in conspectum tuum de fraternis
Apoc. 8. cordibus thuribulis tuis. Tu autem domine
Psal. 50. delectatus odore sancti tẽpli tui, miserere mei secundum magnã misericordiam tuam, propter nomen tuum, & nequaquã deserens cœpta tua, consummia imperfecta mea. Hic est fructus confessionum mearum, non qualis fuerim, sed qualis sim, vt hoc confitear, non tantum coram te secreta exultatione cum tre
Phil. 2. more & secreto mœrore cum spe, sed etiam in auribus credentium filiorum hominum, sociorum gaudij mei, & consortium mortalitatis meę, ciuium meorum & mecum peregrinorum, pręcedentium & consequentium,
M & comitũ vię meæ. Hi sunt serui tui fratres mei, quos filios tuos esse voluisti, dominos meos quibus iussisti vt seruiam, si volo tecũ de te viuere. Et hoc mihi verbum tuum parum erat, si loquẽdo præciperet, nisi & facien do præiret. Et ego id ago factis & dictis, id ago sub alis tuis nimis cum ingenti periculo: nisi quia sub alis tuis tibi subdita est anima mea, & infirmitas mea tibi nota est. Paruulus sum, sed viuit semper pater meus, & idoneus est mihi tutor meus. Idem ipse est enim qui genuit me & tuetur me: & tuipse es omnia bona mea, tu omnipotens qui mecum es, & priusquam tecum sim. Indicabo ergo talibus qualibus iubes vt seruiam, non quis fuerim, sed quis iam sim, & quis adhuc sim, sed neque meipsum diiudico. Sic itaque audiar.

Hominum sese totũ nõ nosse. Deũ in ænigmate cognoscere.

TV enim domine diiudicas me, quia etsi nemo scit hominũ quę sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: tamẽ est aliquid hominis, quod nec ipse scit spiritus hominis qui in ipso est: tu autem domine scis eius omnia qui fecisti eum. Ego vero quamuis præ tuo conspectu me despiciam, & estimem me terrã & cinerem, tamen aliquid de scere te scio quod de me nescio. Et certe nũc videmus per speculum in ænigmate, nondũ facie ad faciem, & ideo quandiu peregrinor abs te, mihi sum præsentior quàm tibi, & tamen te noui nullo modo posse violari. Ego verò quibus tentationibus resistere valeam, qui busue non valeam, nescio. Et spes es, quia fidelis es, qui nos non sinis tentari supra id quàm possumus ferre, sed facis cum tentatione etiam exitum vt possimus sustinere. Confitear ergo quid de me sciam, cõfitear & quid de me nesciam. Quoniã & quod de me scio, te mihi lucente scio: & quod de me nescio, tamdiu nescio, donec fiant tenebræ meę sicut
Ps. 138. meridies in vultu tuo, non dubia sed certa conscientia.

DOmine amo te. Percussisti cor meũ verbo tuo, & amaui te. Sed & cœlum & terra, & omnia quę in eis sunt, ecce vndiq; mihi dicunt vt te amem, nec cessant dicere omnibus vt sint inexcusabiles. Altius autem tu misereberis cui misertus eris, & misericordiã præstabis cui misericors fueris. Alioquin cœlum & terra surdis loquuntur laudes tuas. Quid aũt amo cum te amo? Non speciem corporis, nec decus temporis, nec candorẽ lucis. ecce istis amicũ oculis, non dulces melodias suauium cantilenarũ omnimodarũ, non florum & vnguentorũ & aromatum suaueolentiã, non manna & mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus. Non hæc amo cum amo Deum meum, & tamen amo quandam lucẽ, & quandã vocẽ, & quendã odorẽ, & quendã cibũ, & quẽdam, amplexũ cũ amo Deũ meum, lucẽ, vocẽ, odorem, cibũ, amplexum interioris hominis mei: vbi fulget animę meę, quod non capit locus, & vbi sonat quod non rapit tempus, & vbi olet quod non spargit flatus, & vbi sapit quod non minuit edãcitas, & vbi hæret quod non diuellit satietas. Hoc est quod amo cũ Deum meũ amo. Et quid est hoc? Interrogaui terrã, & dixit: Non sum: & quęcunq; in eadẽ sunt, idẽ confessa sunt. Interrogaui mare & abyssos, & reptilia animarũ viuarũ, & respõderunt: Non sumus Deus tuus, quęre super nos. Interrogaui auras flabiles, & inqt vniuersus aer cũ incolis suis: Fallitur Anaximenes, non sum Deus tuus. Interrogaui cœlũ, solem, lunam, stellas, neq; nos sumus Deus quẽ quæris, inquiunt. Et dixi omnibus ijs quæ circunstant fores carnis meæ: Dicite mihi de Deo meo, quod vos nõ estis, dicite mihi de illo aliquid.

Et

C Et exclamauerũt voce magna: Ipse fecit nos.
Psal. 99. Interrogatio mea, intentio mea, & responsio eorũ, species eorum. Et direxi me ad me, & dixi mihi: Tu quis es? Et respondi, homo. Et ecce corpus & anima in me mihi pñto sunt, vnũ exterius, & alterũ interius. Quid horũ est vnde quærere debui Deũ meũ, quẽ iam quæsiueram per corpus à terra vsq; ad cęlũ, quousq; potui mittere nuncios, radios oculorum meorũ? Sed melius quod interius est: Ei quippe renunciabant oẽs nuncij corporales præsidenti & iudicanti de singulis responsionibus cœli & terræ, & omniũ quæ in eis sunt dicentiũ, Non sumus Deus, sed ipse fecit nos: homo interior cognouit hæc per exterioris ministerium, ego interior cognoui hæc, ego ego animus per sensus corporis mei. Interrogaui mundi molẽ de Deo meo, & respondit mihi: Nõ ego sum, sed ipse me fecit. Nonne omnibus quibus integer sensus est, apparet hæc spẽs? Cur non omnibus eadẽ loquitur? Animalia pusilla & magna vident eã, sed interrogare nequeunt. Nõ enim præposita est in eis nunciantibus sensibus iudex ratio. Homines aũt possunt interrogare, vt inuisibilia Dei p ea quæ facta sunt intellecta cõspiciantur. Sed amore subduntur eis, & subditi iudi-
Rom. 1. D care nõ possunt. Nec respondent ista interrogãtibus nisi iudicãtibus: nec vocẽ suã mutãt, ideſt speciẽ suam, si alius tm̃ videat, alius aũt videẽs interroget, vt aliter illi appareat, aliter huic: sed eodẽ modo vtriq; apparens, illi muta est, huic loquitur: immò verò omnibus loquitur, sed illi intelligunt qui eius vocẽ acceptã foris, intus cũ veritate conferunt. Veritas enim dicit mihi: Nõ est Deus tuus cœlũ & terra, neq; omne corpus. Hoc dicit eorũ natura. Vide, En moles minor ẽ in parte quàm in toto. Iam tu melior es, tibi dico anima, qm̃ tu vegetas molem corporis tui, præbẽs ei vitam quod nullum corpus præstat corpori: Deus aurem tuus etiam tibi vita est.

Rom. 1. Corporea virtute Deus nõ inuenitur. Cap. 7.

QVid ergo amo cum Deũ meum amo? Quis est ille super caput animæ meę? Per ipsam animã meam ascendam ad illum. Transibo vim meam, qua hæreo corpori & vitaliter compagem eius repleo. Non ea vi reperio Deum meum, nam reperiret equus & mulus quibus non est intellectus, & est eadẽ vis qua viuunt etiam eorum corpora. Est alia vis nõ solum qua viuificO, sed etiam
Psal. 31. qua sensifico carnẽ meam, quam mihi fabricauit dominus, iubẽs oculo vt non audiat, & auri vt non videat, sed illi per quem videam, huic per quã audiã, & propria sigillatim cæteris sensibus sedibus suis, & officijs suis, quæ diuersa per eos ago, vnus ago animus. Transibo & istã vim meã. Nã & hãc habet equus & mulus, sentiunt enim etiã ipsi per corpus. E

TRansibo ergo & istam vim naturæ meæ gradibus ascendens ad eum qui fecit me, & venio in cãpos & lata prætoria memoriæ meæ, vbi sunt thesauri innumerabilium imaginũ de huiusce modi rebus sensis inuectarũ. Ibi reconditum est quicquid etiã cogitamus, vel augendo, vel minuendo, vel vtcunq; variando ea quę sensus attigerit, & si quid aliud commendatum & repositum est, quod nondum absorbuit & sepeliuit obliuio. Ibi quando sum posco vt proferatur quicquid volo, & quædam statim prodeunt, quædam requiruntur diutius, & tanquam de abstrusioribus quibusdam receptaculis eruuntur: quædam cateruatim se proruunt, & dum aliud petitur & quæritur, prosiliunt in medium quasi dicentia, Ne forte nos sumus? Et abigo ea manu cordis à facie recordationis meæ, donec enubiletur illud quod volo, atque in conspectum prodeat ex abditis. Alia faciliter atq; imperturbata serie, sicut poscuntur suggerun tur, & cedunt præcedentia consequentibus, & cedendo conduntur iterum cum voluero processura. Quod totũ fit, cum aliquid nar- F
ro memoriter. Ibi sunt omnia distincte generatimq; seruata, quæ suo quæq; aditu ingesta sunt: sicut lux atq; omnes colores, formæq; corporum per oculos, per aures autẽ omnia genera sonorũ, omnesq; odores per aditum narium, oẽs sapores per oris aditum, ad sensum autẽ totius corporis, quid durum, quid molle, quid calidũ, frigidumue, lene aut asperum, graue seu leue, siue extrinsecus, siue intrinsecus corpori. Hæc omnia recipit recolenda cum opus est & retractanda grandis memoriæ recessus, & nescio qui secreti atque ineffabiles sinus eius, quæ omnia suis quæq; foribus intrant ad eam, & reponuntur in ea: nec ipsa tamen intrant, sed rerum sensatarũ imagines illic præsto sunt cogitationi remini scẽti eas. Quæ quomodo fabricatæ sint, quis dicit, cum appareat quibus sensibus raptæ sint interiusq; reconditæ? Nam & in tenebris atq; in silentio dum habito, in memoria mea profero, si volo colores, & discerno in- G
ter album & nigrum, & inter quos alios volo, nec incurrunt soni atq; perturbant, quod per oculos hausum considero, cum & ipsi sunt, & quasi scorsum repositi latẽant. Nã &

ipsos

ipsos posco si placet, atque adsunt illico. Et quiescente lingua, ac silente gutture, canto quantum volo: imaginesq; illæ colorũ quæ nihilominus ibi sunt, nõ se interponunt, neq; interrumpunt, cum thesaurus alius retractatur qui influxit ab auribus. Ita cætera quæ per sensus cæteros ingesta atq; congesta sunt, recordor prout libet. Et auram liliorum discerno à violis, nihil olfaciẽs, & mel defruto, lene aspero, nihil tunc gustando neq; contrectando, sed reminiscendo antepono. Intus hæc ago in aula ingenti memoriæ meæ. Ibi enim mihi cœlum & terra & mare præsto sunt, cum omnibus quæ in eis sentire potui, præter illa quæ oblitus sum. Ibi & ipse mihi occurro, meq́ue recolo, quid, quando, & vbi egerim, quoque modo cum agerem affectus fuerim. Ibi sunt omnia quę siue experta à me, siue credita memini. Ex eadẽ copia etiam similitudines rerum, vel expertarum, vel ex eis quas expertus sum creditarum. alias atq; alias & ipse cõtexo præteritis, atq; ex his etiã futuras actiones & euẽta & spes, & hæc omnia rursus quasi pśentia meditor. Faciam hoc aut illud dico apud me in ipso ingẽti sinu animi mei pleno tot & tantarum rerum imaginibus, & hoc aut illud sequetur. O si esset hoc aut illud. Auertat Deus hoc aut illud. Dico apud me ista, & cum dico, præsto sunt imagines omniũ quæ dico ex eodẽ thesauro memoriæ, nec omnino aliquid eorũ dicerem si defuissent. Magna ista vis est memorię, magna nimis Deus meus, penetrale amplum & infinitum. Quis ad fundum eius peruenit? Et vis est hęc animi mei, atque ad meam naturam pertinet, nec ego ipse capio totũ quod sum. Ergo animus ad habẽdum seipsum angustus est, vt vbi sit quid sui non capiat. Numquid extra ipsum ac non in ipso? Quomodo ergo nõ capit? Multa mihi super hoc oboritur admiratio, stupor apprehendit me. Et eunt homines admirari alta montium, & ingentes fluctus maris, & latissimos lapsus fluminum, & Oceani ambitum, & gyros syderũm, & relinquunt seipsos, nec mirantur. Quin hęc omnia cum dicerem, non ea videbã oculis, nec tamen dicere nisi montes & fluctus & flumina & sydera quæ vidi & Oceanum quem credidi, intus in memoria mea viderem spacijs tam ingentibus quasi foris viderem: nec ea tamen videndo absorbui, quando vidi oculis: nec ipsa sunt apud me, I sed imagines eorum, & noui quid ex quo sensu corporis impressum sit mihi.

Sed non ea sola gestat immensa ista capacitas memoriæ meæ. Hinc sunt & illa ꝯia quæ de doctrinis liberalibus percepta nondũ plinarũ exciderunt, quasi remota interiore loco, non loca, nec eorum imagines, sed res ipsas gero. Nam quid sit literatura, quid peritia disputandi, quot genera quæstionum, quicquid hõ quã rum scio, sic est in memoria mea, vt non re- co, sed tenta imagine rem foris reliquerim: aut sitatione nuerit & præterierit, sicut vox impressa per verbo aures vestigio quo recoleretur, quasi sonaret gram cum iam non sonaret: aut sicut odor dum ticã transit & euanescit in ventos, olfactum affi- camuscit, vnde traijcit in memoriã imaginem sui, quam reminiscendo repetamus: aut sicut cibus qui certe in ventre iam non sapit, & tamen in memoria quasi sapit: aut sicut aliquid quod corpori tangendo sentitur, quod etiam separatum à nobis imaginatur memoria. Istę quippe res non intromittuntur ad eam, sed earum solæ imagines mira celeritate capiuntur, & miris tanquam cellis reponuntur, & mirabiliter recordando proferuntur. K

At vero cũ audio tria genera esse quæ- Sensus stionum, an sit, quid sit, quale sit, sonorũ res quidem quibus hæc verba confecta sunt, ima dunt gines teneo, & eos per aures cum strepitu transisse, ac iam non esse scio. Res verò ipsas Cap. quæ illis significantur sonis, neque vllo sensu corporis attigi, nec vspiam vidi præter animum meum, & in memoria recondidi, non imagines earum, sed ipsas. Quæ vnde ad me intrauerint, dicam si possum. Nam percurro ianuas omnis carnis meæ, nec inuenio qua earum ingressæ sint. Quippe oculi dicunt: Si coloratę sunt, nos eas nũciauimus. Aures dicunt: Si sonuerunt, à nobis indicatæ sunt. Nares dicunt: Si oluerunt, per nos transierunt. Dicit etiam sensus gustandi: Si sapor non est, nihil me interroges. Tactus dicit: Si corpulentum non est, non contrectaui. Si non contrectaui, non indicaui. Vnde & quæ hæ intrauerũt in memoriam meam? Nescio quomodo: nam cum ea didici, non credidi alieno cordi, sed in meo recognoui, & vera esse approbaui, & commendaui ei tanquam reponens, vnde proferrem cum vellem. Ibi ergo erant, & antequam eam didicissem, sed in memoria non erant. Vbi ergo aut quare cum dicerentur agnoui, & dixi: Ita est, & L verum est, nisi quia iam erant in memoria, sed tam remota & retrusa, quasi in caueis abditioribus, vt nisi admonente aliquo eruerentur, ea fortasse cogitare non possem.

Quo

Spẽs rerũ in animã. Cap. 11.

Quocirca inuenimus nihil esse aliud discere ista quorum non per sensus haurimus imagines, sed sine imaginibus, sicuti sunt per seipsa intus cernimus, nisi ea quæ passim atque indisposite memoria cõtinebat cogitando quasi colligere, atque animaduertendo curare, vt tanquam ad manum posita in ipsa memoria, vbi sparsa prius, & neglecta latitabant, iam familiari intentioni facilè occurrant. Et quàm multa huiusmodi gestat memoria mea, quæ iam inuenta sunt, & sicut dixi, quasi ad manum posita, quæ & didicisse, & nosse dicimur. Quæ si modestis temporũ interuallis recolere desiuero, ita rursus demerguntur, & quasi in remotiora penetralia dilabuntur, vt denuo velut noua excogitanda sint in idem iterum. Neque enim est alia regio eorum, & cogẽda rursus, vt sciri possint, id est, velut ex quadam dispersione colligenda, vnde dictum est cogitare. Nam cogo, & cogito sic est, vt ago, & actio, facio & factito. Veruntamen sibi animus hoc M verbum proprie vendicauit, vt non quod alibi, sed quod in animo colligitur, id est, cogitur, cogitari proprie iam dicatur.

Cogitare à cogendo.

Mathematicorum memoria. Cap. 12.

Item continet memoria numerorum dimensionumq́; rationes, & leges innumerabiles, quarum nullã corporis sensus impressit: quia nec ipsæ coloratæ sunt, aut sonant, aut olent, aut gustatæ, aut contrectatæ sunt. Audiui sonos verborũ quibus significantur, cum de his disseritur: sed illi alij, istę autem aliæ sunt. Nam illi aliter græce, aliter latine sonãt: istę verò res, nec græce, nec latine sunt, nec aliud eloquiorum genus. Vidi lineas fabrorum, vel etiam tenuissimas, sicut filũ aranęæ, sed illæ aliæ sunt, non sunt imagines earum quas mihi nunciauit carnis oculus. Nouit eas quisquis sine vlla cogitatione qualiscunque corporis intus agnouit eas. Sensi etiã numeros oibus corporis sensibus quos numeramus, sed illi alii sunt quibus numeramus, nec imagines istorum sunt, & ideo valde sunt. Rideat me ista dicentem, qui eos nõ videt, & ego doleam ridentem me.

Affectionum memoria. Cap. 13.

Hæc omnia memoria teneo, & qũo ea didicerim memoria teneo. Multa etiam, quæ aduersus hæc falsissime disputantur, audiui et memoria teneo, quę tametsi falsa sunt tamen ea meminisse me non est falsum, & discreuisse me inter illa uera, & hæc falsa, q̃ contradicuntur. Et hoc memini, aliteréque nunc uideo discernere me ista, aliter autem memini sæpe me discreuisse, cum ea sæpe cogitarem. Ergo & intellexisse me sæpius ista memini, & quod nunc discerno & intelligo, recondo in memoria, ut postea me nunc intellexisse meminerim. Ergo & meminisse me memini, sicut postea quod hæc reminisci nunc potui si recordabor, utique per vim memoriæ recordabor. Affectiones quoque animi mei eadem memoria continet, non illo modo, quo eas habet ipse animus cum patitur eas, sed alio multum diuerso, sicut se habet uis memoriæ. Nam & lætatum me fuisse reminiscor, non lætus, & tristitiam meam præteritam recordor non tristis. Et me aliquando timuisse recolo sine timore, & prælinæ cupiditatis sine cupiditate sum memor aliquando. Et econtrario tristitiã meã transactam lætus reminiscor, & tristis lætitiam meam.

Quod mirandũ non est de corpore: aliud enim animus, aliud corpus. Itaque si læti qũo præteritum dolorem corporis gaudens memini, non ita mirum est. Hic uerò cum animus sit etiam ipsa memoria. Nam & cũ mãdamus aliquid ut memoriter habeatur, dicimus, vide ut illud in animo habeas: & cum obliuiscimur, dicimus, non fuit in animo: & elapsum est animo: ipsam memoriam vocantes animum. Cum ergo ita sit, quid est hoc, Animus quod cũ tristitiã meã præteritã lætus memi- pro mescio, animus habet lætitiam, & memoria tristi- moria. tiã, lętusq́; est animus ex eo quod inest ei lætitia, memoria uerò ex eo quod ineat ei tristitia, tristis non est? Num forte nõ pertinet ad animũ? Quis hoc dixerit? Nimirũ ergo memoria quasi venter est animi: lætitia vero atque tristitia quasi cibus dulcis & amarus, cũ memoriæ commendantur, quasi traiecta in ventrem recõdi illuc possunt, sapere nõ possunt. Ridiculum est hæc illis similia putare, nec tamen sunt omnimodo dissimilia. Sed ecce de memoria profero cum dico quatuor esse perturbationes animi, cupiditatem, lætitiã, metũ, tristitiam, & quicquid de his disputare potuero, diuidendo singula per species sui cuiusque generis, & definiendo, ibi inuenio quid dicam atque inde profero: nec tũ ulla earũ perturbatione perturbor, cum eas re- C miniscẽdo cõmemoro, et antequã recolerent à me & retractarẽtur, ibi erant, propterea inde per recordationem potuere depromi. Forte ergo sicut de uentre cibus ruminando, sic ista de memoria recordando proferuntur. Cur igitur in ore cogitationis nõ sentit à disputante, hoc est, à reminiscente lætitia

dulcedo

dulcedo uel amaritudo mœstitiæ? An in hoc dissimile est, quod non vndique simile est? Quis enim talia uolens loqueretur, si quoties tristitiam metumve nominamus, toties mœrere, uel timere cogeremur? Et tamen non ea loqueremur, nisi in memoria nostra non tantum sonos nominum secundum imagines impressas sensibus corporis, sed etiam rerum ipsarum notiones inueniremus, quas nulla ianua carnis accepimus, sed eas ipse animus per experientiam passionum suarum sentiens, memoriæ commendauit, aut ipsa sibi hæc ét nõ commendata retinuit.

Etiam q̃ absunt memini mus. Ca. 15.

SEd utrum per imagines an non, quis facilè dixerit? Nomino quippe lapidem, nomino solem, cum res ipsæ non adsunt sensibus meis, in memoria sanè mea prẽsto sunt imagines earũ. Nomino dolorem corporis, D nec mihi adest dum nihil dolet, nisi tñ adesset imago eius in memoria mea, nesciré quid dicerem, nec eum in disputando à uoluptate discernerem. Nomino salutem corporis, cũ saluus sum corpore, adest mihi quidem res ipsa, ueruntamen nisi & imago eius inesset in memoria mea, nullo modo recordarer, quid huius nominis significaret sonus: nec ægrotantes agnoscerent salute nominata quid esset dictum, nisi eadem imago vi memoriæ teneretur, quáuis ipsa res abesset corpore. Nomino numeros quibus numeramus. En adsunt in memoria mea, nõ imagines eorũ, sed ipsi. Nomino imaginem solis, & hæc adest in memoria mea. Neque.n. imaginẽ imaginis eius, sed ipsam recolo, ipsa mihi reminiscenti præsto est. Nomino memoriam & agnosco quod nomino. Et ubi agnosco nisi in ipsa memoria? Num & ipsa per imaginem suam sibi adest, ac non per seipsam?

Et obliuionis memoria est. Ca. 16.

QVid cum obliuionem nomino, atque id idẽ agnosco quod nomino: unde agnoscerem nisi meminissem? Non eundem sonum nominis dico, sed rem quam significat: Quam si oblitus essem, quid ille valeret sonus, agnoscere utique non ualerem. Ergo cũ memoriam memini, per seipsam sibi prẽsto E est ipsa memoria. Cũ uero memini obliuionem, & memoria præsto est, & obliuio. Memoria qua meminerim, obliuio quam memi nerim. Sed quid est obliuio nisi priuatio memoriæ? Quomodo ergo adest, vt eam meminerim, quando cum adest meminisse nõ possum? At si quod meminimus, memoria retinemus, obliuionẽ aũt nisi meminissemus, nequaquã possemus audito isto nomine rẽ quę illo significat sono agnoscere: Memoria retinetur obliuio. Adest ergo ne obliuiscamur, quæ cum adest obliuiscimur. An ex hoc intelligitur non per seipsam inesse memoriæ cum eam meminimus, sed per imaginẽ suã? Quia si per seipsam præsto esset obliuio, non ut meminissemus, sed ut obliuisceremur efficeret. Et hoc quis tãdẽ indagabit? quis cõprehendet quo sit? Ego certe dñe laboro hic, & laboro in meipso: factus sum mihi terra difficultatis, & sudoris nimii. Neque.n. nũc scrutamur plagas cœli, aut syderum interualla dimetimur, uel terræ libramenta quærimus. Ego sum qui memini, ego animus. Nõ tã mirum si à me longe est, quicquid ego nõ sum. Quid autem propinquius meipso mihi? Et ecce memoriæ meæ vis non comprehẽditur à me, cum ipsum me non dicam præter illã. Quid enim dicturus sum qñ mihi certũ est F meminisse me obliuionẽ? An dicturus sum non esse in memoria mea quod memini? An dicturus sum ad hoc inesse obliuionẽ in memoria mea, ut non obliuiscar? Vtrunque absurdissimum est. Quid illud tertium? Quo pacto dicã imaginẽ obliuionis teneri in memoria mea, nõ ipsam obliuionẽ cũ eã memini? Quo pacto, & hoc dicã, quandoquidem cũ imprimit rei cuiusq̃ imago in memoria, prius necesse est, vt adsit res ipsa, vnde illa imago possit imprimi? Sic.n. Cartaginis memini, sic omniũ locorũ quibus interfui, sic facies hominũ quos vidi, & cæterorũ sensuum nunciata, sic ipsius corporis salutẽ siue doloré: Cum præsto essent ista, cepit ab eis imagines memoria, quas intuerer plentes, & retractarẽ animo, cũ illa, & absentia reminiscerer. Si ergo p̃ imaginẽ suã non p̃ seipsam in memoria tenetur obliuio, ipsa vtiq; aderat, vt eius imago caperetur. Cũ aũt adesset, quomodo imaginẽ suam in memoria conscribebat, quando id etiã quod iã notatũ inuenit, præsentia sua delet obliuio? Et tamen quocunq; G modo, licet sit modus iste incomprehensibilis, & inexplicabilis, etiam ipsam obliuionem meminisse me certus sum, qua id quod meminerimus obruitur.

MAgna ista vis est memorię, nescio quod horrẽdum Deus meus, profunda, & infinita multiplicitas, & hoc animus est, & hoc ego ipse sum. Quid ergo sum Deus meus? Quæ natura sum? Varia multimoda vita, & immensa vehemẽter. Ecce in memoriæ meæ campis, & antris, & cauernis innumerabilibus, atq; innumerabiliter plenis innumerabilium

bilium rerum generibus: siue per imagines: sicut omnium corporum: siue per p̃ntiam, sicut artium: siue per nescio quas notiones, vel notationes, sicut affectionum animi, quas & cum animus non patitur, memoria tenet, cũ in aío sit quicquid est in memoria, p̃ hæc oia discurro & volito hac atq; illac, penetro etiã quantũ possum, & finis nusquã: tanta uis est memoriæ, tanta vitæ vis est in homine viuẽte mortaliter. Quid igitur agã, tu uera mea vita Deus meus? Transibo, & hanc vim meam quæ memoria vocatur, transibo eam H vt perueniã ad te dulce lumẽ. Quid dicis mihi? Ecce ego ascendens per animũ meũ ad te qui desuper mihi manes. Transibo, & istam vim meam, quę memoria vocatur, volens te attingere vnde attingi potes, & inhærere tibi vnde inhærere tibi potest. Habent enim memoriam, & pecora & aues, alioquin nõ cubilia nidosue repeterent, nõ alia multa quibus assuescunt: neque enim, & assuescere valerẽt illis rebus nisi per memoriam. Transibo ergo & memoriam, vt attingam eum qui separauit me à quadrupedibus, & volatilibus cœli sapientiorem me fecit. Transibo & memoriam, & vbi te inueniam uere bona, & secura suauitas? Et vbi te inueniam?

Reminiscentia. Cap. 18. Luc. 15.

SI prẽter memoriam meam te inuenio, immemor tui sum. Et quomodo iam inueniam te, si memor non sum tui? Perdiderat.n. mulier drachmã, & quæsiuit eam cũ lucerna, & nisi memor eius esset, nõ inuenisset eam. Cũ.n. esset inuenta, vnde sciret vtrum ipsa esset, si memor eius nõ esset? Multa memini me perdita quęsisse atq; inuenisse. Inde istud scio, quia cũ quærerem aliquid eorũ, & diceretur mihi, num forte hoc est, num forte illud? tamdiu dicebam, nõ est, donec id offerretur quod quærebã. Cuius nisi memor essem, quicquid illud esset, etiam si mihi offerretur non inuenirem, quia non agnoscerem.

I Et semper ita fit, cũ aliquid perditum quærimus, & inuenimus. Veruntamen si forte aliquid ab oculis perit, non à memoria, veluti corpus quodlibet visibile, tenetur intus imago eius, & q̃ritur donec reddatur aspectui. Quod cum inuẽtum fuerit, ex imagine, quæ intus est, recognoscitur. Nec inuenisse nos dicimus quod perierat, si nõ agnoscimus: nec agnoscere possumus, si non inuenimus. Sed hoc perierat quidẽ oculis, memoria tenebaẽ.

Quid sit remini.. sci. ca. 19.

QVid cum ipsa memoria perdit aliquid, sicut fit cũ obliuiscimur, & quærimus vt recordemur? Vbi tandem quærimus, nisi in ipsa memoria? Et ibi sit aliud pro alio forte offeratur, respuimus, donec illud occurrat quod quęrimus, & cum occurrerit, dicimus, hoc est: quod non diceremus nisi agnosceremus: nec agnosceremus, nisi meminissemus. Certe ergo obliti fueramus. An non totum exciderat, sed ex parte qua tenebaẽ pars alia quærebatur, quia sentiebat se memoria non simul voluere quod simul solebat, & quasi detrũcata cõsuetudine claudicãs, reddi quod deerat flagitabat. Tãquam si homo notus si- K ue conspiciatur oculis, siue cogiteẽ, & nomen eius obliti requiramus, quicquid aliud occurrerit non connectitur: quia non cum illo cogitari cõsueuit, ideoq; respuitur donec illud adsit, vbi simul assuefacta notitia non inęqualiter acquiescat. Et vnde adest nisi ex ipsa memoria? Nã, & cum ab alio commoniti recognoscimus inde adest. Non.n. quasi nouum credimus, sed recordantes approbamus hoc esse quod dictum est. Si autem penitus aboleaẽ ex animo nec admoniti reminiscimur. Neq; enim omnimodo adhuc obliti sumus, quod vel oblitos nos esse meminimus. Hoc ergo nec amissum quærere poterimus, quod omnino obliti fueramus.

QVomodo ergo te quæro domine? Cum enim te deum meum quæro, vitam beatam quęro. Quęram te vt viuat anima mea. Viuit enim corpus meum de anima mea, & viuit anima mea de te. Quomodo ergo quę- Cap. 20. ro vitam beatam: quia non est mihi donec dicam, sat est illic: vbi oportet vt dicam? Quomodo eam quęro? Vtrum per recordationem tanquã eam oblitus sim, oblitumque me esse adhuc teneam: an per appetitum discendi incognitam, siue quam nunquam scierim, siue quam sic oblitus fuerim vt me nec L oblitum esse meminerim? Nonne ipsa beata Cõcor. vita quã omnes volunt, & omnino qui nolit 4. eã nemo est. Vbi nouerunt eã quod sic volũt sen. dist. eã? Vbi viderunt vt amãrẽt eã? Nimirũ ha- 49. ca. 2. bemus eã nescio qũo. Et est alius quidã modus quo quisq; cũ habeat eã, tũc beatus est: Et sunt q̃ spe beati sunt. Inferiore modo isti habẽt eã q̃ illi qui iam re ipsa beati sunt, sed tamẽ meliores quàm illi qui nec re, nec spe beati sunt. Qui tamen ét ipsi nisi aliquo modo haberẽt eam, nõ ita vellent beati esse, qđ eos velle certissimum est. Nescio quomodo nouerunt eam, ideoque habent eã in nescio qua notitia, de qua latago vtrũ in memoria sit: quia si ibi est, iã beati fuissemus aliquãdo. Vtrum singillatim omnes, an in illo homine

qui

qui primus peccauit: in quo omnes mortui sumus,& de quo omnes cum miseria nati sumus,non quæro nunc,sed quęro vtrũ in memoria sit beata uita. Neque enim amaremus eam nisi nossemus. Audimus nomen hoc,& rem ipsam omnes nos appetere fatemur. Nõ enim sono delectamur. Nam hoc cum latine audit græcus,non delectatur,quia ignorat quid dictum sit:nos autem delectamur, sicut etiam ille si græce hoc audierit: quñ res ipsa nec græca nec latina est,cui adipiscendæ Græci Latinique inhiant, cæterarũque linguarũ homines. Nota est igitur omnibus, qui una voce si interrogari possent, utrum beati esse vellent,sine ulla dubitatione, uelle responderent. Quod non fieret,nisi res ipsa cuius hoc nomen est,eorum memoria teneretur.

Memini mus, & eorum q̃ nunquã habuimus. Cap. 21.

NVnquid ita vt meminit Carthaginẽ qui vidit? Non. Vita.n.beata non vr oculis,quia non est corpus. Nunquid sicut meminimus numeros? Non. Hos.n.qui habet in notitia,non adhuc quęrit adipisci. Vitam verò bt̃am habemus in notitia: ideoq; amamus eã,& tñ adhuc adipisci eam volumus ut beati simus. Nunquid sicut meminimus eloquentiam? Non. Quanuis, & hoc nomine audito recordentur ipsam rem, qui etiã nondum sunt eloquẽtes,multiq; esse cupiant,vnde apparet eã esse in eorũ notitia: tñ per corporis sensus alios eloquẽtes animaduerterũt & delectati similiter hoc esse desiderant:quãquam nisi in exteriore notitia nõ delectarẽtur,neque hoc esse vellent nisi delectarẽtur. Beatam vero vitam nullo sensu corporis in
A alijs experimur. Nunquid sicut meminimus gaudiũ? Fortasse ita: Nã gaudiũ meum ita tristis memini,sicut vitam bt̃am miser:neq; vnquam corporis sensu gaudium meum,uel vidi,vel audiui, uel odoratus sum,uel gustaui, uel tetigi,sed expertus sum in animo meo q̃ lætatus sum: & adhæsit eius notitia memoriæ meæ, ut id reminiscei ualeam aliq̃ cũ aspernatione,aliq̃ cum desiderio, pro earum rerum diuersita e, de quibus me gauisum eẽ memini. Nã & de turpibus gaudio quodam perfusus sum,quod nunc recordans detestor atque execror:aliq̃ de bonis & honestis: qđ desyderans recolo, tametsi forte non adsunt, & ideo tristis gaudium pristinũ recolo. Vbi ergo & q̃ expertus sum uitam meã beatam, vt recorder eam,& amẽ & desiderem? Nec ego tñ,aut cum paucis,sed beati prorsus oẽs esse volumus. Quod nisi certa notitia nossemus, non tam certa voluntate vellemus. Sed quid est hoc,quod si ꝙratur à duobus,vtrum militare velint,fieri posset ut alter eorũ uelle se,alter nolle rñdeat. Si autem ab eis ꝙratur, utrum beati esse uelint, uterque statim se sine ulla dubitatione dicat optare,nec ob aliud uelit ille militare,nec ob aliud iste nolit, nisi ut beati sint? Num forte q̃m alius hinc,alius inde gaudet? Ita se omnes beatos esse velle B consonant,quémadmodũ consonarent si hoc interrogarentur se uelle gaudere, atq; ipsum gaudium uitam beatam uocant. Quod & si alius hinc,alius illinc assequitur,unum est tamen quò peruenire omnes nitũtur, ut gaudeant. Quæ quoniam res est,quam se expertum non esse nemo potest dicere, propterea reperta in memoria recognoscitur, quando beatæ vitæ nomen auditur.

ABsit domine absit à corde serui tui, qui confitetur tibi:absit ut quocũque gaudio gaudeam,beatum me putem. Est enim gaudium quod non datur impiis, sed eis qui te gratis colunt,quorum gaudium tuipse es. Et ipsa est beata uita gaudere ad te,de te, ꝓpter te, ipsa est & non est altera. Qui autem aliã putant esse,aliud sectantur gaudiũ, neque ipsum verum. Ab aliqua tamen imagine gaudij,voluntas eorum non auertitur.

Verum gaudiũ. Cap. 22. Esa. 45.

NOn ergo certum est ꝙ oẽs esse beati,volunt, q̃m qui non de te gaudere uolunt, quę sola vita beata est, non utique uitã bt̃am volunt. An omnes hoc uolunt? Sed quoniã caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem,ut non faciant,quod volunt,cadunt in id quod valent, eoque contenti sunt: quia illud quod non valent,non tantum volunt,quantum sat est vt ualeant: Nã quæro ab omnibus, vtrum malint de veritate,quàm de falsitate gaudere: tam non dubitant dicere de veritate se malle, quàm non dubitant dicere beatos esse se velle. Beata quippe vita est gaudium de veritate. Hoc Ioã. 14.
est enim gaudium de te qui veritas es, Deus Psal. 26.
illuminatio mea,salus faciei meæ deus meus. Hanc vitam beatam omnes volunt, hanc vitam, quæ sola beata est omnes volunt,gaudium de veritate omnes volunt. Multos expertus sum qui velint fallere, qui autem falli, neminem. Vbi ergo nouerunt hanc uitam beatam, nisi ubi nouerunt etiam ueritatem? Amant enim & ipsam, quia falli nolunt. Et cum amant beatam vitam,quod non est aliud quàm de veritate gaudium,utique amant etiam veritatem: nec amarent nisi esset aliqua notitia eius in memoria eorũ.

Beata vita quid & ubi. Ca. 23. Gal. 5.

Cur

Cur ergo non de illa gaudent? Cur non beati sunt? Quia fortius occupantur in alijs, quæ potius eos faciunt miseros, quàm illud
Ioã. 12. beatos quod tenuiter meminerunt. Adhuc
D enim modicum lumen est in hominibus, ambulent,ambulent,ne eos tenebræ comprehendant. Cur autem veritas parit odium,& inimicus eis factus est homo tuus verum prædicans, cum ametur beata uita, quæ non est nisi gaudium de veritate:nisi quia sic amatur veritas,ut quicunque aliud amant,hoc quod amant velint esse veritatem:& quia falli nolent,nolunt conuinci quod falsi sint? Itaque propter eam rem oderunt veritatem, quam pro veritate amant. Amant eam lucentem, oderunt eam redarguentem. Quia enim falli nolunt & fallere volunt, amant eam cum seipsam indicat,et oderunt eam cum eosipsos indicat. Inde retribuet eis,ut qui se ab ea manifestari nolunt, & eos nolentes manifestet, & eis ipsa non sit manifesta. Sic sic etiam, sic animus humanus etiam, sic cæcus & languidus,turpis atque indecens latere vult, se autem ut lateat aliquid non vult. Contra illi redditur,ut ipse non lateat veritatem, ipsum autem veritas lateat. Tamen etiam sic dum miser est,veris mauult gaudere, quàm falsis. Beatus ergo erit,si nulla interpellante molestia, de ipsa per quam uera sunt omnia, sola veritate gaudebit.

Deum quoque continet memoria. Ca. 24.

ECce quantum spatiatus sum in memoria mea,quęrens te domine, & non te inueni extra eam. Neque enim aliquid de te inueni quod non meminissem ex quo didici te. Nam ex quo didici te, non sum oblitus tui.
E Vbi enim inueni ueritatem,ibi inueni deum meum ipsam ueritatem, quam ex quo didici non sum oblitus. Itaque ex quo didici te,manes in memoria mea, & illic te inuenio,cum reminiscor tui & delector in te. Hę sunt sanctæ delitiæ meæ,quas donasti mihi misericordia tua,respiciens paupertatem meam.

In quo memoriæ gradu reperiatur Deus. Ca. 25.

SEd vbi manes in memoria mea domine? Vbi illic manes? Quale cubile fabricasti illic tibi? Quale sanctuarium ædificasti tibi? Tu dedisti hanc dignationẽ memoriæ meæ, ut maneas in ea,sed in qua eius parte maneas hoc considero. Transcendi enim partes eius quas habẽt & bestię cum te recordarer, quia non ibi te inueniebam inter imagines rerum corporalium, & ueni ad partes eius,ubi commendaui affectiones animi mei, nec illic inueni te. Et intraui ad ipsius animi sedẽ, quæ illi est in memoria mea,qñ sui quoq; meminit animus,nec ibi tu eras, quia sicut non es imago corporalis nec affectio uiuentis, qualis cum lætamur,contristamur,cupimus, metuimus,meminimus, obliuiscimur, & quicquid huiusmodi est: ita nec ipse animus es, quia dñs deus animi tui es. Et cõmutant hęc F omnia, tu aũt incõmutabilis manes sup oia, & dignatus es habitare in memoria mea ex quo te didici. Et quid quæro quo loco eius habites? quasi vero loca ibi sint? Habitas certè in ea,qm̃ tui memini,ex quo te didici,& in ea te inuenio cum recordor tui.

Vbi inuenitur Deus. Ca. 26.

VBi ergo te inueni,ut discerẽ te? Neq; n. Vbi iã eras in memoria mea, priusquã te discerẽ. Vbi ergo inueni te ut discerẽ te, nisi in te supra me? Et nusquã locus et recedimus et accedimus,& nusquã locus. Vbiq; veritas pfsides oibus cõsulẽtibus te, simulq; rñdes oibus ẽt diuersa consulentibus te. Liquide tu rñdes,sed nõ liquide oẽs audiunt. Oẽs unde uolunt consulunt, sed non semp quod volũt audiunt. Optimus minister tuus est,qui non magis intuet hoc a te audire quod ipse voluerit,sed potius hoc uelle quod a te audierit.

Quò ratione hominem Deus. Ca. 27.

SEro te amaui pulchritudo tam antiqua et tam noua,sero te amaui. Et ecce intus eras,& ego foris,& ibi te quærebam, & in illa formosa quæ feci sti deformis irruebam. Mecum eras,& tecum nõ eram. Ea me tenebãt G longe à te,quæ si in te non essent,non essent. Vocasti & clamasti & rupisti surditatẽ meã. Coruscasti,splenduisti, & fugasti cæcitatem meam. Flagrasti,& duxi spiritum, & anhelo tibi. Gustaui,& esurio,& sitio. Tetigisti me, & exarsi in pacem tuam.

Miseriæ huius vitæ tæ. Ca. 28.

CVm inhæsero tibi ex omni me, nusquã erit mihi dolor & labor, & uiua erit uita mea tota plena te. Nunc aũt qm̃ quem tu impleS subleuas eum,quoniam tui plenus nõ sum,oneri mihi sum. Contendunt lætitiæ meæ flendæ cum lætandis mœroribus, & ex qua parte stet victoria nescio. Hei mihi, domine miserere mei. Contendunt mœrores mei mali cum gaudiis bonis, & ex qua parte stet uictoria nescio. Hei mihi,domine miserere mei. Hei mihi. Ecce vulnera mea non abscõdo. Medicus es,æger sum. Misericors es,miser sum. Nunquid nõ tentatio est vita humana super terrã? Quis uelit mo Iob. 7.
lestias & difficultates pati? Tolerare iubes eas,non amari. Nemo quod tolerat amat, & si tolerare amat. Quãuis.n.gaudeat se tolerare,mauult tñ nõ eẽ quod toleret. Prospera in aduersis desydero, aduersa in ꝓsperis timeo.

Quis

HQuis inter hæc medius locus, vbi non sit humanæ vitę tentatio? Væ prosperitatibus huius seculi, semel & iterū à timore aduersitatis, & à corruptione lętitiæ. Væ aduersitatibus seculi, semel & iterum & tertio à desyderio prosperitatis. Et quia ipsa aduersitas dura est, & ne frangat tolerantiam, nunquid non tentatio est vita humana super terram sine vllo interstitio?

In Deo spes. Cap.29. Sap.8. ET tota spes mea, non nisi in magna valde misericordia tua. Da quod iubes, & iube quod vis. Imperas nobis continentiam, Et cum scirem, ait quidam, quia nemo potest esse continēs nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientię, scire cuius esset hoc donū. Per continētiam quippe colligimur & redigimur in vnum, à quo in multa defluximus. Minus enim te amat qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor qui semper ardes, & nunquā extingueris, Charitas Deus meus, accende me. Continentiam iubes. Da quod iubes, & iube quod vis.

Somniorū ludibria. Cap.30. 1.Ioā.2. IVbes certe vt contineam à concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & ambitione seculi. Iussisti à concubitu, & de ipso coniugio melius aliquid quàm cōcessisti monuisti. Et quoniam dedisti factum est, & antequàm dispensator sacramenti tui fierē. Sed adhuc viuunt in memoria mea, de qua multa locutus sum talium rerum imagines, quas ibi consuetudo mea fixit, & occurśant mihi vigilanti quidem carētes viribus: in somnis autem non solum vsq; ad delectationem, sed etiam vsq; ad consensionem factumq; similimum. Et tantum valet imaginis illusio in anima mea & in carne mea, vt dormiēti falsa visa persuadeant quod vigilanti vera nō possunt. Nunquid tunc ego non sum domine Deus meus? Et tamen tantum interest inter meipsum & meipsum, vt intra momentum quo hinc ad soporem transeo, vel huc inde retranseo. Vbi est illa ratio, quæ talibus suggestionibus resistit vigilans? Et si res ipsæ ingerantur, inconcussus maneo. Nunquid clauditur cū oculis? Nunquid sopitur cum sensibus corporis? Et vnde sæpe etiā in somnis resistimus, nostriq; propositi memores, atque in eo castissime permanentes, nullum talibus illecebris adhibemus assensum? Et tamen tantum interest, vt cum aliter accedit, euigilantes ad cōscientię requiem redeamus, ipsaq; distantia reperiamus nos non feciśe, quod tamen in nobis quoquo modo factum esse doleamus. Nunquid non potens est manus tua Deus omnipotens sanare omnes languores animæ meæ, atque abundantiore gratia tua lasciuos motus etiam mei soporis extinguere? Augebis domine magisque in me munera tua, vt anima mea sequatur me ad te cōcupiscentiæ visco expedita, vt nō sit rebellis sibi, atque vt in somnis etiam non solum non perpetret istas corruptelarum turpitudines per imagines animales vsq; ad carnis fluxum, sed ne consentiat quidem. Nam vt nihil tale, vel tantillum libeat quantulum posśit nutu cohiberi, etiam in casto dormientis affectu, non tantum in hac vita, sed etiam in hac ætate: non magnum est omnipotenti, qui vales facere supra quàm petimus & intelligimus. Nunc tū quid adhuc śim in hoc genere mali mei, dixi bono domino meo, exultans cū tremore in eo quod donasti mihi, & lugens in eo quod incōsummatus sum, & sperans perfecturū te in me misericordias tuas vsq; ad pacem plenariam, quam tecum habebunt interiora & exteriora mea, cum absorpta fuerit mors in victoria.

Gula. tatio. Cap.3 Matt. 1.Co

ESt alia malitia diei, quę vtinā sufficiat ei. Reficimus enim quotidianas ruinas corporis edendo & bibendo, priusquam escas & ventrem destruas, cum occideris indigētiam meam satietate mirifica, & corruptibile hoc indueris incorruptione sempiterna. Nunc autem suauis est mihi necessitas, & aduersus istam suauitatem pugno ne capiar, & quotidianum bellum gero in ieiunijs, sæpius in seruitutem redigens corpus meum, & dolores mei voluptate pelluntur. Nam fames & sitis quidam dolores sunt. Vrunt, & sicut febris necāt, nisi alimentorum medicina succurrat. Quę quoniam præsto est, consolatione munerum tuorum, in quibus nostræ infirmitati terra & aqua & cœlum seruiunt, calamitates delitiæ vocantur. Hoc me docuisti, vt quemadmodū medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietē satietatis ex indigentię molestia transeo, in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentię: Ipse enim transitus voluptas est, & non est alius qua transeatur, quàm quo transire cogit necessitas. Et cum salus śiat causa edendi & bibendi, adiungit se tāquam pedisequa periculosa iucunditas, & plerunq; præire conatur, vt eius causa fiat, quod salutis causa me facere vel dico, vel volo: nec idē modus utriusq; est. Nam quod saluti satis est, delectationi parum est. Et sæpe incertū sit, vtrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptuaria

M

M Luptaria cupiditatis fallacia ministeriū suppetat. Ad hoc incertum hilarescit infœlix anima, & in eo prępparat excusationis patrociniū, gaudēs nō apparere quid satis sit moderationi valetudinis, vt obtētu salutis obumbret negocium voluptatis. His tentationibus quotidie conor resistere, & inuoco dexteram tuam ad salutem meam, & ad te refero ęstus meos, quia consilium mihi de hac re nondū

Lucæ.21 stat. Audio vocē iubentis Dei mei: Non grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate. Ebrietas lōge est à me, misereberis ne appropinquet mihi. Crapula autem nonnunq; surrepit seruo tuo, misereberis vt lōge fiat à me.

Sap.8. Nemo enim potest esse continēs nisi tu des. Multa nobis grātibus tribuis, & quicquid boni anteq; oremus accipimus, à te accipimus: & vt hoc postea cognoscceremus, à te accipimus. Ebriosus nunq; fui, sed ebriosos à te sobrios factos ego noui. Ergo à te factū est, vt

Eccl.18. hoc non essent qui nunq; fuerūt, à quo factū est vt hoc nō semper essent qui fuerūt, à quo ēt factum est, vt scirēt vtriq; à quo factū est. Audiui, & aliam vocē tuā: Post concupiscētias tuas non eas, & à voluptate tua auertere.

A Audiui & illā ex munere quo quā multum amaui: Neq; si māducauerimus, abundabimus: neque si nō māducauerimus, deerit nobis. Hoc est dicere, Nec illa res me copiosum faciet, nec illa erūnosum. Audiui & alterā: Ego.n. didici in quibus sum sufficiēs esse,

Phil.4. & abūdare noui, & penuriā pati noui. Omnia possum in eo qui me cōfortat. Ecce miles castrorū cœlestium, nō puluis quod nos sumus. Sed memēto dñe quia puluis sumus, &

Gene.3 de puluere fecisti hominē, & perierat, & inuentus est. Nec ille in se potuit, quia idē puluis fuit, quē talia dicētem afflatu tuæ inspiratiōis adamaui. Oia possum, inquit, in eo qui

Lucæ.15 me cōfortat. Cōforta me vt oīa possim. Da qd iubes, & iube quod vis. Iste se accepisse cōfitetur, & qd gloriatur, in domino gloriatur. Audiui aliū rogantē vt accipiat: Aufer à

Phil.4 1.Cor.1 Eccl.23 me, inquit, cōcupiscētias ventris. Vnde apparet sancte Deus meus te dare, cū fit qd impe

Ad Ti.1 ras fieri. Docuisti me pater bone: Oia mūda mūdis. Sed malum est homini qui per offensionē māducat: & omnem creaturā tuā bonā

1.Ti.4 esse, nihilq; abiiciēdū qd cū gratiarū actio-

1.Cor.8 ne percipitur: & quia esca nos nō cōmendat

B Deo: & nemo nos iudicet in cibo aut in potu:

Col.2 & vt qui māducat nō māducātē nō spernat:

Rom.14 & qui non māducat, manducātē nō iudicet. Didici hæc gratias tibi, laudes tibi Deo meo, magistro meo, pulsatori aurium mearum, illustratori cordis mei. Eripe me ab omni tentatione. Non ego immundiciam obsonij timeo, sed immūdiciam cupiditatis. Scio Noe omne carnis genus quod cibo esset usui māducare permissum: Heliam cibo carnis refectum: Ioannem mirabili abstinentia prāditum animalibus, hoc est locustis, in escam cedentibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticulæ concupiscentia deceptum: & Dauid propter aquę desyderium à seipso reprehensum: & regem nostrum non de carne, sed de pane esse tentatum. Ideoque, & populus in eremo, non quia carnes desyderauit, sed quia escæ desiderio aduersus dominum murmurauit, meruit improbari. In his ergo tentationibus positus, certo quotidie aduersus concupiscentiam manducandi, & bibendi. Non enim est quod semel præcidere, & ulterius non attingere decernam, sicut de concubitu potui. Itaque freni gutturis temperata relaxatione, & constrictione tenendi sunt. Et quis est domine qui non rapiatur aliquātulū extra metas necesśitatis? Quisquis est, magnus est, magnificet nomē tuum. Ego autem non sum, quia peccator homo sum. Sed & ego magnifico nomen tuum, & interpellat te pro peccatis meis qui vicit seculū numerans me inter infirma membra corporis sui, quia & imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur.

Gene.9. 3.Re.17 Matth.3 Gen.25 2.Re.23 Matth.4 Num.11 C Rom.8

DE illecebra odorum non satago nimis. Cum absunt, non requiro: cum adsunt, non respuo: paratus etiam eis semper carere. ita mihi videor, forsitan. Sunt enim, & istæ plangendæ tenebrę, in quibus me latet facultas mea, quæ in me est, vt animus meus de viribus suis ipse se interrogans, non facilè sibi credendum existimet, quia & quod inest, plerunque occultum est, nisi experientia manifestetur. Et nemo securus esse debet in ista vita, quæ tota tētatio nominatur, vt qui fieri potuit ex deteriore melior non fiat etiam ex meliore deterior. Vna spes, vna fiducia, vna firma promissio, misericordia tua.

Psa.138 Nihil se curū esse in hac uita. Cap.32 Iob.7

VOluptates aurium tenacius me implicauerant, & śubiugauerant, sed resoluisti, & liberasti me: nunc in sonis quos animant eloquia tua, cum suaui, & artificiosa voce cantantur, fateor aliquantulum acquiesco, non quidem vt hæream, sed vt surgam cum uolo. Attamen cum ipsis sententijs quibus viuunt, vt admittantur ad me quærunt in corde meo nonnullius dignitatis locum, &

D Volupras auerium. Cap.33

Universidad de Deusto
Biblioteca

vix eis præbeo congruentem. Aliquando.n. amplius mihi videor honoris eis tribuere, q̃ decet, dum ipsis sanctis dictis religiosius, & ardentius sentio moueri animos nostros in flammam pietatis, cum ita cantantur, quàm si non ita cantarentur, & omnes affectus spiritus nostri pro suaui diuersitate habere ꝓprios modos in voce atque cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate excitentur. Sed delectatio carnis meæ,cui mentem eneruandam non oportet dari, sæpe me fallit,dũ rationem sensus non ita comitatur,ut patienter sit posterior: sed tantum quia propter illam meruit admitti, etiam præcurrere ac ducere conatur. Ita in his pecco nõ sentiẽs, sed postea sentio. Aliquando autem hanc ipsam fallaciam immoderatius cauens erro nimia seueritate, sed valde interdum,ut melos omne cantilenarum suauium, quibus
E Dauidicum psalterium frequentatur, ab auribus meis remoueri velim, atque ipsius ecclesiæ: tutiusque mihi videtur quod de Alexandrino episcopo Athanasio sæpe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorẽ psalmi,ut pronuncianti vicinior esset quàm canenti. Veruntamen cum reminiscor lachrymas meas quas fudi ad cantus ecclesiæ tuæ, in primordiis recuperatæ fidei meæ,& nunc ipso commoueor, non cantu, sed rebus, quæ cantantur: cum liquida uoce, & conuenientissima modulatione cantantur, magnam instituti huius vtilitatem rursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis, & experimentũ salubritatis, magisque adducor,non quidem irretractabilem sententiam proferens,cantandi consuetudinẽ approbare in ecclesiæ: ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Tamen cũ mihi accidit,vt me amplius cantus quam res, quæ canitur moueat:pœnaliter me peccare confiteor,& tunc mallem non audire cantantem: Ecce vbi sum, Flete mecum & pro me flete, qui aliquid boni vobiscum intus agitis unde
F facta procedunt. Nam qui non agitis,nõ vos hæc mouent. Tu aũt dñe deus meus,exaudi,respice & vide,& miserere & sana me, in cuius oculis mihi quæstio factus sum,& ipse est languor meus.

Oculorũ illecebræ. cap. 33. a. Co. 5.

REstat voluptas oculorum istorũ carnis meæ de qua loquar confessiones, quas audient aures templi tui, aures fraternæ ac piæ, vt concludamus tentationes cõcupiscentiæ carnis meæ,quæ me adhuc pulsant ingemiscentẽ,et habitaculum meũ quod de cœlo est superindui cupientem. Pulchras formas, & varias, nitidos & amœnos colores amant oculi. Non teneant hæc animam meam, teneat eam Deus qui hæc fecit bona quidẽ valde,sed ipse est bonum meum,non hęc. Et tãgunt me vigilantem totis diebus,nec requies ab eis datur mihi, sicut datur à vocibus canoris aliqñ ab omnibus in silentio. Ipsa.n.regina colorum lux ista perfundens cuncta, q̃cernimus, vbi per diem fuero multimodo allapsu blanditur mihi aliud agenti, & eam nõ aduertenti. Insinuat autem se ità vehemẽter, vt si repente subtrahatur, cum desyderio requiratur, & si diu absit, contristat animum.
G O lux quam videbat Tobias, cum clausis oculis istis filium docebat vitæ viã, & ei præibat pede charitatis nusquam errans: aut quã videbat Isaac prægrauatis, & opertis senectute carneis luminibus,cum filio non agnoscendo benediceret,sed benedicendo agnoscere meruit: aut quam videbat Iacob, cum ipse præ grandi ætate captus oculis,in filiis præsignata futuri populi genera luminoso corde radiauit:& nepotibus suis ex Ioseph diuexas mystice manus non sicut pater eorum foris corrigebat, sed sicut ipse intus discernebat, imposuit. Ipsa est lux, una est, & alia non est,& vnum omnes,qui vident & amant eã. At ista corporalis de qua loquebar,illecebrosa ac periculosa dulcedine condit vitam seculi cæcis amatoribus. Qui autẽ & de ipsa laudare te norunt, Deus creator omnium,assumunt eam in hymno tuo, non absumuntur ab ea in somno suo. Sic esse cupio. Resisto seductionibus oculorum, ne implicẽtur pedes mei,quibus ingredior uiã tuã, & erigo ad te inuisibiles oculos,ut tu euellas de laqueo pedes meos. Tu subinde euellis eos: nam illaquentur. Tu non cessas euellere,ego autem crebro hæreo in ubique sparsis insidiis, qñ
H non dormies neque dormitabis qui custodis Israel. Quam innumerabilia variis artibus, & opificiis in vestibus,calciamentis, vasis,& huiusce modi fabricationibus, picturis ẽt diuersisque figmentis, atque his usum necessarium atque moderatum, & piam significationẽ longe transgredientibus, addiderunt homines ad illecebras oculorum, foras sequentes, quod faciunt, intus relinquentes à quo facti sunt, & exterminantes quod facti sunt. At ego deus meus & decus meum, ẽt hinc dico tibi hymnũ, & sacrificio laudem sanctificatori meo, qñ pulchra traiecta per animas in manus

manus artificiosas, ab illa pulchritudine veniunt, quę super animas est,cui suspirat anima mea die ac nocte. Sed pulchritudinũ exteriorũ operatores, & sectatores inde trahũt approbandi modũ, non autem inde trahunt utẽdi modum. Et ibi est,& non vident eum, vt non eant lõgius, & fortitudinem suam ad te custodiant, nec eam spargant in delicioſas lassitudines. Ego autem hæc loquens atque discernens,etiam istis pulchris gressum innecto,sed tu euellis domine,euellis tu quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Nam & ego capior miserabiliter, & tu euellis misericorditer, aliquando non sentientem, quia suspensius incideram,aliquando cum dolore,
I quia iam inhæseram.

Curiositas cognoscendi. Cap. 35

HVc accedit alia forma tentationis multiplicius periculosa. Prẽter enim concupiscentiam carnis, quæ inest in delectatione omnium sensuum,& voluptatũ,cui seruientes depereunt qui longe se faciunt à te, inest animæ per eosdem sensus corporis quædam non se oblectandi in carne, sed experiendi per carnem vana,& curiosa cupiditas,nomine cognitionis,& scientię palliata. Q̃ę quoniam & in appetitu noscendi est, oculi autem sunt ad cognoscendum in sensibus principes, concupiscentia oculorum eloquio diuino appellata est. Ad oculos enim proprie videre pertinet. Vtimur autem hoc verbo etiam in cæteris sensibus, cum eos ad cognoscendum intendimus. Neque enim dicimus, Audi quid rutilet,aut olfac quàm niteat,aut gusta quàm splendeat, aut palpa quàm fulgeat. Videri enim dicuntur hæc omnia. Dicimus aut non solũ,vide quid luceat,quod soli oculi sentire possunt:sed etiam,vide quid sonet, vide quid oleat, vide quid sapiat, vide quàm durũ sit. Ideoque generalis experiẽtia
K sensuum,concupiscentia(sicut dictũ est)oculorum vocatur,quia videdi officium, in quo primatum oculi tenent, etiam cæteri sensus sibi de similitudine vsurpãt, cum aliquid cognitionis explorãt. Ex hoc autem euidentius discernitur,quid voluptatis, quid curiositatis agatur per sensus,quod voluptas pulchra,canora,suauia,sapida,lenia sectatur. Curiositas autem etiam his contraria tentandi causa,nõ ad subeundam molestiam,sed experiendi noscendique libidinem. Quid enim voluptatis habet videre in laniato cadauere quod exhorreas? & tamen sicubi iaceat cõcurrunt,vt cõristentur, vt palleant. Timent etiam ne in somnis hoc videãt, quasi quisquã eos vigilãtes videre coegerit, aut pulchritudinis vlla fama persuaserit. Ita & in cæteris sensibus quæ persequi longũ est. Et ex hoc morbo curiditatis in spectaculis exhibentur quæq; miracula. Hinc ad perscrutanda naturæ secreta, quæ præter nos est operata proceditur: quæ scire nihil prodest, & nihil aliud q̃ scire homines cupiunt. Hinc ẽt siquid eodẽ peruersę scientiæ fine per artes magicas quæritur. hinc etiã in ipsa religione Deus tẽtatur,cum signa,& prodigia flagitantur, non ad aliquã salutem, sed ad solã experientiã desyderata. In hac tã immensa sylua plena insidiarũ, & periculorum,ecce q̃ multa præciderim, & à L
meo corde dispulerim, sicut donasti me facere Deus salutis meę. Attamen qñ audeo dicere,cũ circunquaq; quotidianã vitã nostrã tam multa huius generis rerũ circũstrepãt, qñ audeo dicere nulla re tali me intentũ fieri ad spectãdũ,& uana cura capiendum? Sanè me iam theatra non rapiunt, nec curo nosse trãsitus syderũ, nec anima mea unquã respõsa quæsiuit vmbrarum, omnia sacrilega sacramenta detestor. A te domine Deus meus, cui humilẽ famulatum ac simplicem debeo, quantis me cum suggestionum machinationibus agit inimicus,vt signum aliquod petã. Sed obsecro te per regem nostrum, & patriã Hierusalem,simplicem,castam, vt quemadmodum à me longe est ista consensio, ita sit semper longe atque longius. Pro salute autẽ cuiusquam cum te rogo,alius multũ differẽs finis est intentionis meæ, & te facientẽ quod vis das mihi,& dabis libenter sequi. Veruntamen in quàm multis minutissimis,& contemptibilibus rebus curiositas quotidie nostra tentatur, & quàm sepe labamur, quis enumerat? Quoties narrantes inania, primo M
quasi toleramus,ne offendamus infirmos,deinde paulatim libenter aduertimus. Canem currentem post leporem iam nõ specto cum in circo sit, at verò in agro si casu transeam, auertit me fortasis ab aliqua magna cogitatione, atque ad se conuertit illa venatio, non deuiare cogens corpore iumenti, sed cordis inclinatione. Et nisi iam mihi demonstrata infirmitate mea, cito admoneas, aut ex ipsa visione per aliquam consyderationem in te assurgere,aut totum contemnere atque transire,vanus hebesco. Qui cum me domi sedẽtem stellio muscas captãs, vel aranea retibus suis irruẽtes implicans, sępe intentum facit? Num quia parua sunt animalia, ideo nõ res eadẽ geritur? Pergo inde ad laudãdũ te crea-

Ioan. 2

Videre refertur ad oẽs sensus

Pſal. 58

Pſal. 25

Pſ. 24

Pſ. 120

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem mirificum, atque ordinatorem rerum omnium, sed non inde intentus esse incipio, Aliud est cito surgere, aliud est non cadere. Et talibus vita mea plena est, et vna spes mea magna valde misericordia tua. Cum enim in huiusce modi rebus conceptaculum sit cor nostrum, & portet copiosæ vanitatis caterras, hinc & orationes nostræ sæpe interrumpuntur atque turbantur, & ante conspectum tuum dum ad aures tuas voce cordis intenA dimus, nescio vnde irruentibus nugatorijs cogitationibus res tanta præciditur.

Superbiæ uitium. Cap. 36. Psa. 102. NVnquid etiã hoc inter contẽnenda deputabimus, aut aliquid nos reducet in spem, nisi tota misericordia tua, quoniam cœpisti mutare nos? Et tu scis quanta ex parte mutaueris, qui me primitus sanas à libidine vindicandi me, vt propicius fias etiam cæteris omnibus iniquitatibus meis, & sanes omnes languores meos, & redimas de corruptione vitam meam, & corones me in miseratione, & misericordia, & saties in bonis desiderium meum, quia compressisti à timore tuo superbiam meam, & mansuefeci sti iugo tuo ceruicem meam. Et nunc porto illud, & lene est mihi, quoniam sic promisisti & fecisti, & vere sic erat, & nesciebam, quando id subire metuebam. Sed nunquid domine, qui solus sine typo dominaris, quia solus verus dominus es, qui nõ habes dominum, nunquid hoc quoq; tertiũ tẽtationis genus cessauit à me, aut cessare in hac tota vita potest, timere, & amari velle ab hominibus, nõ propter aliud, sed ut inde sit gaudium quod nõ est gaudiũ? Misera vita est, & fœda iactantia. Hinc sit vel maxime non amare te, nec caste timere B te. Ideoq; tu superbis resistis, humilibus aũt Iacobi. 4 das gratiam, & intonas super ambitiones seculi, & contremiscunt fundamẽta montium. Itaq; nobis quoniam propter quædam humanæ societatis officia necessarium est amari, & timeri ab homimbus, instat aduersarius veræ beatitudinis nostræ vbiq; spargens in laqueis, euge euge: vt dum auide colligimus, incaute capiamur, & à veritate tua gaudium nr̃m deponamus, atq; in hoium fallacia ponamus, libeatq́ nos amari, & timeri, non propter te, sed pro te, atque isto modo sui similes factos secum habeat, non ad concordiã charitatis, sed ad cõsortium supplicij, qui statuit sedem suam ponere in Aquilonem, vt de peruersa, & distorta via imitandi tenebro Esai. 14. si frigidiq́ue seruirent. Nos autẽ domine pusillus grex tuus ecce sumus, tu nos possides. Prætende alas tuas, & fugiamus super eas. Gloria nostra tu esto, propter te amemur, & verbum tuum timeatur à nobis. Qui laudari uult ab hominibus vituperãte te, nõ defendetur ab hominibus iudicante te, nec eripietur damnante te. Cum autem non peccator Psal. laudat in desiderijs animę meæ, nec qui iniqua gerit benedicitur, sed laudat homo propter aliquod donũ qd̃ dedisti ei: at ille plus C gaudet sibi laudari se, quàm ipsum donũ habere vnde laudatur, etiam iste te vituperante laudatur. Et melior iam ille qui laudauit, quàm iste qui laudatus est. Illi enim placuit in homine donũ Dei, huic amplius placuit donum hominis quàm Dei.

TEntamur his tentationibus quotidie domine, sine cessatione tentamur. Quotidia na fornax nostra est humana lingua. Impetras nobis, & in hoc genere continentiã. Da quod iubes, & iube quod uis. Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum. Neque enim facilè colligo, q̃ sim ab ista peste mundatior, & multum timeo occulta mea, quę norũt oculi tui, mei autem non. Est enim qualiscunque in alijs generibus tentationũ mihi facultas explorandi me, in hoc pene nulla est. Nam & à voluptatibus carnis, & à curiositate superuacanea cognoscendi, video quantum assecutus sim posse refrenare animum meum, cum eis rebus careo, vel voluntate, vel cum absunt. Tũc.n.me interrogo quàm magis minusue mihi molestum sit non habere. Diuitiæ verò, quæ ob hoc expetuntur, vt alicui istarum trium cupiditatum vel duabus earum vel D omnibus seruiant, si per se discere non potest animum vtrum eas habens contemnat, possunt, & dimitti ut se probet. Laude uerò vt careamus, atque in eo experiamur, quid possumus? Nunquid male uiuendum est, & tam perdite atque inaniter, vt nemo nos nouerit qui non detestetur? Quę maior demẽtia dici aut cogitari potest? At si bonæ vitæ bonorumq́ue operum comes, & solet, & debet esse laudatio: tam comitatum eius, quàm ipsam bonã uitam deseri non oportet. Non autem sentio sine quo esse aut æquo animo, aut ægre possim, nisi cum affuerit. Quid igitur tibi in hoc genere tẽtationis domine cõfiteor? Quid? nisi delectari me laudibus, sed amplius ipsa veritate, quàm laudibus. Nam si mihi proponatur, vtrum malim furens aut in omnnibus rebus errans ab omnibus hominibus laudari, an constans & in veritate

ritate certissimus ab omnibus uituperari, uideo quid eligam. Veruntamen nollem, ut uel augeret mihi gaudium cuiuslibet boni mei suffragatio oris alieni. Sed auget fateor non solũ, sed & vituperatio minuit. Et cum ista miseria mea perturbor, subintrat mihi excusatio, quæ qualis sit, tu scis Deus, nam me in E certum facit. Quia enim nobis imperasti nõ tantum continentiam, id est, à quibus rebus amorem cohibeamus, uerũetiam iustitiã, id est, quò eum conferamus: nec te tantum voluisti à nobis, verumetiam proximum diligi, sæpe mihi videor de profectu, aut spe proximi delectari, cum bene intelligentis laude delector: & rursus eius malo contristari, cũ cum audio vituperare quod aut ignorat, aut bonum est. Nã & contristor aliquãdo laudibus meis, cum vel ea laudantur in me, in quibus mihi ipse displiceo, uel etiam bona minora & leuia pluris estimantur quàm æstimanda sunt. Sed rursus unde scio, an propterea sic afficior, quia nolo de meipso à me dissentire laudatorem meum, non quia illius utilitate moueor, sed quia eadem bona, quę mihi in me placent, iocundiora mihi sunt cum & alteri placent? Quodammodo enim non ego laudor, cum de me sententia mea non laudatur, quandoquidem aut illa laudãtur, quæ mihi displicent, aut illa amplius, quæ mihi minus placent. Ergone de hoc incertus sum mei? Ecce in te veritas uideo, non me laudibus meis propter me, sed proF pter proximi utilitatem moueri oportere. Et vtrum ita sit nescio. Minus mihi in hac re notus sum ipse quã tu. Obsecro te Deus meus, & meipsum mihi indica, vt confitear oraturis pro me fratribus meis, quod in me sauciũ comperero. Iterum me diligentius interrogem. Si utilitate proximi moueor in laudibus meis, cur minus moueor si quisquam alius iniuste uituperetur, quàm si ego? Cur ea contumelia magis mordeor quę in me, quàm quæ in alium eadem iniquitate coram me iacitur? An & ego hoc nescio? Etiamne id restat vt ipse me seducam, & verum nõ faPs. 140. ciam coram te in corde & lingua mea? Insaniam istam domine longe fac à me, ne oleum peccatoris mihi sit os meum, ad impinguandum caput meum. Egenus & pauper ego Ps. 108. sum, & melior in occulto gemitu displicens mihi, & quærens misericordiam tuam, donec reficiatur defectus meus, & perficiatur vsque in pacem, quam nescit arrogantis oculus.

SErmo autem ore procedens, & facta quæ innotescunt hominibus, habent tentatiEt virtu ti pericunem periculosissimam ab amore laudis, qui lum à vana ad priuatam quandam excellentiam contra- naglohere emendicata suffragia tentat: & cum à ria. c. 38. me in me arguitur eo ipso quo arguitur. Et sæpe homo de ipso vanę gloriæ contemptu vanius gloriatur, ideoq́ue non iã de ipso gloG riæ contemptu gloriatur. Non enim eam contemnit cum gloriatur intus.

ETiam intus est aliud in eodem genere tẽ φλαυτία tationis malum, quo manẽscunt qui placent sibi de se, quanuis alijs uel placeant, vel cap. 39. displiceant, nec placere affectent cæteris. Sed sibi placentes multum, tibi displicent, non tantum de bonis quasi bonis, verumetiam de bonis tuis quasi suis: aut etiam sicut de tuis, sed tanquam ex meritis suis: aut etiam sicut ex tua gratia, sed non sua merita: non tamen socialiter gaudentes, sed aliis inuidentes ea. In his omnibus atq; huiusce modi periculis & laboribus vides tremorẽ cordis mei, & vulnera magis subinde à te sanari, quàm mihi non infligi sentio.

VBi non mecum ambulasti veritas, docẽs Contra quid caueã & quid appetã, eũ ad te referuitia lurem inferiora visa mea, quæ potui, teq́ue cõsulerem? Lustraui mundum foris sensu quo cap. 40. potui, & attendi vitam corporis mei de me, sensusq́ue ipsos meos. Inde ingressius sum in recessus memoriæ meę multiplices amplitudines, plenas miris modis copiarum innumerabilium, & consideraui & expaui, & nihil H eorum discernere potui sine te, & nihil eorum eẽ te inueni: nec ego ipse inuentor qui peragraui omnia, & distinguere & pro suis quæq́ue dignitatibus æstimare conatus sum, excipiens alia nunciãtibus sensibus, & interrogans alia nũciũ cõmixta sentiens, ipsosq́ue nuncios dignoscens atque dinumerãs, iamq; in memoria clatis opibus alia pertractans, alia recondens, alia eruens. Nec egoipse cũ hęc agerem i. vis mea qua id agebã, nec ipsa eras tu, quia lux es tu permanens, quam de omnibus consulebam, an essent, quid essent, quanti penderẽda essent. Et audiebã dicentẽ ac iubentem. Et sæpe istud facio. Hoc me delectat, & ab oibus actionibus necessitatis quantum relaxari possum ad istam voluptatem refugio. Neque in his omnibus, quæ percurro consulens te, inuenio tutum locum animæ meæ nisi in te, quo colligantur sparsa mea, nec à te quicquã recedat ex me. Et aliqñ intromittis me in affectũ multũ inusitatum

introrsus,ad nescio quam dulcedinem:quæ si perficiatur in me, nescio quid erit quod vita ista non erit.Sed recido in hęc erumnosis pōderibus, & resorbeor solitis, & teneor, & multum fleo,sed multum teneor. Tantum consuetudinis sarcina degrauat. Hic esse ualeo, nec uolo, illic volo, nec valeo, miser vtrobique.

Triplex cupiditas carnis. cap. 41.

Deoque consyderaui languores peccatorū meorum in cupiditate triplici,& dexteram tuam inuocaui ad salutem meam. Vidi enim splendorem tuum corde saucio, & repercussus dixi, Quis illuc potest? Proiectus sum à facie oculorum tuorum. Tu es veritas super omnia presidens. At ego per auaritiam meā non amittere te volui,sed uolui tecum possidere mendacium; sicut nemo vult ita falsum dicere, vt nesciat ipse quid verum sit. Itaque amisi te, quia non digneris cum mendacio possideri.

Pſal.30.

Remedia vitiorū a dæmonibus. cap. 42.

QVem inuenirem, qui me reconciliaret tibi? An eundum mihi fuit ad angelos? Qua prece? quibus sacramentis? Multi conantes ad te redire, neque per seipsos valentes, sicut audio, tentauerunt hæc, & inciderunt in desyderium curiosarum visionū, & digni habiti sunt illusionibus. Elati.n.te qrebant doctrinę fastu, exerentes potius quam tundentes pectora,& adduxerunt per verisimilitudinem cordis sui conspirātes, & socias superbiæ suæ potestates aeris huius,à quibus

K Ephe.2.

per potentias magicas deciperentur, quærentes mediatorem per quē purgarentur,& non

2.Co.11.

erat. Diabolus.n. erat transfigurans se in angelū lucis,et multū illexit supbā carnē,quod carneo corpore ipse nō erat. Erant.n.illi mortales & peccatores, tu aūt dñe cui reconciliari superbe quærebant,immortalis & sine peccato. Mediator aūt inter Deū & hoīes,oportebat, vt haberet aliquid simile hominibus, ne in vtroq; hominibus similis, longe esset à Deo: aut in vtroque Deo similis, longe esset ab hominibus: atque ita mediator non esset. Fallax itaque ille mediator, quo per secreta iudicia tua superbia meretur illudi, vnum cum hominibus habet, id est, peccatum,aliud videri vult habere cum Deo: vt

1. Ti.2.

Ro. 6.

quia carnis mortalitate non tegitur, pro immortali se ostentet. Sed quia stipendium peccati mors est, hoc habet cōmune cū hominibus,vnde simul damnentur in mortem.

Chſs intercessor efficax. cap. 43.

VErax autem mediator, quem secreta tua misericordia demonstrasti humilibus, & misisti, ut eius exemplo etiam ipsam discerent humilitatem, mediator ille Dei, & hominum homo Christus Iesus inter mortales peccatores & immortalem iustum apparuit: mortalis cum hominibus, iustus cum Deo: vt quoniam stipendium iustitiæ vita, & pax est, per iustitiam coniunctā Deo euacuaret mortem iustificatorum impiorū, quā cum illis voluit habere communem. Hic demonstratus est antiquis sanctis, vt ita ipsi p fidem futuræ passionis eius, sicut nos per fidem præteritæ salui fierent. Inquantum.n. homo,intantum mediator: inquantum autē verbum, non medius, quia æqualis Deo, & Deus apud Deum, & simul cum spiritusancto vnus Deus. Quomodo nos amasti pater bone, qui filio tuo vnico non pepercisti, sed pro nobis impiis tradidisti eum? Quomodo nos amasti pro quibus ille qui non rapinam arbitratus est esse æqualis tibi, factus est subditus usque ad mortem crucis: unus ille in mortuis liber, potestatem habens ponendi animam suam, & potestatem habens iterum sumendi eam: pro nobis tibi victor & victima, & ideo victor quia victima: pro nobis tibi sacerdos & sacrificium, & ideo sacerdos, quia sacrificium, faciens tibi nos de seruis filios,de te nascendo, nobis seruiendo? Merito mihi spes valida in illo est, quòd sanabis omnes languores meos, per eum qui sedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis, alioquin desperarem. Multi enim & magni sunt iidem languores mei, multi sunt & magni, sed maior & amplior est medicina tua. Potuimus putare verbum tuum remotum esse à coniunctione hominis,& desperare de nobis,nisi caro fieret,& habitaret in nobis. Conterritus peccatis meis & mole peccatorum & miseriæ meæ, agitaueram in cor de meditatusque fueram fugam in solitudinem, sed prohibuisti me, & confirmasti me dicens,Ideo pro omnibus Christus mortuus est, vt qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Ecce dñe iacto in te curam meam, vt viuam, & consyderabo mirabilia de lege tua. Tu scis imperitiā mā & infirmitatem meam, doce me & sana me. Ille tuus vnicus in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi, redemit me sanguine suo. Non calumnientur mihi superbi quoniam cogito precium meum, & manduco & bibo & erogo, & pauper cupio saturari ex eo inter illos qui edunt & saturantur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum.

L Matt. 1. T

M Pſ.

Ro

Pſ. 2. Co

Pſ.

Pſ.

Col.

Pſ.

Pſ.

Diui

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber vndecimus.

Quur confitemur deo scienti. cap. 1.

NVnquid Domine cum tua sit æternitas ignoras quæ tibi dico, aut ad tempus vides quod fit in tēpore? Cur ergo tibi tot rerū narrationes digero? Non vtique vt per me noueris ea, sed affectū meū excito in te,& eorum qui hæc legunt,vt dicamus oēs:

Pſ. 95.

Magnus dñs & laudabilis valde. Iam dixi, & dicā, amore amoris tui facio istud. Nam &

Mat. 6.

oramus,& tñ veritas ait: Nouit pater vester quid vobis opus sit priusquam petatis ab eo. Affectum ergo nostrū patefacimus in te,confitendo tibi miserias nostras,& misericordias tuas super nos,vt liberes nos omnino qm cœpisti, vt desinamus esse miseri in nobis, &

Matth.5

beatificemur in te quoniam vocasti nos, vt simus pauperes spiritu, & mites & lugentes, & esurientes ac sitientes iustitiam, & misericordes, & mundicordes, & pacifici. Ecce narraui tibi multa,quæ potui,& q̄ volui, qm̄ tu prior voluisti,vt cōfiterer tibi dño Deo meo qm̄ bonus es, qm̄ in seculū misericordia tua.

B

Pſ. 117. Petit liberari à pctō, & ab errori bus, & ad duci ad verā cognitionem. cap. 2.

QVando autem sufficio calami lingua enunciare omnia hortamenta tua, & omnes terrores tuos,& consolationes, & gubernationes,quibus me perduxisti prædicare verbum tuum,& sacramentum tuū dispensare populo tuo? Et si sufficio hæc enumerare ex ordine, carò mihi valent stillæ temporū, & olim inardesco meditari in lege tua, & in ea tibi confiteri scientiam & imperitiam,primordia illuminationis tuæ, & reliquias tenebrarum mearum, quousque deuoretur à fortitudine infirmitas. Et nolo in aliud horę diffluant, quas inuenio liberas à necessitatibus reficiendi corporis,& intentionis animi, & seruitutis quam debemus hominibus, & quam non debemus, & tamen reddimus. Dñe deus meus intende orationi meæ,& misericordia tua exaudiat desiderium meū: qm̄ non mihi soli æstuat, sed vsui vult esse fraternæ charitati, & vides in corde meo quia sic est, vt sacrificem tibi famulatum cogitationis, & linguæ meæ, & da quod offeram tibi. Inops enim & pauper sum, tu diues in

Pſ. 85.

C

omnes inuocantes te, qui securus curam nostri geris. Circuncide ab omni temeritate, ab omniq̄ mendacio interiora, & exterio-

ra labia mea. Sint castæ delitiæ meę,scripturæ tuę,nec fallar in eis,nec fallam ex eis. Domine attende & miserere mei domine Deus meus,lux cæcorum & virtus infirmorum, statimq̄ lux uidentium & virtus fortium, attende animam meam, & audi clamantem de profundo. Nam nisi adsint & in profundo

Pſ. 73.

aures tuæ,quò ibimus? Quò clamabimus? Tuus est dies,& tua est nox. Ad nutum tuū momenta transuolant. Largire inde spatium meditationibus nostris in abdita legis tuę, neque aduersus pulsantes claudas eam. Neq; enim frustra scribi voluisti tot paginarū opaca secreta. Aut non habent illæ syluæ ceruos suos recipientes se in eas, & resumentes, & ambulantes, & pascentes, recubantes, & ruminantes. O domine perfice me,& reuela mihi eas. Ecce vox tua gaudium meū, vox tua super affluentiam voluptatum. Da quod amo. Amo enim, & hoc tu dedisti. Nec dona tua deseras, nec herbam tuam spernas sitientem. Confitear tibi quicquid inuenero in libris tuis,& audiam vocem laudis & te bibam,& considerem mirabilia de lege tua, ab

D

vsque in principio in quo fecisti cœlum &

Pſ. 118.

terram, vsque ad regnum tecum perpetuum sanctæ ciuitatis tuę. Domine miserere mei, et exaudi desideriū meū. Puto.n.quod nō sit de terra,nō de auro & argento,aut de lapidibus, aut decoris vestibus,aut honoribus, & potestatibus,aut voluptatibus carnis, neque de necessariis corporis, & huic vitæ peregrinationis nostræ,quæ omnia nobis apponunt quærentibus regnū & iustitiam tuam. Vide

Matt. 6.

dñe Deus meus, vnde sit desiderium meum.

Pſ. 118.

Narrauerūt mihi iniusti delectationes suas, sed non sicut lex tua dñe. Ecce vnde est desiderium meum. Vide pater,aspice & vide & approba, & placeat in conspectu misericordiæ tuæ inuenire me gratiam ante te:vt aperiantur pulsanti mihi interiora sermonum tuorum. Obsecro per dūm nostrum Iesum

Pſ. 79.

Christum,filium tuum, virū dextere tuę,filium hominis,quem confirmasti tibi mediatorē tuū & nostrū, per quē nos quæsisti nō quærentes te,quæsisti aūt vt quæreremus te,

Ioan. 1.

verbum tuum per quod fecisti omnia, in quibus & me vnicum tuū per quem vocasti in

Ro. 8.

adoptionē populū credentium,in quo et me, per eum te obsecro qui sedet ad dexterā tuā,

E

& te interpellat pro nobis, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.

Col. 2.

Ipsum quæro in libris tuis. Moyses de illō

Ioan. 5.

scripsit,Hoc ipse ait,hoc veritas ait.

Universidad de Deusto Biblioteca

Creatio cœli ac terrę. Cap. 3. Gene. 1.

AVdiam & intelligam, quomodo in principio fecisti cœlum, & terram. Scripsit hoc Moyses, scripsit, & abijt, transiuit hinc ad te. Neque enim nunc ante me est: Nam si esset, tenerem eum, & rogarem eum, & per te obsecrarem vt mihi ista panderet, & præberem aures corporis mei sonis erumpentibus ex ore eius. Et si Hebræa voce loqueretur, frustra pulsaret sensum meum, nec inde mentem meam quicquam tangeret. Si autẽ Latine, scirem quid diceret. Sed vnde scirem an verum diceret? Quod si & hoc scirem, num, & ab illo scirem? Intus vtique mihi, intus in domicilio cogitationis, nec Hebræa, nec Græca, nec Latina, nec Barbara veritas sine oris, & linguæ organis, sine strepitu syllabarum diceret, verum dicit: & ego statim certus confidenter illi homini tuo dicerem, verum dicis. Cum ergo illum interrogare non possim: te quo plenus vera dixit veritas, rogo te deus meus, rogo parce peccatis meis,
F & qui illi seruo tuo dedisti hæc dicere, da & mihi hæc intelligere.

Creatura clamat creatorem Deum. Cap. 4.

ECce sunt cœlum, & terra, clamant quod facta sint. Mutantur enim atque variantur. Quicquid autem factum non est, & tamen est, non est in eo quicquã quod ante nõ erat, quod est mutari atque variari. Clamant ẽt quod seipsa non fecerint, ideo sumus, quia facta sumus. Non ergo eramus antequam essemus, vt fieri possemus à nobis. Et vox dicẽtium est ipsa euidentia. Tu ergo domine fecisti ea qui pulcher es, pulchra sunt enim: qui bonus es, bona sunt, sunt enim: qui es, sunt enim. Nec ita pulchra sunt, nec ita bona sunt, nec ita sunt sicut tu cõditor eorum, qui comparata, nec pulchra sunt nec bona sunt, nec sunt. Scimus hęc gratias tibi. Et scientia nostra scientię tuę cõparata, ignorantia est.

Ex nihilo cõditus mundus. Cap. 5.

IN principio fecit Deus cœlum, & terram. Quomodo autem fecisti cœlum, & terrã, & quæ machina tam grandis operationis tuæ? Non enim sicut homo artifex formans corpus de corpore, arbitratu animæ valentis imponere vtcunque speciem quam cernit in semetipsa interno oculo. Et vnde hoc valeret, nisi quia tu fecisti eam? Et imponit
G speciem iam existenti, & habenti vt esset, ueluti terræ aut lapidi aut ligno aut auro, aut id genus rerum cuilibet. Et unde ista esset nisi tu fecisses ea? Tu fabro corpus, tu animum membris imperitantem fecisti: tu materiam vnum facit aliquid: tu ingenium quo artem capiat, & videat intus quid faciat foris: sensum corporis quo interprete traijciat ab animo ad materiam id quod facit, & renunciet animo quid factum sit, vt ille intus consulat præsidentem sibi veritatem an bene factum sit. Te laudant hæc omnia creatorem omnium. Sed tu quomodo facis ea? Quo fecisti Deus cœlũ, & terram? Non vti que in cœlo neq; in terra fecisti cœlũ & terram, neque in aere aut in aquis, quoniam & hæc pertinent ad cœlum, & terram: neque in vniuerso mundo fecisti vniuersum mũdum, quia non erat vbi fieret antequã fieret ut esset: nec manu tenebas aliquid vnde faceres cœlum, & terram. Nam unde tibi hoc quod tu non feceras vnde aliquid faceres? Quid enim est, nisi quia tu es? Ergo dixisti, & facta sunt, atque in verbo tuo fecisti ea.

SEd quomodo dixisti? Nunquid illo modo quo facta est vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus? Illa enim vox acta atque transacta est, cœpta, & finita. Sonuerunt syllabæ atque transierunt, secunda post primã, tertia post secundam, atq; inde ex ordine donec vltima post cæteras, silentium q; post vltimã. Vnde claret atq; eminet, quod creaturę motus expressit eam, seruiens æternæ voluntati tuæ ipse temporalis, & hæc ad tempus facta verba tua nunciauit auris exterior menti prudenti, cuius auris interior posita est ad æternum verbum tuũ. Ad illa cõparauit hęc verba temporaliter sonantia, cũ æterno in silentio verbo tuo, & dixit, Aliud est longe, longe aliud est. Hæc longe infra me sunt, nec sunt, quia fugiunt, & prętereũt, Verbum aũt domini mei supra me manet in æternũ. Si ergo verbis sonantibus, & prætereuntibus dixisti vt fieret cœlum & terra, atque ita fecisti cœlum, & terrã: erat iam creatura corporalis ante cœlum, & terram, cuius motibus temporalibus temporaliter vox illa percurreret. Nullum autem corpus ante cœlum & terram. Aut si erat, id certe sine transitoria voce feceras, vnde transitoriam vocẽ faceres, qua diceres vt fieret cœlum, & terra. Quicquid enim illud esset, vnde talis vox I fieret, nisi abs te factum esset, omnino non esset. Vt ergo fieret corpus vnde ista verba fierent, quo verbo à te dictum est?

VOcas itaque nos ad intelligendum verbum Deum apud te Deum, quod sempiterne dicitur, & eo sempiterne dicuntur omnia. Neque enim finitur quod dicebatur, & aliud dicitur aliud vt possint dici omnia, sed simul ac sempiterne omnia. Alioquin iam tempus & muta-

Ioan. 1. & mutatio, & non vera æternitas, nec vera immortalitas. Hoc noui Deus meus, & gratias ago. Noui, confiteor tibi domine, mecũque nouit, & benedicit te quisquis ingratus nõ est certæ veritati. Nouimus dñe, nouimus, quoniã inquantũ quicquid nõ est quod erat, & est quod non erat, intantum moritur, & oritur. Non ergo quicquam verbi tui cedit atque succedit, quoniam vere immortale atque æternum est. Et ideo verbo tibi coęterno, simul & sempiterne dicis omnia, quę dicis, & fit quicquid dicis vt fiat. Nec aliter quàm dicendo facis, nec tamen, & simul & sempiterna fiunt omnia, quæ dicendo facis.

Verbo dei docemur in oibus. cap. 8.

CVr quęso te domine Deus meus, vtcunque video, sed quomodo id eloquar, nescio: nisi quia omne quod esse incipit, & esse desinit, tunc esse incipit, & tunc desinit quando debuisse incipere vel desinere in æterna
K ratione cognoscitur, vbi nec incipit aliquid nec desinit? Ipsum est verbum tuum, quod
Ioan. 8. & principium est, qui & loquitur nobis. Sic in euangelio per carnem ait, & hoc insonuit foris auribus hominum vt crederetur, & intus quæreretur, & inueniretur in æterna veritate, vbi omnes discipulos bonus, & so-
Mat. 23. lus magister docet. Ibi audio domine vocem tuam dicentem mihi, quoniam ille loquitur nobis qui docet nos. Quia autem non docet nos, etiam si loquitur, non nobis loquitur. Quis porrò nos docet nisi stabilis veritas? Quia, & per creaturam mutabilem cum admoneremur, ad veritatem stabilem dicimur, vbi vere discimus, cum stamus, & audi-
Ioan. 3. mus eum, & gaudio gaudemus propter vocem sponsi, reddentes nos vnde sumus. Et ideo principium, quia nisi maneret cum erraremus, non esset quò rediremus. Cum au-
Ioan. 8. tem redimus ab errore, cognoscendo vtique redimus. Vt autem cognoscamus, docet nos, quia principium est, & loquitur nobis.

Quomodo verbũ Dei loquatur cordi. Cap. 9. Gene. 1.

L IN hoc principio Deus fecit cœlum, & terram: in verbo tuo, in filio tuo, in virtute tua, in sapientia tua, in veritate tua, miro modo dicens, & miro modo faciens. Quis comprehendet? Quis enarrabit? Quid est illud quod interlucet mihi, & percutit cor meum sine lęsione, & inhorresco, & inardesco? Inhorresco inquantum dissimilis ei sum, inardesco inquantum similis ei sum. Sapientia ipsa est quę interlucet mihi, discindens nubilum meum, quod me rursus cooperit deficientem ab ea caligine atque aggere pœnarum mearum, quoniam sic infirmatus est in egestate vigor meus, vt non sufferam bonum Psal. 30. meum, donec tu domine qui propitius factus es omnibus iniquitatibus meis etiam sanes Ps. 102. omnes languores meos: quia & redimes de corruptione vitam meam, & coronabis me in miseratione & misericordia, & satiabis in bonis desiderium meum: quoniam renouabitur iuuentus mea sicut aquilæ. Spe enim Rom. 8. salui facti sumus, & promissa tua per patientiam expectamus. Audiat te intus sermocinantem qui potest. Ego fidenter ex oraculo tuo clamabo: Quàm magnificata sunt ope- Psa. 103 ra tua domine, omnia in sapientia fecisti, & illa principium, & in eo principio fecisti cœlum, & terram.

Volũtas Dei prin cipiũ nescit. c. 10

M NOnne ecce pleni sunt vetustatis suæ qui nobis dicunt, Quid faciebat Deus antequam faceret cœlum, & terram? Si enim vacabat (inquiunt) & non operabatur aliquid, cur non sic semper, & deinceps, quemadmodum retro semper cessauit ab opere? Si enim vllus motus in Deo nouus extitit, & voluntas noua vt conderet creaturam, quam nunquam ante condiderat: quomodo iam vera æternitas vbi oritur voluntas, quæ non erat? Neque enim voluntas Dei creatura est, sed ante creaturam: quia non crearetur aliquid, nisi creatoris voluntas præcederet.

Aeterni tas Dei in Dei substa pora. cap. 10.

AD ipsam ergo Dei substantiam pertinet voluntas eius. Quod si exortum est aliquid in Dei substantia, quod prius non nescit tẽerat, non veraciter dicitur æterna illa substantia. Si autem voluntas Dei sempiterna erat, vt esset creatura: cur non sempiterna creatura? Qui hæc dicunt, nondum te intelligunt. O sapientia Dei lux mentium, nondum intelligunt qnomodo fiant quæ per te atque in te fiunt, & conantur æterna sapere: sed adhuc in præteritis, & futuris rerum motibus cor eorum volitat, & adhuc vanum est. Quis tenebit illud, & figet illud, vt paululum stet, & paululum rapiat splendorem semper stantis æternitatis, & compa- A ret cum temporibus nunquam stantibus, & videat esse incomparabilem: & videat longũ tẽpus, nisi ex multis prætereũtibus motibus, qui simul extendi non possunt, longum non fieri: non autem prętenire quicquam in ętemo, sed totũ esse præsens, nullum vero tẽpus totum esse pręsens: & videat omne præteritũ propelli ex futuro, & omne futurum ex præterito cõsequi, & omne præteritũ ac futurũ ab eo quod semper est præsens creari, & excurrere? Quis tenebit cor hominis, vt stet, & videat

Universidad de Deusto
Biblioteca

videat quomodo stans dictet futura & præterita tempora, nec futura, nec præterita æternitas? Nunquid manus mea valet hoc, aut manus oris mei per loquelas agit tam grandem rem?

Quid Deus fecerit ante mũdi creationem. Cap. 12.

ECce respondeo dicẽti, quid faciebat Deus antequam faceret cœlum & terram: respondeo non illud quod quidam respondisse perhibetur ioculariter eludẽs quæstionis vim lenciam. Alta, inquit, scrutantibus gehennas parabat. Aliud est videre, aliud ridere. Hæc nõ respondeo. Libentius enim responderem, nescio quod nescio: quàm illud vndè irridetur qui alta interrogauit, & laudatur qui falsa respondit. Sed dico te Deus noster omnis
B creaturæ creatorem. Et si cœli & terræ nomine omnis creatura intelligitur: audenter dico, Antequam faceret Deus cœlum & terram, non faciebat aliquid. Si enim faciebat, quid nisi creaturam faciebat? Et vtinam sic sciam, quicquid vtiliter scire cupio, quemadmodum scio quod nulla fiebat creatura, antequam fieret vlla creatura.

Quod ante tempora à deo creata nulla fuerint tẽpora. Cap. 13.

AVt si cuiusquã volatilis sensus vagatur per imagines retro temporũ, & te Deũ omnipotentem, & omnicreantem, & omnitenentem, & cœli & terræ artificem, ab opere tãto antequam id faceres, per innumerabilia secula cessasse miratur: euigilet atq; attendat, quia falsa miratur. Nam vnde poterant innumerabilia secula præterire, quæ ipse nõ feceras, cum sis omnium seculorum author & conditor? Aut quæ tempora fuissent, quę abs te condita nõ essent? Aut quomodo præterijssent si nunquam fuissent? Cum ergo sis operator omnium temporum, si fuit aliquod tempus antequam faceres cœlum & terram, cur dicitur quod ab opere cessabas? Idipsum enim tempus tu feceras, nec præterire potuerunt tempora antequam faceres tempora. Si aũt ante cœlũ & terram nullũ erat tempus,
C cur quæritur quid tunc faciebas? Non enim erat tunc vbi non erat tẽpus, nec tu tempore tempora præcedis, alioquin non omnia tempora præcederes. Sed præcedis omnia tẽpora præterita, celsitudine semper præsentis æternitatis, & superas omnia futura, quia & illa futura sunt, & cum venerint, præterita erũt: tu autẽ idem ipse es, & anni tui nõ deficient.

Ps. 101. Anni tui nec eunt, nec veniunt: isti enim nostri & eunt & veniunt, vt omnes veniant. Anni tui omnes simul stant, quoniam stant, nec euntes à venientibus excluduntur, quia non transeunt: isti autẽ nostri omnes erunt, cum omnes non erunt. Anni tui dies vnus, & dies tuus non quotidie, sed hodie, quia hodiernus tuus non cedit crastino, neque enim succedit hesterno. Hodiernus tuus æternitas, ideo coæternũ genuisti, cui dixisti: Ego hodie genui te. Omnia tempora tu fecisti, & ante omnia tempora tu es, nec aliquo tempore non erat tempus. Ps. 2. Hebr. 1.

NVllo ergo tempore non feceras aliquid, quia ipsum tempus tu feceras. Et nulla tẽpora tibi coæterna sunt, quia tu permanes. At illa si semper manerent, nõ essent tempora. Quid enim est tempus? Quis hoc facile breuiterq; explicauerit? Quis hoc ad verbũ de illo proferendum, vel cogitatione comprehenderit? Quid autem familiarius & notius D in loquẽdo commemoramus quàm tempus? Et intelligimus vtique cũ id loquimur: intelligimus etiam, cum alio loquente id audimus. Quid est ergo tempus? Si nemo ex me quærat scio, si quærenti explicare velim nescio: fidenter tamen dico scire me, quod si nihil præteriret, non esset præteritum tempus, & si nihil adueniret, non esset futurum tempus, & si nihil esset, non esset præsens tempus. Duo ergo illa tempora, præteritum & futurum quomodo sunt, quando & præteritum iam nõ est, & futurum nondũ est? Præsens autẽ si semper esset præsens, nec in præteritum transiret, iam non esset tempus, sed æternitas. Si ergo præsens vt tempus sit, ideo fit, quia in præteritum transit, quomodo & hoc esse dicimus, cui causa vt sit illa est, quia non erit, vt scilicet non vere dicamus tempus esse, nisi quia tendit in non esse. Tempus distentũ.

ET tamen dicimus longũ tempus & breue tempus, neque hoc nisi de præterito, aut futuro dicimus. Præteritum tempus longum (verbi gratia) vocamus ante cẽtum annos, futurum itidem longum post centũ annos. Breue autem præteritum, sicut puta, dicimus ante decẽ dies, & breue futurum post decem dies. Sed quo pacto longum est, aut breue quod non est? Præteritum enim iam non est, & futurum nondum est. Non itaq; dicamus, longum est, sed dicamus de præterito, longum fuit, & de futuro longum erit. Domine Deus meus, lux mea, nonne & hic veritas tua deridebit hominẽ? Quod enim longum fuit præteritum tempus, cum iam esset præteritum, longum fuit, an cum adhuc præsens esset? Tunc enim poterat esse longum, quando erat quod esset longum. Præteritum verò iam non erat, vnde nec longum esse Mẽsura tẽporis in quo. Cap. 15. E

esse poterat, quod omnino non erat. Non ergo dicamus, lõgum fuit præteritum tempus: neq; enim inueniemus quid fuerit longum, quando ex quo præteritum est, non est. Sed dicamus, longum fuit illud præsens tempus, quia cum præsens esset, longum erat. Nondũ enim præterierat vt non esset, & ideo erat quod longum esse posset. Postea verò quàm præterijt, simul & longum esse destitit quod esse destitit. Videamus ergo ò anima humana, vtrum & præsens tempus possit esse longum. Datum enim tibi est sentire moras atq; metiri. Quid respondebis mihi? An centum anni præsentes longum tempus est? Vide
F prius vtrum possint præsentes esse centum anni. Si enim primus eorum annus agitur, ipse præsens est, nonaginta verò & nouem futuri sunt, & ideo nondum sunt. Si autem secundus annus agitur, iam vnus est præteritus, alter præsens, cæteri futuri. Atque ita si mediorum quemlibet centenarij huius numeri annum præsentem posuerimus, ante illum præteriti erunt, post illum futuri. Quocirca centum anni præsentes esse non potuerunt. Vide saltem vtrum qui agitur vnus ipse sit præsens. Et eius enim si primus agitur mensis, futuri sunt cæteri. Si secundus iam & primus præterijt, & reliqui nondum sunt. Ergo nec annus qui agitur totus est præsens. Et si non totus est præsens, nõ est annus præsens. Duodecim enim menses annus est, quorum quilibet vnus mensis qui agitur, ipse præsens est, cęteri aũt præteriti aut futuri. Quanquam neque mensis qui agitur præsens est, sed vnus dies. Si primus, futuris cæteris, si nouissimus, præteritis cæteris, si mediorũ quilibet inter præteritos & futuros. Ecce præsens tempus quod solũ inue-
G niebamus longũ appellandum, vix ad vnius diei spatiũ cõtractũ est. Sed discutiamus etiã ipsum, quia nec vnus dies totus est præsens. Nocturnis enim & diurnis horis omnibus vigintiquatuor expletur, quarũ prima cæteras futuras habet, nouissima præteritas, aliqua verò interiectarum ante se præteritas, post se futuras. Et ipsa vna hora fugitiuis particulis agitatur. Quicquid eius auolauit, præteritũ est, quicquid eius restat, futurum. Si quid intelligitur tẽporis quod in nullas iã vel in minutissimas momẽtorum partes diuidi possit, id solum est quod præsens dicatur. Quod tamen ita raptim à futuro in præteritum trãsuolat, vt nulla morula extẽdatur. Nam si extenditur, diuiditur in præteritum & futurũ. Præsens autem nullum habet spatium. Vbi est ergo tempus quod longum dicamus? An futurum? Non quidem dicimus longum est, quia nondum est quod longũ sit, sed dicimus longum erit. Quãdo igitur erit? Si.n. & tunc cum adhuc futurum erit, nõ erit longũ, quia quod sit longum, nõdum erit. Si autem tunc erit longum cum ex futuro, quod nondũ est, esse iam cœperit, & præsens factum erit, ut possit esse quod longum sit, iam superioribus uocibus clamat præsens tempus, longum se esse non posse. Quale tempus metiri liceat & quale non.

ET tamen domine sentimus interualla temporum, & comparamus sibimet, & dicimus alia longiora, & alia breuiora. Metimur etiam quanto sit breuius, aut longius illud tempus quàm illud, & respondemus duplum esse hoc, vel triplum, illud autem simplum, aut tãtum hoc esse quantum illud. Sed prætereuntia metimur tempora cũ sentiendo metimur, præterita verò quæ iã non sunt, aut futura quæ nondum sunt, quis metiri potest, nisi forte audebit quis dicere metiri posse quod non est? Cum ergo præterit tempus, sentiri & metiri potest, cum autem præterierit, quoniam non est, non potest.

QVæro pater, non affirmo, Deus meus præsidẽ mihi & rege me. Quisnam est qui dicat mihi non esse tria tempora, sicut pueri didicimus, puerosq; docuimus, præteritum, præsens & futurum: sed tantum præsens: quoniam illa duo non sunt? An & ipsa sunt, sed ex aliquo procedit occulto, cum ex futuro fit præsens: & in aliquod recedit occultum, cum ex præsenti fit præteritum: Nam vbi ea viderunt qui futura cecinerunt si nondum sunt? Neque enim potest videri id, quod non est. Et qui narrant præterita, non vtique vera narrarent, si animo illa non cernerent? Quæ si nulla essent, cerni omnino non possent. Sunt ergo & futura & præterita. Cap. 16. Tempus præteritum, & futurum vbi sint. Cap. 17. I

SIne me domine amplius q̃rere, spes mea, non conturbetur intentio mea. Sũn. sunt futura & præterita, volo scire vbi sint. Quod si nondum valeo, scio tamen vbicunq; sunt, non ibi ea futura esse, aut præterita, sed præsentia. Nam si & ibi futura sunt, nondum ibi sunt: si & ibi præterita sunt, iam non ibi sunt. Vbicunque ergo sunt quæcunque sunt, non sunt nisi præsentia: quanquam præterita cũ narrantur, ex memoria proferuntur, non res ipsę, quæ præterierunt, sed verba concepta ex imaginibus earũ, quæ in animo velut vestigia Quo pręterita & futura tẽpora prędsẽtia sũt. Cap. 18.

vestigia per sensus prætereũdo fixerunt. Pueritia quippe mea, quę iam nõ est, in tempore præterito est, quod iam non est: imaginé uerò eius cum eam recolo & narro, in præsenti tempore intueor, quia est adhuc in memoria mea. Vtrum similis sit causa etiam prædicendorum futurorũ, vt rerũ quæ nondum sunt, iã existentes præsentẽtur imagines, confiteor K Deus meus nescio. Illud sanè scio, nos plerunq; præmeditari futuras actiones nostras, easq; præmeditatione esse presentes, actionẽ autem, quã præmeditamur nõdum esse, quia futura est. Quam cum aggressi fuerimus, & quod præmeditabamur agere cœperimus, tunc erit illa actio, quia tunc non futura, sed præsens erit. Quoquo modo se itaq; habeat arcana præsentia futurorũ, videri nisi quod est non potest. Quod autem iam est, non futurum, sed præsens est. Cum ergo videri dicuntur futura, nõ ipsa quæ nondũ sunt, id est quæ futura sunt, sed eorum causæ, vel signa forsitan videntur quæ iam sunt: ideo non futura, sed præsentia sunt iã videntibus, ex quibus futura prædicãtur animo cõcepta. Quæ rursus cõceptiones iam sunt, & eas præsentes apud se intuentur qui illa prædicunt. Loquatur mihi aliquod exemplum tanta rerum numerositas. Intueor auroram, oriturum solem pronuncio. Quod intueor, præsens est: quod pronuncio, futurum. Nõ sol futurus qui iam est, sed ortus eius qui nondũ est. Tamen etiã ortũ ipsum nisi animo imaginarer, sicut modo cum id loquor, non cum possem prædicere. Sed nec illa aurora quam in cœlo video, solis ortus est, quamuis eum præcedat: nec illa imaginatio in animo meo, qua duo præsentia cernuntur, vt futurus ille ante dicatur. L Futura ergo nondum sunt. Et si nondum sunt, non sunt. Et si non sunt, videri omnino non possunt, sed prædici possunt ex præsentibus, quæ iam sunt & videntur.

Quo pſciantur futura. Cap. 19.

TV itaq; regnator creaturæ tuæ, quis est modus quo doces animas ea quæ futura sunt? Docuisti enim prophetas tuos. Quisnam ille modus est, quo doces futura, cui futurum quicquam non est, vel potius de futuris doces præsentia? Nam quod non est, nec Pſ. 138. doceri vtique potest. Nimis longe est modus iste ab acie mea. Inualuit ex me, non potero ad illum: potero autem ex te, cum dederis tu dulce lumen occultorum oculorũ meorum.

Differentiæ temporum

QVod autẽ nunc liquet & claret, nec futura sunt, nec præterita. Nec proprie dicitur, tempora sunt tria, præteritũ, præsens, & futurũ: sed fortasse proprie diceretur tempora sunt tria, præsens de præteritis, præsens de præsentibus, præsens de futuris. Sãt enim hæc in anima tria quædam, & alibi ea non video. Præsens de præteritis memoria, præsens de præsentibus contuitus, præsens de futuris expectatio. Si enim hæc permittimur dicere, tria tempora video, fateorq; tria sunt. Dicatur etiam, tempora sunt tria, præteritum, præsens, & futurum: sicut abutitur consuetudo, dicatur. Ecce non curo, nec resisto, nec reprehendo, dum tamen intelligatur quod dicitur, neque id quod futurum est esse iam, neque id quod præteritum est. Pauca sunt enim quæ proprie loquimur, plura non proprie, sed agnoscitur quid velimus.

Quòd tẽpora metimur.

DIxi ergo paulo ante, quod prætereuntia tẽpora metimur, vt possimus dicere duplũ esse hoc temporis ad illud simplum, aut tantum hoc quãtum illud, & si quid aliud de partibus temporũ possumus renunciare metiendo. Quocirca vt dicebam prætereuntia metimur tempora. Et si quis mihi dicat, vnde scis? respondeam, scio quia metimur, nec metiri quæ non sunt possumus, & non sunt præterita, vel futura. Præsens verò tempus quomodo metimur, quando non habet spatium? Metitur ergo cum præterit: cum aũt præterierit, non metitur. Quod enim metiatur nõ erit. Sed vnde & quà & quò præterit, cum metitur? Vnde, nisi ex futuro? Quà, nisi per præsens? Quò, nisi in præteritum? Ex illo ergo quod nondum est, per illud A quod spatio caret, in illud quod iam non est. Quid autem metimur nisi tempus in aliquo spatio? Neque enim dicimus simpla & dupla, & tripla, & æqualia, & si quid hoc modo in tempore dicimus, nisi inter spatia temporum. In quo ergo spatio metimur tempus præteriens? Vtrum in futuro vnde præterit? Sed quod nondum est, non metimur. An in præsenti quà præterit? Sed nullum spatium non metimur. An in præterito quò præterit? Sed quod iam non metimur.

Petit enigmatis solutionem à Deo. Cap. 22.

EXarsit animus meus nosse istud implicatissimũ ænigma. Noli claudere domine Deus meus bone pater, per Christũ obsecro, noli claudere desiderio meo ista, & vsitata & abdita, quò minus in ea penetret, & dilucescant allucente misericordia tua domine. Quem percontabor de his, & cui fructuosius cõfitebor imperitiam meam, nisi tibi cui non sunt molesta studia mea flammantia vehementer in scripturas tuas? Da quod amo, amo

Matt. 7. amo enim, & hoc tu dedisti. Da pater qui vere nosti data bona dare filijs tuis. Da quoniã suscepi cognoscere te, & labor est ante me, do nec aperias. Per Christum obsecro in nomine eius sancti sanctorum, nemo mihi obstrepat. Et ego credidi, propter quod & loquor. B Pſal. 72. Hęc est spes mea, ad hanc viuo vt contem- Pſ. 115. pler delectationes domini. Ecce veteres po- 2. Co. 4. suisti dies meos & transeunt, & quomodo Pſal. 26. nescio. Et dicimus tempus & tempus, tem- Pſal. 38. pora & tempora. Quandiu dixit hoc ille, quandiu fecit hoc ille, & quàm longo tempore illud non vidi. Et duplum temporis habet hæc syllaba ad illam simplam breuem. Dicimus hæc, & audimus hæc, & intelligimur & intelligimus. Manifestissima & vsitatissima sunt, & eadem rursus nimis latent, & noua est inuentio eorum.

Quid sit tẽpus. Cap. 23.

AVdiui à quodam homine docto, quod solis, & lunæ, ac syderum motus, ipsa sint tempora, & anni. Cur enim non potius omnium corporum motus sint tempora? An vero si cessarent cœli lumina, & moueretur rota figuli, non esset tempus quo metiremur eos gyros, & diceremus, aut æqualibus moru lis agi, vt si alias tardius, alias velocius moueretur, alios magis diuturnos esse, alios minus? Aut cum hoc diceremus non & nos in tempore loqueremur, aut essent in verbis nobis alię longæ syllabæ, aliæ breues, nisi quia illę longiore tempore sonuissent, istæ breuiore? C Deus dona hominibus videre in paruo cõmunes notitias rerum paruarum atq; magnarum. Sunt & sydera & luminaria cœli in Gen. 1. signis, & in temporibus, & in annis, & in diebus. Sunt vero, sed nec ego dixerim circuitũ illius igneolæ rotæ diem esse, nec tamen ideo tempus non esse ille dixerit. Ego scire cupio vim naturamq; temporis, quo metimur corporum motus, & dicimus illũ motum, verbi gratia, tẽpore duplo esse diuturniorẽ quàm istum. Nam quæro, quoniã dies dicitur, non tantum morula solis super terram, secũdum quod aliud est dies, aliud nox, sed etiã totus eius circuitus ab oriente, secundum quod dicimus, Tot dies transierunt: Cum suis enim noctibus dicuntur tot dies, nec extra reputantur spatia noctium. Quoniam ergo dies expletur motu solis atq; circuitu ab oriẽte vsq; ad orientem: quæro vtrũ motus ipse sit dies, an mora ipsa quanta peragitur, an vtrumq;. Si enim primum motus dies esset: dies ergo esset etiam si tanto spatio temporis sol cursum illum peregisset, quantũ est horæ vnius. Si secundũ: non ergo esset dies, si ab ortu solis vsq; in ortum alterũ, tam breuis mora esset quàm est horæ vnius, sed vicies & quater circumiret sol vt expleret diem. Si vtrumq; D motus & mora, nec ille appellaretur dies, si horæ spatio sol totũ suum gyrũ circumiret: nec illa si sole cessante tantum temporis præteriret, quanto peragere sol totum ambitum de mane in mane assolet. Non itaque nunc quæram, quid sit illud quod vocatur dies? sed quid sit tempus quo metientes solis circuitũ, diceremus eum dimidio spatio temporis peractum minus quàm solet, si tanto spatio temporis peractus esset, quãto peraguntur horæ duodecim. Et vtrunq; tempus comparantes diceremus illud simplum, hoc duplum, etiam si aliquãdo illo simplo, aliquando isto duplo sol ab oriente usque ad orientem circumiret. Nemo ergo mihi dicat cœlestiũ corporum motus esse tempora, quia & cuiusdam uoto cum sol stetisset, ut uictor Iosue præliũ per- Iosue. ageret sol stabat, sed tempus ibat. Per suum 18. quippe spatium temporis quod ei sufficeret, illa pugna gesta atque finita est. Video igitur tempus quandam esse dissensionem, sed uideo an uidere mihi uideor? Tu demonstrabis lux ueritas.

Tempus est quo metimur mo tum corporum.

IVbes ut approbem si quis dicat tempus esse motum corporis? Non iubes. Nam corpus nullũ nisi in corpore moueri audio, Tu E tum dicis. Ipsum autem corporis motum tempus uetur corpus, tẽpore metior quandiu mouea corpo- esse non audio, Non tu dicis. Cum enim mo tur, ex quo moueri incipit donec desinat. Et ris. c. 24. si non uidi ex quo cœpit & perseuerat moueri, ut non uideam cũ desinit, non ualeo metiri, nisi forte ex quo uidere incipio donec desinam. Quod si diu uideo, tantũmodo lõgum tempus esse renuncio, non autem quantũ sit: quia & quantum cum dicimus, collatione dicimus, uelut tantum hoc quantum illud, aut duplum hoc ad illud, & si quid aliud isto modo. Si autẽ notare potuerimus locorũ spatia, unde & quò ueniat corpus quod mouetur, uel partes eius, si tãquàm in torno mouetur, possumus dicere quantũ sit temporis, ex quo ab illo loco usq; ad illũ locũ motus corporis uel partis eius effectus est. Cum itaq; aliud sit motus corporis, aliud quo metiamur quan diu sit: quis non sentiat quid horum potius tempus dicendũ sit? Nã etsi uarie corpus aliquando mouetur, aliquando stat, non solum motũ eius, sed etiã statũ tempore metimur: & dicimus tantum stetit, quantum motũ est, aut

aut duplo, vel triplo ſtetit ad id quod motũ eſt, & ſi quid aliud noſtra dimenſio, ſiue comprehenderit, ſiue exiſtimauerit, vt dici ſolet, F plus minus. Non eſt ergo tempus corporis motus.

Rurſus orat. Cap. 25.

ET cõfiteor tibi domine ignorare me adhuc quid ſit tempus, & rurſus confiteor tibi domine ſcire me in tẽpore iſta dicere, & diu me iam loqui de tempore, atque idipſum diu non eſſe niſi moram temporis. Quomodo igitur hoc ſcio, quando quid ſit tempus neſcio? An forte neſcio quemadmodum dicam quod ſcio? Hei mihi qui neſcio ſaltem quid neſciam. Ecce Deus meus coram te, quia non mentior, ſicut loquor, ita eſt cor meum. Tu illuminabis lucernam meam domine. Deus meus illumina tenebras meas.

Mẽſura pedũ & ſyllabarum. Cap. 26.

NOnne tibi confitetur anima mea confeſſione veridica metiri me tempora: Itane Deus meus metior, & quid metiar neſcio? Metior motum corporis in tempore, itẽ ipſum tempus non metior? An vero corporis motum metirer quandiu ſit, & quandiu hinc illuc perueniat, niſi tempus, in quo mouetur metirer. Ipſum ergo tempus vnde metior? An tempore breuiore metimur lõgius, ſicut ſpatio cubiti ſpatium tranſiri. Sicut enim videmur ſpatio breuis ſyllabæ metiri ſpatium G longæ ſyllabę, atq; id duplum dicere, ita metimur ſpatia carminum ſpatijs verſuum, & verſuum ſpatijs pedum, & ſpatia pedum ſpatijs ſyllabarum, & ſpatia longarũ ſpatijs breuium, non in paginis. Nã eo modo loca metimur, non tempora. Sed cum voces pronunciando tráſeunt, & dicimus longum carmen eſt, nam tot verſibus cõtexitur: longi verſus, nam tot pedibus conſtant: longi pedes, nam tot ſyllabis tenduntur: longa ſyllaba, nã dupla eſt ad breuem. Sed neq; ita comprehenditur certa menſura temporis quãdoquidem fieri poteſt, vt ampliori ſpatio temporis perſonet verſus breuior, ſi productius pronũcietur, quàm longior ſi correptius. Ita carmen, ita pes, ita ſyllaba. Inde mihi viſum eſt, nihil eſſe aliud tẽpus quàm diſtenſionẽ: ſed cuius rei neſcio, & mirũ ſi non ipſius animi. Quid enim metior obſecro Deus meus & dico, aut indefinite, longius eſt hoc tẽpus quàm illud, aut etiã definite, duplũ eſt hoc ad illud? Tempus metior ſcio, ſed nõ metior futurum, quia nondum eſt. Non metior præſens, quia nullo ſpatio tenditur. Non metior pręteritum, H quia iam nõ eſt. Quid ergo metior? An prætereuntia tpa non præterita? Sic. n. dixeram.

INſiſte anima mea, & attendẽ te fortiter, Pſal. 6 Deus adiutor noſter, ipſe fecit nos, & non Quo ipſi nos. Attende vbi albeſcit veritas. Ecce metputa, vox corporis incipit ſonare & ſonat, & mur adhuc ſonat, & ecce deſinit, iamq; ſilẽtiũ eſt, pus. & vox illa præterita eſt, & non eſt iam vox. Cap. Futura erat antequã ſonaret, & non poterat metiri, quia nondũ erat, & nunc non poteſt, quia iam non eſt. Tunc ergo poterat cum ſonabat, quia tunc erat quæ metiri poſſet. Sed & tunc non ſtabat, ibat enim & præteribat. An ideo magis poterat? Præteriens. n. tendebatur in aliquod ſpatiũ temporis, quo metiri poſſet, quoniã præſens nullum habet ſpatiũ. Si ergo tunc poterat, ecce puta, altera cœpit ſonare, & adhuc ſonat cõtinuato tenore ſine vlla diſtinctione, metiamur eam dum ſonat. Cum enim ſonare ceſſauerit, iam præterita erit, & non erit quæ poſſit metiri. Metiamur plane & dicamus quãta ſit. Sed adhuc ſonat, nec metiri poteſt niſi ab initio ſui quo ſonare cœpit, vſq; ad finem quo deſinit. Ipſum quippe interuallũ metimur ab aliquo initio vſq; ad aliquem finẽ. Quapropter vox quę nondum finita eſt, metiri non poteſt, vt dicatur quàm longa, vel breuis ſit, nec dici aut æqualis alicui, aut ad aliquã ſimpla, vel dupla, vel quid aliud. Cum autẽ finita fuerit, iam non I erit. Quo pacto igitur metiri poterit? Et metimur tamen tempora, nec ea quæ nondum ſunt, nec ea quę iam nõ ſunt, nec ea quæ nulla mora extenduntur, nec ea quæ terminos non habent. Nec futura ergo, nec pręterita, Diuer nec pręſentia, nec prætereuntia tempora metimur, & metimur tũ tempora. Deus creator oĩum, verſus iſte octo ſyllabarũ, breuibus & longis alternat ſyllabis. Quatuor itaq; breues: prima, tertia, quinta, ſeptima, ſimplæ ſunt ad quatuor longas: ſecundã, quartã, ſextam, octauã. Hæ ſingulæ ad illas ſingulas duplum habent temporis: pronuncio & renuncio, & ita eſt quãtũ ſentitur ſenſu manifeſto. Quantum ſenſus manifeſtus eſt, breui ſyllaba longam metior, eamq; habere bis tãtum ſentio. Sed cũ altera poſt alteram ſonat, ſi prior breuis, longa poſterior quomodo tenebo breuẽ, & quomodo eam longam metiẽs applicabo, vt inueniam q̃ bis tantũ habeat, quandoquidem longa ſonare non incipit, niſi breuis ſonare deſtiterit? Ipſam quoque longam non pręſentẽ metior, quando niſi finitam nõ metior. Eius autem finitio præteritio eſt. Quid K ergo eſt quod metiar? Vbi eſt quam metior, breuis? Vbi eſt longa quã metior? Ambæ ſonuerunt,

nuerunt, auolauerunt, præterierunt, iam non ſunt, & ego metior, fidenterq́ reſpondeo, quando exercitato ſenſu fiditur, illam ſimplam eſſe, illam duplam in ſpacio ſcilicet temporis. Neque hoc poſſum niſi quia præterierunt, & finitæ ſunt. Non ergo ipſas quæ iam nõ ſunt, ſed aliquid in memoria mea metior quod infixum manet. In te anime meus tẽpora metior, noli mihi obſtrepere: quod eſt, Noli tibi obſtrepere turbis affectionũ tuarum. In te (inquam) tempora metior, affectionem quam res prætereũtes in te faciunt, & cum illæ præterierint, manet. Ipſam metior præſentem, non eas quæ præterierunt vt fieret, Ipſam metior cum tempora metior. Ergo aut ipſa ſunt tẽpora, aut non tempora metior. Quid cum metimur ſilentia, & dicimus illud ſilentium tantum tenuiſſe temporis, quantum illa vox tenuit? Nonne cogitationem tendimus ad menſuram vocis, quaſi ſonaret, vt aliquid de interuallis ſilentiorum in ſpacio temporis renunciare poſſi- L mus? Nam, & voce atque ore ceſſante, peragimus cogitãdo carmina & verſus, & quemque ſermonẽ, motionũq́; dimẽſiones quaſlibet, & de ſpatijs tẽporũ quantũ illud ad illud ſit renunciamus, non aliter, ac ſi ea ſonando diceremus. Si voluerit aliquis ædere longiuſculã vocem, & conſtituerit præmeditando q̃ longa futura ſit, egit vtique iſte ſpatiũ temporis in ſilentio, memoriæque commendans cœpit ædere illam vocem quæ ſonat, do nec ad propoſitum terminum perducatur. Imo ſonuit & ſonabit. Nam quod eius iam peractum eſt, vtique ſonuit: quod autem reſtat, ſonabit: atque ita peragitur, dum præſens intentio futurum in præteritum traijcit, diminutione futuri creſcente præterito, donec conſummatione futuri ſit totum pręteritum.

Animo metimur tempora. Cap. 28.

SEd quomodo minuitur aut conſumitur futurum, quod nondum eſt? Aut quomodo creſcit pręteritum quod iam non eſt, niſi quia in animo qui illud agit tria ſunt? Nam, & expectat, & attẽdit & meminit, vt id quod expectat, per id quod attendit, tranſeat in id quod meminerit. Quis igitur negat futura nondum eſſe? Sed tamẽ iam eſt in animo expectatio futurorũ. Et quis negat præterita iam non eſſe? Sed tamen adhuc eſt in animo memoria præteritorũ. Et quis negat præſens tempus carere ſpatio, quia in punctο pręterit? Sed tamẽ perdurat attentio p quã peragat abeſſe quod aderit. Nõ igitur longum tempus futurum quod non eſt, ſed longum futurũ, lõga expectatio futuri eſt. Neq; longum præteritum tẽpus quod nõ eſt, ſed longum præteritũ longa memoria præteriti eſt. Dicturus ſum canticũ quod noui, antequam incipiam in totum expectatio mea tenditur: cũ autem cœpero, quantũ ex illo in præteritũ decerpſero, tẽditur in memoria mea: atq; diſtendit vita huius actionis meę in memoriã pp quod dixi, & in expectationẽ propter qd dicturus ſum, pſens tn adeſt attẽtio mea, p quã traijciatur quod erat futurum vt fiat præteritũ. Quod quãto magis agitur, & agitur, tanto breuiata expectatione prolongatur memoria, donec tota expectatio cõſumatur, cum tota illa actio finita tranſierit in memoriam. Et quod in toto cantico, hoc in ſingulis particulis eius fit, atque in ſingulis ſyllabis eius, hoc in actione longiore, cuius forte particula eſt illud canticum: hoc in tota vita hominis, cuius partes ſunt omnes actiones hominis: hoc in toto ſeculo filiorum hominũ, cuius partes ſunt omnes vitæ hominum.

SEd quoniam melior eſt miſericordia tua A ſuper vitas, ecce diſtentio eſt vita mea, & Pſal. 62. me ſuſcepit dextera tua in domino meo me- Animi diatore filio hominis inter te vnum, & nos extẽſio. multos in multis per multa, & per eum ap- Cap. 29. prehendam in quo & apprehenſus ſum, & 1. Ti. 2. a veteribus diebus colligar ſequens vnũ præ Phili. 2. terita oblitus: nõ in ea, quæ futura, & tranſitura ſunt, ſed in ea, quæ ante ſunt, non diſtentus, ſed intentus, non ſecundum diſtenſionem, ſed ſecundum intentionem ſequor ad palmam ſupernæ vocationis, ubi audiam vocem laudis tuæ, & contempler delectationem tuam, nec venientem nec prætereuntem. Nunc vero anni mei in gẽmitibus, & tu ſolatium meũ domine pater meus æternus es. At ego in tempora diſſilui, quorum ordinem neſcio, & tumultuoſis varietatibus dilaniantur cogitationes meæ, intima viſcera animæ meæ, donec in te confluam purgatus, & liquidus igne amoris tui.

ET ſtabo atque ſolidabor in te in forma Quò ex mea veritate tua, nec patiar quæſtiones tẽdẽdus hominum, qui pœnali morbo plus ſitiunt animus- quam capiunt, & dicunt. Quid faciebat Cap. 30. Deus antequam faceret cœlum, & terram? B Aut quid ei venit in mentem, vt aliquid faceret, cum antea nunquam aliquid fecerit? Da illis domine bene cogitare quid dicant, & inuenire, quia non dicitur nunquam vbi non eſt tempus. Qui ergo dicitur nunquam

nunquam feciſſe: quid aliud dꝛ niſi nullo tẽpore feciſſe? Videant itaque nullum tempus eſſe poſſe ſine creatura tua, & deſinant iſtam uanitatẽ loqui. Extendantur ẽt in ea, q̃ ante ſunt, & intelligant te ante omnia tẽpora æternum creatorẽ omnium temporũ, neque ulla tempora tibi eſſe coæterna, nec ullã creaturã, etiam ſi eſt aliqua ſupra tempora.

Quo cognoſcit Deus, quo creatura. Ca. 31.

DOmine deus meus, quis ille ſinus eſt alti ſecreti tui, quàm longe inde me proiecerunt conſequentia delictorum meorũ? Sanа oculos meos, vt congaudeã luci tuæ. Certe ſi eſt tam grandi ſcientia & præſciẽtia pollens animus, cui cũcta præterita & futura ita nota ſint, ſicut mihi unum canticum notiſſimum: nimirũ mirabilis eſt animus iſte, atq; ad horrorem ſtupendus. Quippe quem ita C non lateat quicquid peractum, & quicquid reliquum ſeculorũ eſt: quemadmodũ me nõ latet cantantem illud canticũ, quid & quantum eius abierit ab exordio, quid & quantũ reſtet ad finẽ. Sed abſit ut tu conditor uniuerſitatis, conditor animarũ & corporũ, abſit ut ita noueris omnia futura & præterita. Longe tu, longe mirabilius, longeq̃ ſecretius. Neque enim ſicut nota cantantis, notumve canticũ audientis, expectatione uocum futurarum, & memoria præteritarum variatur affectus, ſenſusq̃ diſtenditur, ita tibi aliquid accidit incommutabiliter æterno, hoc eſt, vere æterno creatori mentium. Sicut ergo noſti in principio cœlum & terram ſine varietate
Gene.1. notitiæ tuæ: ita feciſti in principio cœlum & terram ſine diſtinctione actionis tuæ. Qui intelligit, confiteatur tibi: & qui non intelligit, confiteatur tibi. O quàm excelſus es, & humiles corde ſunt domus tua. Tu enim e-
Pſ. 145. rigis eliſos, & non cadunt, quorum fortitudo tu es.

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM Liber duodecimus.

D Difficilis inquiſitio veri. cap. 1.

MVlta ſatagit cor meum Domine in hac inopia uitæ meæ pulſatum uerbis ſanctæ ſcripturę tuæ. Et ideo plerũque in ſermone copioſa eſt egeſtas humanæ intelligentię: quia olus loquitur inquiſitio quàm inuentio: & longior eſt petitio quàm impetratio: & operoſior eſt manus pulſans, quàm ſumens. Tenemus promiſſum, quis corrum pet illud? Si Deus pro nobis quis contra nos? Petite & accipietis, quærite & inuenietis, Ro. 8 pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui Matt. petit accipit, & quærens inueniet: & pulſanti aperietur. Promiſſa tua ſunt: Et quis falli timeat, cum promittit veritas?

COnfitetur altitudini tuę humilitas linguæ meæ, quoniam tu feciſti cœlum & De & terram, hoc cœlum quod video, terramq̃ plici quam calco, unde eſt hæc terra quam porto, ra. ca. tu feciſti. Sed ubi eſt cœlum cœli domine, de quo audiuimus in uoce Pſalmi: Cœlum Pſal. cœli domino, terram autem dedit filiis homi num? Vbi eſt cœlum quod non cernimus, cui terra eſt hoc omne quod cernimus? Hoc E enim totum corporeum, non ubique totum ita cepit ſpeciem pulchram in nouiſſimis, cui fundus eſt terra noſtra, ſed ad illud cœlũ cœli, etiã terrę noſtræ cœlum terra eſt. Et hoc utrunque magnum corpus, non abſurde terra eſt, ad illud neſcio quale cœlum quod domino eſt, non filiis hominum.

ET nimirum hęc terra erat inuiſibilis, & Gene. incompoſita, & neſcio quæ profunditas Tene abyſsi ſuper quam non erat lux: quia nulla bræ ſu ſpecies erat illi. Vnde iuſſiſti, ut ſcriberetur, facie quod tenebrę erãt ſuper abyſſum, quid aliud byſſi. quàm lucis abſentia? Vbi enim lux eſſet ſi cap. 2. eſſet, niſi ſupereſſet eminendo & illuſtrãdo? 2. Ite Vbi ergo lux nondum erat, quid erat adeſſe diſt. tenebras niſi abeſſe lucem? Super itaque e- cap. 2 rant tenebræ, quia lux ſuper aberat: ſicut ſonus ubi non eſt, ſilentium eſt. Et quid eſt eſſe ibi ſilentiũ, niſi ſonum ibi non eſſe? Nõ ne tu domine docuiſti hanc animam, quæ tibi confitetur? Nonne tu domine docuiſti me quod priuſquam iſtam informem materiam formares atque diſtingueres, non erat aliquid: non color, non figura, non corpus, non ſpiritus, non tamen omnino nihil? Erat quædam informitas ſine ulla ſpecie.

QVid ergo uocaretur, quo etiam ſenſu F tardioribus utcunque inſinuaretur, ni Materi ſi vſitato aliquo vocabulo? Quid autem in prima omnibus mundi partibus reperiri poteſt, hyle. quo pinquius informitati oĩmodæ, q̃ terra & a- cap. 4 byſſus? Minus.n. ſpecioſa ſunt pro ſuo gradu infimo, quàm cætera ſuperiora perlucida, & luculenta omnia. Cur ergo nõ accipiã informitatẽ materiæ, quam ſine ſpecie feceras, unde ſpecioſum mundum faceres, ita commode hominibus intimatam, ut appellaretur terra inuiſibilis & incompoſita?

Et cum

Hyle qualis. cap. 5. Quid ſenſerit aliquando de materia prima, & quid modo. Cap. 6.

ET cũ in ea quærit cogitatio quid ſenſus attingat, & dicit ſibi, non eſt intelligibilis forma ſicut vita, ſicut iuſtitia, quia materies eſt corporum, neque ſenſibilis, quoniã quid videatur, & quid ſentiatur in inuiſibili, & incompoſita non eſt. Dum ſibi hæc dicit humana cogitatio, conetur eam uel noſſe ignorando, vel ignorare noſcendo.

EGo vero domine ſi totum confitear tibi ore meo, & calamo meo, quicquid de iſta materia docuiſti me, cuius antea nomen audiens, & non intelligens narrãtibus mihi eis G qui non intelligerent eã cum ſpeciebus innumeris, & uarijs cogitabam: & ideo non eam cogitabam, fœdas & horribiles formas perturbatis ordinibus voluebat animus, ſed formas tamen: & informe appellabã, non quod careret forma, ſed quòd talem haberet, & vt ſi appareret inſolitum, & incongruum, auerſaretur ſenſus meus, & conturbaretur infirmitas hominis. Verum autem illud quod cogitabam, non priuatione omnis formę, ſed comparatione formoſiorum erat informe, & ſuadebat vera ratio, vt omnis formæ qualeſcunque reliquias omnino detrahierẽ, ſi uellem prorſus informe cogitare, & non poterã. Citius enim non eſſe cenſebam, quod omni forma priuaretur, quàm cogitabam quiddã informe, & nihil formatum, nec nihil informe prope nihil. Et ceſſauit mens mea interrogare hinc ſpiritum meum plenum imaginibus formatorum corporum, & eas pro arbitrio mutantem atque variatem: Et intẽdi in ipſa corpora, eorumq̃ mutabilitatem altius inſpexi, qua deſinunt eſſe quod fuerãt, & incipiunt eſſe quod non erant, eundẽq̃ tranſitum de forma in formam per informe quiddã fieri ſuſpicatus ſum nõ per omnino H nihil: ſed noſſe cupiebam, non ſuſpicari. Et ſi totum tibi confiteatur uox, & ſtylus meus, quicquid de iſta quæſtione enodaſti mihi, quis legentium capere durabit? Nec ideo tamen ceſſabit cor meum dare tibi honorem, & cãticum laudis de ijs, quę dictare non ſufficit. Mutabilitas enim rerum mutabilium capax ipſa eſt formarũ omnium, in quas mutantur res mutabiles. Et hæc quid eſt? Nunquid animus? Nunquid corpus? Nunquid ſpecies animi vel corporis? Si dici poſſet, nihil aliquid eſt, & non eſt, hoc eam dicerẽ: & tamen iam vtcunque erat, ut ſpecies caperet iſtas uiſibiles, & compoſitas.

Cœlum terra ma

ET vnde vtcunque erat niſi eſſet abs te, à quo ſunt omnia inquantuncunque ſunt? Sed tanto à te longius, quanto diſſimilius. ius. Neque.n. locis iſta, quæ tu domine, qui non Cap. 7. es alibi aliud, & alias aliter, ſed ipſum, & idipſum, & idipſum: Sãctus, ſanctus, ſanctus, do- Eſa. 6. minus Deus omnipotens, in principio quod eſt de te, in ſapientia tua, quæ nata eſt de ſub- Pſa. 103 ſtantia tua, feciſti aliquid, & de nihilo. Feciſti Gene. 2. enim cœlum & terram, non de te: nam eſſet æquale vnigenito tuo, ac per hoc & tibi: & nullo modo iuſtum eſſet, vt æquale tibi eſſet quod de te nõ eſſet. Et aliud præter te nõ erat I vnde faceres ea Deus vna trinitas, & trina unitas, & ideo de nihilo feciſti cęlũ, & terrã, magnũ quiddã, & paruũ quiddã, quoniã omnipotẽs, & bonus es ad faciẽda omnia bona, magnũ cœlũ, & paruam terram. Tu eras, & aliud nihil vnde feciſti cœlum, & terrã, duo quædam, vnum prope te, alterum prope nihil: vnum quo ſuperior tu eſſes, alterum quo inferius nihil eſſet.

SEd illud cœlũ cœli tibi domine: terrã autẽ Pſ. 113. quã dediſti filijs hominũ cernendã atque Materia tangendã, nõ erat talis qualẽ nunc cernimus prima & tangimus. Inuiſibilis enim erat, & incom- ex nihi- põſita, & abyſſus erat ſuper quã nõ erat lux, lo, ex ſed tenebræ erant ſuper abyſſum, ideſt magis hac om- quàm in abyſſo. Iſta quippe abyſſus aquarũ nia. ca. 8. iam viſibilium, etiam in profundis ſuis habet Gene. 1. ſpeciei ſuæ lucem vtcunque ſenſibilem piſcibus, & repentibus in ſuo fundo animantibus. Illud autẽ totũ prope nihil erat, quoniã adhuc omnino informe erat: Iam tamen erat quod formari poterat. Tu.n. domine feciſti mũdũ de materia informi, quã feciſti de nulla re penè nullã rẽ, vnde faceres magna, quæ miramur filij hominum. Valde.n. mirabile K hoc cœlum corporeum, quod firmamentum inter aquã, & aquã, ſecundo die poſt conditionẽ lucis dixiſti, Fiat, & ſic factũ eſt. Quod firmamẽtum vocaſti cœlum, ſed cœlũ terræ huius & maris, quę feciſti tertio die, dando ſpeciẽ viſibilem informi materiæ quã feciſti ante omnẽ diẽ. Iam.n. feceras & cœlum ante omnem diem, ſed cœlum cœli huius, quia in principio feceras cœlum, & terrã. Terra aũt ipſa quã feceras, informis materies erat, quia inuiſibilis erat, & incõpoſita, & tenebræ erãt ſuper abyſſum. De qua terra inuiſibili, & incõpoſita, de qua informitate, de quo penè nihilo faceres hęc omnia, quibus iſte mutabilis mundus cõſtat, & non cõſtat, in quo ipſa mutabilitas apparet, in qua ſentiri, & dinumerari poſſunt tẽpora, quia rerum mutationibus fiũt tẽpora, dũ variãtur, & vertũtur ſpecies,

quarũ materies prędicta est terra inuisibilis.

Cœlum eli q.d. Cap. 9.

I Deoq; spiritus doctor famuli tui, cũ te cõmemorat fecisse in principio cœlũ, & terrã, tacet de tẽporibus, silet de diebus. Nimirũ enim cœlum cœli quod in principio fecisti, creatura est aliqua intellectualis, quanquam nequaquam tibi trinitati coæterna: particeps tamẽ æternitatis tuæ, valde mutabilitatẽ suã

I. præ dulcedine fœliciſsimæ contemplationis tuæ cohibet, & sine vllo lapsu ex quo facta est inhærẽdo tibi, excedit omnem volubilem uicisitudinẽ tẽporum. Ista uero informitas terrę inuisibilis, & incõpositę, nec ipsa in diebus numerata est. Vbi enim nulla species, nullus ordo, nec uenit quicquam nec præterit. Et ubi hoc non fit, non sunt vtique dies, nec vicisitudo spatiorum temporalium.

Credere scripturis. Cap. 10.

O Veritas lumen cordis mei, non tenebræ meæ loquantur mihi. Defluxi ad ista, & obscuratus sum, sed hinc etiã hinc adamaui te. Erraui & recordatus sum tui. Audiui uocem tuam post me ut redirem, & uix audiui propter tumultus impacatorum. Et nũc ecce redeo æstuans, & anhelans ad fontem tuum. Nemo me ꝓhibeat, hunc bibam, & tunc uiuam. Nam non ego vita mea. Si tamen male vixi, ex me mors mihi fui, & in te reuiuisco. Tu me alloquere, tu mihi sermocinare. Credidi libris tuis, & verba eorum arcana ualde.

Quid à Deo dicerit. Cap. 11. 1. Ti. 6.

I Am dixisti mihi domine voce forti in aurem interiorẽ, quia tu æternus es, solus habens immortalitatem, quoniam ex nulla specie motuue mutaris, nec tẽporibus variatur voluntas tua, quia non est immortalis volũtas, quæ alia, & alia est. Hoc in cõspectu tuo claret mihi, & magis magisq; claresc at oro te, atq; in ea manifestatione persistã sobrius sub alis tuis. Item dixisti mihi domine voce forti in aurẽ interiorem, q̃ omnes naturas atque substãtias, quę non sunt quod tu es, & tamẽ sunt, tu fecisti: & hoc solum à te nõ est quod non est, motusq; voluntatis à te qui es ad id qđ minus est, quia talis motus delictũ atq; peccatũ est. Et quod nullius peccatũ, aut tibi nocet, aut perturbat ordinẽ imperij tui vel in primo vel in imo. Hoc in conspectu tuo claret mihi, & magis magisque claresc at oro te, atq; in ea manifestatione persistã sobrius sub alis tuis. Itẽ dixisti mihi uoce forti in aurẽ interiorẽ, quod nec illa creatura tibi coæterna est cuius voluntas tu solus es, teque perseuerãtissima castitate hauriẽs, mutabilitatẽ suã nunq̃, & nusquam exerit, & te sibi semper prẽsente, ad quẽ toto affectu se tenet, nõ habẽs futurum quod expectet, nec in prẽteritum traiiciẽs quod meminerit, nulla vice variatur, nec in tẽpora vlla distẽditur. O beata siqua ista est, inherẽdo beatitudini tuæ, beatã sempiterno inhabitatore te atq; illustratore suo. Nec inuenio quid libẽtius appellãdũ existimẽ. Cœlũ cœli domino, quã domũ tuã contẽplãtẽ delectationẽ tuã sine vllo defectu egrediendi in aliud, mentẽ putã concordissime vnam stabilimento pacis sanctorum spirituũ, ciuiũ ciuitatis tuæ in cœlestibus super ista cœlestia. Vnde intelligat anima cuius peregrinatio longinqua facta est, si iam sitit tibi, si iam factæ sunt ei lachrymę suæ panis, dum dicitur ei per singulos dies vbi est Deus tuus: iam petit à te vnam, & hanc requirit, vt inhabitet in domo tua per omnes dies vitæ suæ. Et quæ uita eius nisi tu? Et qui dies tui nisi æternitas tua, sicut anni tui qui non deficiunt, quia idem ipse es? Hinc ergo intelligat anima mea, quæ potest, quàm longe super omnia tempora sis æternus, quando tua domus, quę peregrinata non est, quanuis nõ sit tibi coæterna, tamen indesinenter, & indefic ienter tibi cohærendo nullã patitur uicisitudinem temporum, hoc in cõspectu tuo claret mihi, & magis magisque claresc at oro te, atq; in ea manifestatione persistã sobrius sub alis tuis. Ecce nescio quid informe in istis mutationibus rerum extremarum atq; infirmarum. Et quis dicet mihi, nisi quisquis per inania cordis sui cum suis phãtasmatibus uagatur & uoluitur: quis nisi talis dicet mihi: quod diminuta atque consumpta omni specie, si sola remaneat informitas, per quam de specie in speciẽ res mutabatur, & uertebatur, possit exhibere uices tẽporum. Omnino. n. non potest, quia sine varietate motionũ non sunt tẽpora: & nulla varietas, vbi nulla spẽs.

Q Vibus consyderatis quantum donas Deus meus: quãtum me ad pulsandũ excitas, quãtumque pulsanti aperis. Duo reperio, quæ fecisti carentia temporibus, cum tibi neutrum coæternum sit. Vnum quod ita formatum est, vt sine vllo defectu contemplationis, sine ullo interuallo mutationis, quanuis mutabile, tamen non mutatum tua æternitate atq; incõmutabilitate perfruatur. Alterũ quod ita informe erat, vt ex qua forma, in quã formã vel motionis vel stationis mutaretur, quo tẽpori subderetur nõ haberet. Sed hoc vt informe esset, non reliquisti, quoniã fecisti ante omnẽ diẽ, in principio cœlũ, & terrã, hęc duo quę dicebã. Terra autẽ inuisibilis erat & incomposita & tenebræ super abyssum. Quibus uerbis insinuatur informitas, vt gradatim excipiantur, qui omnimodam speciei priuationem, nec tamen ad nihil peruentionem cogitare nõ possunt, vnde fieret alterum cœlum & terra visibilis atque cõposita, & aqua speciosa, & quicquid deinceps in constitutione huius mundi non sine diebus factum commemoratur, quia talia sunt vt in eis agantur uicisitudines temporum propter ordinatas commutationes motionum atque formarum.

Creatura spirita. lis, qualis. Cap. 13. Gene. 1. 1. Cor. 13.

H Oc interim sentio Deus meus, cum audio loquẽtem scripturam tuam, in principio fecit Deus cœlum & terram: terra autẽ erat inuisibilis, & incõposita, & tenebræ erãt super abyssum, neque commemorãtem quo die feceris hæc. Sic interim sentio, propter illud cœlum cœli cœlum intellectuale, vbi est intellectus nosse simul: non ex parte, non in ænigmate, non per speculum, sed ex toto in manifestatione facie ad faciẽ: non modo hoc, modo illiud, sed quod dictum, est, nosse simul sine vlla vicisitudine temporum: & propter inuisibilem atque incompositam terram sine vlla vicisitudine temporũ, quæ solet habere mõ hoc, & modo illud, ea vbi nulla species, nusquam est hoc aut illud. Propter duo hæc primitus formatum, & penitus informe, illud cœlum, sed cœlum cœli, hoc vero terram, sed terram inuisibilem & incompositam, propter duo hæc interim sentio sine commemoratione dierum dicere scripturam tuam, In principio fecit Deus cœlum & terram. Statim quippe subiecit quam terram dixerit. Et quòd secundo die commemoratur factum firmamentum, & uocatum cœlũ, insinuat de quo cœlo prius sine diebus sermo locutus sit.

Scripturæ ꝓfunditas. Cap. 14.

M Ira profunditas eloquiorũ tuorũ, quorum ecce ante nos superficies blandiens paruulis. Sed mira profunditas Deus meus, mira profunditas. Horror est intendere in eam, horror honoris, & tremor amoris. Odi hostes eius uehementer. O si occidas eos de gladio bis acuto, & non sint hostes eius. Sic enim amo eos occidi sibi, ut viuant tibi. Ecce autem alij non reprehensores sed laudatores libri Geneseos non (inquiunt) hoc voluit in his verbis intelligi spiritus Dei, qui per Moysen famulum eius ista conscripsit: non hoc voluit intelligi quod tu dicis, sed aliud quod nos dicimus. Quibus ego te arbitro Deus omnium nostrorũ ita respondeo.

NVm dicetis falsa esse, quæ mihi veritas E voce forti in aurem interiorem dicit de uera æternitate creatoris, quòd nequaquam eius substãtia per tempora varietur, nec eius uoluntas extra eius substantiã sit? Vnde non eum modo velle hoc, modo velle illud, sed semel, & simul, & semper velle omnia, quę vult, non iterum, & iterum, neque nunc ista nunc illa, nec velle postea quod nolebat, aut nolle quod prius volebat: quia talis uoluntas mutabilis est, & omne mutabile æternũ non est: Deus autem noster æternus est. Item quod mihi dicitur in aurem interiorem, expectatio rerum uenturarum fit contuitus cũ venerint, idemque contuitus sit memoria, cum præterierint: omnis porrò intentio, quę ita variatur mutabilis est, & omne mutabile æternũ non est, Deus aũt noster æternus est.

Quãtũ inter sit inter cõditorẽ, et condita. Cap. 15.

Hęc colligo atque cõiungo, & inuenio Deũ F meum, Deum æternum nõ aliqua noua voluntate condidisse creaturã, nec scientia eius trãsitoriũ aliq̃d pati. Quid ergo dicetis contradictores? An falsa sunt ista? non, inquiunt. Quid illud? Nũquid falsum est omnẽ naturã formatã materiamue formabilem nõ esse nisi ab illo qui summe bonus est, quia summe est? Neq; hoc negamus, inquiunt. Quid igitur? An illud negatis, sublimem quandam esse creaturã tã casto amore cohærentẽ Deo, vero, & vere æterno, ut quanuis ei coæterna nõ sit: in nullam tñ tẽporum varietatẽ, & vicisitudinẽ ab illo se resoluat ac defluat, sed in eius solius veracissima cõtemplatione requiescat. Quoniã tu Deus diligẽti te quantum ꝑcipis, ostendis ei te & sufficis ei, & ideo non declinat à te nec ad se. Hæc est domus Dei nõ terrena, neq; ulla cœlesti mole corporea, sed spiritalis, & particeps æternitatis tuę, quia sine labe in eternũ. Statuisti. n. eã in Psa. 148. seculũ, & in seculũ seculi ꝑceptũ posuisti, & nõ ꝑteribit. Nec tñ tibi Deo coæterna quoniã nõ sine initio. facta est. n. Nã etsi nõ inuenimus tẽpus ante illã, prior ąppe omniũ Eccl. 1. creata est sapiẽtia, nec utiq; illa sapiẽtia tibi 2. sen. deus noster patri suo planè coæterna, & coæqualis, & ꝑ quã creata sũt oia, & in quo principio fecisti cœlũ & terrã, sed ꝑfecto sapiẽtia dist. 2. q̃ creata est, intellectualis natura scilicet, quæ contẽplatione luminis lumẽ est: dicitur. n. & ipsa, quanuis creata, sapientia. Sed quantum interest inter lumẽ quod illuminat, & quod illuminatur, tantum inter sapientiam, quæ creat, & istã, quæ creata est: sicut inter iustitiam iustificantem, & iustitiã quæ iustificatione

Gtione facta est. Nam, & nos dicti sumus iu-
2.Co.5. stitia tua. Ait enim quidam seruus tuus, vt
Eccl.1. nos simus iustia Dei in ipso. Ergo quia prior
Gala.4. omnium creata est quædam sapientia, q̃ crea
ta est mens rationalis, & intellectualis castę
ciuitatis tuæ matris nostræ, quæ sursum est,
Psal.13. & libera est, & æterna in cœlis: quibus cœlis
nisi qui te laudant cœli cœlorum? quia hoc
est, & cœlum cœli domino: & si non inuenimus tempus ante illam, quia & creaturam temporis antecedit, quæ prior omnium creatura est, ante illã tamen est ipsius creatoris æternitas, à quo facta sumpsit exordiũ, quanuis non temporis, quia nõdum erat tempus, ipsius tamẽ conditionis suæ. Vnde ita est abte Deo nostro, vt aliud sit planè quàm tu, & non idipsum. Quoniam, & si non solum ante illam, sed nec in illa inuenimus tẽpus, quia est idonea facies tua semper videre, nec usquam deflectitur ab ea, quo fit vt nulla mutatione varietur: ineſt ei tamẽ ipsa mutabilitas vnde tenebresceret, & frigesceret, nisi amore grandi tibi cohærens tanquam semper meri-
Psal.25. dies luceret et ferueret ex te. O domus luminosa & speciosa; dilexi decorem tuum, & locum habitionis glorię domini mei fabricato-
H ris & possessoris tui. Tibi suspiret peregrinatio mea, & dico ei qui fecit te, vt possideat &
Psal.118. me in te, q̃a fecit et me. Erraui sicut ouis per-
Luc.15. dita, sed in humeris pastoris mei, structoris tui, spero me reportari tibi. Quid dicitis mihi quos alloquebar contradictores, qui tamẽ & Moysen piũ famulum Dei, & libros eius oracula sancti spiritus creditis? Est ne ista domus Dei, non quidem Deo coæterna, sed tamen secundum modum suum ęterna in cœlis, vbi vices tẽporum frustra quæritis, quia non inuenietis? Superegreditur enim omnem distẽsionem, & omne spatium ætatis volubile, cui semper inhærere Deo bonum.
Psal.72. Est, inquiunt. Quid igitur ex ijs quæ clamauit cor meum ad Deum meũ, vt audiret interius vocem laudis eus, quid tãdem falsum esse contenditis? An quia erat informis materies, vbi propter nullam formam nullus ordo erat? Vbi autem nullus ordo erat, nulla esse vicissitudo temporum poterat: & tamen hoc penè nihil, inquantum non omnino nihil erat, ab illa vtique erat a quo est q̃quid est, quod vtcunque aliquid est. Hoc quo-
Aduersus eos qui que, aiunt, non negamus.

CVm his enim volo coram te aliquid colloqui Deus meus, qui hæc omnia quæ
I ntus in mente mea non tacet ueritas tua ue-
ra esse concedunt. Nam qui hæc negant, latrent quantum volunt, & obstrepãt sibi, persuadere conabor vt quiescant, & viam præbeant ad se verbo tuo. Quod si noluerint, & repulerint me, obsecro te Deus meus, ne tu sileas à me. Tu loquere in corde meo veraciter: Solus enim sic loqueris, & dimittã eos foris sufflantes in puluerem, & excitantes terram in oculos suos, et intrem in cubile meũ, & cantem tibi amatoria, gemens inenarrabiles gemitus in peregrinatione mea, & recordans Hierusalem, extẽto in eam sursum corde. Hierusalem patriam meam, Hierusalem matrem meam, teq̃e super eam regnatorẽ, illustratorem, patrem, tutorem, maritum, castas, & fortes delitias, & solidum gaudium, & omnia bona ineffabilia simul omnia, quia vnum summum, & verum bonum: & non auertar, donec in eius pacem matris charissimæ, vbi sunt primitiæ spiritus mei, vnde mihi ista certa sunt, colligas totum quod sum, à dispersione & deformitate hac, & conformes atque confirmes in æternum Deus meus misericordia mea. Cũ his autẽ qui cuncta illa quæ vera sunt, falsa esse nõ dicũt, honorãtes, & in culmine sequendæ authoritatis nobiscũ constituẽtes illam per sanctũ Moysen ædirã sanctam scripturam tuam, & tamẽ nobis aliquid contradicunt, ita loquor. Tu esto Deus K
noster arbiter inter confessiones meas, & contradictiones eorum.

DIcunt enim, quanuis vera sint hæc, non ea tamẽ duo Moyses intuebatur, cũ spiritu reuelãte diceret: In principio fecit Deus cœlum, & terram. Non cœli nomine spiritalem vel intellectualem illam creaturam, sempiter faciem Dei cõtemplantem significauit: nec terræ nomine informẽ materiam. Quid igitur? Quod nos dicimus (inquiunt) hoc ille vir sensit, hoc verbis istis elocutus est. Quid illud est? Nomine aiunt cœli, & terræ, totũ istũ uisibilẽ mũdũ prius uniuersaliter, & breuiter significare voluit, vt postea digereret dierũ enumeratione, quasi articulatim uniuersa, quæ sancto spiritui placuit sic enunciare. Tales quippe homines erant rudis ille atq; carnalis populus cui loquebatur, ut eis opera Dei non nisi sola uisibilia commendanda indicaret. Terram uero inuisibilem, & incompositam tenebrosamq̃e abyssum, unde consequenter ostenditur per illos dies facta atque dispositа esse cuncta ista uisibilia, quæ nota sunt omnibus, non incongruenter informen istam materiem intelligendam

L gendam esse consentitur. Quid si dicat alius eandem informitatem confusionemq̃e materiæ, cœli & terrę noīe prius insinuatam, quòd ex ea mũdus iste visibilis cũ oĩbus naturis, q̃ in eo manifestissime apparẽt, qui cœli, & terrę noīe sæpe appellari solet conditus atq; pfectus est? Quid sic dicat, & alius, cœlũ, & terrã quidẽ inuisibilẽ visibilẽq̃; naturã nõ indecenter appellatã, ac p hoc uniuersam creaturã quam fecit in sapiẽtia. i. in principio deus huiusce modi duobus vocabulis esse cõprehẽsam: verũtamẽ quia nõ de ipsa substãtia Dei, sed ex nihilo cuncta facta sunt, quia nõ sunt idipsum quod Deus, & ineſt quædã mutabilitas omnibus, siue maneãt, sicut ęterna domus Dei: siue mutẽtur, sicut aia hois & corpus: cõmunẽ omniũ rerũ inuisibiliũ visibiliũq̃; materiẽ adhuc informẽ, sed certe formabilem, vnde fieret cœlũ, & terra, id est, inuisibilis atque visibilis iam vtraque formata creatura, his nominibus enunciata, quibus appellaretur terra inuisibilis & incomposita, & tenebræ sup abyssum: ea distinctione, ut terra inuisibilis & incomposita intelligatur materies corporalis ante qualitatem formæ.
M Tenebrę autẽ super abyssum, spiritalis materies ante cohibitionem quasi fluentis immoderationis, et ante illuminationem sapientię? Est adhuc quod dicat si quis alius uelit, nõ. s. iam perfectas atque formatas inuisibiles uisibilesq̃e naturas cœli & terræ nomine significari cum legitur: In principio fecit Deus
Gene.1. cœlum & terram, sed ipsam adhuc informẽ inchoationẽ rerũ formabilem creabilemq̃e materiam his nominibus appellatam, quòd in ea iam essent ista confusa, nõdum qualitatibus formisq̃e distincta, quæ nunc iam digesta suis ordinibus, uocantur cœlum & terra: illa spiritalis, hæc corporalis creatura.
1.Ti.2. QVibus omnibus auditis, & consyderatis, nolo verbis contendere: Ad nihil. n.
Quis error inno xiũ ẽ scripturis. utile est nisi ad subuersionem audienti. Ad ædificationem autem bona est lex, siquis ea legitime utatur, quia finis eius est charitas
Cap.18. de corde puro, & conscientia bona, & fide
1.Tim.1. non ficta. Et nouit magister noster in qui-
Mat.22. bus duobus præceptis totam legem prophetasq̃e suspenderit. Quæ mihi ardẽter confiteri, Deus meus lumen oculorũ meorũ in occulto, quid mihi obest, cum diuersa in his uerbis intelligi possint, q̃ tñ uera sint: quid inquã mihi obest, si aliud ego sensero q̃ sensit alius eũ sensisse qui scripsit? Oẽs quidẽ q̃
A legimus, nitimur hoc indagare atq; cõprehẽdere quod uoluit ille quem legimus. Et cum eum ueridicum credimus, nihil quod falsum esse vel nouimus vel putamus, audemus eum existimare dixisse. Dum ergo quisque conatur id sentire in scripturis sanctis, quod in eis sensit ille qui scripsit: quid mali est si hoc sentiat, quod tu lux omnium veridicarum mentium ostendis verum esse: etiam si hoc non sensit ille quem legit, cum & ille verum nec tamen hoc senserit?

VErum est enim domine, fecisse te cœlũ Quæli-
& terram: & uerum est principium es- quido ue
se sapientiam tuam, in qua fecisti omnia. Itẽ ra.
verũ est, quòd mũdus iste uisibilis habet ma Cap.19.
gnas partes suas cœlũ & terrã breui comple- Gene.1.
xione factarũ omniũ cõditarũq̃; naturarũ. Psa.103.
Et uerũ est, quòd omne mutabile insinuat noticiæ nostræ quãdam informitatẽ qua formã capit, vel qua mutaĩ & vertiĩ. Verũ est, nulla tempora ppẽti, quod ita cohęret formę incõmutabili, vt quãuis sit mutabile nõ mutẽ. Verũ est, informitatem quæ propè nihil est, vices temporũ habere nõ posse. Verũ est, quod vnde fit aliquid potest, quodam genere locutionis habere iam nomen eius rei, quæ inde fit, unde potuit uocari cœlum, & terra B
quælibet informitas unde factum est cœlum & terra. Verum est, omniũ formatorũ nihil esse informi uicinius, q̃ terrã, et abyssum. Verum est, quòd non solum creatum atque formatum, sed etiam quicquid creabile atque formabile est, ut fecisti ex quo sunt omnia. Verum est, omne quod ex informi formatur prius esse informe, deinde formatum.

EX his omnibus ueris, de quibus non du- In prin-
bitant quorum interiori oculo talia uide cipio
re donasti, & qui Moysen famulum tuum in creauit,
spiritu ueritatis locutum esse immobiliter &c. ua
credunt. Ex his ergo omnibus aliud sibi tol- rie intel-
lit qui dicit: In principio fecit Deus cœlũ & lectum.
terram, id est in uerbo suo sibi coæterno fecit Ca.20.
Deus intelligibilem atque sensibilem, uel spi Gene.1.
ritalem corporalẽq̃e creaturam. Aliud qui dicit: In principio fecit Deus cœlum & terram, id est, in uerbo suo sibi coæterno, fecit deus uniuersam istã molẽ corporei mũdi huius, cũ omnibus quas continet manifestis notisq̃e naturis. Aliud qui dicit: In principio C
fecit Deus cœlum & terram, id est, in uerbo suo sibi coæterno, fecit Deus informem materiã creaturæ spiritalis, & corporalis. Aliud qui dicit: In principio fecit Deus cœlum & terram, id est, in uerbo suo sibi coæterno, fecit Deus informem materiam creaturę cor-

poralis: vbi confusum adhuc erat cœlum, & terrâ, quæ nunc iã distincta atque formata in istius mundi mole sentimus, Aliud qui dicit: In principio fecit Deus cœlum, & terrã, id est, in ipso exordio faciendi atq; operandi fecit Deus informem materiam conflatam habentem cœlum, & terrã, vnde formata nunc eminent, & apparẽt cũ omnibus, quæ in eis sunt.

Terra erat inanis varie intellectum. Cap. 21.

ITem quod attinet ad intellectum verborũ sequẽtium, ex illis omnibus veris, aliud sibi tollit qui dicit: Terra autẽ erat inuisibilis, & incõposita, & tenebræ erant super abyssum: id est, incorporale illud, quod fecit Deus, adhuc materies erat corporearũ rerũ informis sine ordine, sine luce. Aliud qui dicit: Terra

Gene. 1.

autem erat inuisibilis, & incompositа, & tenebræ erant super abyssum, id est, hoc totum quod cœlum, & terra appellatũ est, adhuc informis, & tenebrosa materies erat vnde fieret cœlũ corporeum, & terra corporea cum omnibus, quæ in eis sunt corporeis sensibus nota. Aliud qui dicit: Terra autẽ erat inuisibilis, & incõposita, & tenebræ erãt super abyssum, id est, hoc totum quod cœlũ, & terra appellatũ est, adhuc informis, & tenebrosa materies erat vnde fieret cœlũ intelligibile, qđ alibi dr cœlum cœli: & terra. s. omnis natura corporea, sub quo nomine intelligatur ẽt hoc

Ps. 113.

cœlum corporeum. i. vnde fieret omnis inuisibilis visibilisq; creatura. Aliud qui dicit: Terra autẽ erat inuisibilis, & incõposita & tenebræ erant super abyssum, nõ illã informitatem noie cœli, & terræ scriptura appellauit, sed iã erat (inquit) ipsa informitas quã terrã inuisibilẽ, & incõpositã tenebrosamq; abyssum noiauit, de qua cœlum, & terrã deum fecisse prædixerat, spiritalẽ. s. corporalemq; creaturã. Aliud qui dicit: Terra aũt erat inuisibilis, & incõposita, & tenebræ erant super abyssum. i. informitas quędam iam materies erat, vnde cœlum, & terram Deum fecisse scriptura prædixit, totam scilicet corpoream mundi molem, in duas maximas partes superiorem atq; inferiorem distributam, cum omnibus, quæ in eis sunt vsitatis notisq; creaturis.

Ecquæ noĩe cœli ac terræ significantur. Cap. 12.

CVm enim duabus istis extremis sententijs resistere quisquam ita tentauerit. Si non vultis informitatem materiæ cœli, & terræ nomine appellatã videri, erat ergo aliquid quod non fecerat Deus: vnde cœlum, & terram faceret: neque enim scriptura narrauit,

Gene. 1.

quòd istam materiẽ Deus fecerit, nisi vt intelligamus eã cœli, & terræ, aut solius terræ vocabulo significatã, cum diceretur, in principio fecit Deus cœlum, & terram: & id quod sequitur. Terra autem erat inuisibilis, & incõposita: quanuis informẽ materiam sic placuerit appellare, nõ tñ intelligamus nisi eam quam fecit Deus in eo quod scriptum est: Fecit Deus cœlum, & terram. Respõdebunt assertores duarum istarum sententiarum, quas extremas posuimus, aut illius aut illius, cum hæc audierint, & dicet. Informẽ quidem istã materiam non negamus à Deo factam, à quo sunt omnia bona ualdè: qua sicut dicimus amplius bonum esse quod creatum atque formatum est, ita fatemur minus bonũ esse qđ factum est creabile atque formabile, sed tñ bonum. Non autem cõmemoraſſe scripturã, qđ hanc informitatẽ fecerit Deus, sicut alia multa non cõmemorauit, sicut cherubin, & seraphin, & quæ Apostolus distincte ait: sedes, dominationes, principatus, potestates, quæ tñ omnia Deum fecisse manifestum est. Aut si in eo quod dictum est: Fecit cœlum, & terrã, comprehensa sunt omnia: quid de aquis dicimus, super quas ferebatur spiritus Dei? Si non terra nominata simul intelligũtur, quomodo iam terræ nomine materies informis accipitur, qñ tam speciosas aquas videmus? Aut si ita accipitur, cur ex eadem informitate scriptum est factum firmamentum, & vocatum cœlum neque scriptum est factas esse aquas? Non enim adhuc informes sunt, & inuisæ, quas ita decora specie fluere cernimus. Aut si tunc acceperunt istam speciem cum dixit Deus: Congregetur aqua, quæ est sub firmamento, vt congregatio sit ipsa formatio, quid

Genes.

respondebitur de aquis, quæ super firmamentum sunt: quia neque informes tam honorabilem sedẽ accipere meruissent: nec scriptum est, qua voce formatæ sint? Vnde si aliquid Geneſis tacuit Deum fecisse, quod tñ Deum fecisse, nec sana fides, nec certus ambigit intellectus, nec ideo vlla sobria doctrina dicere audebit istas aquas coæternas ideo quia in libro Geneseos commemoratas quidem audiuimus, vbi autem factæ sint non inuenimus. Cur non informẽ quoque illam materiem, quã scriptura hæc terram inuisibilem, & incompositam, tenebrosamque abyssum appellat docente veritate intelligamus ex Deo factã esse de nihilo, ideoque illi non esse coæternam, quanuis vbi facta sit, omiserit enunciare ista narratio?

HIs ergo auditis atque perspectis, pro captu infirmitatis meæ quã tibi confiteor scienti Deo meo, duo video dissensionum aberrantium genera oboriri posse, cum aliquid à nuncijs veracibus per signa enunciatur: Vnum si de veritate rerum, alterum si de ipsius qui annunciat voluntate dissensio est. Aliter enim quærimus de creaturæ conditione quid verũ sit, aliter autem quid in his verbis Moyses egregius domesticus fidei tuæ intelligere lectorem auditoremq; voluerit. In illo primo genere discedant à me omnes qui ea, quæ falsa sunt, se scire arbitrantur. In hoc item altero discedãt à me omnes qui ea, quæ falsa sunt Moysen dixisse arbitrantur. Coniungar autem illis domine in te, & delecter cum eis in te, qui veritate tua pascuntur in latitudine charitatis, & accedamus simul ad verba libri tui, & quæramus in eis voluntatem tuam per voluntatem famuli tui, cuius calamo dispensasti ea.

Verax scriptura est si non intelligatur. Cap. 24.

SEd quis nostrum sic inueniet eam inter tã multa verba, quæ in illis verbis aliter atq; aliter intellectis occurrunt quærentibus, vt tam fideliter dicat hoc sensisse Moysen, atq; hoc in illa narratione voluisse intelligi, q̃ fideliter dicit hoc verum esse, siue ille hoc senserit siue aliud? Ecce enim Deus meus, ego seruus tuus, qui vouit tibi sacrificium confessionis in his literis, & oro vt ex misericordia tua reddã tibi vota mea. Ecce ego quàm fideliter dico in tuo verbo incommutabili omnia te fecisse, inuisibilia. Nunquid tam fideliter dico non aliud quàm hoc attendisse Moysen cum scriberet: In principio fecit Deus cœlum, & terram? Quia non sicut in tua veritate hoc certũ video, ita in eius mente video id eum cogitasse cum hæc scriberet? Potuit enim cogitare in ipso faciendi exordio, cum diceret: In principio, potuit cœlum, & terram hoc loco nullam iam formatam perfectam naturam, siue spiritalem siue corporalem, sed vtranque inchoatam, & adhuc informem velle intelligi. Video quippe vere potuisse dici quicquid horũ diceretur, sed quid horũ in his verbis ille cogitauerit, non ita video quanuis siue aliquid aliud horũ, siue aliquid aliud qđ à me cõmemoratũ non est, tantus vir ille mente conspexerit, cũ hæc verba promeret, verum eum vidisse aptèque id enunciasse non dubitem. Nemo mihi iam molestus sit dicendo mihi nõ hoc sensit Moyses qđ tu dicis: sed hoc sensit quod ego dico. Si enim mihi diceret, vnde scis hoc sensisse Moysen, quod de his verbis eius eloquèris, æquo animo ferre deberem, & respondere fortasse, quæ superius respondi, vel alia quanto vberius si esset durior.

NVnc vero dicit: Non hoc ille sensit qđ tu dicis, sed quod ego dico, neq; tũ negat quod vterq; nostrum dicit, vtrũq; verũ esse. O vita pauperum Deus meus, in cuius sinu non est contradictio, plue mihi mitigationes in cor, vt patienter tales feram qui non mihi hoc dicunt quia diuini sunt, & in corde famuli tui viderunt quod dicunt, sed quia superbi sunt, nec nouerunt Moysi sniam, sed amant suã, non quia vera est, sed quia sua est. Alioquin & aliã verã pariter amarẽt, sicut & ego amo quod dicunt, qñ verum dicunt, nõ quia ipsorũ est: sed quia verũ est, & ideo iã nec ipsorũ est, quia verum est. Si aũt ideo amant illud quia verũ est, iã & ipsorum est, & meũ est: qñ in commune oium est veritatis amatorum. Illud aũt quod contendunt non hoc sensisse Moysen quod ego dico, sed quod ipsi dicunt, nolo non amo: quia & si ita est tñ ista temeritas, non scientię, sed audacię est, nec visus, sed typus eã peperit. Ideoq; dñe tremẽdę sunt iudicia tua, qm veritas tua nec mea est, nec illius aut illius, sed oim nostrũ quos ad eã cõionem publicè vocas, terribiliter admonens nos vt nolimus eam habere priuatã, ne priuemur ea. Nam quisquis id quod tu omnibus ad fruendũ proponis, sibi proprie vendicat, & suum vult esse quod oium est, a cõmuni appellitur ad sua, hoc est, a veritate ad mendacium. Quisquis loquitur mendacium, de suo

Obscuri tas. Genesos. Cap. 25.

Ioan. 8.

loquitur. Attende iudex optime Deus, ipsa veritas attende quid dicã contradictori huic, attende, coram te. n. dico, & coram fratribus meis, qui legitime vtuntur lege vsq; ad finẽ charitatis, attende, & vide quid ei dicã si placet tibi. Hanc. n. vocem huic refero si fraternã, & pacificã. Si ambo videmus verum esse qđ dicis, & ambo videmus verum esse quod dico, vbi quęso id videmus? Nec ego vtiq; in te nec tu in me, sed ambo in ipsa, quę supra mẽtes nostras est incommutabili veritate. Cum ergo de ipsa dñi Dei nostri luce non contendamus, cur de proximi cogitatione contendimus, quã sic videre non possumus vt videtur incõmutabilis veritas, qñ si ipse Moyses apparuisset nobis atque dixisset: hoc cogitaui, nec sic eam videremus, sed crederemus? Non itaq; supra q̃ scriptũ est, vnus pro altero inflet aduersus alterũ. Diligamus dñm deũ nostrũ ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte nostra, & proximum nostrum sicut nosmetipsos. Propter quæ duo præcepta charitatis sensisse Moysen quicquid in illis libris sensit,

1. Ti. 1.

1. Co. 4.

Deut. 7.

Mat. 22.

Scripta Moysi omnia

quorsum spectent.

sensit, nisi crediderimus mẽdacem faciemus Deũ, cum de aío cõserui aliter q̃ ille docuit opinamur. Iã vide q̃ stultũ sit in tanta copia verissimarũ sentẽtiarũ, q̃ de illis verbis erui possunt, temere affirmare, quã earũ Moyses potissimũ senserit, & pernicioſis cõtentionibus ipſam offendere charitatem propter quã dixit oía cuius dicta conamur exponere.

Qui sermo deceat scripturam. Cap. 26.

ET tamẽ ego Deus meus celsitudo humilitatis meæ, & requies laboris mei, q̃ audis cõfeſsiones meas, et dimittis peccata mea, quoniã tu mihi p̃cipis, ut diligã proximum meũ sicut meipſum, non possum minus credere de Moyſe fidelissimo famulo tuo, quàm mihi optarem ac desiderarem abs te dari muneris, si tẽpore illo natus essem quo ille, eoq; loco me constituisses, vt per seruitutem cordis ac linguę, meæ, literæ illę dispensarentur, quæ tanto post essent omnibus gẽtibus profuturæ, & per vniuersum orbem tanto authoritatis culmine omniũ falsarũ superbarumque doctrinarum uerba superaturæ. Vellem quippe si tũc ego essem Moyses, ex eadẽ nãque massa oẽs uenimus, & q̃d est hõ nisi q̃ memor es eius? Vellẽ ergo si tunc ego essem quod ille, & mihi abs te Geneseos liber scribẽdus adiungeretur, talẽ mihi eloquendi facultatem dari, & eum texendi sermonis modum, ut neque illi qui nondũ queunt intelligere, quemadmodum creat Deus, tanquã excedentia uires suas dicta recusarent, & illi q̃ hoc iam possunt, in quãlibet veram sententiam cogitando uenissent, eã non prętermissam in paucis verbis tui famuli reperirent, & si alius aliam uidisset in luce veritatis, nec ipſa in eisdem verbis intelligenda deesset.

Psal. 8.

Ex fonte melius hauriimus. Cap. 27.

SIcut enim fons in paruo loco vberior est, pluribusq; riuis in ampliora spatia fluxũ miniſtrat, quàm quilibet eorũ riuorũ qui p̃ multa locorũ ab eodem fonte deducitur: ita narratio dispensatoris tui sermocinaturis pluribus profutura, paruo sermonis modulo scatet fluẽta liquidę veritatis, vnde sibi q̃sq; uerũ q̃d̃ de his rebus põt, hic illud, ille illud, per longiores loquelarum anfractus trahat. Alijs enim cum hæc vera legunt vel audiũt, cogitãt Deum quaſi hominem, aut quaſi aliquã molẽ immensa p̃ditã potestate, nouo quodã, & repẽtino placito, extra seipſam tanquam locis distantibus feciſse cœlũ & terrã, duo magna corpora supra, & infra, quibus omnia continerentur. Et cum audiunt: Dixit Deus, fiat illud, & factũ est illud: cogitãt uerba cœpta, & finita, sonantia tẽporibus atque transeuntia, post quorũ transitũ statim existere q̃d iussum est, vt existeret: & si q̃d forte aliud hoc mõ ex familiaritate carnis opinatur. In quibus adhuc paruulis aãlibus dum isto humillimo genere verborũ, tanq̃ materno sinu eorũ gestatur infirmitas, salubriter ędificatur fides, qua certũ habeãt, & teneant Deũ feciſse oẽs naturas, quas eorũ sensus mirabili varietate circũspicit. Quorũ si quiſpiã quaſi vilitatẽ dictorũ aspernatus, extra nutritorias cunas superba imbecillitate se extenderit, heu cadet misere. Et dñe Deus miserere, ne implumẽ pullũ cõculcẽt q̃ transeũt viam, & mitte angelum tuum, qui eum reponãt in nido, vt viuat donec volet.

ALij vero q̃bs hæc verba nõ iã nidus, sed Varię opaca frutera sunt videnti, in eis latentes fructus, & uolitãt lætãtes, & garriũt scrutãtes, diuerc & carpũt eos. Videt. n. cũ hæc uerba legunt scripvel audiũt, tua deus ęterna, & ſtabili p̃mãsio rane cũcta p̃terita, & futura tempora superari, Cap. nec tamẽ quicquã esse tẽporalis creaturę, q̃d tu nõ feceris. Cuius uolũtas q̃a id est q̃d tu, nullo mõ mutata, uel quę antea non fuisset exorta uolũtate feciſti oía, nõ de te similitudinẽ tuã formã oĩum, sed de nihilo diſsimilitudinẽ informẽ, quæ formaret per similitudinẽ tuã, recurrẽs in te vnũ p̃ captu ordinato, quãtũ cuiq; rerum in suo genere datũ est: & fierẽt oía bona valde, siue maneãt circa te, siue gradatim remotiori distãtia per tẽpora, & loca pulchras narrationes faciãt aut patiãtur. Videt hęc, & gaudẽt in luce veritatis tuę quãtulum hic valẽt. Et alius eorũ intẽdit in C id q̃d dictum est: In principio fecit Deus, & Gen. respicit sapiẽtiã principum, quia & loquitur Ina. ipſa nobis. Alius itidẽ intẽdit in eadẽ verba, & principium intelligit exordium rerũ cõditarum, & sic accipit: In principio fecit, ac si diceret, primo fecit: atq; in eis qui intelligunt, In principio, q̃ in sapiẽtia feciſti cœlum, & terram: alius eorum ipſum cœlum, & terram creabilem materiẽ cœli, & terræ, sic esse credit cognominatam: alius iã formatas distinctasq; naturas: alius vnam formatã eandẽq; spiritalem, cœli nomine, aliam informẽ corporalis materiæ, terrę nomine. Qui autem intelligunt in nominibus cœli, & terræ, adhuc informem materiem, de qua formaretur cœlum, & terra: nec ipſi uno modo id intelligunt, sed alius unde consummaretur intelligibilis sensibilisque creatura alius tantum unde sensibilis moles iſta corporea, sinu grãdi continens perſpicuas promptasque naturas. Nec illi vno modo, qui iam dispositas digestasque creaturas cœlum, & terram vocari hoc loco credunt, sed alius inuisibilem atque visibilem: alius solam visibilem in qua luminosum cœlum suspicimus, & terram caliginosam, quæque in eis sunt.

D Quot modis aliquid dicimus. 261.

DAtille qui non aliter accipit: In principio fecit, quàm si diceretur, primo fecit: non habet quo modo veraciter intelligat cœlum, & terram, nisi materiam cœli, & terræ intelligat, videlicet vniuersæ, id est, intelligibilis corporalisque creaturæ. Si enim iam formatam velit vniuersam: recte ab eo quæri poterit, si hoc primo fecit Deus, quid fecerit deinceps, & post vniuersitatem non inueniet, ac per hoc audiet inuitus, quomodo illud primo si postea nihil? Cum vero dicit primo informẽ, deinde formatam, non est absurdus, si modo est idoneus discernere quid præcedat æternitate, quid tempore, quid electione, quid origine. Aeternitate, sicut Deus omnia: tempore, sicut flos fructum: electione, sicut fructus florem: origine, sicut sonus cantum. In his quatuor primum, & vltimũ quæ commemoraui, difficillime intelligũtur: duo media facillime. Nanque rara visio est, & nimis ardua conſpicere domine æternitatem tuã incommutabiliter mutabilia facientem, ac per hoc priorẽ. Quis deinde sic acuto cernat animo, vt sine labore magno dignoſcere valeat, quomodo sit prior sonus q̃ cantus?

E Ideo quia cantus est formatus sonus, & esse vtique aliquid non formatum potest: formari autẽ quod non est, non potest. Sic est prior materies, q̃ id quod ex ea fit. Nõ ideo prior, quia ipſa efficit, cum potius fiat, nec prior interuallo temporis. Neque. n. priore tempore sonos ædimus informes sine cantu, & eos posteriore tempore in formã cãtici coaptatus, aut fingimus sicut ligna quibus arca, vel argentum quo vaſculũ fabricatur. Tales quippe materiæ, tempore etiam præcedũt formas rerũ, quæ fiunt ex eis. At in cantu nõ ita est. Cũ enim cantatur, auditur sonus eius. Non prius informiter sonat, et deinde formatur in cantu. Quod enim primo vtcunque sonuerit, præterit, nec ex eo quicquam reperies, quod resumptum arte componas: & ideo cantus in sono suo vertitur, qui sonus eius materies eius est. Idẽ quippe formatur, vt cantus fit, & ideo sicut dicebã, prior materies sonandi q̃ forma cantandi, non perficiendi potẽtia prior. Neq;. n. sonus est cantandi artifex, sed cantanti animæ subiacet ex corpore, de quo cantum faciat. Nec tempore prior, simul. n. eum cãtu æditur. Nec prior electione, nõ. n. potior sonus q̃ cantus, quandoquidem cantus est nõ tantum sonus, verumetiam sonus speciosus. Sed prior est origine, quia non cantus formatur, vt sonus sit: sed sonus formaf, vt cantus fit. Hoc exemplo qui potest intelligat materiam rerum primo factam, & appellatam cœlum, & terram: quia inde facta sunt cœlum, & terra: nec tempore primo factam, quia formæ rerum exerunt tempora. illa autem erat informis, iamque in temporibus simul animaduertitur, nec tamẽ die illa narrari aliquid p̃t, nisi velut tempore prior sit cũ pendatur extremior: quia profecto meliora sunt formata q̃ informia; & præcedũt æternitate creatoris, vt esset de nihilo vnde aliq̃d fieret.

F

Scrutandæ scripturę cũ honore scriptoris.

IN hac diuersitate sententiarum uerarum concordiã pariat ipſa veritas, & Deus noſter misereatur nostri, vt legitime lege vtamur, præcepti fine, pura charitate: ac per hoc si quis quęrit ex me, quid horum Moyses ille tuus famulus senserit, nõ sunt hi sermones confeſsionũ mearum, si tibi non confiteor, Cap. 30. neſcio: & scio tñ illas veras esse sentẽtias, exceptis carnalibus de quibus quantũ existimaui locutus sum. Quos tñ bonæ spei paruulos hęc verba libri tui nõ territãt alta humiliter, & pauca copioſe, sed oẽs quos in eis verbis vera cernere ac dicere fateor, diligamus nos inuicem, pariterq̃; diligamus te Deum noſtrũ G fontem veritatis, si non vanam, sed ipſam ſitimus eundẽque famulũ tuum ſcripturæ huius diſpenſatorem ſpiritu tuo plenum ita honoremus, vt hoc eũ te reuelante cũ hæc ſcriberet attẽdiſſe credamus, q̃d in eis maxime, & luce veritatis, & fruge vtilitatis excellit.

Veritas & alius, imò illud quod ego: religioſius me à quoq̃ arbitror dicere cur non vtrunque potius ſi q; dicta vtrunq; verũ eſt? Et ſi quid tertiũ, & ſiquid recipien quartũ, & ſi quid oĩno aliud verũ quiſpiã in da. his verbis videt, cur nõ illa oía vidiſſe creda- Cap. 31 tur, p̃ quẽ vnus deus ſacras literas vera, & diuerſa viſuris multorũ sẽſibus tẽperauit? Ego certe, q̃d intrepidus de corde meo p̃nũcio, ſi ad culmẽ authoritatis aliq̃d ſcribere, ſic mallẽ ſcribere, vt q̃d veri quiſq; de his rebus capere poſſet, mea verba reſonarẽt, quã vt vnã verã ſnĩam ad hoc apertius ponerẽ, vt excluderẽ cæteras, quarũ falſitas me nõ poſſet offendere. Nolo itaq; deus meus tã pceps eſſe, vt hoc illum virum de te meruiſſe non credam. Senſit ille omnino in his verbis, atque

cogi-

cogitauit cum ea scriberet, quicquid hic veri potuimus inuenire, & quicquid nos non potuimus, aut nondum possumus, & tamen in eis inueniri potest.

Veritas reuelata. Cap. 32.

POstremo domine qui Deus es, & non caro & sanguis si quid homo minus videt, nũquid & spiritum tuum bonum qui deducer me in terram rectam latere potuit quicquid eras in eis verbis tuipse reuelaturus legentibus posteris: etiam si ille per quem dicta sunt, vnam fortasis ex multis veris sentẽtiam cogitauit? Quod si ita est, sit igitur illa quam cogitauit cæteris excellentior. Nobis autem domine, aut ipsam demõstra, aut quã placet alterã veram: vt siue nobis hoc quod etiam illi homini tuo, siue aliud ex eorundẽ verborum occasione patefacias, tu tamen pascas nos, nõ error illudat. Ecce domine Deus meus quam multa de paucis verbis, quam multa oro te scripsimus? Quæ nostræ vires, quæ tempora omnibus libris tuis ad istum modum sufficiant? Sine itaque me breuius in eis confiteri tibi, & eligere vnum aliquid quod tu inspiraueris verum certum, & bonum, etiam si multa occurrerint, vbi multa occurrere potuerint, ea fide cõfessionis meæ, vt si hoc dixero quod sensit minister tuus, recte atq; optime, id enim conari me oportet. Quod si assecutus non fuero, id tamen dicã quod mihi per eius verba veritas tua dicere voluerit, quę illi quoque dicit quod voluit.

I

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM Liber Tertius decimus.

Inuocat Deum. Cap. 1.

NUoco te Deus meus misericordia mea qui fecisti me, & oblitũ tu oblitus non es. Inuoco te in animã meam quam præparas ad capiendũ te ex desyderio quod inspiras ei: nunc inuocantem te ne deseras, qui priusquam inuocarem præuenisti, & institisti crebrescens multimodis vocibus ut audirem de longinquo, & conuerterer, & vocantem me inuocarem te. Tu.n. domine deleuisti omnia mala merita mea, ne retribueres manibus meis in quibus à te defeci, & præuenisti omnia bona merita mea, ut retribueres manibus tuis, quibus me fecisti, quia & priusquam essem, tu eras. Nec eram cui præstares, vt essem, & tamen ecce sum ex bonitate tua præueniente totum hoc quod me fecisti, & vnde me fecisti. Neque enim K eguisti me, aut ego tale bonum sum, quo tu adiuueris domine meus, & Deus meus: non ut tibi sic seruiam quasi ne fatigeris in agendo, aut ne minor sit potestas tua carens obsequio meo: neque ut sic te colam quasi terram, ut sis incultus si non te colam: sed ut seruiam tibi, & colam te, ut de te mihi bene sit, à quo mihi est, vt sim cui bene sit. Colitur agrũ, colimur numẽ.

EX plenitudine quippe bonitatis tuæ creatura tua subsistit, vt bonum quod tibi nihil prodesset, nec de te æquale tibi esset: tamen quia ex te fieri potuit nõ deesset. Quid enim te promeruit cœlum & terra quæ fecisti in principio? Dicant quid te promeruerunt spiritalis corporalisque natura, quas fecisti in sapientia tua, ut inde penderent etiam inchoata, & informia quæque in genere suo, vel spiritali, vel corporali, cuntia in immoderationem, & in longinquam dissimilitudinem tuam. Spiritale informe præstantius, quam si formatũ corpus esset: corporale autẽ informe præstantius, quàm si omnino nihil esset: atque ita penderent in tuo verbo informia, nisi per idem verbum reuocarentur ad vnitatem tuam, & formarentur, & essent ab uno te summo bono vniuersa bona valde. Quid te promeruerant, vt essent saltem informia, quę neque hoc essent nisi ex te? Quid te promeruit materies corporalis, vt esset saltem inuisibilis, & incomposita, quia neq; hoc esset nisi quia fecisti eã: ideoque te quia non erat, promereri ut esset non poterat? Aut quid te promeruit inchoatio creaturæ spiritalis, ut saltẽ tenebrosa fluitaret, similis abysso, tui dissimilis, nisi per idem uerbum conuerteretur ad idem à quo facta est, ab eo illuminata lux fieret, quanuis non æqualiter, tamen conformis formæ æquali tibi? Sicut enim corpori nõ hoc est esse quod pulchrum esse, alioquin deforme esse non posset: ita etiam creato spiritui non id est uiuere, quod sapienter uiuere: alioquin incommutabiliter superet. Bonum autem illi est hærere tibi semper, ne quod adeptus est conuersione, auersione lumen amittat, & relabatur in vitã tenebrosæ abysso similem. Nam & nos qui secundũ animã creatura spiritalis sumus, auersi à nostro lumine, in ea vita fuimus aliqñ tenebræ, et in reliquijs obscuritatis nostræ laboramus, donec simus iustitia tua in vnico tuo sicut montes Dei. Nam iudicia tua fuimus, sicut abyssus multa. Ordo creaturarum. Cap. 2. L M Ephe. 5. Psal. 35.

Ex Dei gratia omnia. Cap. 3.

QVod autem in primis conditionibus dixisti Fiat lux, & facta est lux: nõ incongruenter hoc intelligo in creatura spiritali, quia erat iam qualiscunque uita quam illuminares: Sed sicut non te promeruerat, vt esset talis vita quæ illuminari posset, ita nec cum iam esset promeruit te, vt illuminaretur. Neq; enim eius informitas placeret tibi, si non lux fieret, non existẽdo, sed intuendo illuminantẽ lucem, eiq; cohærendo: ut & quòd vtcunque viuit, & quòd beate uiuit, nõ deberet, nisi gratiæ tuæ, conuersa per commutationem meliorem ad id quod neq; in melius, neq; in deterius commutari potest, quod tu solus es, quia solus simpliciter es, cui non est aliud viuere, aliud beate viuere, quia tua beatitudo tu es.

Deus nõ eget rebus conditis. Cap. 4.

QVid ergo tibi deesset ad bonum quod tu tibi es, etiam si ista uel omnino nulla essent: vel informia remanerent, quæ non ex indigentia fecisti, sed ex plenitudine bonitatis tuæ, cohibens atque conuertens ad formã non vt tanquã tuũ gaudium compleatur ex eis? Perfecto enim tibi displicet eorum A imperfectio, vt ex te perficiãtur & tibi placeant, non autem imperfecto, tanquam, & tu eorum perfectione perficiendus sis. Spiritus enim tuus bonus superferebatur super aquas, non ferebatur ab eis tanquam in eis requiesceret. In quibus enim requiescere dicitur spiritus tuus bonus, hos in se requiescere facit. Sed superferebatur incorruptibilis, & incõmutabilis voluntas tua ipsa in se sibi sufficiens super eã, quã feceras vitam: cui non est hoc viuere quod beate viuere, quia viuit etiã fluitans in obscuritate sua: cui restat cõuerti ad eum à quo facta est, & magis magisq; viuere apud fontẽ vitæ, & in lumine eius videre lumen, & perfici, & illustrari, & beari.

Pſal. 35. Filius Principium. Cap. 5.

ECce apparet mihi in ænigmate trinitas quod es Deus meus, quoniam tu pater in principio sapientiæ nostræ, quod est tua sapiẽtia de te nata, ęqua tibi & coæterna, id est, in filio tuo fecisti cœlum, & terram. Et multa diximus de cœlo cœli, & de terra inuisibili, & incomposita, & de abysso tenebrosa, secundum spiritalis informitatis vagabunda deliquia, nisi conuerteretur ad eum à quo erat qualiscunque vita, & illuminatione fieret speciosa vita, & esset cœli cœlũ eius, quod inter aquam, & aquam postea factum est: & tenebam iam patrem in Dei nomine qui fecit hęc, & filium in principij nomine in quo fecit hæc, & trinitatem credens Deum meum sicuti credebam, quærebam in eloquijs sanctis eius, & ecce spiritus tuus superferebatur super aquas. Ecce trinitas Deus meus, pater & filius, & spiritussanctus, creator vniuersæ creaturæ. B

SEd quæ causa fuerat, ò lumen veridicum tibi admoueo cor meum, ne me vana doceat, discute tenebras eius, & dic mihi, obsecro te per matrem charitatem, obsecro te, dic mihi, quæ causa fuerat, vt post nominatum cœlum, & terram, inuisibilem & incompositam, & tenebras super abyssum, tũ demum scriptura tua nominaret spiritum tuum? An quia oportebat sic eum insinuari vt diceretur superferri, & nõ posset hoc dici, nisi prius illud cõmemoraretur, cui superferri spiritus tuus posset intelligi? Nec patri enim nec filio superferebatur. Nec supferri recte diceretur, si nulli rei superferretur. Prius ergo dicendũ erat cui superferretur, & deinde ille quẽ non oportebat aliter cõmemorari, nisi vt superferri diceretur. Cur ergo aliter eũ insinuari non oportebat, nisi ut superferri diceretur? C

Spiritus fouens animas firmas. Cap. 8.

IAm hinc sequatur qui potest intellectu Apostolum tuum dicentem, quia charitas spiritus tua diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis, & de spiritalibus docentem, & demonstrantem supereminentem uiam charitatis, & flectentem genua pro nobis ad te, ut cognoscamus supereminentẽ scientiam charitatis Christi. Ideoque ab initio supereminẽs superferebatur super aquas. Cui dicam? quomodo dicam de pondere cupiditatis in abruptã abyssum, & de sub leuatione charitatis per spiritum tuũ, qui superferebatur super aquas? Cui dicam? Quomodo dicam? Mergimur & emergimus. Neque.n. loca sunt quibus mergimur, & emergimus. Quid similius, & quid dissimilius? Affectus sunt, amores sunt, immunditia spiritus nostri defluens inferius amore curarum, & sanctitas spiritus tui attollens nos superius amore securitatis, vt sursum corda habeamus ad te, vbi spiritus tuus superfertur super aquas, & ueniamus ad supereminentem requiem, cum pertransierit anima nostra aquas quæ sunt sine substantia. Effectu. Ephe. 3. Rom. 5. Cap. 7. Pſ. 123.

DEfluxit angelus, defluxit anima hominis, & indicauerunt abyssum vniuersæ spiritales creaturæ in profundo tenebroso. Nisi dixisses ab initio fiat lux, & facta esset lux, & inhæreret tibi omnis obediens intelligentia cœlestis ciuitatis tuæ, & requiesceret in D

ret in spiritu tuo,qui superfertur incommutabiliter super omne mutabile. Alioquin & ipsum cœlũ cœli tenebrosa abyssus esset in se, nunc aũt lux est in domino. Nam & in ipsa miseria inquietudine defluentium spirituum & indicantiũ tenebras suas nudatas uestę luminis tui, satis ostẽdis quàm magnam creaturam rationalẽ feceris, cui nullo modo sufficit ad beatã requiem quicquid te minus
Psal.17. est,ac p hoc nec ipsa sibi. Tu enim Deus noster illuminabis tenebras nostras: Ex te oriuntur uestimenta nostra, & tenebrę nostræ
Ps. 138. sicut meridies erunt. Da mihi te Deus meus, redde mihi te, En amo, & si parum est, amem validius. Non possum metiri, vt sciam quantum desit mihi amoris ad id quod satis est, vt currat vita mea in amplexus tuos, nec auertatur donec abscondatur in abscondito vultus
Psal.30. tui. Hoc tãtum scio, quia male mihi est præter te, non solum extra me, sed & in meipso, & omnis mihi copia, quæ Deus meus non
E est, egestas est.

Quur solus spiritus ferat. super aquas Cap.9.

NVnquid aut pater aut filius non superferebatur super aquas? Si tãquam loco sircut corpus, nec spiritussanctus. Si autem incommutabilis diuinitatis eminẽtia super omne mutabile, & pater & filius & spiritussanctus superferebatur super aquas: Cur ergo tãtum de spiritu tuo dictum est hoc? Cur de illo tantum dictum est, quasi locus ibi esset, qui non est locus, de quo solo dictum est, quod sit donũ tuum, & in dono tuo requiescimus: ibi te fruimur requies nostra, locus noster. Amor illuc attollit nos, & spiritus tuus bonus exaltat humilitatem nostrã de portis mortis. In bona volũtate pax nobis est. Corpus põdere suo nititur ad locũ suum. Pondus non ad ima tm̃ est: sed ad locum suum. Ignis sursum tendit, deorsum lapis. Ponderibus suis agũtur, loca sua petunt. Oleum infra aquam fusum, supra aquã attollitur: aqua supra oleum fusa, infra oleũ demergitur. Ponderibus suis, aguntur, loca sua petunt. Minus ordinata inquieta sunt, ordinanť & quiescũt.
Psal.83. Pondus meum amor meus, eo feror quocunF q; feror. Dono tuo accendimur, & surfum ferimur. Inardescimus & imus. Ascẽdimus ascensiones in corde, & cantamus canticũ gra
Ps. 121. duum. Igne tuo, igne tuo bono inardescimus & imus quoniam surfum imus ad pacẽ Hierusalem, quoniam iucũdatus sum in his quę dixerũt mihi, in domum domini ibimus. Ibi nos collocauit voluntas bona, vt nihil velimus aliud quàm permanere illic in ętrnũ.

BEata creatura quæ non nouit aliud, cum esset ipsa aliud nisi dono tuo quod superfertur super omne mutabile, mox vt facta est, attolleretur nullo interuallo temporis in ea vocatione qua dixisti: Fiat lux, & facta est lux. In nobis enim distinguitur tempore quo tenebræ fuimus & lux efficimur. In illa vero dictum est quod esset nisi illuminaretur: & ita dictum est quasi prius fuerit fluxa & tenebrosa: vt appareret causa qua dictum est, vt aliter esset, id est, vt ad lumen indesiciens conuersa lux esset. Qui potest intelligat, & qui non potest, à te petat. Vt quid mihi molestus est, quasi ego illuminem nullum hominem veniẽtem in hunc mundum.

TRinitatem omnipotẽtem quis intelligit? Et quis non loquitur eam, si tamen intelligit eam rara anima, quæ cum de illa loquitur, sciat quid loquatur. Et contendunt & dimicant, & nemo sine pace vidit istam visionem. Vellem vt hæc tria cogitarent homines in seipsis. Longe aliud sunt ista tria quàm illa trinitas. Sed dico vbi se exerceant & probent, & sentiant quam longe aliud sunt. Dico autem hæc tria: esse, nosse velle. Sum enim, & noui, & volo: sum sciens & volens: & scio esse me, & velle vt sim: & volo esse & scire. In his igitur tribus quàm sit inseparabilis vita, & vna vita, & vna mens, & vna essentia, quàm deniq; inseparabilis distinctio, & tamẽ distinctio, videat qui potest. Certe coram se est, attẽdat in se, & videat, & dicat mihi. Sed cum inuenerit in his aliquid & dixerit, non iã se putet inuenisse illud quod supra ista est incommutabile, quod est incommutabiliter, & scit incommutabiliter, & vult incommutabiliter: & vtrum propter tria hæc & ibi trinitas: an in singulis hæc tria, vt terna singulorũ sint: an vtrorũq; miris modis simpliciter & multipliciter infinito insensibili sine quo est, & sibi notum est, & sibi sufficit incommutabiliter idipsũ copiosa vnitatis magnitudine, quis facile cogitauerit? qs vllo modo dixerit? quis quolibet modo temere pronũciauerit?

PRocede in confessione fides mea, dic dño Deo tuo: Sancte, sancte, sancte, domine Deus meus, in nomine tuo baptizati sumus, per patrem & filium & spiritumsanctum, in nomine tuo baptizamus, pater & filius & spiritussancte: quia & apud nos in Christo suo fecit Deus cœlum & terram, spiritales & carnales ecclesiæ suæ: & terra nostra antequam acciperet formã doctrinæ: inuisibilis erat & incomposita: & ignorãtię tenebris tegebamur, quoniã pro

Psal.38. pro iniquitate erudisti hominem, & iudicia
Psal.35. tua sicut abyssus multa. Sed quia spũs tuus
Matt.4. superferebatur super aquã, non reliquit miseriam nostram misericordia tua, & dixisti: Fiat lux. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: pœnitentiam agite.
Psal.41. fiat lux, & facta est lux. Et quoniã conturbata erat ad nosipsos anima nostra, cõmemorati sumus tui domine de terra Iordanis, & de monte æquali tibi, sed paruo propter nos: & displicuerunt nobis tenebræ nostræ, & conuersi sumus ad te: & facta est lux. Et ecce fuimus aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino.

Ephe.5. Ex spũ remissio peccatorum. Cap.13.

ET tamen adhuc per fidem, nondum per speciem. Spe enim salui facti sumus. Spes autẽ, quæ videtur nõ est spes. Adhuc abyssum abyssum inuocat, sed iam non in uoce cataractarum tuarum. Adhuc, & ille qui dicit:
1 Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, etiam ipse nondum se
Rom.8. arbitratur comprehẽdisse: & quę retro oblitus,
Psal.41. in ea, quæ ante sunt extenditur, & ingemiscit grauatus, & sitit anima eius ad Deum
1.Co.3. Philip.3. viuum, quemadmodum ceruus ad fontes
Psal.41. aquarum, & dicit: Quando veniam? habitaculum suum quod de cœlo est, super indui
2.Co.5. Ro.12. cupiens, & inuocat inferiorem abyssum dicens: Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate mentis vestræ: & nolite pueri effici mentibus, sed malitia paruuli
1.Co.14 Gala.3. Act.2. estote, vt mentibus perfecti sitis. Et, O stulti Galatæ, quis uos fascinauit? Sed iã non in vo
Psal.67. ce sua: in tua enim qui misisti spiritum tuum
Psal.45. de excelsis, per eum qui ascendit in altum, & aperuit cataractas donorum suorum, vt fluminis impetus lętificaret ciuitatẽ tuã. Illi.n.
Rom.8. suspirat spõsi amicus, habẽs iã spũs primitias penes eũ, sed adhuc in semetipso ingemiscẽs, adoptionẽ expectans, redemptionẽ corporis
Ioan.3. sui: illi suspirat membrum est. n. sponsæ. & illi
Psal.41. zelat amicus est. n. sponsi, illi zelat non sibi: quia in voce cataractarũ tuarum, nõ in voce sua inuocat alterã abyssum. cui zelans: timet
2.Co.11. ne sicut serpens Euã decepit astutia sua, sic
K & eorum sensus corrumpatur à castitate, quæ est in sponso nostro vnico tuo. Quæ est
1.Io.3. Psal.41. illa speciei lux? Cum videbimus eum sicuti est, & transierint lachrimæ, quæ mihi factæ sunt panis die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus?

Fide, & spe corroborantur.

ET ego dico: Deus meus vbi es? Respiro in te paulũlũ, cum effundo super me animã meã in voce exultationis, & confessionis soni festiuitatem celebrãtis. Et ad hue tristis mur-
est, quia relabitur, & fit abyssus, vel potius Cap.14.
sentit adhuc se esse abyssum. Dicit enim fi- Psal.41.
des mea, quam accẽdisti in nocte ante pedes Ps.118.
meos: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in domino, Lucerna pedibus tuis verbũ eius. Spera, & perseuera, donec transeat nox mater iniquorum, donec transeat ira domini, cuius filij, & nos fuimus Ephe.5.
aliquando tenebræ, quarũ residua trahimus in corpore propter peccatum mortuo, donec Rom.8.
aspiret dies, & remoueantur umbræ. Spera Cant.2.
in domino, Mane astabo tibi, & contempla- Psal.41.
bor, semper confitebor illi. Mane astabo, & Psal.5.
videbo salutare vultus mei, Deum meũ, qui Rom.8.
viuificauit & mortalia corpora nostra, ppter L
spiritum qui habitat in nobis: quia super interius nostrum tenebrosum, & fluidum misericorditer superferebatur. Vnde in hac peregrinatione pignus accepimus, vt iã simus lux, dum adhuc spe salui facti sumus, & filij Ephe.5.
lucis, & filij diei, non filij noctis neque tene- Rom.8.
brarum, quod tamen fuimus. Inter quos, & 1.Th.5.
nos in isto adhuc incerto humanæ notitiæ, tu solus diuidis qui probas corda nostra, & vocas lucem diem, & tenebras noctem. Quis enim nos discernit nisi tu? Quid autem ha- 1.Co.4.
bemus quod non accepimus à te, ex eadem Rom.9.
massa uasa in honorem, ex qua sunt, & alia facta in contumeliam?

AVt quis nisi tu Deus noster fecisti nobis Vocesum firmamentum authoritatis super nos in dameti, scriptura tua diuina? Cœlũ enim plicabitur, scriptut liber: & nunc sicut pellis extenditur super ra, intelli nos. Sublimioris enim authoritatis est tua gitur.
diuina scriptura, cum iam obierunt ista mor- Cap.15.
te illi mortales, per quos eam dispensasti no- Esa.34.
bis. Et tu scis domine, tu scis quemadmodum Apoc.6.
pellibus indueris homines, cum peccato mor Ps.103.
tales fierent. Vnde sicut pellem extendisti Gene.3.
firmamentum libri tui, concordes vtique sermones tuos, quos per mortalium ministeriũ
superposuisti nobis. Nanque ipsa eorũ mor- M
te solidamentũ authoritatis in eloquijs tuis per eos æditis sublimiter extenditur super omnia quæ subter sunt. Quod cum hic viuerent, non ita sublimiter extẽtum erat. Nõdũ Ps.103.
sicut pellẽ cœlũ extenderas, nõdũ mortis corũ famã vsquequaq; dilataueras. Videamus dñe domine cęlos opera digitorum tuorum, disserena oculis nostris nubilium quo subtexisti eos. Ibi est testimonium tuũ, sapientiã
prestans paruulis. Perfice Deus meus laudẽ Psal.18.
tuã ex ore infantiũ, & lactentiũ. Neq; enim Psal.8.

noui-

Universidad de Deusto Biblioteca

zenimus alios libros, ita destruentes superbiã, ita destruẽtes inimicum & defensorem, resistentem reconciliationi tuæ defendendo peccata sua. Non noui domine nõ noui alia tam casta eloquia, quæ sic mihi persuaderent confessionem, & lenirent ceruicem meam tu go tuo, & inuitarent colere te gratis. Intelligam eam pater bone, da mihi hæc subterposi to, quia subterpositis solidasti ea. Sunt aliæ aquæ, quæ super hoc firmamentũ, credo immortales, & à terrena corruptione secretæ. Laudent nomen tuũ, laudent te super cœlestes populi angelorum tuorum, qui nõ opus habent suscipere firmamentum hoc & legen
Mat.18. do cognoscere verbũ tuum. Vident enim faciem tuam semper, & ibi legunt sine syllabis
A temporum quid velit æterna voluntas tua. Legunt, eligũt, & diligunt: semper legunt, & nunquam præterit quod legunt. Eligendo enim & diligendo legunt ipsam incommutabilitatem consilij tui. Non clauditur codex eorum, nec plicabitur liber eorũ, quia tuipse illis hoc es, & es in æternum, quia super hoc firmamentum ordinasti eos, quod firmasti super infirmitatem inferiorum populorum, vbi susciperent & cognoscerent misericordiam tuam, temporaliter enunciantem te qui fecisti tempora. In cœlo enim domine misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes.
Psal.35. Transeunt nubes, cœlum autem manet. Transeunt prædicatores verbi tui ex hac vita in aliam vitam, scriptura vero tua vsque in finem seculi super populos extenditur.
Mat.24. Esa.40. Sed & cœlum & terra transibunt, sermones autem tui non transibunt. Quoniam & pellis plicabitur, & fœnum super quod extendebatur, cum claritate sua præteriet, verbum autem tuum manet in æternum: quod nunc
1.Cor. 13. in ænigmate nubium & per speculum cœli nõ sicuti est apparet nobis: quia & nos quãuis filio tuo dilecti simus, nondum apparuit quod erimus. Accendit per retia carnis, & blanditus est, & inflammauit, & currimus
1.Ioã.3. post odorem eius. Sed cum apparuerit, si-
Cant.1. miles erimus, quoniam videbimus eum si-
B cuti est. Sicuti est domine videre nostrum, quod nondum est, da nobis.

Deus immutabilis. Cap.16. NAm sicut omnino tuos, tu scis solus qui es incommutabiliter, & scis incommutabiliter, & vis incommutabiliter. Ut essentia tua scit & vult incommutabiliter, & scientia tua est & vult incommutabiliter, & voluntas tua est & scit incommutabiliter. Nec videtur iustum esse corã te, vt quemadmodum se scit lumen incõmutabile, ita sciatur ab illuminato commutabili. Ideoq; anima mea sicut terra sine aqua tibi: quia sicut se illumi- Ps.1
nare de se non potest, ita se satiare de se non Psal.
potest. Sic enim apud te fons vitæ quomodo in lumine tuo videbimus lumen.

QVis congregauit amaricantes in socie- Qui
tatem vnam? Idem nanque illis finis arida
est temporalis & terrenæ fœlicitatis, propter quid
quam faciunt omnia: quamuis innumerabi- re
li varietate curarũ fluctuent. Quis domine, Cap.
nisi tu qui dixisti, vt congregarentur aquæ in Gene
congregationem vnam, & appareret arida stiens tibi? Quoniam tuum est & mare, & tu fecisti illud, & aridam terrarum manus tuæ formauerunt: Neque enim amaritudo voPsal.
luntatum, sed cõgregatio aquarum vocatur C
mare. Tu enim coerces etiam malas cupidita Iob.
tes animarum, & figis limites quousque progredi sinantur, atque vt in se comminuantur fluctus earum, atque ita facis mare ordine imperij tui super omnia. At animas sitientes tibi, & apparẽtes tibi alio fine distinctas à societate maris, occulto & dulci fonte irrigas, vt & terra det fructũ suum, & te iubente domino Deo suo germinet anima nostra opera misericordiæ, secundũ genus diligens proximum in subsidijs necessitatũ carnalium, habens in se semen secundũ similitudinẽ: quoniã ex nostra infirmitate cõpatimur ad subueniendũ indigentibus, similiter opitulantes quemadmodum nobis vellemus opem ferri, si eodem modo indigeremus, non tantum in facilibus, tanquã in herba seminali, sed etiã in protectione adiutorij forti robore, sicut lignum fructiferum, id est, beneficium ad eripiendum eum, qui iniuriam patitur, de manu potentis, & præbendo protectionis vmbraculum valido robore iusti iudicij.

ITa domine, ita oro te, oriatur sicuti facis, si D
cut das hilaritatẽ & facultatem, oriatur de Orat
terra veritas, & iustitia de cœlo respiciat, & oriatur
fiant in firmamento luminaria. Frangamus de terra
esurienti panem nostrum, & egenum sine te- veritas
cto inducamus in domũ nostram. Nudum & iusti
vestiamus, & domesticos seminis nostri non tia de
despiciamus: Quibus in terra natis fructibus respi-
vide quia bonũ est: & erumpat temporanea ciat.
lux nostra, & de ista inferiori fruge actionis Cap.
in delitias cõtẽplationis verbũ vitæ superius 2.Pet.
obtinentes, appareamus sicut luminaria in mũdo cohærentes firmamẽto scripturæ tuæ. Ibi enim nobiscũ disputas, vt diuidamus inter intelligibilia & sensibilia, tanquam inter

diem

diem & noctem, vel inter animas alias intelligibilibus, alias sensibilibus deditas: vt iam nõ tu solus in abdito diudicationis tuę, sicut antequam fieret firmamentum diuidas inter lucem & tenebras, sed etiam spiritales tui in eodem firmamẽto positi, atque distincti, manifestata per orbem gratia tua luceant super terram, & diuidant inter diem & noctem, &
1.Co.5. & significent tẽpora: quia vetera trãsierunt,
Ró. 13. ecce facta sunt noua, & quia propior est nostra salus quàm cũ credidimus, & quia hox præcessit, dies aũt appropinquauit: & quia
E benedices coronã anni tui, mittens operarios
Psal.64. in messem tuã, in qua seminand- alij labora-
Matt. 9. uerunt, mittens etiam in aliã sementẽ, cuius
Ioan.4. messis in fine est. Ita das vota optanti, & benedicis annos iusti: tu aũt idem ipse es, & in annis tuis qui nõ deficient, horreũ præparas
Ps.101. annis transeuntibus. Aeterno quippe cõsilio proprijs temporibus bona cęlestia das super
1.Cor. 12. terram. Quoniam quidem alij datur per spi-
Lumina re mi- aus. ritũ sermo sapientiæ tãquã luminare maius, propter eos qui perspicuæ veritatis luce delectantur tanquam in principio diei: alij autẽ sermo scientiæ secundũ eundem spiritũ, tanquã luminare minus: alij fides, alij donatio curationũ, alij operationes virtutũ, alij prophetia, alij diiudicatio spirituum, alij genera linguarũ: & hęc omnia tanquã stellæ. Omnia.n.hæc operatur vnus atq; idẽ spiritus diuidẽs propria vnicuiq; prout vult, & faciens apparere sydera in manifestatione ad vtilitatem. Sermo autẽ scientiæ, qua cõtinẽtur oĩa sacramẽta, quæ variãtur tẽporibus tanquam luna, & cæterę notitiæ donorũ, quæ deinceps tanquã stellæ cõmemoratæ sunt, quãtũ differũt ab illo cãdore sapiẽtiæ, quo gaudet prædi
F ctus dies, tũ in principio noctis sunt. His.n.
1.Co.3. sunt necessaria, quibus ille prudẽtissimus ser-
1.Co.2. uus tuus non potuit, loqui, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, ille qui sapientiã loquit inter perfectos. Aialis aũt homo tanquã parulus in Christo lactisq; potator, donec roboretur ad solidũ cibũ, & aciẽ firmet ad solis aspectũ, nõ habeat desertã noctẽ suã, sed luce lunę stellarũq; cõtentus sit. Hæc nobiscũ disputas sapiẽtissime Deus noster in libro tuo firmamẽto tuo, vt discernamus omnia contemplatione mirabili, quamuis adhuc in figuis, & in tẽporibus, & in diebus, & in annis.

Pectus purgandum vitijs, quo

SEd prius lauamini, mundi estote, auferte nequitiam ab animis vestris, atq; à cõspectu oculorum meorum, vt appareat ar da. Discite bonum facere, iudicate pupillo, & iustificate viduam, vt germinet terra herbã pabuli & lignum fructiferum, & venite disputemus, dicit dominus, vt fiant luminaria in firmamento cœli, & luceant super terrã. Quærebat dies ille à magistro bono, quid faceret vt vitam æternã consequeretur. Dicat ei magister bonus, quẽ putabat hominem, & nihil amplius. Bonus est autẽ, quia Deus est: dicat ei vt si vult venire ad vitam, seruet mandata. Saperet à se amaritudinem malitiæ, atq; nequitiæ: non occidat, non mœchetur, non fu- G
retur, non falsum testimonium dicat, vt appareat arida: & germinet honorẽ patris & matris, & dilectionẽ proximi. Fecit, inquit, hæc omnia. Vnde ergo tantę spinę, si terra fructifera est? Vade extirpa sylnosa dumeta auaritię, vende quæ possides, & implere frugibus dando pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & sequere dominum, si vis esse perfectus, eis sociatus, inter quos loquitur sapientiã ille qui nouit qui distribuat diei & nocti, vt noris & tu, vt fiant & tibi luminaria in firmamento cœli. Quod non fiet, nisi fuerit illic cor tuum: quod item nõ fiet, nisi fuerit illic thesaurus tuus, sicut audisti à magistro bono. Sed contristata est terra sterilis, & spinę Matt. 6.
suffocauerũt verbũ. Vos autẽ genus electũ, Mat.13.
infirma mũdi, qui dimisistis omnia vt sequeremini dominum, ite post eum, & cõfundite 1.Pet.2.
fortia: ite post eũ specioſi pedes, & lucete in Psal.18.
firmamento, vt cœli enarrent gloriã eius, diuidẽtes inter lucem perfectorum, sed nondũ sicut angelorũ: & tenebras paruulorum, sed non despectorum: lucete super omnẽ terrã, & dies sole candens, eructet diei verbum sapientiæ: & nox luna lucens, annunciet nocti verbum scientiæ. Luna & stellæ nocti lucẽt, H
sed nox non obscurat eas: quoniam illæ illuminant eam pro modulo eius. Ecce enim tan Acto. 2.
quam Deo dicente, fiant luminaria in firmamento cœli, factus est subito de cœlo sonus, quasi ferreꝰ flatus vehemẽs, & visæ sunt linguę diuisæ quasi ignis, qui & insedit super vnumquenq; illorũ: & facta sunt luminaria in firmamento cœli, verbũ vitæ habẽtia. Vbiq; discurrite ignes sancti, ignes decori. Vos.n. Mat.5.
estis lumen mũdi, nec estis sub modio. Exaltatus est cui adhæsistis, & exaltauit vos. Discurrite & innotescite omnibus gentibus.

COncipiat & mare, & pariat opera ve- Creatio
stra, & producant aquæ reptilia animaspiritarũ viuarũ. Separates enim preciosum à vili, lis virtutum.
facti estis os Dei, per quod diceret: Producãt Cap.20.
aquæ non animã viuam, quã terra producit,

sed

sed reptilia animarum viuarum, & volatilia volantia super terrã. Repserunt enim sacramenta tua Deus per opera seruorum sanctorum tuorũ inter medios fluctus tentationũ seculi, ad imbuendas gentes nomini tuo, in baptismo tuo. Et inter hęc facta sunt magna mirabilia tanquam cete grandia, & uoces nunciorum tuorum volitantes super terrã iuxta firmamentum libri tui, proposito illo sibi ad
Psal. 18. authoritatem, sub quo volitarent quocunq; irent. Neq; enim sunt loquelæ, neq; sermones, quorũ non audiantur voces eorũ, quando in omnem terram exijt sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum: quoniam tu domine benedicẽdo multiplicasti hæc. Nunquid mentior, aut mixtione misceo, neq; distinguo lucidas cognitiones harum rerum in firmamento cœli, & opera corporalia in vndoso mari, & sub firmamẽto cœli? Quarum enim rerum notitiæ sunt solidæ, & terminatæ sine incrementis generationum, tanquam lumina sapientię & scientię earundẽ rerum sunt operationes corporales multæ, ac variæ, & aliud ex alio crescendo multiplicatur in benedictione tua Deus: qui consolatus es fastidia sensuum mortalium, vt in cognitione animi res vna multis modis p corporis motiones figuretur atq; dicatur: aquę produxerunt hæc, sed in verbo tuo necessitates alienatorum ab ęternitate veritatis tuæ populorum produxerunt hæc, sed in euangelio tuo, quoniã ipsæ aquæ ista ieiecerunt, quarũ amarus languor fuit causa, vt in tuo verbo ista
K procederent. Et pulchra sunt omnia faciente te, & ecce tu inenarrabiliter pulchrior qui fecisti omnia: à quo si nõ esset lapsus Adam, non diffunderetur ex vtero ei salsugo maris, genus humanũ profunde curiosum & procelloso tumidum, & instabiliter fluidum: atque ita nõ opus esset, vt in aquis multis corporaliter & sensibiliter operarentur dispensatores tui mystica facta & dicta. Sic enim nunc mihi occurrerunt reptilia & volatilia, quibus imbuti & initiati homines corporalibus sacramentis subditi, nõ vltra proficerẽt, nisi spiritaliter viuescerent anima gradu alio, & post initij verbum in consummationem respiceret.

Allegorica interpretatio auiũ & piscium & cæterorum.

AC per hoc in verbo tuo non maris profunditas, sed ab aquarum amaritudine terra discreta ejcit, non reptilia animarum viuarũ & volatilia, sed animã viuam. Neq; enim iam opus habet baptismo quo gentibus opus est, sicut opus habebat cum aquis tegeretur. Non enim intratur aliter in regnũ cœ rum
lorum ex illo quo instituisti, vt sic intretur: manu-
nec magnalia quęrit mirabilium quibus fiat Cap.
fides. Neq; enim nisi signa & prodigia vide- Ioan.
rit, non credit, cum iam distincta sit terra fi- 1.Co.
delis ab aquis maris infidelitate amaris, & 14.
linguæ in signo: sunt non fidelibus, sed infidelibus. Nec isto igitur genere volatili, quod L
verbo tuo produxerũt aquæ, opus habet terra, quã fundasti super aquas. Immitte in eam verbũ tuum per nuncios tuos. Opera enim eorũ narramus, sed tu es qui operaris in eis, vt operentur animam viuam. Terra producit eam, quia terra causa est, vt hæc agant in ea: sicut mare fuit causa vt agerent reptilia animarum viuarum, & volatilia sub firmamento cœli, quibus iam terra non indiget: quamuis piscẽ manducet leuatum de profun Luc.
do in ea mensa, quã parasti in conspectu credentium. Ideo enim de profundo leuatus est, vt alat aridam, & auis marina progenies, sed tamen super terram multiplicatur. Primarũ enim vocum euangelizantium infidelitas hominum causa extitit, sed & fideles exhortantur, & benedicuntur ab eis multipliciter de die in diem. At vero anima viua de terra sumpsit exordium, quia non prodest iam nisi fidelibus continere se amore huius seculi, vt anima eorum tibi viuat, quæ mortua erat in delitijs viuens, delitijs domine mortiferis: nam tu puri cordis vitales delitiæ. Operentur ergo iam in terra ministri tui, non sicut in aquis infidelitatis annunciando & loquẽ do per miracula & sacramenta & voces mysticas, vbi intenta sit ignorantia mater admi- 1. Ti
rationis in timore occultorũ signorũ. Talis M
enim est introitus ad fidem filijs Adam obli- Gen.3
tis tui, dum abscondunt se à facie tua, & fiunt abyssus: sed operentur etiã sicut in arida discreta à gurgitibus abyssi, & sint forma fidelibus viuendo coram eis, & excitando ad imitationem. Si enim non tantum ad audiendũ verbum, sed etiam ad faciendum audiunt: Psal.6
Quærite dominum, & viuet anima vestra, Rõ.12
vt producat terra animam viuentem. Nolite conformari huic seculo, continete vos ab eo. Euitando viuit anima, quæ appetendo moritur. Continete vos ab immani feritate superbiæ, ab inerti voluptate luxuriæ, & à falaci nomine scientiæ, vt sint bestiæ mansuetæ, & pecora edomita, & innoxij serpences. Motus enim animæ sunt isti in allegoria, sed fastus elationis, & delectatio libidinis, & venenum curiositatis motus sunt animæ moriturę:

turæ: quia non ita moritur, vt omni motu ea reat, quoniam discedendo à fonte vitæ, moritur, atque ita suscipitur à prætereunte seculo, & conformatur ei. Verbum autem tuũ Deus fons vitæ ęternæ est, & nõ prætereit: ideoq; in verbo tuo cohibetur ille discessus, dũ dicitur
A nobis: Nolite cõformari huic seculo, vt producat terra in fonte vitæ animã viuentem, in verbo tuo per Euangelistas tuos animã continentẽ imitãdo imitatores Christi tui. Hoc est enim secũdũ genus, quoniã ęmulatio viri
Gal. 4. ab amico est. Estote, inquit, sicut ego: quia & ego sicut vos. Ita erunt in anima viua bestiæ
Eccle. 3. bonæ in mãsuetudine actionis. Mandasti. n. dicẽs: In mansuetudine opera tua perfice, & ab omni homine diligeris. Et pecora bona, neq; si manducauerint, abundantia: neque si
Rom. 1. non mãducauerint, egentia: & serpẽtes boni, nõ pernicioſi ad nocendũ, sed astuti ad cauendum, & tantum explorantes temporalem naturam, quantum sufficit, vt per ea quę facta sunt, intellecta conspiciatur ætternitas: Seruiũt enim rationi hæc animalia, cũ à progressu mortifero cohibita viuunt & bona sunt.

Renascẽtiæ spiritus. Cap. 22.

ECce enim domine Deus noster creator noster, cum cohibitæ fuerint affectiones ab amore seculi, quibus moriebamur male viuendo, & cœperit esse anima viuens bene viuendo, completumque fuerit verbum tuum,
Rõ. 12. quod per Apostolum tuũ dixisti: Nolite conformari huic seculo, cõsequitur & illud quod
B adiunxisti statim, & dixisti: Sed reformamini in nouitate mentis vestræ: non iam secundum genus tanquam imitantes præcedẽtem proximũ, nec ex hominis melioris authori-
Gen. 1. tate viuẽtes. Neq; enim dixisti: Fiat homo secundũ genus, sed: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt nos
Rõ. 12. probemus quæ sit volũtas tua. Ad hoc enim
1. Co. 4. ille dispensator tuus generans per euangeliũ
1. Thes. filios, ne semper paruulos haberet, quos lacte
2. nutriret, & tanquã nutrix foueret. Reforma-
Rõ. 12. mini, inquit, in nouitate mẽtis vestræ, ad probandum quæ sit voluntas Dei, quod bonum & beneplacitũ & perfectum. Ideoq; non dicis: Fiat homo, sed: Faciamus hominẽ. Nec dicis, secũdum genus, sed: ad imaginem & similitudinẽ nostrã. Mente quippe renouatus, & conspiciens intellectu veritatem tuam homine demõstratore nõ indiget, vt suũ genus imitetur: sed demõstrante te probat ipse quę sit voluntas tua, quod bonũ & beneplacitum & perfectum: & facis eum iam capacem videre trinitatem vnitatis, & vnitatem trinitatis. Ideoq; pluraliter dicto: Faciamus hominem: singulariter tamen infertur, Et fecit Deus hominem. & pluraliter dicto, Ad ima- C
ginem nostram: singulariter tamen infertur, Ad imaginem Dei. Ita homo renouatur in Col. 3.
agnitionem Dei secundum imaginem eius 1. Co. 2.
qui creauit eum: & spiritalis effectus iudicat omnia, quæ vtiq; iudicanda sunt, ipse autem à nemine iudicatur.

QVod aũt iudicat omnia, hoc est, quod Christi habet potestatẽ piscium maris, & vo- nus de
latilũ cœli, & omnium pecorũ & ferarum, quibus
& omnis terræ, & omnium repentium quæ iudicet.
repunt super terrã. Hoc enim agit per men- Cap. 23.
tis intellectum, per quem percipit quæ sunt 1. Co. 2.
spiritus Dei. Alioqui homo in honore posi- Psal. 48.
tus, non intellexit: comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis. Ergo
in ecclesia tua Deus noster, secundũ gratiam Eph. 2.
tuam, quam dedisti ei, quoniam tuum sumus figmentum creati in operibus bonis, non solum qui spiritaliter præsunt, sed etiam ij, qui Gen. 1.
spiritaliter subduntur eis qui præsunt. Masculum enim & fœminam fecisti hominem, hoc modo in gratia tua spiritali, vbi secundũ sexum corporis nõ est masculus & fœmina, Gal. 3.
quia neq; Iudæus, neque Græcus, neque seruus, neq; liber. Spiritales ergo, siue qui præsunt, siue qui obtemperãt, spiritaliter iudicãt: nõ de cognitionibus spiritalibus, quæ lucent D
in firmamẽto. Non enim oportet de tam su- 1. Co. 2.
blimi authoritate iudicare, neq; de ipso libro tuo, etiã si quid ibi non lucet, quoniam submittimus ei nostrum intellectum, certumq; habemus, etiam quod clausum est aspectibus nostris, recte veraciterq; dictũ esse. Sic enim Col. 3.
homo licet iam spiritalis & renouatus in a- Iaco. 4.
gnitionẽ Dei, secundum imaginem eius qui 1. Co. 2.
creauit eũ, factor tamen legis debet esse, non iudex. Neq; de illa distinctione iudicat spiritalium videlicet atque carnalium hominũ, qui tuis Deus noster oculis noti sunt, & nullis adhuc nobis apparuerunt operibus, vt ex
fructibus eorũ cognoscamus eos: sed tu do- Matt. 7.
mine iam scis eos, & diuisisti & vocasti in occulto, antequam fieret firmamentum. Neq; de turbidis huius seculi populis tanquam spiritalis homo diiudicat. Quid enim ei de ijs q̃ foris sunt iudicare, ignorãti quis inde vẽturus sit in dulcedinem gratię tuæ, & quis in perpetua impietatis amaritudine remãsurus? Ideoq; homo quẽ fecisti ad imaginem tuam, nõ accepit potestatem luminarium cœli, neque ipsius occulti cœli, neque diei & noctis,

quæ ante cœli constitutionem uocasti,neque
E congregationis aquarum quod est mare: sed
accepit potestatem piscium maris, & uolatilium cœli, & omnium pecorum, & omnis terræ,& omnium reptilium, quæ repunt super terram. Iudicat enim, & approbat quod
1.Cor.2 recte,improbat autem quod perperam inuenerit: siue in ea solennitate sacramentorum, quibus initiantur, quos perueſtigat in aquis multis misericordia tua: siue in ea, qua ille piscis exhibetur,quem leuatum de profundo terra pia comedit, siue in verborum signis vocibusque subiectis authoritati libri tui tanquam sub firmamento volitantibus,interpretando,exponendo, disserendo, disputando, benedicendo, atque inuocando, te ore erumpentibus atque sonantibus signis, vt respondeat populus,amen. Quibus omnibus uocibus corporaliter enunciandis, causa est abyssus seculi,& cæcitas carnis, quę cogitata non possunt videri, vt opus sit instrepere in auribus. Ita quanuis multiplicentur uolatilia super terram,ex aquis tamen originē ducunt. Iudicat etiam spiritalis approbādo quod rectum, improbādo autem quod perperam inuenerit in operibus moribusque fidelium,& eleemosynis tanquam terra fructifera, & de anima uiua māsuefactis affectionibus, in ca-
F stitate,in ieiunijs, in cogitationibus pijs, de ijs, quæ per sensum corporis percipiuntur. De his enim iudicare nunc dicitur,in quibus & potestatem corrigendi habet.

Quare Deus benedixerit homini,piscibus, & uolatilibus, & alijs creaturis Cap. 24

SEd quid est hoc,& quale mysterium est? Ecce benedicis homines ò domine,vt crescant,& multiplicentur, & impleant terram. Nihilne nobis ex hoc innuis, vt intelligamus aliquid? Cur non ita benedixeris lucem quam uocasti diem, nec firmamentum cœli, nec luminaria,nec sidera,nec terram,nec mare? Dicerem te Deus noster,qui nos ad imaginem tuam creasti, dicerem te hoc donum benedictionis homini proprie uoluisse largiri,nisi hoc modo benedixisses pisces,& cetos, vt crescerent,& multiplicarentur, ut implerent aquas maris, & uolatilia multiplicarentur super terram. Item dicerem ad ea rerum genera pertinere benedictionem hanc, quæ gignendo ex semetipsis propagantur, si eam reperirem in arbustis, & frutetis & in pecoribus terræ. Nunc autem nec herbis, & lignis dictum est, nec bestijs, & serpentibus, crescite,& multiplicamini,cum hæc quoque omnia,sicut pisces & aues,& homines gignēdo augeantur,genusq; custodiant. Quid igitur dicam lumen meum veritas, quia vacat G
hoc,quia inaniter ita dictum est? Nequaquā pater pietatis, absit vt hoc dicat seruus verbi tui. Et si ego non intelligo quid hoc eloquio significes,vtantur eo melius meliores, id est, intelligentiores quàm ego sum, vnicuique quantum sapere dedisti Deus meus. Placeat autem & cōfessio mea coram oculis tuis qua tibi confiteor credere me domine non incassum te ita locutū esse, neque silebo quod mihi lectionis huius occasio suggerit. Verū est enim,nec uideo quid impediat,ita me sentire dicta figurata librorum tuorum. Noui enim multipliciter significari per corpus, quod vno modo mente intelligitur, & multipliciter mente intelligi, quod uno modo per corpus significatur. Ecce simplex dilectio Dei & proximi, quàm multiplicibus sacramentis & innumerabilibus linguis, & in vnaquaq; lingua innumerabilibus locutionum modis corporaliter enūciatur, ita crescūt & multiplicantur fœtus aquarū. Attende iterū quisquis hæc legis. Ecce quod uno modo scriptura offert, & uox personat. In principio fecit Deus cœlum,& terram,nonne multipliciter intelligitur,non errorū fallacia, sed verarum intelligentiarū generibus:ita crescūt,& multiplicantur fœtus hominum. Itaq; si naturas H
ipsas rerū non allegorice, sed proprie cogitemus,ad omnia,quę de seminibus gignuntur, conuenit verbū,Crescite & multiplicamini. Si autē figurate posita ista tractemus, quod potius arbitror intendisse scripturā, quæ utique non superuacue solis aquatilium, & hominum fœtibus istā benedictionē attribuit, inuenimus quidē multitudines,& in creaturis spiritalibus atque corporalibus, tanquam in cœlo & in terra:& in animis iustis, & iniquis tāquam in luce,& tenebris:& in sanctis authoribus, per quos lex ministrata est, tanquam in firmamento quod solidatum est inter aquam & aquā: & in societate amaricantium populorum, tāquā in mari:& in studio animarū piarū tanquam in arida: & in operibus misericordiæ secundum prę sentē uitam, tanquam in herbis seminalibus,& lignis fructiferis: & in spiritalibus donis manifestatis ad vtilitatem, sicut in luminaribus cœli: & in affectibus formatis ad tēperantiā tāquam in anima uiua. In his omnibus nanciscimur multitudines,& ubertates,& incremēta. Sed quod ita crescat,& multiplicetur, vt vna res multis modis enuncietur, & vna enunciatio multis modis intelligatur,nō inuenimus:nisi I
in signis corporaliter æditis,& rebus intelligibiliter excogitatis. Signa corporaliter ędita, gñationes aquarū pp necessarias causas carnalis profunditatis: res autē intelligibiliter excogitatas generationes humanas, pp rationis fœcunditatem intelligimus. Et ideo credimus vtrique horum generi dictū esse abs te dñe, Crescite & multiplicamini. In hac.n.benedictione cōcessam nobis à te potestatem & facultatem accipio, & multis modis enunciare quod vno mō intellectū tenuerimus,& multis modis intelligere,qđ obscure vno modo enūciatū legerimus. Sic implentur aquæ maris, quæ nō mouentur, nisi à varijs significationibus:sic & fœtibus humanis implēt & terra, cuius ariditas apparet in studio,& dominatur ei ratio.

Fructus terræ allegoricè sunt officia pietatis.c.25. K Ps.115. Ioan.8.

VOlo etiā dicere dñe Deus meus, qp me consequens tua scriptura commonet,et dicam nec verebor. Verum enim dicam te mihi inspirante, quod ex eis verbis voluisti,vt dicerem. Neque enim alio præter te inspirāte credo me verum dicere, cū tu sis veritas:omnis autē homo mendax. Et ideo qui loquitur mendacium, de suo loquitur. Ergo vt verum loquar: Ecce dedisti nobis in escam omne fœnum satiuum, seminans semē, quod est super omnem terram, & oē lignum,quod habet in se fructū seminis sui. Nec nobis solis,sed et orbus auibus cœli & bestijs terræ atq; serpentibus: piscibus autem & cetis magnis non dedisti hæc. Dicebamus.n.eis fructibus terræ significari,et in allegoria figurari opera misericordiæ, q̄ huius vitæ necessitatibus exhibētur ex ter-
2.Ti.1. ra fructifera. Talis terra erat pius Onesi-
2.C.11. phorus, cuius domui dedisti misericordiā, qui frequenter Paulum tuum refrigerauit, & catenam eius non erubuit. Hoc fecerunt & fratres,& tali fruge fructificauerunt, qui
2.Ti.4. quod ei deerat,suppleuerūt ex Macedonia. Qūo autem dolet quædā ligna, q̄ fructum ei debitum non dederunt, vbi ait: In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed oēs me dereliquerunt,non illis imputetur? Ista enim debentur eis qui ministrant doctrinā rationalem per intelligentias diuinorū mysteriorum, & ita eis debentur tanquā hominibus. Debentur aūt eis sicut animæ viuæ præbentibus se ad imitandum in omni con
Ps.18. L tinentia. Item debentur eis tanquam volatilibus pp benedictiones eorum,quæ multiplicantur super omnem terram, q̄m in onem terram exiuit sonus eorum.

PAscuntur aūt his escis qui lætantur eis, Voluntas, & utilitas ex beneficio in proximū collato. cap. 26.
nec illi lætantur eis, quorū deus vēter est. Neque.n.& in illis qui præbent ista ea quæ dant fructus est, sed quo animo dant. Itaq; ille qui deo seruiebat, nō suo vētri,vi deo planè vnde gaudeat, video & cōgratulor ei valde. Acceperat.n.à Philippēsibus, quæ per Epaphroditū miserant, sed tū vnde gaudeat video. Vnde autem gaudet,inde pascitur,quia in veritate loquens, Gauisus sum,inquit,magnifice in dño, quia tandem Phi.4.
aliquā repullulastis sapere pro me,in quo & sapiebatis,tædium autē habuistis. Isti autē diuturno tædio marcuerāt,& quasi exaruerāt ab isto fructu boni operis:& gaudet eis, quia repullularunt, non sibi quia eius indigentiæ subuenerunt. Ideo secutus ait: Non quod desit aliquid dico, Ego enim didici in quibus sum,sufficiens esse:scio & minus habere,scio & abundare,in omnibus & in omnia imbutus sum,et satiari & esurire & abūdare & penuriam pati: omnia possum in eo
M q me cōfortat. Ergo in oibus gaudes ò Paule magne. Vnde gaudes, vnde pasceris ho- Col.3.
mo renouate in agnitionē dei secundū imaginē eius qui creauit te, & anima viua tanta continentia, & lingua volatilis loquens mysteria? Talibus quippe animātibus esca ista debetur. Quid est quod te pascit? Læti Phi.4.
tia. Quod sequit audiamus. Verūtū,inq t, bene feciſtis,cōicātes tribulatiōi meę. Hinc gaudet,hinc pascitur,quia illi bene fecerūt, nō quia eius angustia relaxata est, qui dicit Psal.4.
tibi. In tribulatione dilatasti mihi:quia & abundare & penuriā pati nouit in te qui cōfortas eum. Scitis.n.inquit,& vos Philippēses,qm̄ in principio Euangelij,cum ex Macedonia sum profectus, nulla mihi ecclesia cōicauit in rōne dati, & accepti nisi vos soli: quia & Thessalonicam & semel & iterū vsibus meis misistis. Ad hæc bona opera eos redijsse nunc gaudet,& repullulasse lætatur tanquam reuirescente fertilitate agri. Nunquid propter vsus suos, quia dixit, vsibus meis misistis? Nunquid propterea gaudet? Non propterea. Et hoc vnde scimus? i Qm̄ ipse sequitur dicens: Non quia A
q̄ro datū, sed requiro fructum abundantē. Didici à te Deus meus inter datum & fructum discernere. Datum est res ipsa,quam dat qui impertitur hæc necessaria, veluti est nummus, cibus, potus, vestimentū, tectum,adiutoriū. Fructus aūt bona & recta voluntas datoris est. Non.n.magister bo-

nus: Qui susceperit prophetam,tantum:sed addidit,in nomine prophetæ.Neque ait tantum: Qui susceperit iustũ:sed addidit,in nomine iusti. Ita qppe ille mercedẽ prophetæ, Matt.10. iste mercedem iusti accipiet. Nec solum ait: Qui calicẽ aquæ frigidę potũ dederit vni ex minimis meis: sed addidit, tantũ in nomine discipuli.Et sic adiunxit: Amẽ dico vobis,nõ perdet mercedem suam.Datum est susciperе prophetam, susciperе iustum,porrigere calicem aquæ frigidę discipulo: fructus autẽ, in nomine prophetę,in nomine iusti, in nomine discipuli hoc facere. Fructu pascitur Helias à uidua sciente quod hominem Dei pa- 3.Re.17. sceret,& propter hoc pasceret. Per coruum autem dato pascebatur. Nec interior Helias,sed exterior pascebatur,qui posset etiam B talis cibi egestate corrumpi.

Quid p pisces, & cetos fi- gnificetur. Cap.27. I Deoque dicam quod verum est coram te domine, cũ homines idiotæ atque infideles,quibus initiandis atque lucrandis necessaria sunt sacramenta initiorũ,& magnalia miraculorum,quę nomine piscium & cetorum significari credidimus,susciпiunt corporaliter reficiendos,aut in aliquo pscntis vitę usu adiuuandos pueros tuos,cum id quare faciẽdum sit, & quò pertineat ignorent: nec illi istos pascunt, nec isti ab illis pascuntur:quia nec illi hæc sancta, & recta voluntate operantur,nec isti eorum datis vbi fructum nõdum vident, lætantur. Inde quippe animus pascitur,vnde lætatur. Et ideo pisces & ceti non vescuntur escis, quas nõ germinat,nisi iam terra ab amaritudine marinorum fluctuum distincta atque discreta.

Valde bona, quare postremo addi- tum. Cap.28. ET vidisti Deus omnia quæ fecisti, & ecce bona valde,quia & nos vidimus ea, & ecce omnia bona valde. In singulis generibus operum tuorum, cum dixisses vt fierent & facta essent, illud atque illud vidisti quia bonum est. Septies numeraui scriptum esse te uidisse, quia bonum est quod fecisti, & hoc octauum est, quia vidisti omnia quæ fecisti, & ecce non solum bona, sed etiam val- C de bona tanquam simul omnia. Nam singula tantum bona erant,simul autem omnia,& bona, & valde. Hoc modo dicuntur etiam quæque pulchra corpora, quia longe multo pulchrius est corpus, quod ex membris pulchris omnibus constat, quàm ipsa membra singula,quorum ordinatissimo conuentu completur vniuersum, quanuis & illa etiam singulatim pulchra sint.

ET attendi vt inuenirem, vtrum septies Dei vel octies uideris, quia bona sunt opera tua cum tibi placuerunt:& in tua visione nõ inueni tempora per quæ intelligerem, quod toties videris quę fecisti:& dixi,O dñe nonne ista scriptura tua vera est, quoniam tu uerax & veritas edidisti eam? Cur ergo tu mihi dicis non esse in tua uisione tempora, & ecce scriptura tua mihi dicit p singulos dies ea quæ fecisti te vidisse,quia bona sunt? Et cum ea numerarem,inueni quoties. Ad hæc tu dicis mihi, quoniã tu es Deus meus,& dicis uoce forti in aurem interiorem seruo tuo perrumpens meam surditatem, & clamans, O hõ nẽpe quod scriptura mea dicit,ego dico.Et tamen illa temporaliter dicit,verbo autem meo æterno tempus non accidit, quia æquali mecum æternitate consistit. Sic ea D quæ uos per spiritum meum videtis,ego uideo,sicut ea quæ vos per spiritum meum dicitis, ego dico. Atque ita cum vos temporaliter ea videtis, non ego temporaliter video: quemadmodum cum vos temporaliter ea dicatis,non ego temporaliter ea dico.

ET audiui domine Deus meus, & elinxi stillam dulcedinis ex tua veritate, & intellexi quoniam sunt quidam quibus displicent opera tua bona, & multa eorum dicunt te fecisse necessitate compulsum, sicut fabricas cœlorum & compositiones syderum, & hæc non de tuo,sed iam fuisse alibi creata, & aliunde,quæ tu contraheres, & compaginares atque contexeres, cum de hostibus victis mundana mœnia molireris, ut ea constructione deuicti, aduersus te iterum rebellare non possent. Alia uero nec fecisse te,nec omnino compegisse, sicut omnes carnes, & minutissima quæque animantia,& quicquid radicibus terram tenet:sed hostilem mentem naturamque aliam,nec abs te conditam,tibique contrariam, in inferioribus mundi locis ista gignere, atque formare. Insani dicunt hęc, quoniam non per spiritum tuum videt opera tua,nec te cognoscunt in eis.

QVi autẽ per spiritum tuum vident ea, E tu uides in eis. Ergo cum uident quia bona sunt, tu uides quia bona sunt: & quæcunque propter te placent, tu in eis complaces: & quæ per spiritum tuum placent nobis,tibi placent in nobis. Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis,qui in ipso est? sic & quæ Dei sunt nemo scit nisi spiritus Dei. Nos autem inquit non spiritum huius mundi accepimus, sed

sed spiritum qui ex Deo est,vt sciamus, quę à Deo donata sunt nobis. Et admoneor vt dicã. Certe nemo scit,quæ Dei sunt,nisi spiritus Dei:quomodo ergo scimus & nos,quæ à Deo donata sunt nobis? Respõdetur mihi, quoniã,quæ per eius spiritũ scimus, ẽt sic nemo scit nisi spiritus Dei. Sicut.n.recte dictũ Mat.10. est:Non.n.vos estis qui loquimini,eis qui in spiritu Dei loquerẽtur:sic recte dicitur: Nõ vos estis q scitis,eis qui in Dei spiritu sciũt. Nihilominus igitur recte dicitur: Non vos estis qui videtis,eis qui in spiritu Dei vidẽt. Itaque quicquid in spiritu Dei vident, quia bonum est,non ipsi sed Deus videt, quia bonum est.Aliud ergo est, vt putet quisq; malum esse quod bonum est,quales supradicti F sunt:aliud, vt quod bonũ est, videat homo, quia bonũ est.Sicut multis tua creatura placet quia bona est,quibus tamẽ non tu places in ea,vnde frui magis ipsa, quàm te volunt. Aliud autem,vt cũ aliquid videt homo,quia bonum est, Deus in illo videat quia bonum est,ut scilicet ille ametur in eo quod fecit,qui non amaretur nisi per spiritũ sanctum quẽ Rom.5. dedit. Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctũ qui datus est nobis, per quẽ videmus quia bonum est,quicquid aliquo modo est. Ab illo.n.est, qui non aliquo modo est, sed quod est, est.

Compẽdio de- narrat opera Dei. Ca.32. 2.Re- tra.6. G Ratias tibi domine,Videmus cœlum & terrã, siue corporalem partẽ superiorẽ atq; inferiorem, siue spiritalem corporalemque creaturam: atque in ornatu harum partium,quibus constat vel vniuersa mundi moles, vel vniuersa omnino creatura: videmus lucem factam diuisamque à tenebris: videmus firmamentum cœli siue inter spiritales aquas superiores, & corporales inferiores, primarium corpus mundi super hoc spatiũ aeris, & quia hoc uocatur cœlum, per quod vagantur volatilia cœli inter aquas, quæ uaporaliter ei superferuntur, & serenis etiam noctibus rorant, & has quæ in terris graues G fluitant. Videmus congregatarum aquarum speciem per cãpos maris, & aridã terrã vel nudatã vel formatã, vt esset visibilis & cõpositа,herbarũq; atq; arborũ materiem. Videmus luminaria fulgere desuper,solẽ sufficere diei,lunam & stellas consolari noctẽ,atq; his omnibus notari & significari tẽpora. Videmus humidam vsquequaque naturam piscibus & beluis & alitibus fœcundatam, quod aeris corpulẽtia, quæ volatus auium portat, aquarum exhalatione concrescit. Videmus terrenis animalibus faciem terræ decorari: Hominẽque ad imaginem,& similitudinem tuã cunctis irrationalibus animantibus ipsa tua imagine ac similitudine, hoc est,rationis & intelligentiæ uirtute pręponi. Et quemadmodum in eius anima alius est quod consulẽdo dominatur, aliud quod subditur, ut obtemperet:sic viro factam esse etiam corporaliter fœminam,quę haberet quidem in mente rationalis intelligentiæ parem naturam, sexu tamen corporis, ita masculino sexui subijceretur,quemadmodum subijcitur appetitus actionis ad concipiendã de ratione mẽtis recte agendi solertiam. Videmus hæc,& singula bona,& omnia bona valde. H

Vt oĩs creatura laudet creatorẽ Ca.33. LAudẽ te opera tua ut amemus te,& amemus te ut laudent te opera tua,quæ habẽt initium & finem ex tempore, ortum & occasum,profectum & defectum,speciem, & priuationem. Habent ergo consequentia mane & vesperam, partim latenter, partim euidenter. De nihilo enim à te, non de te facta sunt, non de re aliqua non tua, uel quæ antea fuerit, sed de concreata id est simul à te creata materia, quia eius informitatem sine vlla temporis interpositione formasti. Nam cũ aliud sit cœli & terræ materies,aliud cœli & terræ species, materiem quidem de omnino nihilo,mundi autem speciem de informi materia, simul tamen vtrumque fecisti, ut materiam forma nulla morę intercapedine sequeretur.

De ordi- ne, & ua rio fru- ctu Chri stianæ ui tæ. Ca.34. INspeximus etiam propter quorũ figurationem ista vel tali ordine fieri,uel tali ordine scribi uoluisti, & uidimus: quia bona sunt singula,& omnia bona ualde, in uerbo tuo,in unico tuo cœlũ & terrã,caput & corpus ecclesiæ in pdestinatione ante oĩa tpa:sine mane & uespera. Vbi autẽ cœpisti pdestinata tẽporaliter exeq̃, vt occulta manifestares,& incõposita nra cõponeres, quoniã super nos erant peccata nostra, & in profundũ tenebrosum abieramus abs te,et spiritus tuus bonus superferebatur ad subueniendũ nobis in tẽpore opportuno,& iustificasti impios,& distinxisti eos ab iniquis:et solidasti authoritatẽ libri tui inter superiores, qui tibi docibiles essent, & inferiores qui eis subderentur: & cõgregasti societatẽ infideliũ in unã conspirationẽ,vt apparerent studia fidelium,ut tibi opera misericordiæ parerent, distribuentes etiam pauperibus terrenas facultates ad acquirẽda cœlestia:& inde accendisti quędam luminaria in firmamento,uerbum uitæ ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bentes sanctos tuos, & spiritalibus donis p̄lata sublimi authoritate fulgentes: & inde ad imbuendas infideles gentes, sacra & miracula visibilia, vocesque verborū secundū firmamentum libri tui, quibus etiam fideles benedicerētur, ex materia corporali p̄duxisti: & deinde fidelium animam vtuam per affectus ordinatos continentiæ vigore formasti, atque inde tibi seruire mentem subditam, & nullius authoritatis humanæ ad imitandum indigentem renouasti ad imaginē & similitudinē tuā: præstātique intellectui rōnabilem actionē tanquam viro fœminā subdidisti, omnibusque tuis ministerijs ad perficiendos fideles in hac vita necessarijs, ab eisdem fidelibus ad vsus temporales, fructuosa in futurū opera p̄beri voluisti. Hæc omnia videmus, & bona sunt valde, qm̄ tu ea vides in nobis qui spiritum, quo ea videremus, & in eis te amaremus, dedisti nobis.

Optat pacem. Cap. 35. DOmine Deus pacē da nobis, omnia. n. præstitisti nobis, pacem quietis, pacem sabbati, pacem sine vespera. Omnis quippe iste ordo pulcherrimus rerum valde bonarum modis suis peractis transiturus est, & mane quippe in eis factum est & vespera.

Diem septimum vespera quare non sequatur. Cap. 36. DIes autē septimus sine vespera est, nec habet occasum, quia sanctificasti eum ad permansionem sempiternam: vt id quod tu post opera tua bona valde, quanuis ea quietus feceris: requieuisti septimo die, hoc præloquat nobis vox libri tui, quod & nos post opera nostra, ideo bona valde, quia tu nobis ea donasti, sabbato vitæ æternæ requiescamus in te etiam.

Deus in L. TVne. n. sic requiesces in nobis, quemadmodum nunc operaris in nobis: & ita nobis qñ erit illa requies tua per nos quemadmodū quiescet. Cap. 37. sunt ista opera tua per nos. Tu autem dñe semper operaris, & semper requiescis, nec vides ad tempus, nec operaris ad tps, nec moueris ad tēpus, nec quiescis ad tps, & tñ facis & visiones temporales, & ipsa tempora, & quietem ex tempore.

Aliter Deus aliter hō videt creata. C. 38. NOs itaq; ista, quæ fecisti videmus, quia sunt: tu autem quia vides ea sunt. Et nos foris videmus, quia sunt, & intus quia bona sunt: tu aūt vbi vidisti facta, ibi vidisti facienda. Et nos alio tempore moti sumus ad benefaciendum posteaquam concepit de spiritu tuo cor nostrum. Priore autē tempore ad malefaciēdum mouebamur deserentes te: tu vero Deus vne bone nunquam cessasti benefacere. Et sunt quædam bona opera nostra ex munere quidem tuo, sed non sempiterna. Post illa nos requieturos in tua grandi sanctificatione speramus. Tu autem bono nullo indigens, bono semper quietus es, quoniam tua quies tuipse es. Et hoc intelligere quis hominum dabit homini? quis angelus angelo? quis angelus homini? A te petatur, in te quæratur ad te pulsetur: sic accipietur, sic inuenietur sic aperietur. Amen.

Confessionum Libri Tertijdecimi Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI DE GRAMMATICA liber.

OMnia nomina tredecim literis terminantur, quinq; vocalibus: a, e, i, o, u. sex semiuocalibus: l, m, n, r, s, x, & duabus mutis: c, t. A masculino: vt Seneca, Catilina, Sylla, vna, Cinna, Pansa: Græca, Sosia, Pareta, Aphra, Iugurtha, Micipsa. A fœminino: fœmina, musa, regula, norma, forma, & talia. A neutro Græca sunt tantum: thema, schema, & vnum nomen latinum fluminis Turia, dicente Salustio, Flumen Turia. A communi: aduena, conuena, indigena, Troiugena, & talia. Ab epicœno: vipera, aquila, musca, locusta, vlula, & talia. Diximus de a. litera, nunc de e. Ab e. litera vocali nullum Latinum, nisi iuncta præpositione, masculinum inuenitur: vt proconsule, proprætore. Ergo iuncta præpositione fiunt latina, vt dixi proprætore proquæstore. Nam veteres nominatiuo casu proconsul dicebant, attendētes nullum nomē Latinum exire in e. litera nominatiuo casu generis masculini. A fœmino nullū Latinū, sed Græca solū: vt Andromache, Niobe, Libye, Hecate, Euterpe, quorum genitiuus in es exit: vt Andromaches, Niobes, Libyes, Hecates, Euterpes. Sed hęc cū Græcis tractamus. A neutro e litera in nominatiuo: monile, sedile, cubile, & cætera quæ paulopost in regula generis neutri per omnia nomina ponemus. A cōi nullum nomen est: similiter nullum ab epicœno. Nūc de i. litera tractemus in noiatiuo, quæ ſña contineat. A masculino nullū nomē in i. A fœminino nullum. A neutro gummi. & est ἄπτωτον. A cōi nullum. Ab omni genere, vt frugi, nihili. Declinatur sic, hic vir frugi, fœmina frugi, mancipium frugi. Genitiuo similiter frugi faciet, huius viri frugi, huius fœminę frugi, huius mancipij frugi: sic per omnes casus frugi dicimus. Sic declinatur nihili: hic nihili vir, hæc nihili mulier, hoc nihili mācipiū. Hoc sono nominatiui omnes casus declinātur: sic pluraliter, viri nihili, fœminæ nihili, mancipia nihili. Ab epicœno nullum similiter exit in i. Ab o. litera uocali nominatiuus terminatus masculino appellatiuo, vt ligo ligonis. A proprio nomine: vt Cato, Cicero, Maro, Nero, Tubero, & cætera talia. A fœminino appellatiuo: vt vertigo, indago, farrago, siligo. In Iuuenali legitur ita: Sed quę mutatis inducitur atque fouetur Tot medicaminibus, coctæque siliginis offas Accipit, & madidæ, facies dicetur an vlcus. Sartago, uirago, lanugo, aurugo, ęrugo, crepido. In Iuuenali: Nulla crepido uacat, nusquam pōs & tegetis pars: & talia. A fœminino proprio, Carthago. Peregrina vero, vt Dido, Iuno, Io, Alecto, Celeno, Clio, Manto, quorum genitiuus in us exit, Didus, Iun.s, Ius, Alectus, Celenus, Clius, Mantus: sed hoc cum Græcis tractemus. A neutro nullus nominatiuus in o. exit. A communi: fullo, latro, caupo, & cętera. Ab epicœno: strutio, hirundo, hirudo, gurgulio, bufo, & talia. Ab u. vocali solum neutrum, quod in singulari indeclinabile est, in plurali declinatur: vt cornu, veru, genu, tonitru. Hoc sono enunciantur omnes casus in singulari, vt diximus. In plurari declinantur: cornua, verua, genua. Gtō horum cornuum, veruum genuū. Et cætera declinabis ad regulam veruum fluctuum. Diximus de vocalibus quinq;, quibus terminatur nominatiuus, nunc de semiuocalibus dicamus: L. litera nominatiuus exiēs in masculinis appellatiuis, hic sal, in proprijs sol. In fœmininis vnū nomen matronę tm̄, Tanaquil. In neutris, vt mel, fel. In cōibus: vigil, pugil. Vnde & Terētius de virgine, Pugilem esse aiūt. In epicœnis nullū nomē est. M. nominatiuus exiēs, in masculinis nullū Latinū est. In fœmininis: Glyceriū, Phaniū, Dorciū, Philocomasiū. In neutris aūt: tēplū, telū, tectū & alia quorū plurales faciles sunt. In cōmunibus nullū exit in m. Sic & in epicœnis. Nūc tractemus de semiuocali n. N. litera terminatus noiatiuus à masculinis, flamen, pecten, lien quod ē splen. A fœminini Sirē, pluralis Sirenes. A neutris carmē, germē, gramen, & cætera talia, quæ post regulas generis neutri tractabimus. A communibus nominatiuus exiens in n. tubicen, tibicen, fidicen, lyricen, cornicē, q̄ in lituis canit. Ab epicœnis oscen, id est, ab his quæ tradunt augurium, attagen. Nūc de semiuocali r. R, literæ terminatus noiatiuus à masculinis, vt Cæsar, aratnar, victor, tutor, sopor, męror, & alia quæ facilia sunt tam in appellatiuis quàm in proprijs. A fœmininis, arbor, soror. A neutris, marmor, æquor & alia. A communibus pauper, acer, alacer, memor, author. Ab epicœnis passer, accipiter, anser. Nunc de s. litera semiuocali tractemus. S litera terminatus nominatiuus à masculinis iustus, doctus, pius. A fœmininis dos, sors, mors, & talia. A neutris vulnus, pectus, pecus & cætera, quæ mox regula retractabitur. A communibus sacerdos, impos, cōpos, similis, nobilis, agilis. Ab omni genere, ut nugas, & cætera. De his mox uberius tractabimus. Ab epicœnis tigris, mus, lepus, & cætera. Nūc de semiuocali litera x. Noiatiuus in x, litera à masculinis, vertex, cortex, pumex, à p̄prijs. Pollux. A fœmininis nex, prex, fex, pax, fax & alia. A neutris nullū nomen nisi omni generi iungatur: vt felix. Remānent duę mutę, c, t, literę. Nominatiuus exiens c. litera tenet masculinum: vt alec. tenet neutrum: vt lac. T litera exiens nominatiuus tenet genus neutrū: vt caput, sinciput, semicaput. Noia generis neutri in um syllabam exeuntia, vt templum declinantur. Nominatiuo singulari hoc templum. Genitiuo huius tēpli. Datiuo huic templo. Accusatiuo hoc tēplum. Vocatiuo ò tēplū. Ablatiuo ab hoc templo. Et pluraliter. Nominatiuo hæc tēpla. Genitiuo horum tēplorū. Datiuo his templis. Accusatiuo hæc templa. Vocatiuo ò tēpla. Ablatiuo ab his tēplis. Simili declinatione hęc omnia procurrunt, telum, tectum, scamnum, bellū, monstrum, portentū, oppidum, carpentum, venenum, donum, bonum, malum, magnum, pessimum, prauū, frumentum, medicamētum, membrum, forum, metrum, porrum, tignū, plaustrum, claustrū, instrumētum, oliuetum, vinetū, palmetū, quercetum, esculetum, lauretum, argumentum, sacrum, testamentū, iugerū, uinum: sed nunc tantū, in singulari, vina enim poetę dixerūt, & cicera. Sic oleum, hordeum, triticum, ferrum uiscum, aurum, argentum, plumbum, stannū, vitrū, electrū, & talia, quę ad pondus veniunt uel mensuram, ex ista sunt forma.

In ium. Generis neutri, quæ in ium exeunt, ſed hæc in genitiuo per duo ij ſcribuntur, vt hoc ingeniũ, huius ingenij: ſic imperium imperij, ſcrinium ſcrinij, capitoliũ capitolij, tentoriũ F tentorij, armarium armarij, ſolarium ſolarij, tectorium tectorij, armamentariũ armamentarij, ſpatiũ ſpatij, ſacrarium ſacrarij. Sic horarium horarij, ſalariũ ſalarij, viridarium viridarij, pomerium pomerij, ſacrificium ſacrificij, ſolium ſolij, ſolium ſolij, teſtimonium teſtimonij. Sic roſariũ roſarij, auiarũ auiarij, auguriũ augurij, auſpicium auſpicij, exitiũ exitij, exilium exilij, prodigiũ prodigij, auxilium auxilii, præſidium præſidii, atrium atrii, aucupium aucupii, adiutoriũ adiutorii,

In us. mancipium mancipii, dolium dolii. Eſt alia forma generis neutri, quæ per us exit, vt hoc pecus, numero ſingulari. Nominatiuo hoc pecus. Genitiuo huius pecoris. Datiuo huic pecori. Accuſatiuo hoc pecus. Vocatiuo ò pecus. Ablatiuo ab hoc pecore. Et pluraliter. Nominatiuo hęc pecora. Genitiuo horum pecorum. Datiuo his pecoribus. Accuſatiuo hæc pecora. Vocatiuo ò pecora. Ablatiuo ab his pecorib⁹. Ad hãc formulã declinabimus vlcus vlcera, facinus facinora, vellus vellera, viſc⁹ viſcera, rus rura, ius iura, nemus nemora, tergus tergora, pectus pectora, genus gña, G pondus pondera, corpus corpora, decus decora, funus funera, fœnus fœnora, olus olera, littus littora, opus opera, rudus rudera, thus thura, tẽpus tempora, fœdus fœdera, ſtercus ſtercora, onus onera, latus latera. Eſt alia ſpecies

In ur. generis neutri quæ continet nomina in ur exeuntia, vt hoc murmur in nominatiuo. Genitiuo huius murmuris. Datiuo huic murmuri. Accuſatiuo hoc murmur. Vocatiuo ò murmur. Ablatiuo ab hoc murmure. Et pluraliter. Nominatiuo hæc murmura. Genitiuo horũ murmurum. Datiuo his murmuribus. Accuſatiuo hæc murmura. Vocatiuo ò murmura. Ablatiuo ab his murmuribus. Ad hanc formulã ſimilia declinabis, vt cbur ebora, femur femora, ſulphur ſulphura, fulgur fulgura. Sed ex hac formula non multa inueniuntur, quoniam pauca ſunt generis neutri,

In or. quę in or exeũt, vt marmor in nominatiuo. Genitiuo huius marmoris. Datiuo huic marmori. Accuſatiuo hoc marmor. Vocatiuo ò marmor. Ablatiuo ab hoc marmore. Et pluraliter. Nominatiuo hæc marmora. Genitiuo horum marmorum. Datiuo his marmoribus. Accuſatiuo hęc marmora. Vocatiuo ò marmora. Ablatiuo ab his marmoribus. Sic æquor æquora, cor corda. Alia ſpecies generis neutri, quæ cõtinet nomina in ar ſyllabã exeuntia, vt Far Nominatiuo. Genitiuo huius farris. Datiuo huic farri. Accuſatiuo hoc far. Vocatiuo ò far. Ablatiuo ab hoc farre. In plurali tres caſus habet ſolum. Nominatiuo hęc farra. Accuſatiuo hæc farra. Vocatiuo ò farra. Nõ habet ergo genitiuũ, datiuũ, & ablatiuũ. Vnde τρίπτωτα dicũtur in plurali, ideſt trium caſuũ, vt ſunt iura: non dicimus horũ iuriũ, his iuribus, nec ęrũ ęribus, nec mellorũ mellibus, & alia pauca. nec.n. multa ſunt. Sic nec horũ farrũ in genitiuo poſſumus dicere, aut in datiuo his farribus. Hãc ergo formã numero tantũ ſingulari declinabis: hoc nectar nectaris, laſer laſeris, & inſtar quod eſt ſimilitudo: ſed habet tres caſus tm̃, nominatiuũ, accuſatiuũ, & vocatiuũ, & eſt numeri tm̃ ſingularis. Alia ſpẽs generis neutri, quæ In er. cõtinet omnia in er exeuntia: ſed numeri tm̃ ſingularis. Nominatiuo hoc piper. Genitiuo huius piperis. Datiuo huic piperi. Accuſatiuo hoc piper. Vocatiuo ò piper. Ablatiuo ab hoc pipere. Ad hanc formã declinabis nume 2. Gen. ro tãtũ ſingulari, ver. Nominatiuo hoc ver. I Genitiuo huius veris. Datiuo huic veri. Accuſatiuo hoc ver. Vocatiuo ò ver. Ablatiuo ab hoc vere. Sic declinabis hoc ſiler, vt ait Vergilius: Molle ſiler. Similiter declinabis iuger, ſed habet pluralem, vt iuger iugera, ſecundũ antiquos, qui dixerũt, iugerum. Vber vbera, tuber tubera. Et in hęc vt dixi paucorũ nomina ſunt. Alia ſpecies per os, vt ipſum In os. os ora, vnde oſculũ, ſed hoc ꝓducimus, aliud corripimus. Ab eo quod ſunt oſſa declinantur ſingulariter. Nominatiuo hoc os. Genitiuo huius oſsis. Datiuo huic oſsi. Accuſatiuo hoc os. Vocatiuo ò os. Ablatiuo ab hoc oſſe. Et pluraliter. Nominatiuo hæc oſſa. Genitiuo horum oſsium. Datiuo his oſsibus. Accuſatiuo hæc oſſa. Vocatiuo ò oſſa. Ablatiuo ab his oſsibus. Alia ſpecies generis neutri, quę In e. continet nomina in e exeuntia: vt monile. Nominatiuo hoc monile. Genitiuo huius monilis. Datiuo huic monili. Accuſatiuo hoc monile. Vocatiuo ò monile. Ablatiuo ab hoc monili. Et pluraliter. Nominatiuo hęc monilia. Genitiuo horũ moniliũ. Datiuo his monilibus. Accuſatiuo hęc monilia. Vocatiuo ò monilia. Ablatiuo ab his monilibus. Similiter declinabis ſedile ſedilia, ſsepe prę-

K ſsepia, collare collaria, ducale ducalia, molle mollia, graue grauia, vile vilia, mite mitia, ſuaue ſuauia, vitale vitalia, morale moralia,

lene lenia, leue leuia, ancyle ancylia: de quo Verg. leuaq́; ancyle gerebat. facile facilia, nobile nobilia, agile agilia, mare maria, ſed pluraliter tres caſus habet tantum, nominatiuũ, accuſatiuum & vocatiuum, genitiuum datiuum & ablatiuũ non habet: non enim dicimus in genitiuo horũ marium, aut in datiuo his maribus, aut in ablatiuo ab his maribus. Sic & alia declinabis huic formæ ſimilia. Huic regulæ ablatiuus in i exit, nõ in e, quia genus neutrum nunquam habet quatuor caſus ſimiles, vt faciat in nominatiuo hoc monile, & accuſatiuo hoc monile, & vocatiuo ò monile, & in ablatiuo ab hoc monile: ſed ab hoc monili. Inde Vergilius: In ſtrato ſaxa cubili, ab hoc cubili. Sic & ſacra mari colitur. Item hortatur pater ire mari. Item tenui de vimine. Item, Crudeli vulnere. Itẽ, Letali vulnere. Item dulci ex ore coruſcent. & cum dicimus nobili genere natus, non nobile. Sic ergo obſeruabis in nomine neutro quod exit in nominatiuo ſingulari in e, vt ablatiuum in in i, mittat regula perpetua. Alia ſpecies gene In al. L ris neutri quæ continet nomina in al exeuntia, vt animal. Nominatiuo hoc animal. Genitiuo huius animalis. Datiuo huic animali. Accuſatiuo hoc animal. Vocatiuo ò animal. Ablatiuo ab hoc animali. Et pluraliter. Nominatiuo hęc animalia. Genitiuo horũ animalium. Datiuo his animalibus. Accuſatiuo hæc animalia. Vocatiuo ò aĩalia. Ablatiuo ab his animalibus. Ad hãc formã declinabis tribunal tribunalia, lupercal lupercalia, quæ sũt Aene. 8. ſacra illius genij, qui Pan vocatur. Vnde & In el. Verg. de ipſo loco: Et gelida mõſtrat ſub rupe lupercal. Alia ſpecies neutri, quæ continet nomina in el exeuntia, vt mel. Nominatiuo hoc mel. Genitiuo hui⁹ mellis. Datiuo huic melli. Accuſatiuo hoc mel. Vocatiuo ò mel. Ablatiuo ab hoc melle. Sic declinabis. Nominatiuo hoc fel. Genitiuo huius fellis. Datiuo huic felli. Accuſatiuo hoc fel. Vocatiuo ò fel. Alatiuo ab hoc felle. Sed plurali numero nõ In en. niſi per tres caſus currit, nominatiuum, accuſatiuum & vocatiuum. Alia ſpecies generis neutri, quę continet nomina in en ſyllabam exeũtia. Nominatiuo hoc crimen. Genitiuo huius criminis. Datiuo huic crimini. Accuſatiuo hoc crimen. Vocatiuo ò crimen. Ablatiuo ab hoc crimine. Et pluraliter. Noſatiuo M hæc crimina. Genitiuo horũ criminũ. Datiuo his criminibus. Accuſatiuo hæc crimina. Vocatiuo ò crimina. Ablatiuo ab his criminibus. Ad hanc regulã ſimilia declinabis, carmẽ carminis, numẽ numinis, flamẽ flaminis, agmen agminis, acumen acuminis, gramen graminis, flumen fluminis, ſtramẽ ſtraminis, lumen luminis, ſemen ſeminis, liquamen liquaminis, fulmen fulminis, rumẽ ruminis, bitumẽ bituminis, glutẽ glutinis, legumen leguminis, fundamen fundaminis, tegimẽ tegiminis, munimen muniminis, leuamẽ leuaminis, ſpecimẽ ſpeciminis, ſed pluralẽ non admittit. Itẽ ſubtegimen ſubtegiminis. Alia ſpẽs gñis neutri ἄπτωτα, ideſt indeclinabilia, vt genu. Nominatiuo hoc genu, gtõ huius genu, dtõ huic genu, actõ hoc genu, vocatiuo ò genu, ablatiuo ab hoc genu. Et pluraliter. Nominatiuo hæc genua. Genitiuo horũ genuũ, Dtõ his genibus. Actõ hęc genua. Vcõ ò genua. Abltõ ab his genibus. Ad hanc formam declinabis & hoc cornu, vt ſupra diximus: cornu cornua, veru verua, quæ ſunt virgæ ferreæ laniorũ, de quibus Verg. Verubuſq́; trementia figũt. Aene. 1. tonitru tonitrua. Sed taliũ nominũ declinatio perrara inuenitur. Alia ſpecies generis In c & t neutri, de qua ſupra tractauimus, quę exit in A quatuor nomina duarum mutarũ, c & t, ut caput ſinciput, & lac & alec, ſed hæc duo pluralẽ numerũ non admittunt. Exit itẽ genus In a. neutrum in e, ſed in Græcis nominibus, vt thema themata, toreuma toreumata, ſchema ſchemata, emblema emblemata, theorema theoremata, boethema boethemata, & alia: Item meminerimus ſingulas literas tam in Græcis quàm in Latinis generis eſſe neutri. Dicimus enim vnũ alpha, vnum beta, vnũ gamma: ſic & aliæ literæ. Pluraliter duo alpha, duo beta, tria gãma. Inde eſt illud: τρία κακὰ κακίστα, id eſt, tria cappa peſsima, de Cornelio Sylla, de Cornelio Cinna, de Cornelio Lentulo. Hi enim per tres literas deſignati ſunt in libris Sybillinis. Eſt & vnum nomen generis neutri in a, vt flumen Turia, vt ſupra diximus.

Genus cõmune exit per a, vt aduena. Declinatur. Nominatiuo hic & hæc aduena. Genitiuo huius aduenæ. Datiuo huic aduenę. Accuſatiuo hunc & hanc aduenam. Vocatiuo ò aduena. Ablatiuo ab hoc & ab hac aduena. Pluraliter. Nominatiuo hi & hę aduenæ. Genitiuo horũ & harũ aduenarũ. Datiuo his aduenis. Accuſatiuo hos & has aduenas. Vocatiuo ò aduenæ. Ablatiuo ab his aduenis. Ad hanc formulam declinabis Troiugena, indigena, incola, agricola, conuena, cęlicola, ſacricola, publicola, terricola, orbicola, plebicola, Numida, Dalmata, rurico-

Determinatione & declinatione nominũ cõis generis. B

la,

Universidad de Deusto
Biblioteca

la,lucifuga,Persa.Romulida,&c. In nominatiuo e & i non habet genus cõmune,sed in o,
In o. vt latro . Nominatiuo hic & hæc latro. Gtõ huius latronis.Dtõ huic latroni. Actõ hunc & hanc latronem.Vctõ ò latro. Ablatiuo ab hoc & ab hac latrone.Et pluraliter.Nominatiuo hi & hæ latrones. Gtõ horũ & harũ latronum. Datiuo his latronibus.Actõ hos & has latrones. Vocatiuo ò latrones. Ablatiuo ab his latronibus.Ad hanc formã declinabis homo,ganeo,degulo,caupo,fullõ,nemo, helluo,qui & gluto,& talia. Per u aũt nullũ habet.in nominatiuo ergo exit cõe per es syllabã,vt comes.Nominatiuo hic & hæc comes.
In es. Gtõ huius comitis. Datiuo huic comiti.Accusatiuo hunc & hãc comitẽ.Vctõ ò comes. Ablatiuo ab hoc & ab hac comite . Et pluraliter.Nominatiuo hi & hæ comites.Gtõ horum & harũ comitũ.Dtõ his comitibus.Accusatiuo hos & has comites . Vocatiuo ò co-
C mites. Abltõ ab his comitibus. Ad hanc formã declinabis similia, vt sospes,locuples,hospes,licet hospitam dixerit Verg.Hospita tellus : miles,veles,id est leuis armaturę miles, interpres,ales,præpes,præs,id est fidei iussor, satelles,deses,præses, diues,hæres,cœles,cœlites, qui iter sibi faciunt ad cœlũ,indiges indigetis, &c. Exit in is,vt similis . Nominatiuo hic & hęc similis.Genitiuo huius similis.
In is. Datiuo huic simili.Accusatiuo hunc & hanc similẽ.Vctõ ò similis.Ablatiuo ab hoc & ab hac simili.Et pluraliter.Noiatiuo hi & hæ similes.Gtõ horum & harũ similium.Datiuo his similibus. Accusatiuo hos & has similes. Vctõ ò similes.Ablatiuo ab his similib⁹. Ad hanc formã declinãtur agilis, facilis,fragilis, viridis,mobilis,humilis,mitis,lenis,mollis,cuius,testis,hostis, tristis,fortis,suauis,frugalis, crudelis, inanis, gracilis,immanis, & cętera.
In os. Exit per os, vt sacerdos. Nominatiuo hic & hæc sacerdos.Genitiuo huius sacerdotis.Datiuo huic sacerdoti . Accusatiuo hunc & hãc sacerdotẽ. Vocatiuo ò sacerdos. Ablatiuo ab hoc & ab hac sacerdote. Et pluraliter . Nominatiuo hi & hæ sacerdotes . Genitiuo horũ & harum sacerdotum.Datiuo his sacerdotibus.Accusatiuo hos & has sacerdotes . Vocatiuo ò sacerdotes.Ablatiuo ab his sacerdo-
D tibus . Ad hanc formam declinantur custos, impos,compos,nepos.Exit & per us , vt sus.
In us. Nominatiuo hic & hæc sus.Genitiuo huius suis . Datiuo huic sui.Accusatiuo hũc & hãc suem.Vocatiuo ò sus. Ablatiuo ab hoc & ab hac sue. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ sues.Genitiuo horum & harũ suum.Datiuo his subus. Accusatiuo hos & has sues . Vocatiuo ò sues. Ablatiuo ab his subus.Exit & per er, vt pauper . Nominatiuo hic & hæc In er
pauper . Genitiuo huius pauperis . Datiuo huic pauperi. Accusatiuo hunc & hanc pauperem.Vocatiuo ò pauper . Ablatiuo ab hoc & ab hac paupere. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ pauperes . Genitiuo horũ & harum pauperũ. Datiuo his pauperibus. Actõ hos & has pauperes . Vocatiuo ò pauperes. Ablatiuo ab his pauperibus. Ad hanc formã declinãtur & alia, vt acer,alacer,id est lætus. Exit cõe in ex,vt opisex.Nominatiuo hic & In ex
hæc opisex. Genitiuo huius opificis. Datiuo huic opifici . Accusatiuo hunc & hanc opificem. Vocatiuo ò opifex. Ablatiuo ab hoc & ab hac opifice.Et pluraliter.Nominatiuo hi & hæ opifices. Genitiuo horum & harũ opi E
ficũ . Datiuo his opificibus. Accusatiuo hos & has opifices . Vocatiuo ò opifices. Ablatiuo ab his opificibus.Ad hanc formã declinabis aurifex,artifex,iudex,carnifex, index,vindex,auspex,haruspex,signifex,& alia.Exit ge In ex
nus cõmune in eps, vt princeps. Declinatur sic.Nominatiuo hic & hæc princeps.Genitiuo huius principis . Datiuo huic principi. Accusatiuo hunc & han principẽ. Vocatiuo ò princeps.Ablatiuo ab hoc & ab hac principe.Et pluraliter.Nominatiuo hi & hæ principes . Genitiuo horum & harũ principũ. Datiuo his principibus . Accusatiuo hos & has principes. Vocatiuo ò principes. Ablatiuo ab his principibus . Sic declinantur manceps,particeps,municeps. Anceps aũt, & biceps,& triceps & quadriceps,multiceps, prę ceps,hæc sex nomina genitiuũ singulare contra regulam superiorẽ in tis syllabã mittunt, non in pis : vt anceps ancipitis,biceps bicipitis,triceps tricipitis,quadriceps quadricipitis, multiceps multicipitis , præceps præcipitis. ideo in tis syllabã exeunt,non in pis,vt principis,mãcipis, quia a capitis significatione veniunt,illa aũt ẽ superiora à capiendi significatione. Princeps enim dictus est,q̃ primus capiat,& manceps q̃ manu capiat. Anceps aũt F
dictus est,quod dubij capitis sit, vel inclinati In ius
capitis in vtranque partem. Exit genus com In ux
mune in iunx syllabam,vt coniunx. Nomi- In ps
natiuo hic & hæc coniunx. Erit in ux,vt hic In ebs
& hæc dux,redux.Erit in ps , qđ q dẽ in om Cœlibs
ne genus redibit. Erit in ebs,vt cœlebs.Cœ- quasi
lebs dicitur qui non habet vxorem , vel quæ lites
non habet maritum , qualia sunt numina in sci

cœlo,

putant ἀφαιρετικὰ dicętæ: hoc nomine tegẽt & concubinas cleri ci,ac monachi, quos ępe taxat Hieronymus. Iaus.

cœlo, quę absq; cõiuge sunt,si agapetas attendamus.Nominatiuo hic & hæc cœlebs. Genitiuo huius cœlibis.Datiuo huic cœlibi.Accusatiuo hunc & hãc cœlibẽ.Vctõ ò cœlebs. Ablatiuo ab hoc & ab hac cœlibe . Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ cœlibes. Genitiuo horũ & harum cœlibum.Datiuo his cœlibibus.Accusatiuo hos & has cœlibes.Vocatiuo ò cœlibes . Ablatiuo ab his cœlibibus. Exit & in yx, vt phryx . Nominatiuo hic & hæc phryx. Genitiuo huius phrygis.Datiuo huic phrygi.Accusatiuo hunc & hanc phrygem.Vctõ ò phryx . Abltõ ab hoc & ab hac phryge. Et pluraliter.Nominatiuo hi & hæ phryges.Gtõ horũ & harũ phrygũ. Datiuo his phrygibus . Accusatiuo hos & has phryges.Vocatiuo ò phryges. Abltõ ab his phrygibus . Et in us exit vt ligus , quod similiter
G vt phryx locale nomen est. Noiatiuo hic & hæc ligus.Genitiuo huius liguris. Dtõ huic liguri.Accusatiuo hunc & hanc liguręm.Vctõ ò ligus.Ablatiuo ab hoc & ab hac ligure. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ ligures.Genitiuo horũ & harum ligurum.Dtõ his liguribus. Accusatiuo hos & has ligures.Vctõ ò
In il. ligures . Abltõ ab his liguribus . Exit genus cõe in il,vt vigil.Nominatiuo hic & hæc vigil.Genitiuo huius vigilis.Datiuo huic vigili.Accusatiuo hunc & hanc vigilem. Vctõ ò vigil.Abltõ ab hoc & ab hac vigile.Et pluraliter.Nominatiuo hi & hæ vigiles.Genitiuo horũ & harũ vigilum.Dtõ his vigilibus.Accusatiuo hos & has vigiles. Vocatiuo ò vigi-
In ul. les.Abltõ ab his vigilibus. Ad hãc regulã declinabis hic & hæc pugil .Exit in vl,vt exul. Nominatiuo hic & hæc exul. Genitiuo huius exulis. Dtõ huic exuli. Accusatiuo hunc & hanc exulẽ.Vocatiuo ò exul. Abtõ ab hoc & ab hac exule . Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ exules.Genitiuo horũ & harũ exulũ . Dtõ his exulibus. Accusatiuo hos & has exules . Vocatiuo ò exules . Ablatiuo ab his exulibus. Ad hanc formã declinabis pręsulẽ,
In ur. hic & hæc præsul,quoniam masculinũ est,vt consul.Exit in ur,vt fur. Ntõ hic & hæc fur.
H Genitiuo huius furis.Dtõ huic furi. Accusatiuo hunc & hanc furẽ.Vocatiuo ò fur. Ablatiuo ab hoc & ab hac fure.Et pluraliter.Nominatiuo hi & hæ fures.Genitiuo horum & harum furum.Datiuo his furibus.Accusatiuo hos & has fures. Vocatiuo ò fures.Abltõ
In or. ab his furibus . Ad hanc formam declinabis augur, hic & hęc augur. Exit genus commune in or,vt maior,memor. Sed memor si alia regula est, nõ admittit genus neutrum in us, quomodo maior admittit in neutro maius. Noiatiuo hic & hæc memor . Genitiuo huius memoris. Datiuo huic memori. Accusatiuo hunc & hanc memorẽ. Vocatiuo ò memor. Ablatiuo ab hoc & ab hac memore. Et pluraliter . Nominatiuo hi & hæ memores. Gtõ horũ & harum memorũ . Dtõ his memoribus . Accusatiuo hos & has memores. Vocatiuo ò memores . Ablatiuo ab his memoribus. Admittit & neutrũ, sed non in regula generis omnis,vt hoc memor . Vnde & Aene.4.
Vergilius: Tum si quod non æquo fœdere amãtes,Curę numẽ habet,iustumq; memor precatur. Pluralẽ non admittit, inde non est generis ois . Neq; enim dicimus memora, vel memoria numina . Similiter declinabis authorẽ in nominatiuo singulari , hic & hęc author,vt,At Iuno author ego audẽdi: hi & I
hæ authores . Exit genus omne in ax,in ex, Determi
in ix,in ox,in ux,ans,ens,ars,ers,ors,in us,es. natione
In ax, vt hic & hæc & hoc pertinax. Genitiuo huius pertinacis . Datiuo huic pertinaci. & decliAccusatiuo hunc & hanc pertinacem,& hoc natione
pertinax. Vocatiuo ò pertinax . Ablatiuo ab nominũ
hoc & ab hac & ab hoc pertinaci . Et plu- omnis
raliter . Nominatiuo hi & hæ pertinaces generis.
& hæc pertinacia. Genitiuo horũ & harum In ax.
& horum pertinacium . Datiuo his pertinacibus . Accusatiuo hos & has pertinaces & hæc pertinacia . Vocatiuo ò pertinaces & ò pertinacia. Ablatiuo ab his pertinacibus. Ad hanc formam declinabis efficax , tenax, peruicax,dicax,sequax,rapax,mordax,capax,furax,emax,fallax,mendax,nugax,viuax. Hæc omnia ablatiuum singularem,& alia in i mittunt. Exit item genus omne in ex,secundum In ex.
ordinem regularum supra ordinatarum , vt simplex. Nominatiuo hic & hæc & hoc simplex.Genitiuo huius simplicis . Datiuo huic simplici. Accusatiuo hunc & hãc simplicem & hoc simplex. Vocatiuo ò simplex. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc simplici . Et pluraliter . Nominatiuo hi & hæ simplices K
& hæc simplicia. Genitiuo horum & harum & horum simplicium . Datiuo his simplicibus . Accusatiuo hos & has simplices & hæc simplicia . Vocatiuo ò simplices & ò simplicia . Ablatiuo ab his simplicibus. Ad hanc formam declinantur duplex,triplex,quadruplex,quintuplex, sextuplex,septuplex,excluso, m, quia & septemplex Latinum est quod declinatur , vt superius . Ex regula in ix , vt In ix.
fœlix,quod sic declinatur. Nominatiuo hic

& hæc

& hæc & hoc fœlix. Gtõ huius felicis. Datiuo huic fœlici. Accusatiuo hunc, & hanc fœlicẽ, & hoc fœlix. Vocatiuo ò fœlix. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc fœlici, ex sono generis neutri. A proprijs nominibus in e exit, ab hoc fœlice, & est generis masculini. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ fœlices, & hæc fœlicia. Gntõ horũ, & harũ & horum fœliciũ. Dtõ his fœlicibus. Accusatiuo hos & has fœlices, & hæc fœlicia. Vocatiuo ò fœlices & ò fœlicia. Abltõ ab his fœlicibus. Ad hanc regulã declinatur pernix, quod significat velocem. Ex regula in ox, vt ferox declinatur sic.

In ox. Nominatiuo hic & hæc & hoc ferox. Gtõ huius ferocis. Dtõ huic feroci. Accusatiuo hunc & hanc ferocem & hoc ferox. Vocatiuo ò ferox. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc feroci. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ feroces & hæc ferocia. Gtõ horum & harũ & horum ferociũ. Datiuo his ferocibus. Accusatiuo hos & has feroces & hæc ferocia. Vocatiuo ò feroces & ò ferocia. Abltõ ab his ferocibus. Ad hanc formam declinabitur atrox, velox. Ex regula in vx, vnum nomen

In vx. est, vt trux. Nominatiuo hic & hæc & hoc trux. Gtõ huius trucis. Datiuo huic truci. Accusatiuo hunc & hanc trucẽ & hoc trux. Vocatiuo ò trux. Abltõ ab hoc & ab hac & ab hoc truci, à sono gñis neutri. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ truces & hæc trucia. Gtõ horum, & harum trucium. Datiuo his trucibus. Accusatiuo hos & has truces & hæc trucia. Vocatiuo ò truces, & ò trucia. Ablatiuo ab his trucibus. Ex regula ans, vt

In ans. prẽstans. Nominatiuo hic & hęc & hoc prẽstans. Gtõ huius præstãtis. Dtõ huic præstãti. Accusatiuo hunc & hanc præstantem, & hoc præstans. Vocatiuo ò præstans. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc præstanti, ex sono generis neutri. Et Pluraliter. Nominatiuo hi & hæ præstantes, & hęc præstantia.

M Gtõ horum & harum & horum præstantiũ. Datiuo his præstantibus. Accusatiuo hos & has præstantes, & hæc præstantia. Vocatiuo ò præstantes & ò præstantia. Ablatiuo ab his præstantibus. Ad hanc formam declinãtur amans, clamans, cantans, luctans, constans, prostans, regnans, pugnans, mirans, minans, miserans, æstuans, versans, & alia. Ex re

In ens. gula ens, vt amens. Nominatiuo hic & hæc & hoc amens. Genitiuo huius amentis. Datiuo huic amenti. Accusatiuo hunc & hanc amentem, & hoc amens. Vocatiuo ò amens. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc amenti, sono generis neutri similiter. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ amentes, & hæc amentia. Genitiuo horum & harũ & horũ amentium. Datiuo his amentibus. Accusatiuo hos & has amentes & hęc amentia. Vocatiuo ò amentes & ò amentia. Ablatiuo ab his amentibus. Ad hanc formam declinatur demens, potens, impotens, præpotens, prudens, imprudens, pudens, impudens, frequens, infrequens, sedens, hærens, moriens, mœrens, tenens, egens, ferens, cedens, sæuiens, seruiens, sapiens, insipiens, desipiens: & talia. Ex regula ons, vt sons, quod significat nocens. Nominatiuo hic & hæc & hoc sons. A

In ons Gtõ huius sontis. Dtõ huic sonti. Accusatiuo hunc & hanc sontem & hoc sons. Vtõ ò sons. Accusatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc sonti, à sono generis neutri. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ sontes & hæc sontia. Genitiuo horum & harũ & horum sontium. Datiuo his sontibus. Accusatiuo hos & has sontes & hęc sontia. Vocatiuo ò sontes & ò sontia. Ablatiuo ab his sontibus. Ad hãc regulam declinatur insons, id est, innocens. Et hęc duo sunt tantum generis omnis. Ex regula ar, vt par. Nominatiuo hic & hæc & hoc par. Genitiuo huius paris. Datiuo huic pari. Accusatiuo hunc & hanc parem & hoc par. Vocatiuo ò par. Abltõ ab hoc & ab hac & ab hoc pari, sono generis neutri. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ pares & hæc paria. Genitiuo horum & harum & horum parium. Datiuo his paribus. Accusatiuo hos & has pares & hæc paria. Vocatiuo ò pares & ò paria. Ablatiuo ab his paribus. Ad hanc formam declinantur impar & suppar, quæ solatria sunt generis omnis. Ex regula ers vt iners. Nominatiuo hic & hęc & hoc iners. Genitiuo huius inertis. Dtõ huic inerti. Accusatiuo hunc & hanc inertẽ & hoc iners. Vtõ ò iners. Abltõ ab hoc & ab hac & ab hoc inerti. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ inertes & hęc inertia. Genitiuo horũ & harũ & horũ inertiũ. Datiuo his inertibus. Accusatiuo hos & has inertes & ò inertia. Vtõ ò inertes & ò inertia. Ablatiuo ab his inertibus. Ex regula ors, vt vecors. Ntõ hic & hęc & hoc vecors. Genitiuo huius vecordis. Dtõ huic vecordi. Accusatiuo hunc & hanc vecordem & hoc vecors. Vtõ ò vecors. Abltõ ab hoc & ab hac & ab hoc vecordi, à genere neutro. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hę vecordes & hæc vecordia. Genitiuo horũ & harũ & horum vecordiũ. Datiuo

Datiuo his vecordibus. Actõ hos & has vecordes, & hæc vecordia. Vctõ ò vecordes, & ò uecordia. Abltõ ab his vecordibus. Ad hãc regulam declinantur, excors, cõcors, discors, dissors. Sed hæc duo, idest consors, & dissors: in genitiuo singulari tis habent, vt consortis, dissortis. Dissors autem dicitur dissimilis sortis. Ex regula us, vt uetus. Declinatur autem sic. Noiatiuo hic & hęc, et hoc vetus. Gtõ huius ueteris. Datiuo huic veteri. Actõ hunc & hanc ueterem, & hoc uetus. Vctõ ò vetus.

In us Abltõ ab hoc, & ab hac, & ab hoc veteri, à

C sono generis neutri. Et Pluraliter, Nominatiuo hi, & hæ veteres, & hæc vetera. Genitiuo horum, & harum & horũ veterum. Datiuo his veteribus. Accusatiuo hos, & has ueteres & hæc vetera. Vctõ ò veteres, & ò uetera. Abltõ ab his ueteribus. Hoc solum nomen in us est generis omnis. Es, vt teres, quod est rotundum. Declinatur hic, & hæc & hoc teres: teres autem dictum est à terendo. Ex regula autem ἀπτώτων est nequam, uno enim sono declinantur omnes casus per omnia genera. Est autem genus epicœnum, quòd sub vno articulo intelligitur sexus, vt puta hic passer, iam sub uno articulo quo sonat hic, & illic est & fœmina. Declinatur. Nominatiuo hic passer. Genitiuo huius passeris. Dtõ huic passeri. Actõ hunc passerem. Vocatiuo ò passer. Ablatiuo ab hoc passere. Et pluraliter Nominatiuo hi passeres. Genitiuo horum passerũ. Datiuo his passeribus. Accusatiuo hos passeres. Vocatiuo ò passeres. Ablatiuo ab his passeribus. Sed & hæc aquila sub vno articulo quo sonat hęc ibi, & masculinum intelligimus: sic & hæc tygris, sub quo sono intelligitur, & masculus. Sic &

D hæc hirũdo, ibi intelligis & masculum: sic & hic struthio, ibi intelligis & fœminã: sic sorex, stellio, musca. Ergo hoc interest inter genus commune, & epicœnum, quia in genere cõmuni, & homines sunt, & pecora: in epicœno pecora tantum. Quod in genere cõmuni ambo articuli sunt idest hic, & hęc cũ noie cõmunicat, vt hic, & hęc canis: epicœnũ aũt cũ articulo vno masculino cõicat nomẽ fœmininum: vt cum dico, hic passer, sub ipso articulo qui sonat hic, intelligitur & fœmina. Sic in articulo gñis neutri, quod est hoc

Pecus fa- cit epicœ- nũ quũ nõ in ge- neribus, sed in spe cus: sub articulo qui sonat hoc, intelligitur & fœmina, ut Vergilius ait: Lenta salix fœto pecori. Et in pecore licet sit genus neutrum, auditur illic & genus fœmininum, cum dixit, fœto pecori, id est, grauido.

Nunc dicendum de noibus quæ aut sunt ciebus sit numeri singularis tantum, aut numeri tantũ sexus dipluralis: vt cancellli, manes, penates. In fœmi seretio. nino tantum plurali, vt thermę, exequiæ, in- De no- fidiæ, diuitiæ, nundinæ. In nominibus ciuita- minibus tum, Amiclæ, Thenę, Athenę, Syracusę, aut singu Thebæ, Tuburnæ, Saldę, Abiturę, Macolaris aut mades, Gales, Carreasi, Rhelares, Furnitũ, pluralis quę loca turnos dicuatur, & alia similia. In numeri neutro tantum singulari, vt aurum, argentũ, tantum. plumbum, stannum, piper, triticum, oleum, E hordeũ, vinum. Quanquã Vergilius uina. at Geor. 2. Cicero rarius, poetica licẽtia dedit plurali, ut Geor. 1. Serite hordea cãpis. Declinatur autẽ nominatiuus solus. In neutro tũ plurali, castra, mœnia, arma, exta, id est, viscera. Bactra, quę est ciuitas Parthiæ. Ergo & hęc ciuitas gñis neutri est numero tũ plurali. Sanè sunt noia sub duplici enunciatione, vt tribunus militũ, præfectus urbis, præfectus fundi, præfectus annonę, præfectus uigilibus plebiscitũ, senatusconsultum. Quorũ nominũ una pars declinatur, altera non declinatur: vt puta prefectus uigilibus, noiatiuus ipse flectitur per casus, præfectus, præfecti, præfecto, præfectum, præfecte, à præfecto: vigilibus, sic manet nec flectitur, Vt senatusconsultum, hoc cõsultũ, huius consulti, huic consulto, hoc consultũ, ò consultum, ab hoc consulto. Senatus autem genitiuus est, hic non flectitur. De nomine quantũ rudi conueniebat, plenius exposuimus: nunc de pronomine est dicẽdum quòd est secunda pars de octo partibus orationis. Ideo pronomen dicitur, quia uice fungitur De pro- nominis, vt ille iste ipse. Nam qũo dicendo nomine nomen explicamus personã, vt Vergilius: sic pronomina proprie eiusdem potestatis sunt, F cum tacito nomine dicimus, hic fecit, iste fe- Finita cit. Pronomina aut finita sunt, aut infinita, Infinita aut minus, quàm finita. Finita sunt quæ no- Minus tant certã personam, vt ego. Infinita vt quis, quàm fiquisque, quicũque, quæcunque, qui, aliqui, nita. quę, aliquę. Minus quã finita sunt pronomina, quæ nõ sic definiunt personã, vt nõ egeãt demõstratore, qũo dicimus ego: nã ipsum tu non plene finitũ est, nisi in personã duxeris digitũ. Sic ergo hæc minus quã finita dicẽda sunt. Habent enim quandã designationẽ nõ plenæ significationis quomodo ego. Vt puta pone esse turbam, tamen non sic tu, significanter dicitur in turba, quomodo de turba cum vnus dixerit ego. Sed vt de multis vnum significemus quem quærimus, aut nomen addimus, aut digitum intendimus,

vt ap-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt appareat certius quem vocamus. Ego tu, ille,& iſte,& alia quæ quaſi poſſunt ex parte aliqua definire perſonã, minus q̃ finita vocanda ſunt. Prima perſona dicitur ego, tã in ſingulari numero q̃ in plurali, cum dicimus nos,non habet vocatiuum caſum,quia nemo vocat ſe,ò ego,ego,ò nos.Ergo ſic declinatur G ſingulari numero.Nominatiuo ego.Genitiuo mei.Datiuo mihi.Accuſatiuo me. Ablatiuo à me.Et pluraliter.Noſatiuo nos. Genitiuo noſtrũ.Datiuo nobis. Accuſatiuo nos. Ablatiuo à nobis. Vocatiuum.n.vt dixi non habet tam in ſingulari q̃ in plurali.Nominatiuo tu. Genitiuo tui. Datiuo tibi. Accuſatiuo te. Vocatiuo ò tu. Ablatiuo à te.Et pluraliter. Ntõ vos. Gtõ veſtrum. Dtõ vobis. Actõ vos.Vocatiuo ò vos.Ablatiuo à vobis. Sanè prima perſona & ſecũda.i.ego & tu generis omnis eſt.Nam & vir dicit ego, & fœmina ego,& mancipium ego. Sic tu: & viro dicimus tu,& fœminæ,& mãcipio:ſic in plurali generis oĩs eſt,vt nos,uos.Ex tertia perſona hæc eſt declinatio maſculino genere numero ſingulari.Nominatiuo ille. Gtõ illius. Datiuo illi.Accuſatiuo illum. Vocatiuo ò ille.Ablatiuo ab illo.Et pluraliter. Nominatiuo illi.Genitiuo illorũ.Datiuo illis.Actõ illos.Vocatiuo ò illi.Ablatiuo ab illis.Genere fœminino.Nominatiuo illa.Genitiuo illius. Datiuo illi.Actõ illã.Vocatiuo ò illa. Ablatiuo ab illa.Et pluraliter. Nominatiuo illæ. Genitiuo illarũ.Datiuo illis.Actõ illas.Vocatiuo ò illæ.Ablatiuo ab illis. Genere neu- H tro numero ſingulari.Nominatiuo illud.Genitiuo illius. Datiuo illi. Accuſatiuo illud. Vocatiuo ò illud.Ablatiuo ab illo. Et pluraliter.Nominatiuo illa.Genituo illorum.Datiuo illis. Accuſatiuo illa. Vocatiuo ò illa. Ablatiuo ab illis.Iſte ſimiliter,& ipſe ad formam ſuperiorem declinabis, tam ad genera q̃ etiam ad numeros.Sanè quæſtio eſt in hoc pronomine ipſe, quare cum iſtud & illud in genere neutro dicimus,dicamus ipſum,vt ait Aeneid.1 Vergilius: Atque ipſum corpus amici: non dixit, ipſud. Sed hæc quæſtio ſoluitur hoc modo:Antiqui.n.magis ipſus dicebant in nominatiuo ſingulari generis maſculini q̃ ipſe. Hãc antiquitatis rationem attendentes artis ſcriptores,pronomen hoc ad formam nominis tranſtulerunt,vt qũo in nomine, iuſtus, iuſta,iuſtum dicimus,& perfectus, perfecta, perfectũ, ſic & hoc ꝓnunciabitur pronomẽ ipſus, ipſa, ipſum, non ipſud qũo iſtud & il- De decli ſud.Noſatiuo quis. Genitiuo cuius. Datiuo

De declinatione ꝓnominum primæ, ſecũdæ, & tertiæ ꝓſonę.

cui Actõ quem. Vocatiuo ò qui. Ablatiuo à quo.Et pluraliter.Nominatiuo qui. Genitiuo quorũ.Datiuo quis vel quibus: vt Vergilius,Quis ante ora patrũ. Actõ quos. Vocatiuo ò qui.Ablatiuo à quibus.Fœminino genere.Nominatiuo quæ.Genitiuo cuius. Datiuo cui.Accuſatiuo quam. Vocatiuo ò quæ. Ablatiuo à qua.Et pluraliter. Nominatiuo quæ. Genitiuo quarum.Datiuo quis. Accuſatiuo quas.Vocatiuo ò quæ.Ablatiuo à quibus.Genere neutro. Nominatiuo quod.Genitiuo cuius. Datiuo cui. Accuſatiuo quod. Vocatiuo ò quod. Ablatiuo à quo.Et pluraliter.Nominatiuo quæ.Genitiuo quorũ.Datiuo quis:ſed iã ſcđm vſum quibus dicimus. Actõ quæ.Vocatiuo ò quæ. Ablatiuo à quibus.Antiqui quis genere communi dixerũt. Nominatiuo hic & hæc quis. Genitiuo huius quis. Datiuo huic qui. Accuſatiuo hunc & hanc quem.Vocatiuo ò qnis. Ablatiuo ab hoc & ab hac qui.Inde venit ablatiuus exiẽs in bus. A quis autem ablatiuus pluralis ab ablatiuo venit qui exit in o, quomodo in regula ablatiuus cũ exicrit in o,datiuũ pluralẽ m is mittit:vt à iuſto, iuſtis: à docto doctis: à perfecto,perfectis:à fortunato, fortunatis. Ergo vt ſuperius dixi antiqui hic & hæc qs dixerunt, & qũo in nominibus hic & hęc ſimilis,hic & hæc agilis,hic & hęc facilis,ſic in pronominibus,hic & hæc quis, ab hoc & ab hac qui. Inde Vergilius cum de ſocia Camil K læ diceret,ait: Qui cum partiri curas,id eſt, cum qua partiri curas. Item ſunt alia infinita, quę interrogatiua,& declinãtur. Nominatiuo vter. Genitiuo vtrius. Datiuo vtri. Accuſatiuo vtrum.Vocatiuo ò vter. Ablatiuo ab vtro.Et pluraliter. Nominatiuo vtri. Genitiuo vtrorũ, Datiuo vtris. Accuſatiuo vtros. Vocatiuo ò vtri. Ablatiuo ab vtris. Inde addita in compoſitione que ſyllaba, facit vterque,& ſignificat ambos: & tamen ſingulari ſono eſt,ſed ſignificatione duali.Nam cũ dixit Vergilius,Conſtitit in digitos exemplo arrectus vterque: duo ſignificati ſunt cũ dixerit vterq;, cum aũt arrectus, noluit expectari pluralitatem, vt ſit in plurali vtriq;. Sed hoc intereſt,quia vterque licet duo ſignificet, tamen ſolum duo: vtrique autem duo ſignificat, ſed ſic ut ſingulis multi ſint: ſi dicas vtrique exercitus,duo ſignifico, ſed ſic in ſingulis turbam intelligi volo. Hęc quidem diſtincta ſunt, ſed item authoritate confuſa ſunt. Nam cum ait Vergilius, Super vtraq; quaſſa tempora, confudit:dicere enim debuit

Vergilius. ſuper utrũque tẽpus.Loquebatur.n.de duobus tẽporibus tantũ:cui utrunq; tẽpus ſufficiebat accuſatiuus,vt diceret, utrũq; quaſsũ L tẽpus. Ergo ut declinauimus maſculinũ ꝓnomen, ſic fœmininum declinabimus, utra mulier, vtrius mulieris, vtri mulieri, utram mulierẽ, ò vtra mulier,ab hac utra muliere. Et pluraliter. Nominatiuo vtræ mulieres. Genitiuo utrarum mulierum. Datiuo utris mulieribus.Accuſatiuo vtras mulieres. Vocatiuo ò vtrę mulieres.Ablatiuo ab his utris mulieribus. Sic neutro vtrum mancipium, vtrius mãcipij,vtri mancipio,utrum mancipium,ò vtrum mancipium,ab hoc utro mancipio.Et pluraliter. Ntõ utra mãcipia, vtrũ mancipiorũ, vtris mancipijs, vtra mãcipia, ò utra mancipia,ab his vtris mancipijs. Sic declinabimus eius contrarium, quod eſt neuter. Maſculino neuter, fœminino neutra, neutro genere hoc neutrum mãcipium.Vnde uſus iam arripuit, ut dicamus generis neutri, cum dicere debeamus neutrius, quomodo vtrius. Addita coniunctione que ſyllaba declinatur pronomen ipſum ad regulam ſupradictã. In maſculinis,uterque:in fœminis,vtraq;:in neutris utrunq;. Sic pluraliter: in maſculinis,vtriq;:in fœmininis,utræq;:in neutris,utraq; mancipia. Eſt & aliud pronomen,vllus,vllius,vlli,vllũ, ò vllus, ab vllo. Pluraliter,ulli,vllorum,vllis,ullos, ò vlli,ab M ullis. Fœminiinũ,ulla,vllius,ulli,ullã,ò ulla, Alij iter ab ulla. Pluraliter,ullę,vllarum,vllis,ullas,ò nomina vllæ,ab ullis. Neutrũ,vllũ,ullius,vlli,vllũ, ponunt. ò vllum,ab ullo. Sic pluraliter,vlla, ullorũ, ullis,ulla,ò ulla,ab ullis. Ad hãc formã declinabis,& nullus,nulla,nullum. Sic alius,huius alius, huic alij. Sic alter, huius alterius, huic alteri. Sic totus,huius totius,huic toti. Sic ſolus,huius ſolius,huic ſoli.Sic unus,huAeneid. ius unius,huic uni. Vnde Vergilius,Forſitã 4.Huic huic uni potui ſuccumbere culpæ. Sunt, & uni forqualitatis pronomina hic & hæc qualis, huſam. ius qualis,genere communia. A genere aũt neutro,hoc quale,huius qualis. Pluraliter, hæc qualia,horum qualiũ.Sunt & quantitatis:ut quantus,tãtus:quantti,tanti:declinãtur, ut iuſtus iuſti. A fœminino ut quanta tanta, declinantur ut iuſta. A neutro quantum tantum,declinantur ut iuſtum.Itẽ pronomẽ à maſculino, quotus totus:à fœminino,quota tota: à neutro,quotum totum.Pluraliter: à maſculino, quoti totiꝫ fœminino, quotæ totæꝫ neutro,quota iugera,quotorũ iugerũ. Sunt relatiua, quæ ad interrogantẽ referun-

tur,ut quis eſt? Reſpondetur is,eſt. Et declinãtur à maſculino,is,eius,ei,eum,o is,ab eo. Pluraliter, ij, eorum,eis,eos,o ei, ab eis. A fœminino,ea,eius,ei,eã,o ea,ab ea.A neutro, id,eius,ei,id,o id,ab eo. Ergo cum loquimur de itinere, per id iter dicendum eſt non per eũ iter:quia eum in accuſatiuo caſu,maſculini generis eſt.Plurali,ea itinera,ab his itineribus. Item ꝑ id noſtrũ, per id tectũ, per id caput:nõ ꝑ eũ,niſi in gñe maſculino tm.Ver De uerba quatuor modis accipimus. Primo modo, bo. cum uerba pro fallacijs accipimus:cum dicimus,uerba illi dedit,fefellit eum.Vñ Teren- In antius dixit,Cui uerba dare difficile eſt. Secũ- dria. do modo uerba pro oſone dicimus,uerba feciſſe Ciceronẽ in curia. Tertio modo uerba dicimus,ꝓ uulgaribus ſentẽtijs quę prouerbia dicuntur:ut Teren.dixit, Verum illud uerbum uulgo eſt quod dici ſolet. Quarto modo uerba dicimus hæc, quę decurrimus cum tpibus & pſonis:ut clamo, clamas, clamat.Hic & perſonæ ſunt tres: ut clamo ego, clamas tu,clamat ille:&tps eſt pſens.Deinde Modus pluraliter clamamꝰ nos,clamatis uos,clamãt indicatiilli.Tpe ꝑterito iperfecto, clamabã ego,clauuus mabas tu,clamabat ille. Et pluraliter,clamabam nos, clamabatis vos,clamabãt illi.Tpe B præterito pfecto numero ſingulari, clamaui ego,clamauiſti tu,clamauit ille.Tẽpore prętterito perfecto pluſquam perfecto,ubi ſignificamus nõ ſolũ,nos aliquid feciſſe, ſed ẽt dudum:& dicimus numero ſingulari,clamaueram ego,clamaueras tu,clamauerat ille. Et pluraliter, clamaueramus nos, clamaueratis uos,clamauerãt illi. Tẽpore futuro numero ſingulari,clamabo ego,clamabis tu,clamabit ille: clamabimus nos, clamabitis uos, clamabũt illi. Hucuſq; modo idicatiuo totũ hoc qđ diximus indicãtis eſt. Ideo dicit im- De moperatiuus,q̃a ſonũ habet imperãdi. Sed iſte do impemodus non habet primã perſonam,quia neratiuo. mo ſibi imperat, ſed ad ſecũdã loquitur perſonã,& tertiã. Numero ſingulari,ad ſecũdã clama,& ad tertiã clamet.Et pluraliter,ad ſecundã clamate,ad tertiã clament.Futuro tẽpore,ad ſcđam clamato, ad tertiam ſimiliter clamato: Sed quare ſimiliter facit in ſcđa,& tertia,ẽ rõ,ſed nũc ptermittẽda eſt. Et ne ad alia trãſeamus,redeamus ad rẽ pluralẽ ad ſecundã pſonã,clamatote,ad tertiã clamanto.

Sicut autẽ optatiuũ dicimus, quia optãtis De mo modo loquitur, prima perſona tẽpore pñti, do optautinã clamarẽ,ad ſecundã utinã clamares,ad tiuo. tertiam utinam clamaret. Et pluraliter, ad C

Universidad de Deusto
Biblioteca

primam personam vtinã clamaremus, ad secundam vtinam clamaretis, ad tertiam vtinã clamarent. Præterito tempore, ad primã personam vtinam clamassem ego, ad secundam vtinã clamasses tu, ad tertiã vtinã clamasset ille. Et pluraliter utinã clamassemus nos, vtinã clamassetis vos, vtinã clamassent illi. Futuro tẽpore prima persona, vtinam clamẽ ego, vtinam clames tu, vtinam clamet ille. Et pluraliter, vtiuam clamemus, clametis, clament.

De mõ subiũctiuo. Ideo autẽ subiunctiuus dicitur quia eget aliqua re vt impleat sententiam suam, vtputa cum clamẽ, clames, clamet: pendet hic sensus, indigetque aliqua re, vt sententia compleatur. Ac si dicam, cum clamẽ, quare me tacere dicis. Ideo ergo cõiunctiuus modus dictus est, quia ei coniungitur aliquid vt sententia locutionis plena sit. Ergo declinemus hunc modum, vt superiores. Declinatur autẽ per personas tres: prima persona præsentis temporis, cum clamem: secunda persona, cum clames: tertia, cum clamet. Et pluraliter: prima persona cum clamemus: secunda, cum clametis: tertia, cum clament. Præterito tempore imperfecto: prima persona, cum clamarem: secunda, cum clamares: tertia cum clamaret. Et pluraliter: prima persona, cum clamaremus: secunda, cum clamaretis: tertia cum clamarent. Tempore præterito perfecto: prima persona, cum clamauerim, cum clamaueris, cum clamauerit. Et pluraliter: prima persona, cum clamauerimus, cum clamaueritis, cũ clamauerint. Tempore pluſquam perfecto: prima persona, cum clamauissem, cum clamauisses, cum clamauisset. Et pluraliter: prima persona, cum clamauissemus, cum clamauissetis, cum clamauissent. Tempore futuro: prima persona, cũ clamauero, cum clamaueris, cũ clamauerit. Et pluraliter: prima persona, cum clamauerimus, cum clamaueritis, cum clamauerint.

De mõ infinito. Infinitiuus dicitur hic modus, quia superiores definiunt, personas primã, secundam, & tertiam: hic autem modus sine personis est, & habet solum tempus prẽfinitum præsens, præteritum, & futurum. Vtputa: clamare, prẽsens est: clamasse, præteritũ: clamatum ire, futurum. Ecce vides designare tantum tempora, non personas. Clamare. n. & clamasse, & clamatum ire, nescitur persona, nisi velis iungere, & dicere, clamare debet ille: tunc quasi fit finitum. Si autem non subiungas ille vel ipse vel iste, fit vt dicitur infinitiuus modus: nam & numero singulari, E vel plurali infinitus est. Cum enim dico clamare, clamasse, nec finitum est vtrũ de vno, an de duobus dicam. Isti ergo sunt modi per quos omnia verba cursantur.

Iam ad formam vnius verbi quod curri- De primamus percurramus cętera verba: similiter clamo, clamas, clamat, amo, amas, amat: cãto, cantas, cantat: pulso, pulsas, pulsat: freno, frenas, frenat: armo, armas, armat: impugno, impugnas, impugnat: capto, captas, captat: paro, paras, parat: separo, separas, separat: accuso, accusas, accusat: mando, mandas, mandat: grauo, grauas, grauat: lauo, lauas, lauat: genero, generas, generat: creo, creas, creat: ligo, ligas, ligat: alligo, alligas, alligat: sanctifico, sanctificas, sanctificat: cito, citas, citat: vulnero, vulneras, vulnerat: macero, maceras, macerat: lacero, laceras, lacerat: aro, aras, arat: calco, calcas, calcat: lanio, lanias, laniat: memoro, memoras, memorat: calceo, calceas, calceat: inuestigo, inuestigas, inuestigat: vallo, vallas, vallat: domo, domas, domat: circunuallo, circunuallas, circunuallat: curuo, curuas, curuat: medico, medicas, medicat: consulto, consultas, consultat: intimo, intimas, intimat: insinuo, insinuas, insinuat: frequento, frequentas, frequentat: celebro, celebras, celebrat: ministro, ministras, ministrat: palpo, palpas, palpat: sono, sonas, sonat: socio, socias, sociat: muto, mutas, mutat: postulo, postulas, postulat: quasso, quassas, quassat: euiscero, euisceras, euiscerat: denso, densas, densat: eneruo, eneruas, eneruat: verbero, verberas, verberat: macto, mactas, mactat: fugo, fugas, fugat: elimino, elimmas, eliminat: cœlo, cœlas, cœlat: signo, signas, signat: ventilo, ventilas, ventilat: cõtristo, contristas, contristat: sereno, serenas, serenat: & alia. Istis omnibus adijcitur r litera, & sunt passiua: vt clamor, clamaris, clamatur: amor, amaris, amatur: pulsor, pulsaris, pulsatur: secor, secaris, secatur: curor, curaris, curatur. Sic omnia percurreris per illos modos, quos superius diximus, indicatiuum, imperatiunm, coniunctiuum, infinitiuum. Sanè ex hoc sono quo verba actiua ordinauimus. i. quo nos agere aliquid significauimus, sunt similes soni, sed ad verba pertinent neutralia. Sed ne te commoueat quare dicuntur neutralia, hæc ratio est, quia neque agunt aliquid, neque patiuntur: vt est, sto, iaceo, cubo, sedeo. Hæc in nulla actione, in nulla passione sunt. Alia neutralia abusu dicta, quę habent actionem, sed passionem nullam. Vt certo, habet actionẽ, sed non dicimus, certor, vt curro. Ex quo sono multa sunt, quę cum in o exeunt, or non admittunt: vt hæc verba, pugno, pugnas, pugnat: bello, bellas, bellat: cœno, cœnas, cœnat: nato, natas, natat: ambulo, ambulas, ambulat: nauigo, nauigas, nauigat: cõmeo, commeas, cõmeat: ęstuo, ęstuas, ęstuat: regno, regnas, regnat: gelo, gelas, gelat: dico, dicas, dicat: exulo, exulas, exulat: sacrifico, sacrificas, sacrificat: cachinno, cachinnas, cachinnat. Hęc omnia primę coniugationis sunt, quæ secundam personam horum omnium verborũ in as syllabã mittunt: vt amo, amas: canto, cantas: pulso, pulsas: freno, frenas: armo, armas: impugno, impugnas: salto, saltas: curuo, curuas: pugno, pugnas. Ergo audisti primã cõiugationẽ, scire debes secundã verbi personam per as syllabã exire. Nam inde dicitur coniugatio q̃ sibi ad vnũ sonum multa coniungat. Has coniugationes Græci συζυγίας dicunt. Sic & similia omnia hac inuenta percurris.

De secũda coniuga. Secunda autẽ coniugatio est quæ in secunda similiter persona quæritur, & exit per es, vt teneo, tenes: præbeo, prębes: moneo, mones: doleo, doles: tergeo, terges: arceo, arces: egeo, eges: terreo, terres: mulceo, mulces: ipleo, impleo, ples: cõpleo, cõples: repleo, reples: suppleo, supples: mordeo, mordes: spõdeo, spondes, & alia.

H Tergeo secundæ inflexionis. Et his adiicitur r litera, & fiũt passiua, teneor teneris, mordeor morderis, arceor arceris, mulceor mulceris, ipleor impleris. Declinabis hæc passiua p modos & tpa & personas. Per modos vt dixi, idicatiuũ, impatiuũ, optatiuũ, cõiunctiuũ, infinitiuũ, hoc est, quod dixi per modos. Per tpa aũt. i. præterita, prẽsentia, vel futura. Personas aũt dixi, prima, secunda, & tertia: vt teneor, teneris, tonetur. Et pluraliter, tenemur, tenemini, tenẽtur. Hęc sicut dixi obseruabis. Sed quomodo vt superius dixi, prima coniugatio, quæ exit in as, vt amo amas, capit & verba neutralia, vt certo certas, nato natas, in quibus r litera non admittitur, nec enim dicimus certor, nator: sic in hac coniugatione secunda, quæ exit in eo, es, vt moneo mones, doceo, doces, sunt multa, quæ non admittunt r literam in prima persona, vt algeo alges, scateo scates: algeor enim non est Latinum. Sic ferueo ferues, torpeo torpes, pendeo pendes, inuideo inuides, I quamuis Horat. Poeta inuideor dixerit, sed noua vsurpatione. Sic emineo, es, nec dicimus emineor. Hæ duæ coniugationes prima & secunda quas diximus exire in as, & in es, vt amo, as, moneo mones: futurum semper tempus in bo syllabam mittunt, vt amabo, monebo. Sic seruabis vbicunq; futurum tempus in bo syllabã mittas, quia sunt aliæ duæ coniugationes quæ futurũ tempus in am syllabã mittant, non in bo, & vocantur ipsæ coniugationes tertia correpta & tertia producta.

De tertia & quarta coniugatione. Tertia correpta est, quę imperatiuũ modum in e correptã mittit, vt scribe, tolle, carpe, occide, fere, lege. Ergo vidisti imperatiuum sic exire. Tertia itaque coniugatio est correpta, quę semper futurũ tempus in am mittit, nunquam in bo, vt scribam, legã, tollam, carpam, quia Latinum non est si dixerit quis, scribebo, legebo, tollebo, carpebo. Tertia similiter coniugatio producta ex eodẽ imperatiuo modo colligitur. Cũ enim imperatiuus modus exit in i literam, tertia coniugatio producta est, vt audi, nutri, senti, munì, sarci, leni, & alia. Similiter etiam hæc futurum tempus in am mittunt, vt muniam, leniam, nutriam, audiã. Sed tertia correpta infinito modo e correptam habet ante nouissimam syllabam: vt scribere, legere, tollere, & alia: tertia aũt producta habet in antenouissima syllaba in infinito i, quæ producitur, vt munire, lenire, audire, sarcire, sentire, venire. Vnde in omnibus verbis hæ coniugationes obseruantur, quæ exeunt in as & in es, futurum tempus in bo mittũt, vt sæpius dixi. Quæ autẽ in is exeũt, futurũ tempus in am mittunt, nunquam in bo, nisi authoritate præsumpta: nam ars hoc prohibet. Sed aliqua verba ponimus tertiæ cõiugationis correptæ, ex quibus & alia consequaris. Sunt autẽ hæc, lego, tollo, erigo, carpo, cognosco, capio, fugio, mergo, sero, arguo, accipio, pono, sumo, accendo, expono, incipio. Hęc accipiunt r literam, & faciunt passiua verba, legor, capior, carpor, &c. Sub hac forma sunt neutralia, quæ non accipiunt r literam, vt cado: non enim dicimus cador. Item ruo, neque enim dicimus ruor: facio, neque enim dicimus facior. Item fulgesco, nitesco, feruesco, algesco, torpesco, compesco, nigresco. Hæc omnia r literam non habent, & dicuntur verba neutralia, quę exeunt in sco. Ergo neutralia memineris semper nũquam admittere r literam. Remanent duo alia verba quæ communia dicuntur & deponentia. Sed communia ideo dicuntur, quia communiter simul tenent sub vno sono actiuum & passiuũ. Quomodo in nominibus genus commune dicitur, quod & masculinũ tenet & fœmininum sub vno sono, vt sacerdos, homo, hic & hæc sacerdos facit, hic & hæc homo. Sic & verba communia dicuntur: & nunquã deponunt r literã, ne nõ sint latina.

De verbo cõi vnde dicatur & coniugatione eiusdem.

Quare dicantur verba neutralia.

Horatius in arte Poetica.

K

L

G

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt oſculor, ſi tollas r literam & dicas oſculo, non eſt latinum. Et dicimus cum agimus oſculor te: dum autem patimur & ab alio afficimur, dicimus oſculor à te. Sic criminor te, non crimino, cum actionem ſignificamus, i. cũ crimen obijcimus, criminor te dicimus: cum aũt crimen nobis obijcit, criminor à te dicimus, i. crimen à te audio, & eſt ſignificatio paſsiua. Declinantur aũt verba hæc vt ſuperiora p modos, tẽpora, & pſonas. Tẽpore preſenti ſingulariter criminor, crimineris, criminat. Et pluraliter criminamur, criminamini, criminant. Ptõ impfecto ſingulariter criminabar, criminabaris, criminabatur. Et pluraliter, criminabamur, criminabamini, criminabantur. Præterito pfecto ſingulariter criminatus ſum, criminatus es, criminatus eſt. Et pluraliter, criminati ſumus, criminati eſtis, criminati ſunt. Præterito pluſquã pfecto ſingulariter, criminatus eram, eras, erat. Et pluraliter, criminati eramus, eratis, erãt. Futuro ſingulariter, criminabor, criminaberis, criminabit. Et pluraliter criminabimur, criminabimini, criminabunt. Imperatiuus aũt modus ſemp in verbis in re exit, vt dicas criminare illum. i. crimen illi ingere. Optatiuo mõ ſic, vtinã criminarer, criminareris, criminaret. Et pluraliter, vtinã criminaremur, criminaremini, criminarent. Ptõ pfecto ſingulariter, vtinã criminatus eſſem, criminatus eſſes, criminatus eſſet. Et pluraliter, criminati eſſemus, criminati eſſetis, criminati eſſent. Futuro ſingulariter, vtinã crimineris, criminetur. Et pluraliter, criminemur, criminemini, criminent. Cõiunctiuo mõ ſingulariter, cũ criminer, crimineris, criminet. Ptõ imperfecto ſingulariter, cũ criminarer, criminareris, criminaretur. Ptõ pfecto ſingulariter, cũ criminatus ſim, criminatus ſis, criminatus ſit. Et pluraliter, criminati ſimus, criminati ſitis, criminati ſint. Ptõ pluſquã pfecto ſingulariter, cũ criminatus eſſem, criminatus eſſes, criminatus eſſet. Et pluraliter, criminati eſſemus, criminati eſſetis, criminati eſſent. Tẽpore futuro ſingulariter, cũ criminatus ero, eris, erit. Et pluraliter, cũ criminati erimus, eritis, erunt. Modo infinito, quem diximus nullas ſignificare perſonas, facit in præſenti criminari. In præterito, criminatum eſſe. In futuro, criminatum iri. Ad hanc formam communia verba declinabis ſic: hortor, iaculor, oſculor, nidificor, tutor, cõſolor, ſerutor, moror, fœneror, amplector, & furer: vnde eſt furor, furaris, furatus ſum. Comitor, recordor, reminiſcor, percunctor, minor, geſtor, piſcor, odoror, aucupor, venor, cõtemplor, ſpeculor, ſector, veneror, dignor, precor, miſeror, vador. i. fide dico, calumnior, & alia quæ nunq̃ deponunt r literam: nã ſi deponunt, latina non ſunt. Quis n. dicat reminiſco, aut recordo, vel dignor, vel ſecto? Ergo memineris hæc ſemper cũ r litera nunciare. Reſtat verbũ deponens, quod ideo dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi. Nam cũ participia quatuor habeat verbũ cõmune: præſens, vt criminans: futurum, criminaturus: præteritũ, criminatus: futurũ criminandus; à paſsiua ſignificatione criminandus, hoc nom habet verbũ deponens. Et ideo dicitur deponens, quia deponit vnum participium futuri temporis à verbo paſsiuo, quod exit i dus ſyllabã, vtputa opinor vel minor, verba ſunt deponentia. Minor venit à participio pſentis tẽporis, & facit minans: futuro tẽpore facit minaturus: præterito facit minatus. Futuro à ſignificatione paſsiui non facit minandus. Sic opinans, opinaturus, opinatus: opinandus nõ facit. Vel ſi dicas moriens, moriturus, mortuus: nõ facit moriendus, quia nõ eſt latinum. Ergo & hoc deponens verbum ſic percurrit per modos & tẽpora & perſonas. Quo ſupradictum eſt, cõmune verbum non depoſita r litera latinum eſt, depoſita aũt latinũ non eſt. ſic etiã deponentia cũ perdiderint r literam, latina non ſunt. Subijcio itaque nunc pauca verba deponentia, cætera vſus latinus docebit. Sunc aũt, opinor, minor, grator, gratulor, arbitror, gratiſcor, auſpicor, miſereor, lenocinor, meditor, luctor, conor, ſuffragor, veſcor, lætor, morior, ſtomachor, hariolor, lezor, ideſt colore pingor, argutor, paciſcor, complector, aduerſor, angor, queror à ſignificatione querelæ, macior, ratiocinor, argumentor, blandior, fabulor, nitor, labor à ſignificatione lapſus, vagor, ruſticor, concionor. i. ad populum loquor, mercor, vociferor, nanciſcor, quod eſt inuenio, ſuſpicor, & alia. Memineris, vt iam dixi, cum r litera enunciare: nã nemo dicit blandio, aut paciſco. Sic hæc oia declinantur ad formã declinationis communis verbi, quod dixi criminor. Tractauimus ergo verba actiua, quæ ideo dicunt ab agendo: tractaumus neutralia, quæ ideo tale nomen accipiũt, quod nec agunt aliquid, nec patiuntur: vt diximus, ſto,

ſto, iaceo, ſedeo, cubo & alia. Tractauimus etiam alia neutralia, quæ agunt aliquid ſed non patiuntur, & quaſi ſemineutralia dicitur: ut nato, curro. Alia, quæ patiantur, & non agant: ut uapulo, pendeo, ſudo, algeo, æſtuo, ferbeo, febrio, ſomnio, meridio, rigeo, frigeo, tumeo, lanſueo, oleo, rubeo, fulgeo, ſtupeo, & alia. Hæc omnia tam in ijs, quę nequaquam aliquid agunt, nec patiuntur, quam etiam in ijs, quę agunt nec patiuntur, quãque in ijs quæ patiuntur aliquid, nec tamen agunt, nunquam adijcitur in his litera r, nã incipiũt nõ eſſe latina. Tractauimus item communia, expoſuimus unde communia dicuntur, quia actionem in ſe tenent, & paſsionem. Tractauimus deponentia, & expoſuimus quare dicãtur deponẽtia, quia deponunt futuri tpis participiũ à ſignificatione paſsiua, quod exit in dus, quia moriẽdus, gloriandus, blandiẽdus, & alia quæ veniũt à deponẽtibus uerbis, nõ dicimus. Sanè artiũ ſcriptores adiecerunt aliã verbi ſpeciẽ, quã vocauerunt neutro paſsiuam, ſed hoc nouellũ genus verbi euphonia inuenit, & in paucis eſt verbis, vt gaudeo. Quoniã durũ erat vt diceremus præterito tẽpore gauiſi, mutauerunt illi ſonum de præterito tempore paſſiui verbi, gaudeo gauiſus ſum, ſic audeo auſus ſum, ſoleo ſolitus ſum, ſic fido fiſus ſum. Sed huius nouꝰ generis perpauca. Sũt & alia quædam pauca verba quę impſonalia dicũtur, & exeunt per ſyllabas, t & tur. Pudet, tædet, decet, licet, pœnitet, patet, piget, miſeret, liquet: & inde dicũtur impſonalia, quia carẽt pſonis duabus, prima, & ſecũda, & ſolam habẽt tertiã pſonã. Nã nec pudeo, pudes dicimus: nec deceo, deces: nec libeo, libes: nec pigeo, piges: nec miſereo, miſeres: nec pœniteo, pœnites: nec pateo, pates: nec liqueo, liques. Scias aũt patet & liquet hoc ſignificare quod dicimus manifeſtũ eſt. Vt ſi dicas. Et ſi patet te hoc dixiſſe, iniuriã feciſti: hoc ſignificat & liquet, id eſt, manifeſtum eſt. Tędet autẽ tædium eſſe ſignificat, quomodo piget quaſi pigritiam ſignificat. Nã cum dicimus, piget me feciſſe, hoc eſt, dicere, non ſurgit meus animus, pbare quod feci. Hæc aũt oia uerba ſic declinãtur, Pudet me, piget me, miſeret me, pœnitet me. Præter hæc libet & licet, patet, & liquet. His enim datiuum iungimus caſum, ut libet mihi, licet mihi; patet mihi, liquet mihi. Altera vero ſpecies, quę in tur exit, & ipſa impſonaliũ verborũ eſt, ut itur, curritur, certatur, pugnat: primã & ſecundã perſonam nõ habent. Nam nec eor iris, nec curror curreris, nec pugnor pugnaris, nec certor certaris dicitur. Et declinãtur hæc verba, itur à me, a te, ab illo: pugnantur a me, a te, ab illo. Sic in præterito impfecto, ibatur a me, a te, ab illo: pugnabatur a me, a te, ab illo: certabatur a me, a te, ab illo. Sic in præterito perfecto, itum eſt a me, a te, ab illo: curſum a me, a te, ab illo: pugnatũ eſt a me, a te, ab illo: certatum eſt a me, a te, ab illo. Sic in præterito pluſquam perfecto, itum erat a me, a te, ab illo: curſum erat a me, a te, ab illo: pugnatum erat a me, a te, ab illo: certatum erat a me, a te, ab illo. Sic in futuro tẽpore ibitur a me, a te, ab illo; curretur a me, a te, ab illo: pugnabitur a me, a te, ab illo: certabitur a me, a te, ab illo. Sic plurale, a nobis, a uobis, ab illis. Imperatiuo mõ, eatur a me, a te, ab illo: a nobis, a uobis, ab illis. Modo optatiuo, vtinam iretur a me, a te, ab illo: a nobis, a uobis, ab illis. Præterito pfecto & pluſquam perfecto vtinam itũ eſſet a me, a te, ab illo. Et pluraliter, a nobis, a uobis, ab illis. Futuro tpe, vtinã eat a me, a te, ab illo. Pluraliter, a nobis, a uobis, ab illis. Modo cõiũctiuo tẽpore præſenti, cũ curratur a me, a te, ab illo. Et pluraliter, a nobis, a uobis, ab illis. Præterito imperfecto, cum curreretur a me, a te, ab illo. Pluraliter, a nobis, a uobis, ab illis. Præterito pfecto, cum curſum ſit a me, a te, ab illo. Pluraliter, a nobis, a vobis, ab illis. Præterito pluſquã pfecto, cum curſum eſſet a me, a te, ab illo. Pluraliter, a nobis, a vobis, ab illis. Futuro cũ curſum erit a me, a te, ab illo. Pluraliter, a nobis, a vobis, ab illis. Modo infinito, curri debet a me, a te, ab illo. Et pluraliter, a nobis, a uobis, ab illis. Præterito tẽpore, curſum eſſe debuit a me, a te, ab illo. Et pluraliter, a nobis, a vobis, ab illis. Tẽpore futuro, curſum iri debet à me, a te, ab illo. Et pluraliter, a nobis à vobis, ab illis. Sunt alia uerba quæ inchoatiua dicuntur, & ex ſuis, freq̃ntatiuis, & deſyllabam: ut ardeo, ardeſco: caleo, caleſco: candeo, candeſco. labo, labaſco: tepeo, tepeſco: ferueo, ferueſco: vireo, vireſco: algeo, algeſco: dormio, dormiſco: & reliqua. Hæc omnia præterita non habent. Nam poteſt calui, & ferui facere, & non caleſco vel ferueſco calui fecit vel ferui fecit ſed à ferueo ferui, à caleo calui. Nam caleſcui, ferueſcui, & vireſcui latina non ſunt. Et ideo dicũtur inchoatiua præteritũ tẽpus non habere, quia q̃ inchoamus adhuc pfecta non ſunt. Et oia hęc, quæ

dixi in sco exire, semper neutralia sunt, nec accipiunt r literam, & ideo admonui esse neutralia. Nec te conturbent quędam verba in scor exeuntia, & tamen admittere præteritū tēpus: vt obliuiscor, oblitus sum: pascisco, pactus sum: adipiscor, adeptus sum: etiam hęc dum neutralia sunt, in quibus diximus præterita tempora cessare. Præterea alia quę frequentatiua dicuntur quibus aliquid frequētius factum significatur: vt à dicto, dictito: à lego, lectito: à scribo, scriptito: à clamo, clamito: à cio, citō: quod significat frequenter vocito. Vnde nunc aliquos voce præconis citatos dicimus, idest frequenter vocatos, & alia. Frequētatiua.

Sunt & alia perpauca, quæ desideratiua dicuntur, vt esurio. i. edere desydero: parturio parere desydero: &, vt dictum est à Cicerone de philosophis, morituriunt, mori desyderant. Sed hæc vt dixi pauca sunt, quæ in sonum latinitatis introducta sunt. Aduerbium ideo dictum est quia adhæret verbo, nec potest verbi uis significantius sonare nisi iungatur aduerbiū: utputa verbum est dico, nauigo, valeo, curro, & alia: hæc nō plenę significationis sunt nisi adiiciātur aduerbia, vt bene, malè, doctè, fœliciter: vt bene dicit, imperite dicit, prospere nauigat, infœliciter nauigat, integrè ualeo, debiliter ualet, agiliter currit, tardius currit. Vides quia plena verborū significatio esse non potest, nisi fuerint aduerbia cōiuncta. Sic alia aduerbia iunguntur ad explendā uerbi significationē, ut sunt locorū aduerbia, tēporum aduerbia: vt hic dico, hic habito, intrō eo, intus sum, foras eo, foris sum, hinc nauigo. Sic de tēpore, cras nauigo, hodie nauigo: & alia, quæ alijs artibus dicta sunt, & intellectu plana sunt, ideo hic ponere nolui, quia ad dicēdi fastidium breuitas opportuna est. Sanè in aduerbijs hęc obseruare debemus quando in e exeunt, quando in ter syllabam: hoc ablatiuus casus docet. Nam quādo ablatiuus exit in o, aduerbium in e mittit: vt à docto docte, à iusto iuste, à perfecto perfecte, à pio pie, à valido valide, à fortunato fortunate, à magno magne, ab amplo ample, à minimo minime, & alia. Quando autem inter syllabam exit aduerbiū, similiter vt dixi ablatiuus docet: Ab agili agiliter, ab humili humiliter, ab acri acriter, à forti fortiter, à leui leuiter, à graui grauiter, à iugi iugiter. Sed sunt quædam, quæ cum aspere sonarēt, dimissa sunt, nec ad hanc regulam tractanda sunt: vt à miti mititer non dicimus, à tristi tristiter non dicimus. Talia ne aspere sonarent perdiderunt vltimam syllabā, vt a sapiēte sapienter, non sapientiter, a prudēte prudēter, non prudētiter, à præstanti præstanter, non prēstātiter. Sic ergo obseruemus, vt nec euphoniā applicemus ad regulā, aut euphoniā reiciamus. Nam euphonia. i. suauitas bene sonādi admissa est ad latinum sermonem, vt aspera temperet: & ab arte ex ratione recessum est, ubi asperitas offendebat auditū. Sic Cicero ait: Impetratum est a ratione vt peccare suauitatis causa liceret. Sed tamen in paucis admissa euphonia est. Nam ratio locuplex est, & viris latinissimis. Sanè circa has regulas authoritas ausa est, & in paucis præsumpsit, vt diceret Cicero: Humiliter, cum humane dicere debuit. Et Terentius: Vitam parce ac duriter agebat, pro dure. Sed tamen ipsi authores modestius, & cū quodā pudore contra regulā pauca præsumpserūt. Nam & falso dixerunt pro false, & necessariò pro necessarie, & sedulo pro sedule, & raro pro rare, & crebro pro crebre, & tuto pro tute: sic & alia tamen pauca, non licenter, sed verecunde sunt usurpata. Sanè sunt aduerbia & per alias syllabas exeuntia, vt à fundo funditus, à cœlo cœlitus, a radice radicitus, a penetralibus locis penitus, a stirpe stirpitus. Ité in im, vt a vico vicatim, ab ostio ostiatim, a viris viritim. Item a nimio nimis, vt, Ne quid nimis. Exeunt in ens, vt recens idest recenti tempore. Virgilius: Sole recens orto. i. recēti tēpore. Ergo hęc omnia aduerbia sunt sine differentia. Ité inter intro, & intus hoc interest, intro in motu est, intus in situ: vt intro eo: intus sum. Est enim motus, eo: sum, situs est. Est etiam quædā obscuritas in aduerbiis, de secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, & secundum, tertium, quartum, quintū, sextum: vtputa secundo factus est consul, & secundum fuit consul. Secundo autem ad ordinem pertinet, secundum ad numerum: vtputa cū dico, secundo factus est consul, pertinet vt dixi ad ordinem quod primo alter factus sit, & sic alter secundo. Cū autē dicimus secundū consul vel tertium, vel quartum, vel quintum, vel sextum, ad numerum pertinet quòd sexies fuerit consul. Inde Cicero de Mario sic ait. Sextū consul, idest qui sex consulatus meruit, & septimum consul, quod est septimum consulatum meruit. Hoc Varro distinxit in libris numerorum. Et cætera iam plana sunt in aduerbijs, & ex quibus uis artibus intellectu facilia. Aduerbium est pars orationis quæ adiecta verbo significationem eius explanat atque implet vt scribo bene, lego optime. Aduerbio accidunt significatio, figura, gradus. Aduerbia aut à se nascunt, ut heri, nuper. aut ab alijs transeūt, ut docte, sapienter, ab eo quod est doctus, & sapiens. Aduerbiorum significationes sunt multæ. Sunt. n. aut temporis, vt heri, nuper: aut personæ, vt mecum tecū: aut loci, vt hic, istic. Et aduerbia localia interrogatiua, vt vnde vbi quà. Responsiua, illinc illo. Sunt duplicis formæ, ut intus intro, foris foras. Quorum obseruatio talis est, foris & intus in loco, ut intus est, intus fuit, futurus est: intus erat, futurus erat: foris erat, fuerat, futurus erat. De loco intus uenio, foris venio. Foras autem, & intro ad locum significant, ut foras eo, foras venio: intro eo, intro venio: foras ieram, intro ieram: Hęc quatuor modis figurātur, per locum, ad locū, in loco, è loco. Per locum, vt. Hàc iter Elysium nobis. Ad locum, vt, Huc ades o Galatea. In loco, ut, Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri. E loco, vt, Hinc me digressum uestris Deus appulit oris. Sunt quæ pariter in loco significāt & de loco, ut intus sum, intus venio. Sunt, quæ in loco, & in locum, & è loco, ut penitus sum, eo uenio. Sunt aduerbia significationem numeri habentia: ut semel, bis, ter. Demonstrationis, ut en, ecce: Affirmationis, ut quidem, quippe. Hortationis, ut eia. Interrogationis, ut cur, quare. Similitudinis, ut ſi, quasi. Comparationis uel prælationis, ut magis, potius. Dubitandi, ut fortasse. Annuendi, vt planè, sanè. Discretionis, vt seorsum, segregatim. Optādi, vt vtinā. Vocādi vt heus. Respōdēdi, vt heu. Derogandi, ut nequaquā, frustra. Iurādi, vt ædepol, ęcastor. Prohibendi, vt ne. Negandi, ut nō, haud, minime. Congregandi, vt vnà, simul. Ordinandi, ut deinde, denique. Mirādi, vt papè. Laudandi, ut euge. Exclamandi, vt proh. Dolendi, ut hei. Eligendi, uah. Ingemiscendi, ut hei. Sed hæc quia animi affectum significant à mulcis interiectiones dicūtur, quod interiectionem separatam ab aduerbio, & partem orationis aliquam idcirco volunt, quia aduerbij propriū est qđ verbo adiungi potest. Græci aūt interiectionē ab aduerbio non separāt, propterea quia motus animi qualitati assignant, & hæc oia sub genere qualitatis putant aduerbia. Sunt aduerbia quantitatis, ut longe, alte. Qualitatis, vt bene, malè. Aduerbia non solū ab appellationibus trāseunt, hoc est, à noibus appellatiuis, vt à pulchro pulchrè, sed à pprijs, vt Tullius Tullianè. A pronominibus etiam, à meo tuo, meatim tuatim: à verbis quoque, ut curro cursim. Deprehenduntur ex utroque ut pedetētim, à pede & a tento, id est, à noie simul, & verbo. Sunt etiā aduerbia quę utrum à nomine transeant an uerbo incertū est: vt furtim. Incertum est enim an à fure, quod nomen est, transeat, an à verbo furor furaris. A participijs quidam nolunt, sed inueniūtur: ut à decente decēter. A nominibus tracta aduerbia sex modis terminātur: aut in e, vt doctè, pulchrè, honestè: aut in r, vt velociter: aut in im, vt vbertim, singillatim: aut in us, vt radicitus mordicus: aut i u, ut noctu, diu: aut in i, ut domi, humi, vesperi. Aduerbia qualitatis in e literā exeuntia produci debent. Hæc tamen minatiodissentiunt quæ aut in comparatiuo aut in superlatiuo gradu uacillant, ut bene, malè: aut quæ ab appellatione non transeunt, ut impunè, sępe. Cæterum facile, & difficile, quæ aduerbia ponuntur, nomina sunt, ex quibus hęc nascuntur aduerbia, faciliter, difficiliter, sed usus hæc quasi aduerbia vendicauit. Quęcunque nomina qualitatis, aut quantitatis casu datiuo singulari o litera terminantur, aduerbia in e productam mittunt: ut à iusto iustè. Sed hæc veteres indifferenter posuerunt, ut humaniter, duriter. Quæ autē in i literam terminantur, in ter syllabā mittunt: ut agili, nobili, audaci, difficili: agiliter, nobiliter, audaciter, difficiliter. Sed ex ijs, q̄dam per syncopen euphonię causa dicimus, ut audacter, difficulter, sapienter, & constanter. Sunt aduerbia communia cum alijs partibus orationis. Nominibus sunt communia, ut ait Salustius, Falso queritur de natura sua genus humanum. pro false. Virgilius, Et pede terram crebro ferit. Et, Multa Ioue manibus supplex orasse supinis. Coniunctioni, vt, quando aduerbium secum est, plura significat. Similitudinem sic, vt quondam Creta fertur labyrintus in alta. Tempus sic, ut regem æqueuum & cætera. Vt uidi ut perij, ut me malus abstulit error. Qualitatē, ut Troianas ut opes & lamētabile regnum. Quantitatē, vt Quibus Hector ab oris, Expectate venis, ut te post multa tuorū. Funera. Cōiunctionē aūt significat sic: ut faciem mutatus & ora, Cupido Pro dulci Ascanio. Præpositioni ut pro. Sed figura in aduerbijs aut simplex est, ut docte, prudenter: aut compositā, ut indocte, imprudenter. Gradus aduerbijs accidunt quoties appellatiōes

Desyderatiua.

De aduerbio.

Aduersex modis terminātur

Aduerbia a nominibus tracta sex habent terminationes.

Regula commutationis.

Aduerbia cōia sunt cū alijs partibus orationis Salustius Iugur.

Aene. 2.

Aene. 5.

Aene. 2.

Aegl. 8.

Aene. 2.

Ibidem.

Aene. 1.

Figura.

vnde transeunt comparantur, vt docte doctius doctissime. Recipiũt & diminutionẽ,
D vt meliuscule. Quanquam comparationem recipiunt & diminutionem, & quæ à se nascũtur, vt nuper nuperrime. Aduerbijs om
In And. nibus præpositio separatim adijci nõ debet, quanquam lectum sit, ab hinc, apud Terentium: Interea mulier quædam ab hinc trien
Aene.6. nium. Et apud Vergilium, Exinde per altũ Mittitur Elysium. Et dehinc, ut, Dehinc ta
Aene.1. lia fatur. &, Deinde feraces Plantæ immittuntur. Quæ oía & siqua alia sunt similia,
Geor.2. vt proinde placuit contra regulã accentum proferri, ne separatim additæ præpositiones
Aene.1. videãtur aduerbijs. Hæc pars orationis, & à verbo accipit partem, & à nomine, nan
que inde participium dicitur. Exit aũt pars
De parti hęc orationis in præsenti tempore in ens &
cipijs. in ans syllabas, vt legens & amans. Futuro tẽpore in rus, vt legens lecturus, amãs amaturus. In præterito lectus, amatus. Futuro legendus, amandus. Vides hanc partem orationis esse per tempora: omnia hæc à verbo mutuatur. Nam verbo cõueniunt tempora. Quod aũt declinatur per casus, hoc à nomine mutuatur. Nã declinatio casualis ad nomen pertinet, vt hic legens, huius legentis,
huic legenti, hũc legentẽ, ò legens, ab hoc le
E gente. Ergo quod hæc pars orationis vel p tẽpora vel per casus currit, participiũ vocatur, quod partẽ capiat nominis partẽq; verbi. Non laboriosa pars est orationis, sed intellectu facilis. Nã præsentis temporis exit
Participia ps̃entis tẽporis. in ans, & in ens, vt amans, legens. Futuro agendi significatione in rus, vt amaturus lecturus. A patiẽdi significatione in tus & in
Futuri. dus, vt amatus, legendus. Sanè ipsum præteri-
Præteriti. tũ tẽpus tribus syllabis terminat, in tus, vt lectus scriptus. In sus, vt occisus visus. In xus, vt fixus, plus non inuenies. Ergo vt diximus, præsens in ens & in ans, futurum in rus, præteritum in tus, futurum semper in dus. Sunt sanè noĩa quæ sono participia putantur, sed noĩa sunt. Participia. n. illa sunt, quæ à verbis veniunt, vt à lego legens lectu rus lectus legendus. Tunicatus & galeatus, & clypeatus & trophæatus, nomina sunt nõ participia, quia non à verbo veniunt. Est vnum participiũ pręteriti temporis in uus, quod exire debuit per vnum u, nõ per duo.
Regula cõis. Nã vbi geminata u litera nominatiuus est, nomẽ est nõ participiũ, vt fatuus, ingenuus, arduus, carduus, exiguus, belluus, vt Cicero dixit. In us, vt talium cõtra regulam participiorũ, mortuus putatur esse participium, sed in vim regulamq; noĩs conuersum est. F

De cõiunctione. Coniunctio est pars orationis nectens ordinansq; sniam. Coniunctioni accidunt, figura, ordo, potestas. Figura est, quę apparet figura simplex. Sed equidem ordo quoque apparet, q̃ pręponi tm̃ possit, ut nã: quæ subiungi, vt que: quæ præponi & subiungi, ut igitur. Potestas coniunctionum in quinque species diuiditur. Sunt. n. copulatiuæ, &, q;, est, at, atque. Diuiũctiuæ, aut, vel, ue, ne, nec, ne;, neue, an, vtrũ. Expletiuæ; quidem, equidẽ, aũt, tñ, porrò, videlicet, proinde, deniq;, vtiq;. Causales, si, etsi, tametsi, etiãsi, siquidẽ, quando, equidem, quin, quinetiam, sin, sinetiam, quanquam, quanuis, sinautẽ, seu, siue, nãque, nisi, nisiſi, enim, etenim, sed, ut, præterea, interea, quamobrem, quare, præsertim, item, itemq;, cæterum, alioquin. Rationales, ita, itaq;, enim, enimuero, quapropter, q̃ppẽ, qm̃, quoniamquidẽ, ergo, igit̃, ideo, idcirco, scilicet, præterea. Ex his, &, copulatiua multa significat. Sæpe autem transit in alterius speciem potestatis. Modo in expletiuam, vt, Et quæ tanta fuit Romam tibi causſa videndi? Pro qualitatis & quantitatis, vt, Timeo Danaos & dona ferentes. Et mõ pro diſiunctiua, vt, Et quiſquam numen Iunonis adorat. Præterea, aut ſupplex aris imponet honorem. Mõ pro causali ponit̃, vt, Quorum Iphitus æuo Iã grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyſsi. pro ẽt vulnere tardus. Modo pro aduerbio accipitur ordinãdi, vt, Cor pusque lauant frigentis & vngunt. pro deinde vngunt. Item, aut, coniunctio multa significat. Modo. n. pro aduerbio discretionis accipitur, vt, Ante vrbẽ pueri & primæuo flore iuuentus, Exercentur equis, domitantq; in puluere currus. Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquẽt. Modo p tempore significat, vt, Aut ante ora Deũ pingues ſpatiatur ad aras, Inſtaurat donis epulas, id est, nunc ante ora Deum ſpatiatur ad aras. Itẽ, aut agmina curru Proterit, aut raptas fugientibus ingerit haſtas. Figuræ coniunctionũ duæ sunt, simplex, vt nam: cõpoſita, vt nãq;. Ordo coniunctionũ in hoc est, quia aut præpoſitiuę coniunctiones ſunt, ut at, aſt: aut ſubiũctiuæ, vt que: aut cõmunes, vt, &, igitur. Sũt etiã dictiones quas incertũ est vtrum præpoſitiones an aduerbia nominemus, quæ tũ omnes facile dignoſcunt̃. Nã & coniunctiones pro alijs coniunctionibus poſitæ inueniuntur, poteſtate mutata.

Omnes

H De ppoſitione. Præpoſitiones ac caſuatiuę

Omnes ppoſitiones dicunt̃ generaliter. Species aũt hæ: aliæ accuſatiuæ, aliæ ablatiuæ, aliæ vtriuſque. Accuſatiuæ p caſum accuſatiuũ enũciant̃, vt, apud, ante, aduerſum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, intra, infra, iuxta, ob, penes, per, ppe, propter, præter, poſt, pone, ſecundũ, ſupra, trans, vltra. In præpoſitionibus ſeruãda genera nominũ. i. maſculinũ, fœmininũ, neutrũ, cõmune. Seruandi etiã numeri, vt puta maſculino ſingulari, ad agrum: plurali, ad agros. Fœmi nino ſingulari, ad villã, vel ad poſſeſsionem. plurali, ad villas vel ad poſſeſsiones. Sic neutrum ſingulare, ad tẽplum, ad capitoliũ: plurale ad tẽpla, ad capitolia. Sic cõi gñe ſingulari numero, ad ciuẽ, ad hoſtẽ, ad ſacerdotẽ. plurali, ad ciues, ad hoſtes, ad ſacerdotes. Sic ergo oẽs præpoſitiones obſeruabis, ſeruatis, vt dixi, generibus, ſeruatis numeris ſingulari & plurali. Seruatis ſimiliter pronominibus ſecundũ gña. maſculino, ad hunc: plurali, ad hos. Fœminino, ad hãc: plurali, ad has. Neutro, ad hoc templum vado: plurali, ad hæc templa. Sic cõmuni genere, ad hunc & ad hãc ſacerdotem: plurali, ad hos & ad has ſacerdotes, ſic ad hos & ad has hoſtes.

I Præpoſitiones ablatiuæ.

In his ablatiuum attendunt tam in ſingulari q̃ in plurali, ſeruatis gñibus numeriſq;: vtputa, à, ab, abs, cum, coram, clam, de, ẽ, ex, pro, præ, palãm, ſine, abſque, tenus. Maſculino ſingulari vt, à fratre: plurali, à fratribus. Fœmmino ſingulari, à ſorore vel à ſororibus: vel à ciuitate, à ciuitatibus. Ab ſingulari maſculino: ab amico, plurali, ab amicis, ab agro ab agris. Fœminino ſingulari, ab vrbe: plurali ab vrbibus. Neutro ſingulari, ab tẽplo: plurali, ab tẽplis. A cõmuni ſingulari, à ciue: plurali, à ciuibus: ab hoſte, ab hoſtibus. Hanc declinationem ſerua in omnibus his ablatiuis præpoſitionibus ſecũdum gña & numerum. Remanet tertia ſpecies præpoſitionũ, quæ dicunt̃ vtriuſque, quæ & accuſatiuũ tenẽt caſum & ablatiuũ. Sed pleroſq; rõ harum præpoſitionũ præterit, ex qua diſtinctione intelligatur, vt nõ appareat expoſitum eius, differentia hæc est in motu & ſitu. Sed motum putauerũt quidã accuſatiuũ tantum tenere, tenet aũt vtrunque, ſed certa ratione. Nam motus tunc tenet accuſatiuũ caſum cum à locis in alia loca nos mouerí ſignificamus, vt curro in forum, vel in
In. K cãpum. Et ſi ex alio loco dicimus nos curre re in forũ vel in campũ: accuſatiuum caſum tenemus. Si autem in vno eodemque loco ablatiuo: vt curro in foro, curro in campo: ſic ambulo in foro, & ambulo in campo. ſi de alio loco ambulamus in forũ, accuſatiuũ tenemus: ſi in eodem loco ambulamus, ablatium tenemus, vt ambulo in foro: ſic cadit in forũ, & cadit in foro. Virgilius, Ingreditur̃q; ſolo & caput inter nubila condit. Vt eſt, In aruis altius ingreditur, id eſt, ambulat: vides motum eſſe, & tamen ablatiuum ſibi vendicare: ſed in loco vt dixi, nõ de loco in locũ. Sic lapſum in piſcinã & lapſum dicimus in piſcina. Si de alio loco in piſcinã labaſ̃, accuſatiuus eſt: ſi vero in eadẽ labatur piſcina, ablatiuus eſt. Venio aũt ſemper accuſatiuus eſt, quia de loco ad locũ quis venit. In loco aũt iam cũ fit quiſq;, ceſſat motus. Itẽ motus de loco in locũ, voluo vel euoluo. Reperire viã qua euoluere poſsit, In mare ſe Xanthus. ſ. ab alueo in mare. In ipſo aũt volui, ablatiuũ tenet, vt fundo voluunt̃ in imo. Sic ſub, è loco in locũ motus accuſatiuum tenet. De haſta Virgilius ſic ait, Sub pectus, ſub illam rem. Item ſub ablatiuo, Troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere? id eſt, cadere vel iacere. Troiæ inquit ſub mœnibus altis. Itẽ de loco in locũ. Siue ſub incertas zephyris mutantibus vmbras. Et ſubiunxit, ſuccedimus, vbi eſt motus de loco in locũ. Super motus, Super Garamantas & Indos Proferet imperiũ: motus eſt. In loco aũt, gemina ſuper arbore ſidunt. Item ſubter, de loco in locũ, vt angulti ſubter faſtigia tecti Ingẽtẽ Aeneã dixit. In loco aũt, oẽs ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus. Sic ſub, ſi de eo loco ad locũ fiat motus, accuſatiuũ tenet: vt, ſub ſpeluncã curro. Si aũt poſitus ſub ipſa ſpelunca curras, ablatiuum tenet: vt ſub ſpelũca curro. Sic ſup, ſi de loco ad locũ fiat motus, accuſatiuũ tenet, ſup tectũ curro. Si aũt poſitus q̃s ſup tectum currat, ablatiuũ tenet: ſup tecto curro. Sic ſubter fluctus mergo, ſi ex littore motus fiat in dimerſione, accuſatiuus eſt: vt, mergo ſubter fluctus. Si aũt q̃s ſit iam in fluctibus, ſubter fluctibus mergit̃. Sed multũ iuuãt hãc locutionẽ & obſeruationẽ duo aduerbia locorũ, quò & vbi: quò in locum motus eſt: vbi, in loco ſitus eſt, vt Quò venit telum? in hoſtem: vbi hæſit? in hoſte. Quò voluit Catilina telum dirigere? in conſulis corpus. vbi voluit defigi? in cõſulis corpore. Sic. n. ait de ſica: vt eam putes in cõſulis corpore defigere. Sic cũ dicimus, quò fugimus? ſ. in locũ. Vbi latet? in loco. Ergo vt diximus ad-

Aenei.4 Georg.3 Aenei.5 Aenei.6 Sub. L Aenei.6 Super. Subter. Quò & vbi. M

iunant aduerbia hæc duo, ad confusionē distinguendi præpositiones vtriusque casus. Sic nāque de hac aduerbiorum ratione purgatur & illud in Verrinis: Quod ille in caput ab hostium duce acceperat. Acceperat ergo vulnus directum in caput, acceptum in capite. Nunquid quò accipis vulnus, dicimus? minime: sed, vbi accipis. Et Virgilius, Quò ire iubes? in locum significat. In loca autem, vbi ponere sedes? Situs vero ablatiuum tenet, quia contrarius est motui. Nā ipsum nomen sessionē quandā significat, vtputa sum in foro, erā in foro, fui in foro, futurus sum in foro. Sic simpliciter sedeo, iaceo, cubo, sto, consisto, hæreo. Omnia hæc ad situm pertinēt. Meditanda igit sunt & in vsum ducēda, vt iam in hac præpositionum forma, & recte & nulla hæsitatione lo

De interiectione. quentes studuisse nos diligētius indicemus. Interiectio non pars orationis est, sed signū affectionis erumpentis animi in vocē. Et si

A gnificat aut lætitiā, vt euax: aut amaritudinē, vt heu, apud Græcos φεῦ. Ergo quot sunt perturbati animi motus, tot voces reddunt:

Aeglo. 1 & vocantur interiectiones, quod interrumpant orationem, vt est illud, Hic inter densas corylos modo nanque gemellos Spem gregis. Mox interiectio per literam a, ah silice in nuda connixa reliquit. In medium orationis interiecta est a litera. Omnes partes orationis decursæ à nobis sunt, quæ ad compendium sufficiant, aut occupatis, aut negligentibus. Sanè quæ omisimus, in tractatu nominis, reddimus. Scire.n. debemus, nomina numerorum à quatuor vsque ad centum ἄπτωτα esse, & generis omnis: vt quatuor viri, quatuor fœminæ, quatuor mācipia. Sic p omnes casus quatuor dicimus, vtputa, virorum quatuor, mulierum quatuor, mancipiorum quatuor. Sic datiuo: viris quatuor, fœminis quatuor, mancipijs quatuor. Sic accusatiuo: viros quatuor, fœminas quatuor, mancipia quatuor. Sic vocatiuo, ò viri quatuor, ò fœminæ quatuor, ò mācipia quatuor. Sic ablatiuo: à viris quatuor, à fœminis quatuor, à mancipijs quatuor. Sic ideo dixi à quatuor ἄπτωτα esse

B vsque ad centum, quia duo declinantur, duorum, duobus, duos vel duo, ò duo, ablatiuo ab his duobus. Sic declinantur & currunt per casus: hi & hæ tres. Genitiuo horum & harum trium. Datiuo his tribus. Accusatiuo hos & has tres. Vocatiuo ò tres. Ablatiuo ab his tribus. A genere neutro, hæc tria, horum trium, his tribus, hæc tria, ò tria, ab his tribus. Ex hac ergo forma intelligimus quomodo declinemus: hic duum ma

Hac de triumuir, quasi duorum hominum vnus vir. Sic tur de triumuir, trium hominum vnus vir. Ergo uiri, hic admisit genitiuum. Iam quatuor vbi ptēus indeclinabile est, quatuor viri dicimus, vel quinque viri, vel sex viri. Vnde Lucanus: Septem virque epulis: pro genitiuo posuit, septem. A ducentis vsque ad nongentos declinantur nomina numerorum, vt hi ducenti, hæ ducentæ, neutro ducenta. Mille declinabile est.

Libri de Grammatica Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI
Principia Dialecticæ.

DIALECTICA est C De fa
bene disputandi scientia. plicibꝰ
Disputamus autem verbis. verbis
Verba igitur, aut simplicia Cor. 2
sunt: aut coniuncta. Simplicia sunt, quæ vnū quiddam significant, vt cum dicimus: homo, equus, disputat, currit. Nec mireris quod disputat, quāuis ex duobus compositum sit, tamen inter simplicia numeratum est. Nam res definitione illustratur. dictum est autē id esse simplex, quod unum quiddā significat. Itaque hoc includimus hac definitione, quod nō includimus cum dicimus, loquor. Quanuis.n. unum uerbum sit, non habet tamen simplicem significationem, siquidem significat etiam personam quæ loquitur. Ideo iam obnoxium est veritati aut falsitati. nam & negari & affirmari potest. Omnis itaque prima & secunda persona verbi, quanuis singillatim contineatur: tamen inter coniuncta verba numerabitur, quæ simplicem non habent significationem. Siquidem quisquis dicat, ambulo: & ambulationem facit intelligi, & seipsum qui ambulat. Et quisquis dicit, ambulas, similiter & D
rem quæ fit, & eum qui facit significat. At vero qui dicit, ambulat: nihil aliud quàm ipsam significat ambulationem. Quamobrem tertia persona verbi semper inter simplicia numerabitur: & nondum aut affirmari aut negari potest, nisi talia verba sint quibus necessario cohæret personæ significatio consuetudine loquendi, vt cum

dicimus, pluit aut ningit etiam si non addatur quis pluat, aut ningat, tū quia intelligit, non potest, inter simplicia numerari. Con-

Verba cōiūcta. Cap. 2. iuncta verba sunt, quæ sibi connexa res plures significant, vt cum dicimus homo ambulat, aut homo festinans in montem ambulat, & si quid tale. Sed coniunctorum verborum alia sunt, quæ sententiam comprehendunt, vt ea quæ dicta sunt. Alia quæ non comprehendunt, sed expectant aliquid. Vt eadem ipsa quæ diximus, si subtrahas verbum, quod positum est, ambulat, quanuis verba coniuncta sunt, homo festinans in montem: tamen adhuc pendet oratio. Separatis igitur his verbis quæ non impletam sententiam comprehendunt, horum item duæ species sunt. Aut enim sic sententia comprehenditur, vt vero, aut falso teneatur obnoxia, vt

E est, omnis homo ambulat: aut, omnis homo non ambulat: & si quid huiusmodi. Aut sic impletur sententia, vt licet perficiat propositum animi, affirmari negatiue non posit, vt cum imperamus, cum optamus, cum execramur, & his similia. Nam si quis dicat, perge ad villam, aut dij illum perdant: non potest argui, quod mentiatur, aut credi, quod verum dicat. Nihil.n. affirmauit, vel negauit: ergo nec tales sententiæ in quæstionem

Quæ implices sentētiæ, quæ cōiūctæ. Cap. 3. veniunt aut disputatorem requirūt. Sed illæ quę requiruntur, aut simplices sunt, aut coniunctæ. Simplices sunt, quæ sine vlla copulatione sententię alterius enunciantur: vt est illud quod dicimus, Omnis homo ambulat. Coniunctæ sunt de quarum copulatione iudicatur, vt est, Si ambulat, mouetur. Sed cū de coniunctione sententiarum iudicium fit, tam diu est donec perueniatur ad summam.

Summa, id est cōclusio. Summa est autem quæ conficitur ex concessis. Quod dico tale est, Qui dicit, Si ambulat, mouetur: probare vult aliquid, vt hoc concesso, verum esse restet illi dicere, quod ambulet. Et summa consequitur, quæ iam negare non potest, id est, quod mouetur: quæ item

F non potest, concedi. i. quod nō ambulet. Rursus si hoc modo velit dicere, Homo iste ambulat: simplex sententia est. Quam si concessero, & aliam quæ aliquid expectat ad completionem sententiæ sententiam comprehendit, adiunxerit aliam: Quisquis autem ambulat, mouetur. Et hanc etiam si concessero, ex hac iunctione sententiarum quanuis singillatim enunciatarum, & concessarum: illa summa sequitur, quæ iam necessario concedatur,

Cōiunctas sententias subdiuidit. Cap. 4. id est. Igitur homo iste mouet. His igitur breuiter constitutis, singulas partes considerabimus. Nam sunt primæ duæ, vna de ijs, quę simpliciter dicuntur, vbi est quasi materia dialecticæ: altera de ijs quę coniuncta dicuntur, vbi iam quasi opus apparet, quæ de simplicibus, vocatur de loquendo. Illa vero quæ de coniunctis est, in tres partes diuiditur. Separata.n. coniunctione verborum, quę non implet sententiam, illa quæ sic implet sententiam, vt nondum faciat quæstionem vel disputatorem requirat: vocatur de eloquendo. Illa vero, quæ sic implet sensum, vt de sententijs simplicibus iudicetur: vocatur de prolo-

Cōiunctas appellat hypotheticas. quendo. Illa quæ sic comprehendit sententiam, vt de ipsa etiam copulatione iudicetur donec perueniatur ad summam: vocatur de

Opus subiectū scientiæ vocat. G συνημμέ-νων. proloquiorum summa. Has ergo singulas partes diligētius explicemus. Verbum est

Quō de rebus, verbis, dicibilibus, dictionibꝰ tractetur i logica. Cap. 5. vniuscuiusque rei signum quod ab audiente possit intelligi, à loquente prolatum. Res est quicquid intelligitur, vel sentitur vel latet. Sciuntur.n. corporalia, intelliguntur spiritalia: latet vero ipse Deus, & informis materia. Deus est quod neq; corpus est, neq; animal est, neque sensus est, neq; intellectus est, neq; aliquid quod excogitari potest. Informis materia est mutabilitas mutabilium rerum, capax omniū formarum. Signum est, & quod seipsum sensui, & præter se aliquid animo ostendit. Loqui est articulata voce signum dare. Articulata aūt dico, quod comprehendi literis potest. Hæc autem omnia quæ definita sunt, vtrum recte definita sint, & vtrū hactenus verba definitionis alijs definitionibus prosequenda fuerint, ille iudicabit locus in quo definiendi disciplina tractatur. Nunc quod instat accipe intentus. Omne verbum sonat: Cum.n. est in scripto, non verbum, sed verbi signum est. Quippe inspectis à legēte literis, occurrit animo quod voce prorumpat. Quid.n. aliud literæ scriptæ, q̄ seipsas oculis, & præter se aīo voces ostendūt? Quia & pauloante diximus, signū H
esse quod seipsum sensui, & præter se animo aliquid ostendit: quę legimus igitur non verba sunt, sed signa verborum. Sed vt ipsa litera, cū sit pars minima vocis articulatæ: abutimur tamen hoc vocabulo vt appellemus literam, etiam cum scriptam videmus, quanuis omnino tacita sit, neque ulla pars uocis, sed signum partis vocis appareat. Ita etiam verbum appellatur cū scriptum est, quanuis verbi signum significantis vocis nō eluceat. Ergo vt cœperam dicere, omne verbū sonat.

Sed

Sed quod ſonat, nihil ad dialecticã. De ſono enim uerbi agitur cum quæritur vel animaduertiſ, quãta uocaliũ uel diſpõne leniat vel concurſione dehiſcat. Item coſonantium vel interpoſitione non det, vel congeſtione aſperetur, & quot vel qualibus ſyllabis conſtet, vt poeticus rhythmus accentusque à grammaticis, ſolarum aurium tractus negocio. Et tamen cũ de his diſputatur, præter dialecticã non eſt. Hæc enim ſciẽtia diſputandi eſt. Sed tunc uerba ſunt ſigna rerũ, quando de ſeipſis obtinẽt vim: uerborum autem illa de quibus hic diſputatur. Nã cum de verbis loqui niſi verbis nequeamus, & cum loquimur, non
I niſi de aliquibus rebus loquamur, occurrit animo ita eſſe uerba ſigna rerum, vt res eſſe non deſinant. Cum ergo verbum ore procedit, vt de ipſo verbo aliquid quæratur aut diſputetur, res eſt utique diſputationi quæſtionique ſubiecta. Sed ipſa res verbũ uocatur. Quicquid autem ex uerbo non auris, ſed animus ſentit, & ipſo animo tenetur incluſum, Differũt dicibile, & dictio. dicibile uocatur. Cum vero uerbũ procedit, non propter ſe, ſed propter aliud aliquid ſignificãdum, dictio vocatur. Res autem ipſa, quæ iã verbum non eſt, neque verbi in mente cõceptio, ſiue habeat verbũ quo iam ſignificari poſsit, ſiue nõ habeat, nihil aliud quàm res uocatur proprio iam nomine. Hæc ergo quatuor diſtincte tenẽtur, verbũ, dicibile, dictio, res. Quod dixi, uerbum, & verbũ eſt, & verbũ ſignificat. Quod dixi dicibile, verbũ eſt: nec tamen uerbum, ſed quod in uerbo intelligitur, & in animo cõtinetur ſignificat. Quod dixi dictionẽ, verbũ eſt, ſed tale quo iam illa duo ſimul. i. ipſum verbum, & quod ſit in animo per verbum, ſignificãtur. Quod dixi rẽ, uerbũ eſt, quod ꝓter illa tria quæ dicta ſunt quicqd reſtat ſignificat. Sed exẽplis
K hæc illuſtranda eſſe perſpicio. Fac igit à quoquam Grammatico puerum interrogantem hoc modo: Arma, quæ pars orationis eſt? Quod dictum eſt arma, propter ſe dictũ eſt, ideſt verbum propter ipſum verbũ. Cætera vero quod ait, quę pars orationis eſt, nõ propter ſe, ſed propter verbũ quod, arma, dictũ eſt, vel animo ſenſa, vel uoce ꝓlata ſunt. Sed cum animo ſenſa ſunt, ante vocem dicibilia ſunt. Cum autem propter id quod dixi, proruperunt in vocem, dictiones factę ſunt. Ipſum vero arma, quod hic verbum eſt, cum à
Aeneid. 1. Virgilio pronunciatum eſt, dictio fuit: Non enim propter ſe prolatũ eſt, ſed ut eo ſignificarentur, uel bella quæ geſsit Aeneas, vel ſcutum, uel cætera arma, quæ Vulcanus Aeneæ fabricatus eſt. Ipſa uero bella vel arma quæ geſta ſunt aut ingeſta ab Aenea, ipſa inquam quæ cum gererentur atque eſſe viderentur, quęque ſi nunc adeſſent, uel digito monſtrare poſſemus, aut tangere, quæ etiam ſi nõ cogitarentur, non eo tamen fit ut non fuerint. Ipſa ergo per ſe nec verba ſunt, nec dicibilia, nec dictiones, ſed ſunt res quæ iam proprio nomine vocantur. Tractandum eſt igitur nobis in hac parte dialecticæ de verbis, de dictionibus, de dicibilibus, de rebus: in quibus L
omnibus cũ partim verba ſignificentur, partim non verba. Nihil eſt. n. de quo non uerbis diſputare neceſſe ſit. Itaque de his primo diſputatur, per quę de cęteris diſputare concedit. Igit verbũ quodlibet, excepto ſono, de quo bene diſputat, ad facultatẽ dialecticę ꝑtinet, nõ ad dialecticã diſciplinã. Vt defenſiones Ciceronis ſunt quidẽ Rhetoricæ facultatis, ſed nõ his docetur ipſa Rhetorica. Ergo omne verbũ propter id quod ſonat, quatuor quędam neceſſaria vocat in quæſtionẽ, originẽ ſuam, vim, declinationem, ordinationẽ. De origine verbi quæritur, cũ quæritur vnde ita dicatur. Res mea ſententia nimis curioſa, & non nimis neceſſaria. Neq; hoc mihi placuit dicere quod ſic Ciceroni quoque idem videtur, quanuis quis egeat authoritate in re tã perſpicua. Quod ſi omnino multũ iuuaret explicare originẽ verbi, ineptũ eſſet aggredi, quod perſequi profecto infinitum eſt. Quis enim reperire poſsit quod quid dictum fuerit, unde ita dictum ſit? Huc accedit, quod vt ſomniorũ interpretatio, ita verborum origo pro cuiuſque ingenio prædicatur. Ecce. n. verba ipſa quiſpiã ex eo putat dicta, quod aurẽ quaſi verberent. Inquit alius, quod aerẽ. Sed noſtra nõ magna lis eſt. Nã M
vterq; à verberãdo huius vocabuli originẽ trahit. Sed è trãſuerſo tertius vide quã rixã inferat. Quod. n. verum ait nos loqui oporteat, odioſumque ſit natura ipſa iudicãte mẽdacium, verbum à vero cognominatum eſt. Nec ingenium quartum defuit. Nam ſunt qui uerbum à vero quidem dictum putant, ſed prima ſyllaba ſatis animaduerſa, ſecundã negligi non oportere. Verbum enim cũ dicimus inquiunt, prima eius ſyllaba verũ ſignificat, ſecunda ſonum. Hoc autem uolunt eſſe bombum. Vnde Ennius ſonum pedum, bombum pedum dixit, Et βοάσαι Græci clamare. Georg. 3.
Et Virgilius, Reboant ſyluæ. Ergo verbum dictum eſt quaſi à uero boando, hoc eſt, uerum ſonãdo. Quod ſi ita eſt, præſcribit quidem hoc nomen, ne cum verbum faciamus, mentiamur: ſed vereor qui dicunt iſta, mentiãtur. Ergo ad te iam pertinet iudicare, vtrũ verbum à verberando, an vero ſolo, an à vero boando dictum putemus, an potius vnde ſit dictum non curemus, cum quod ſignificet intelligamus. Breuiter tamen hunc locũ notatum eſſe de origine verborum, volo pauli-
A ſper accipias, ne vllam partẽ ſuſcepti operis prætermiſiſſe videamur. Stoici autumant, quos Cicero in hac re irridet, nullũ eſſe verbum, cuius non certa ratio explicari poſsit. Et quia hoc modo ſuggerere facile fuit, ſi diceres hoc infinitum eſſe, quibus verbis alterius verbi originem interpretareris, eorum rurſus à te originem quærendam eſſe, donec perueniatur eo, vt res cum ſono verbi aliquã ſimilitudine concinat: vt cum dicimus, æris tinnitũ, equorũ hinnitum, ouium balatum, tubarum clangorem, ſtridorem catenarum. Perſpicis enim hæc verba ita ſonare vt res quæ his verbis ſignificantur. Sed quia ſunt res quę non ſonant, in his ſimilitudinem tactus valere: vt ſi leniter, vel aſpere ſenſum tangunt, lenitas vel aſperitas literarũ vt tangit auditum, ſic eis nomina peperit. Et ipſum lene cum dicimus, leniter ſonat. Quis item aſperitatem non & ipſo nomine aſperam iudicet? Lene eſt auribus, cum dicimus, voluptas: Aſperum eſt cum dicimus, crux. Ita res ipſæ iam efficiunt, ſicut verba ſentiũtur. Mel quàm ſuauiter guſtum nõne tangit Acre. In vtroque aſperum eſt: Lana & vepres, vt audiuntur verba, ſic illa tanguntur. Hæc quaſi
B cunabula verborum eſſe crediderunt, vt ſenſus rerum cum ſonorum ſenſu concordarẽt. Hinc ad ipſarũ inter ſe rerũ ſimilitudinem proceſſiſſe licẽtiam nominandi. Vt cum verbi cauſa crux propterea dicta ſit, quòd ipſius verbi aſperitas cum doloris quem crux efficit, aſperitate concordat. Crura tamen non propter aſperitatẽ doloris, ſed quod longitudine atq; duritia, inter membra cętera ſint ligno ſimiliora, ſic appellata ſunt. Inde ad abuſionem vẽtum eſt, vt vſurpetur non tam rei ſimilis, ſed quaſi vicinæ. Quid enim ſimile poſsit paruum eſſe quod non modo nihil minutum ſit, ſed etiam aliquid creuerit? Dicimus tamen propter quandã vicinitatem, minutũ pro paruo. Sed hæc abuſio vocabuli in poteſtate loquẽtis eſt. Habet enim paruum, vt minutũ non dicatur. Illud magis pertinet

Stoicorũ de origine verborũ opinio.

Ex Cratylo Platonis.

De origine uerborum. Cap. 6.

Quod enim ſimile habet parui & minuti, cum ſignificatio, &c.

ad id, quod volumus oſtendere, quod cum piſcina dicitur in balneis in qua piſcium nihil ſit, quũ nihil piſcibus ſimile habeat, videtur tamen à piſcibus dicta propter aquam, vbi piſcibus vita eſt. Ita vocabulũ non translatum ſimilitudine, ſed quadã vicinitate vſurpatum eſt. Quod ſiquis dicat homines piſcibus ſimiC les natando fieri, & inde piſcinæ nomen eſſe natum, ſtultũ eſt hoc refutare, cum ab re neutrũ abhorreat, & utrunq; lateat. Illud enim bene accidit quod uno exemplo dilucidare non poſſumus, quid diſtet origo uerbi quæ de uicinitate arripitur, ab ea quæ de ſimilitudine ducitur. Hinc facta eſt progreſsio uſq; ad contrarium. Nam lucus dictus putatur, quod minime luceat: & bellũ, quod res bella non ſit: & fœderis nomen, quòd res fœda non ſit. Quod ſi à fœditate porci dictũ eſt ut nonnulli uolunt, redit ergo ad illam uicinitatem, cum id quod fit, nominatur. Nam & iſta omnino uicinitas late patet, & per multas partes ſecatur. Aut per efficientiã, vt hoc ipſum à fœditate porci, per quem fœdus efficitur. Aut per effectum, vt puteus, quòd eius effectus potatio eſt, creditur dictus. Aut per id quod continet, vt vrbem ab orbe appellatam volunt, quod auſpicato loco circumduci aratro ſolet. Cuius rei & Virgilius meminit, Aene. 5.
vbi Aeneas vrbem deſignat aratro. Aut per id quod continetur: vt ſiquis horreum mutata d litera affirmat ab hordeo nominatum. Aut per abuſionem, ut cum hordeum dicimus, & ibi triticum conditur. Vel à parte totum, ut mucronis nomine quæ ſumma pars eſt gladij, totum gladium uocant. Vel à toto
D pars, ut capillus quaſi capitis pilus. Quid ultra prouehatur, quicquid aliud annumerari poteſt, aut ſimilitudine rerum ipſarum, aut uicinitate, aut contrario contineri, uidebis originem uerbi, quam proſequi non quidem ultra ſimilitudinem poſſumus. Sed hoc non ſemper utiq; poſſumus. Innumerabilia enim ſunt uerba, quorũ ratio reddi nõ poſsit. Aut non eſt, ut ego arbitror. Aut latet, ut Stoici contendunt. Vide tamen paululũ, quomodo peruenire putant ad illa uerborum cunabula, uel ad ſtirpem potius atque adeo ſementum, ultra quod quæri originem uetant, nec ſiquis uelit, poteſt quicquam inuenire. Nemo ambigit ſyllabas in quibus u litera locum obtinet conſonantis, ut ſunt in his uerbis, uenter, uafer, uelum, unum, nouus, uulnus, craſſum & quaſi uabidũ ſonum ædere. Quod approbat etiam loquendi conſuetudo,

tudo, cum quibusdã verbis eas subtrahimus ne onerent aurem. Nã inde est quod amasti libentius dicimus quàm amauisti: & abijt, nõ abiuit: & in hunc modum innumerabilia.

E Ergo cũ dicimus, vim, sonns verbi, vt dictũ est, quasi validus congruit rei quę significat. Iam ex illa vicinitate per id quod efficiunt, hoc est, quia violenta sunt, dicta vincula possunt videri, & vimen quo aliquid vinciatur. Inde vites, quod adminiculis quibus vincian

In cunu cho. tur nexibus pendent. Hinc etiam propter similitudinẽ, incuruum senem vietum Terentius appellauit. Hinc terra quę pedibus itinerantiũ flexuosa & trita est, via dicitur. Si aũt nia quæ vi pedum trita est creditur dicta, redit origo ad illam vicinitatem. Sed faciamus à similitudine vitis, vel viminis, hoc est à flexu esse dictã: quærit ergo me quispiam, quare via dicta est? Respondeo, à flexu, quia flexum velut incuruũ vietum veteres dixerũt. Vnde vietos quod cãto ambiantur rotarum ligna vocãt. Persequitur quærere, vnde vietum flexũ dicatur? Et hinc respondeo, à similitudine vitis. Instat atq; exigit vnde istud sit vitis nomẽ? Dico quia vincit ea quæ comprehenderit. Scrutatur ipsum vincire, vnde dictum sit? Dicemus, à vi vis. Quare sic appellatur, requiret. Redditur ratio, quia robusto & valido sono verbum rei quæ significatur, congruit. Vltra quod requirat nõ habet.

F Quot modis autẽ origo verborum corruptione vocum varietur, ineptũ est prosequi. Nam & lõgum, & minus quàm illa quæ dicta sunt necessariũ est. Nunc vim verborum

De vi uerbi. Cap.7. quãtum res patitur, breuiter consideremus. Vis verbi est, qua cognoscitur quantum valeat. Valet autem tantum, quantũ audientem mouere potest. Porro mouet audientem, aut secũdum se, aut secundum id quod significat, aut ex vtroq; cõmuniter. Sed cum secũdum se mouet, aut ad solum sensum pertinet, aut ad artem, aut ad vtrunque. Sensus autem aut natura mouetur, aut consuetudine. Natura mouetur in eo, q̃ offenditur si quis nominet Artaxerxem regẽ, vel mulcetur, cum audit Coriolanum. Quis enim etiam si nihil vtique de his hominibus audierit, quorum ista sunt nomina, non tamen in illo asperitatem maximam, & in hoc iudicet esse lenitatem? Consuetudine mouetur sensus, cum offenditur cũ audit quiddam. Nam hic ad suauitatem soni, vel insuauitatem nihil interest. Sed tamen valent aurium penetralia, vtrum per se transeuntes sonos quasi hospites notos, an ignotos recipiant. Arte autem mouetur auditor cum enunciato sibi verbo, attendit quæ sit pars orationis, vel siquid aliud in his disciplinis quæ de verbis traduntur, accepit. At G vero ex vtroq;, id est, & sensu & arte de verbo iudicatur, cum id quod aures metiuntur ratio notat, & nomen ita ponitur vt dicitur, optimus. Mox vt aurẽ longa vna syllaba & duæ breues huius nominis percusserint, animus ex arte statim pedem dactylũ agnoscit. Sensum verò non secundum se, sed secũdum id quod significat verbũ mouet, quando per verbũ accepto signo animus nihil aliud quã ipsam rem intuetur, cuius illud signum est quod accepit: Vt cum Augustino nominato, nihil aliud quàm ego ipse cogitor ab ipso cui notus sum: aut cuilibet hominũ mente occurrit, si forte hoc nomen, vel qui me ignorat audierit, vel qui aliũ nouit, qui Augustinus vocetur. Cum autẽ simul & secundũ se verbum mouet audientẽ, & secũdum id quod significat, tũc & ipsa enunciatio, & id quod ab eo enunciatur, simul aduertitur. Vnde.n. fit quod non offenditur auriũ castitas, cũ audit, mammentrem pene bona patria lacerauerat? Offenderetur autẽ, si obscœna pars corporis sordido ac vulgari nomine appellaretur. In H hoc autẽ sensum animumq; vtriusq; deformitas offenderet, nisi illa turpitudo rei quę significata est, decore verbi significantis operiretur, cum res eadem sit cuius vtrunq; vocabulũ est: veluti non alia meretrix, sed aliter tamẽ videtur eo cultu quo ante iudicem stare assolet, aliter eo quo in luxurioſi cubiculo iaceret. Cum igitur tantam vim tamq; multiplicem appareat esse verborum, quam breuiter iam pro tempore summatimq; attigimus, duplex hic ex cõsideratione nascitur: partim propter explicandam veritatem, partim propter seruandum decorem, quorũ primum ad Dialecticum, secundũ ad Oratorẽ maxime pertinet. Quamuis enim nec disputationẽ deceat ineptam, nec eloquentiã oporteat esse mẽdacem, tamen & in illa sępe atq; adeo penè semper audiendi delitias discendi cupido contemnit, & in hac imperitior multitudo quod ornate dicitur, etiã vere dici arbitratur. Ergo cum appareat quid sit vnius cuiusq; propriũ, manifestum est & disputatorem, siqua ei delectandi cura est, rhetorico colore aspergendũ, & Oratorẽ, si veritatẽ persuadere vult, dialectici quasi neruis, atque ossibus esse roborandum, quæ ipsa natura corporibus nostris, nec firmitatem viriũ subtrahere potuit, nec oculorum offensioni patere permisit. Itaq; nunc propter veritatem diiudicandam, quod dialectica profitetur, ex hac verborum vi quædã semina sparsimus: quę impedimenta nascantur videamus.

Obscurũ & ambiguum. Cap.8.

Impeditur auditor ad veritatem videndã. Impedimenta.n. nascuntur ex difficultate intelligentiæ, quæ multa intelliguntur, quia in vno eodem verbo per se prolato, magna est aut obscuritas aut ambiguitas. Inter obscurũ & ambiguum hoc interest, quod in ambiguo plura se ostendunt quorum quid potius accipiendum sit, ignoratur: in obscuro autem nihil aut parum quod attendatur apparet. Sed vbi parũ est quod apparet, obscurum est ambiguo simile. Veluti siquis ingrediẽs iter, excipiatur aliquo biuio vel triuio, vel ẽt vt ita dicam, multiuio loco, sed densitate nebulæ nihil viarum quæ est eluceat, Ergo à pergendo prius obscuritate tenetur. At vbi aliquãtum rarescere nebulæ cœperint vt videatur aliquid, quod vtrum via sit, an terræ proprius, & nitidior color incertum est, hoc est obscurũ ambiguo simile. Diluescente cœlo quantum oculis satis sit, iam omnium viarum deductio clara est, sed quà sit pergendum, non

Differũt obscurũ & ambiguum.

K obscuritate, sed ambiguitate dubitatur. Item

Tria genera obscurorũ. sunt obscurorum genera tria. Vnũ est quod sensui patet, aío clausum est, tanq̃ siquis malum punicum pictum videat, qui neq; viderit aliq̃, nec omnino quale esset audierit, nõ oculorum est, sed animi, qui cuiusque rei pictura sit, nescit. Alterum genus est, vbi res animo pateret, nisi sensui clauderetur, sicut est hõ pictus in tenebris. Nam vbi oculis apparuerit, nihil animus hoc esse pictum dubitabit. Tertiũ genus est, in quo ẽt sensui absconditur, qui tm̃ si nudaretur nebula, magis animo emineret. Quod genus est omniũ obscurissimum, vt si imperitus malum illud punicum pictum, ẽt in tenebris cogeretur agnoscere. Refer nunc aĩum ad verba, quorũ istę sunt similitudines constitutæ. Pone quempiã Grammaticum cõuocatis discipulis, factoq; silẽtio suppressa voce dixisse, temetum, quod ab eo dictum qui prope assidebãt, satis audierunt, qui remotius parum: qui autem remotissime, nulla omnino voce perstricti sunt. Horum aũt partim sciebant, illi scilicet qui nescio quo casu remotiores erant, quid esset temetum, reliquos prorsus latebat, oẽs obscuritate impediebãtur. Et hic iam perspicis oía

L illa genera obscuritatũ. Nã qui auditu nihil dubitabant, primum illud genus patiebãtur, cui simile est malum punicum ignorantibus, sed in luce pictum. Qui nouerant verbum, sed auribus aut parum aut omnino non acceperant vocem, sed̃o illo genere laborabant, cui similis est hominis imago, sed nõ in perspicuo, sed omnino tenebroso loco. Qui aũt non solum vocis, sed & signationis verbi expertes erant, tertij generis quod omnino deterrimum est, cæcitate inuoluebãtur. Quod aũt dictum est, quoddã obscurum ambiguo simile, in his perspici p̃t, quibus verbum erat quidem notum, sed vocem penitus nullam, aut nõ omnino certam perceperant. Omnia igitur obscura loquendi genera vitabit, qui & voce q̃tũ satis est clara, nec ore impedita, & verbis notissimis vtetur. Vide nunc in eodẽ Grammatici exẽplo, q̃ longe aliàs impediat ambiguitas q̃ obscuritas verbi. Fac enim eos qui aderãt, & satis sensu accepisse vocem magistri, & illum verbum enunciasse, quod etiã oibus notum, vtputa, fac eũ dixisse, magnus, & deinde siluisse: attende quid incerti hoc audito nomine patiantur. Quid si dicturus est, quæ pars orõnis est? Quid si de metris quę- M siturus, quis sit pes? Quid si historiam interrogaturus, vtputa magnus Pompeius quot bella gesserit? Quid si commendaturus carmina Grammaticus dicturus est, magnus & penè solus poeta Virgilius? Quid si obiurgaturus negligentiam discipulorum, in hæc deinde verba prorumpat, Magnus vos ob studium disciplinæ torpor inuasit? Videsne re- Ambimota nebula obscuritatis, illud quod supra di guorum ctum est quasi eminuisse multiuium? Nam genera. hoc vnum quod dictum est, magnus, & no- Cap.9. men est, & pes chorius est, & Pompeius est, & Virgilius est, & negligentiæ torpor. Et siqua alia vel innumerabilia non cõmemorata sunt, quæ tñ per hanc enunciationem verbi possunt intelligi. Itaq; rectissime à dialecticis dictum est, ab ambiguum esse, omne verbum. Nec moueat quod apud Ciceronem calumniator Hortensius hmõi ambigua se audere explicare, dilucide omne verbum ambiguum esse dixit: Q̃o igitur ambigua ambiguis explicabunt? Nam hoc est in tenebris extinctum lumen inferre: facile quidem atq; callide dictum. Sed hoc est quod apud eundẽ Ciceronem Scævolæ dicit Antonius: Denique vt sapientibus diserte, stultis etiam vere videaris dicere. Quid enim aliud loco illo A facit Hortensius, nisi acumine ingenij, & lepore sermonis quasi meraco & suaui poculo imperitis caliginem offundit? Quod.n. dictum

ctum est,omne verbũ ambiguum esse,de singulis verbis dictum est. Explicãtur ambigua disputando, & nemo vtique verbis singulis disputat. Nemo igitur ambigua uerba uerbis ambiguis explicabit. Et tamen cum omne verbum ambiguum sit,nemo verbum ambiguum nisi verbis,sed etiam cõiunctis,quæ iã ambigua nõ sunt,explicabit. Vt enim si diceretur,Omnis miles bipes est,nõ ex eo sequeretur, vt cohors ex militibus bipedibus ita constaret. Ita cũ dico ambiguum omne verbum,non dico sententiã,non disputationem, quanuis verbis ista texantur. Omne igitur ambiguum verbũ nõ ambigua disputatione explicabitur,Nunc ambiguitatum genera videamus. Quæ prima duo sunt,Vnum in ijs etiam quæ dicũtur, alterum quod in ijs solis quæ scribuntur,dubitationem facit. Nam siquis audierit acies, & siquis legerit, poterit incertum habere,nisi per sententiã clarescat, vtrum acies militum, an ferri, an oculorum dicta vel scripta sit. At verò siquis inueniat scriptum,verbi causa, leporem, nec appareat B qua sententia positum sit, profecto dubitabit vtrũ penultima huius verbi syllaba producenda sit,ab eo quod est lepos, an ab eo quod est lepus corripiẽda. Quam scilicet non pateretur ambagẽ,si accusatiuum huius nominis casum voce loquẽtis acciperet. Quod siquis dicat loquentẽ male pronunciare potuisse,tã non ambiguitate, sed obscuritate impediretur auditor. Ex illo tamen genere quod ambiguo simile est,quia male Latine pronũciatum verbũ,nõ in diuersas rationes trahit cogitantẽ,sed ad id quod apparet impellit. Cũ igitur ista duo genera inter se plurimum distẽt,primum genus rursus in duo diuiditur: nam quicquid dicitur, & per plura intelligi potest, eadem scilicet plura aut vno vocabulo, & vna interpretatione, aut tantum uno tenentur vocabulo, sed diuersis expeditionibus explicantur. Ea quæ vna definitio potest includere,vniuoca nominantur:illis aũt,quę sub uno nomine necesse est definire diuerse, ęquiuoci nomẽ est. Prius enim cõsideremus vniuoca,vt quomodo genus hoc iam patefactum est,illustretur exemplis. Hominẽ cum dicimus, tam puerũ dicimus quàm senem,tã stultũ quàm sapientẽ, tam magnũ q̃ paruũ, C tam ciuem quàm peregrinum,tam vrbanũ, quàm agrestem,tam qui iam fuit, quàm qui nunc est, tam sedentẽ quàm stantem,tam dinitem quàm pauperem, tam agentẽ aliquid quàm cessantẽ,tam gaudẽtẽ quàm mœrentẽ vel neutrũ. Sed in his omnibus dictionibus nihil est quod nõ ut hominis nomẽ accepit, ita etiã hominis definitione claudatur:nã definitio hominis est,animal rationale, mortale: Non ergo quisquam potest dicere animal rationale mortale iuuenem tantum,non etiã senem,& puerum,&c. aut sapientem esse tãtum,non etiam stultum:imò & ista, & cætera quæ numerata sunt,sicut hois nomine, ita etiam definitione continentur: nã siue puer, siue stultus,siue pauper, siue etiam dormiẽs, si animal rationale mortale non est: nec homo est. Est autem homo,illa igitur definitione contineatur necesse est:& de cæteris quidem nihil ambigitur. De puero autem parũo aut stulto, siue prorsus fatuo, aut de dormiente vel ebrio vel furente dubitari potest, quomodo possunt esse animalia rationalia, etiam omnino défendi, sed ad alia properantibus longum est. Ad id quod agitur, illud D satis est notum, non esse istam definitionem hominis rectam, nisi & omnis homo eadem contineatur, & præter hominem nihil. Hęc sunt igitur vniuoca, quæ non solum nomine vno,sed vna etiam eiusdem nominis definitione clauduntur: quanuis & inter se proprijs nominibus, & definitionibus distingui possunt. Diuersa enim nomina, puer, adolescens, diues & pauper, liber & seruus, & si quod aliud differentiarum est, & inter se ideo proprias definitiones habebunt: sed vt illis vnum commune nomen est homo, sic animal rationale mortale definitio una communis est.

Genera ambiguitatum, duo.

Nunc æquiuoca videamus,in quibus ambiguitatum perplexio proprie infinita sylue- Ambiscit: conabor tamẽ eas in genera certa distin- guitas guere. Vtrũ autẽ conatum meũ hæc facultas ęquiuocis sequatur,tu iudicabis. Ambiguitatum igitur cis nam quæ ab ęquiuocis veniũt, primo genera tria sunt. Vnũ ab arte,alterum ab usu,tertium ab utroq;. Arte nunc dico, propter noia quæ in verborũ disciplinis,verbis imponuntur. Aliter enim definitur apud Grãmaticos quid sit ęquiuocũ,& tamẽ hoc vnũ quod dico, Tullius,& nomẽ est, & pes dactylus,& ęquiuocum. Itaq; siquis ex me efflagitet vt definiã E quid sit Tullius,cuiuslibet notionis explicatione respondeo. Possum enim recte dicere, Tullius nomen est, quo significatur homo summus quidam Orator, qui Catilinæ coniurationem consul oppressit. Subtiliter attende me nomen ipsum definisse: nã si mihi Tullius ipse,q si uiueret,digito mõstrari potuisset, tuisset,definiendus foret,non dicerẽ,Tullius est nomen,quod significatur homo,sed dicerem,Tullius est homo,& ita cætera adiungerẽ. Itẽ respondere possum,Hoc nomen Tullius est Dactylus, his literis constans: quod enim eas literas habeat,opus est innuere. Licet enim illud dicere, Tullius est verbũ,per quod ęquiuocantur inter se omnia cum hoc ipso quæ supra dicta sunt, & siquid aliud inueniri potest. Sed dico,Cum ergo hoc vnum quod dixi, Tullius, secundũ artiũ vocabula tam varie mihi licuit definire, quod dubitamus esse ambiguorũ genus ex ęquiuocis venientiũ, quod merito dici possit ex arte contingere? Diximus.n.ęquiuoca esse,quæ non vt vno nomine, ita etiã vna definitione possunt teneri. Vnde nũc alterũ genus est,quod ex loquẽdi vsu venire memorauimus. Vsum nunc appello illud verbũ, propter quod ver- F ba cognoscimus. Quis.n. verba propter verba conquirat & colligat? Itaq; iam cõstitue aliquẽ sic audire,vt notum ei sit,nihil de partibus orationis, aut de metris quæri, aut de verborũ aliquã disciplina: tamen adhuc põt cũ dicitur,Tullius,ęquiuocorũ ambiguitate impediri. Hoc enim nomine & ipse qui fuit summus Orator,& eius picta imago,vel statua,& codex quo eius literæ continentur, & siquod est in sepulchro eius cadauer,significari potest. Diuersis enim rationibus dicimus, Tullius ab interitu patriã liberauit: &, Tullius inauratus in capitolio stat:&, Tullius tibi totus legendus est: &, Tullius hoc loco sepultus est: vnũ enim nomen est, sed diuersis hæc omnia definitionibus explicanda sunt. Hoc igitur genus æquiuocorũ est, in quo iã nulla de disciplina verborũ oritur ambiguitas,sed de ipsis rebus quæ significantur. Aut si vtrunq; confundat audientẽ, vel legẽtem, siue quæ ex arte, siue ex loquendi vsu dicuntur,nõne tertiũ genus recte annumerabitur? Cuius exemplũ quidẽ in sententia aperte apparet,vt siquis dicat, Multi Dactylico metro scripserunt,vt est Tullius: Nã hic incertum G est vtrum Tullius pro exemplo dactyli pedis, an dactyli Poetæ positum sit: quorũ illud ex arte, hoc ex vsu loquendi, accipitur. Sed in simplicibus etiam verbis contingit,licet tantum vocem huius verbi Grammaticus audientibus discipulis enunciet, vt supra ostendimus. Cum igitur hæc tria genera manifestis rationibus inter se differant, rursum primum genus in duo diuiditur. Quicquid enim ex arte verborum facit ambiguitatem, partim sub exemplo esse potest, partim non potest. Cum enim definio quid significat nomen, possum hoc ipsum exempli gratia suppenere, quod dico nomen, vtique nomen est: hac enim lege per casus flectitur, dicendo nomen, nominis, nomini,&c. Item cum definio quid significat dactylus, hoc ipsum potest pro exemplo esse. Etenim cum dicimus,dactylus, vnam syllabã longam & duas deinde breues enunciamus. At verò cum definitur aduerbium quid significet,non potest huius ipsum exemplo dicere: etenim cum aduerbium dicimus, hęc ipsa enunciatio nomen est. Ita secundum aliam notionem, aduerbium vtique aduerbium est, & nomen nomen est: secundum aliam verò H aduerbium non est aduerbium, quia nomen est. Item pes creticus quando quid significet definitur, non potest hoc ipsum pro exemplo esse. Hæc enim ipsa enunciatio quando Cretic⁹ dicimus, creticus prima longa syllaba, dein- nomen de duabus breuibus constat: quod autem si- pedis. gnificat, longa syllaba & breuis, & longa est: ita & hic secundum aliam notionem, creticus nihil est aliud quàm creticus, & dactylus non est: secundum aliam vero creticus non est creticus, quia dactylus est. Secundum igitur genus, quod iam disciplinis verborum ad loquẽdi vsum dictum est pertinere, duas habet formas. Nam ęquiuoca dicta sunt, aut ex eadem origine venientia, aut ex diuersa. Ex eadem origine appello, quando vno nomine, ac non sub vna definitione teneantur, vno tamen quasi fonte demanant, vt est istud, quia Tullius, & homo, & statua, & codex, & cadauer intelligi potest. Non possunt quidem ista vna definitione concludi, sed tamen vnum habent fontem, ipsum scilicet verum hominem,cuius & illa statua, & ille liber,& illud cadauer est. Ex diuersa origine, vt cum dicimus, I nepos, longe ex diuersa origine filium filij & luxuriosum significat. Hæc ergo distincta teneamus, & inde illud genus quod ex eadem origine appello, in quatuor item diuidatur. Nam diuiditur in duo, quorum vnum translatione, alterum declinatione contingit. Translationem voco, cum vel similitudine vnum nomen sit multis rebus, vt Tullius, & ille in quo magna eloquentia fuit, & statua eius dicitur. Vel ex toto, cum pars cognominatur, vt cum cadauer illius Tullius dici potest: Vel ex parte totum, vt cum tecta dicimus totas domus.

Aut

Aut à genere ſpecies. Verba enim principaliter dicunt Romani, quibus loquimur. Sed tamẽ uerba proprie nominata ſunt, quæ per modos, & tempora declinamus. Aut ab ſpecie genus. Nam cum ſcholaſtici ſolum proprie, & primitus dicãtur ij qui adhuc in ſchola ſunt, omnes tamen qui in literis uiuunt, K nomen hoc uſurpant. Aut ab efficiente effectus, vt Cicero eſt liber Ciceronis. Aut ab effectu efficiens, vt terror, quia terrorem facit. Aut à continente q̃ continentur, vt domus etiam qui in domo ſunt dicũtur. Aut à conuerſa vice, vt caſtanea arbor dicitur quæ, & fructus. Vel ſi quod aliud inueniri poteſt qđ ex eadem origine quaſi transferendo cognominetur. Vides, vt arbitror, q̃d faciat in uerbis ambiguitatem. Quæ autem ad eandem originem pertinentia conditione declinationis ambigua eſſe dicimus, talia ſunt: Fac verbi cauſa quenque dixiſſe, pluit. Et hæc diuerſe utique definienda ſunt. Item ſcribere cum dicimus, incertum eſt utrum in infinitiuo actiui, an imperatiuo paſsiui pronunciatum ſit. Homo cũ vnum nomen ſit, & vna enunciatio, tamen ſit aliud ex nominatiuo, aliud ex vocatiuo. Quid doctius, & docte verbi enunciatio quoq; diuerſa eſt. Doctius aliud eſt cum dicimus, doctius mancipiũ: aliud cũ dicimus, doctius illo diſputauit. Declinatione igitur ambiguitas orta eſt: nam declinatio L nem nunc appello vel quicquid ſiue per voces ſiue per ſignificationes flectendo verba contingit. Hic doctus & docte, tantũ per voces flexum eſt. Hic homo & homo ſecundũ ſolas ſignificationes. Sed huiuſmodi genus ambiguitatum minutatim concidere ac proſequi pene infinitum eſt. Itaque locũ ipſum hactenus notaſſe ſuffecerit, ingenio præſertim tuo. Vide nunc ea, quæ ex diuerſa origine veniunt: nam ipſa diuiduntur adhuc in duas primas formas, quarũ vna eſt, quæ contingit diuerſitate linguarũ, vt cum dicimus,

Nã græcis ἴστε, ſonat ſcitis.

iſte, hæc vna vox aliud apud Græcos, aliud apud nos ſignificat. Quod genus nõ tamen omnino fuit: non enim vnicuique præſcriptum eſt, qui linguas noſſet, aut qui linguas diſputaret. Altera forma eſt, quæ vna quidẽ lingua facit ambiguitatem, diuerſa tñ eorum origine, q̃ uno vocabulo ſignificantur, quale eſt illud quod de nepote ſupra poſuimus. Quod rurſus in du- ſcinditur. Aut ſub codẽ genere partis orationis, ſicut nomen eſt nepos, cum filium ſilij, & cum luxurioſum ſignificat. Aut ſub diuerſis, vt dictũ eſt à Terentio, Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris? Sed etiam iſtuc, pronomen, iſtuc aduerbium. Iam ex vtraque, id eſt, arte & uſu verborum, quod in æquiuocis tertium genus poſueramus, tot ambiguitatũ formæ poſſunt exiſtere, quod in duobus ſuperioribus poſueramus. Reſtat ergo illud genus ambiguum quod in ſcriptis ſolis reperitur. Cuius quatuor ſunt ſpecies, Aut enim ſpacio ſyllabarum fit tale ambiguum, aut acumine, aut in vtroque. Spatio autem, vt cum ſcribitur, venit, de tempore incertum eſt, propter occultum primæ ſyllabæ ſpatium. Acumine autẽ, vt cum ſcribitur, pone, vtrum ab eo quod eſt pono, an ut dictum, ponè, ſequens, nanque hãc dederat Proſerpina legem: incertum eſt per placentem acuminis locum. At uerò ex utroq; fit, vt in ſuperioribus de lepore diximus, nõ ſolũ producenda, ſed acuenda eſt ẽt penultima ſyllaba huius verbi, ſi ab eo quod eſt lepos, non ab eo qui eſt lepus deflexũ eſt.

Pone
Pone
Geo

D. AVRELII AVGVSTINI CATEGORIAE DECEM

ex Ariſtotelis libro non verſæ, ſed decerptæ.

CVm Omnis ſcientia diſciplinaque artiũ diuerſarum nõ niſi oratione tractetur, nullus tũ, ò fili Adeodate, in quouis genere pollens inuentus eſt, qui de ipſius orationis uellet origine principioue tractare. Idcirco miranda eſt Ariſtotelis philoſophi diligentia, qui diſſerendi de omnibus cupidus, ab ipſius cœpit examine, quam ſciret, prætermiſſam à cunctis, & omnibus neceſſariam. Is igitur nos docuit ex octo his, quas Grãmatici partes orationis vocant, eam ſolam recte appellari orationis partẽ, quæ indicaret aliquid, vocabuloq; ſignaret. Itaque ſolas orationis partes authore Ariſtotele, nomen & uerbum debemus accipere. Cæteras uero ex his fieri, & compagines orationis, potius, quàm partes eius debere nominari. Nomen nanque perſonam demonſtrat, verbum quid quiſque faciat patiaturue. Dehinc hoc docente debemus aduertere, quo compendio paulatim oratio coarctata per gradus cuncta quæ ſunt vno vocabulo capta concluſerit, Nam cum ſit diuerſa innumerabilisq; mortalium nuncupatio, nec comprehendi poſſit nomi-

nominum tam lata diuerſitas, vno tamen vocabulo cum hominem dixeris noſcis omnes. Similiter & cætera, vt equus ille ἵππος, vel ἄνθρωπος, vel θεός, vel ille atque ille. Et quanquam ſit horũ nominũ quoq; infinita comprehenſio, equum tantum cum quis dixerit, monſtrabit omnes. Et ſiquis leonibus, quod fieri ſolet, vel bobus imponat nomina, in immenſum tenditur vniuſcuiuſque cognitio, & acies mẽtis obtunditur. Sed cùm leonem, vel taurũ dixeris, omnes qui vbiq; ſunt, ſub vno nomine naturæ ſuccedunt. Verum orationis vis, quæ infinita genera procreandi varietate ſingulis vocabulis colligauerat, parum feciſſe viſa eſt, niſi eadem coarctata in vnum ſingulari nuncupatione concluderet. Ideoq; & hominem & feram & equum dixit animal, dãs cunctis nomen quod omnia poſsideret. Nec minus ea quæ ſine anima ſunt, breui ex immenſa demonſtratione ſignauit: nam cum ſit arbor & nucis & caſtaneę & glandis & maliſ cæteraq; inexplicabilia genera virgultorũ, ſurculum vocans, ſingulari omnia & communi vocabulo aſtrinxit. Similiter ornamentorum diuerſos lapides compendioſè vocauit gemmas. Poſtremo licet abunde proſpexerit diſperſa paſsim genera ſpeciali nota conciliaſſe, tamen ingenti quodam & capaci ad infinitum nomine omne quicquid eſt comprehendens dixit οὐσίαν, extra quã nec inueniri aliquid, nec cogitari poteſt. Hæc eſt vna de categorijs decẽ. Appellatas verò categorias conflat propterea, quòd non poſsint niſi ex ſubiectis agnoſci, ὡς κατὰ τῶν ὑποκειμένων. Quis enim quid ſit homo poſsit agnoſcere, niſi aliquem ſibi hominem ponat ante oculos, quaſi ſubiectum homini? Ne autem progrediente tractatu, in quo plurimis exemplis opus eſt, eadem ad docendum nomina repetantur, ac ſæpe accidat, vt vel Hortenſij, vel alterius hominis, vel ſuperius animalis, vel excelſius vſiæ frequentata exempla in faſtidium recidérent, alia his vocabula, quibus ad differendũ Philoſophi vterentur, inflexit. Itaq; Hortenſium, & nucis arborem, & equum Xanthum, & his ſimilia, αἰσθητά, ἄτομα, ἀναρίθμα, καθ' ἑκάστα vocauit: αἰσθητὰ, quòd tactu ſentiantur: ἄτομα, q̃ diuidi & ſecari nequeant. Quis enim credat Hortenſium cædi poſſe per partes? Quod ſi fiat, Hortenſius iam non erit: ἀνάρίθμα, quòd ſint numeri vnius: καθ' ἑκάστα, q̃ ſingularia. Neq; enim hæc in vno quouis geminari poſſunt. Deinde altiora, id eſt, hominẽ, equũ, leonẽ, arborem, θεὸν

Iliad. β. ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρὴ καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο. quãquam hic θεὸν pictheton uideatur, non proprium.

vel ἄνθρωπον ars dicit, quaſi partes generis & rerũ formas. Dehinc ſuperiora, id eſt animalia & virgulta, & gẽmas, & lapides, genera nuncupauit, ex quibus partes, vel formę naſcuntur. Eadẽ tamen genera ſpecies etiã nominari poſſunt, quod habent excelſius aliquid, id eſt vſiã, ex quo oriri videtur & naſci. Ipſam E vero vſiam, ſupra quã nihil eſt, appellari voluerunt. His ita compoſitis, ea quę mente De æqui
concepta, ſignari & demonſtrari poſſunt, ag- uocis
greſſus Ariſtoteles, omiſit, illa interim quę multiuo
de verborũ ratione tractanda ſunt, cũ in lin- cis & ſi-
guæ uſu ꝓuenerint, ut uno nomine res mul- milibus.
tæ, & multis nominibus res una nũcupetur. Cap. 1.
His rebus quias unum nomen complectitur, duo uocabula ars dedit, ut ex his alia homonyma, alia ſynonyma vocaret. Homonyma ſunt, cùm res quidẽ plures cõmune nomen accipiunt, interpretatione verò eiuſdem rei ſeparantur, vt homo pictus & verus. In his nanque vnum nomen eſt: verum ſi ad definitionem, vel ad interpretationem hominis redeas, inueniuntur iſta diſparia. Cùm enim dixeris, verum hominem animal eſſe, quod riſum capiat, & uim rationis admittat, cum de picto idem nõ poſsis dicere, neceſſario inueniuntur eſſe diſparia. Regulariter autem accipere debemus, omne nomen licet proprium, quod poſsit eſſe commune cum cæteris, homonymũ uocari, ut Cicero, non unus, ſed plures. Sed ſi omiſſo nomine ſignis potius demonſtrare uelis quis ſit ille Cicero, quis alius, quis tertius, alia de alio ſigna narranda ſunt, ut alium craſſum dicas, alium tenuem: uel longus dicatur alius, alter breuis, candido colore quis, alter nigro. Hæc igitur quoniã Æquiinter ſe diſcrepãt, ſolo ſociata nomine, homo- uoca.
nyma dicta ſunt, uocabulo iuncta, rei interpretatione diſcreta. Synonyma uerò ſunt Vniuores, quæ & nomine & ſui interpretatione iun- ca.
guntur, ut eſt animal: id enim de homine & F
equo, & de fera, & de auibus dici poteſt. Animal eſt quod cibum capiat, quod mortale ſit, quod ſenſu moueatur. Nunc ad eas res, quæ ſingulæ multis nominibus aſsignari ſolent, ueniamus. Quanquam hanc partem Ariſtoteles, ut ſuperius dictũ eſt, prætermiſerit, idcirco q̃ de his quę ſignificantur, non de his quæ ſignificant, diſſerendum putauit. In his autẽ non rerum, ſed nominum uertitur quęſtio. Hæc diuiſa ſunt ſimiliter in partes duas Multiuo
& alia πολυώνυμα alia ἑτερώνυμα ſunt. Po- ca.
lyonyma ſunt cum multa omnia unam rem Diuerſi-
ſignificant, neque ulla differentię nominum uoca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

zedditur ratio,vt ensis,mucro,gladius. Hæc enim cur una rem tot significet, nec discerni nec definiri potest. Dehinc heteronyma à multis æque nominibus res singulas tenent. Verum in his habet rationem diuersitas nominum, velut est homo terreus mortalis: homo ab humanitate, terreus à terra, in qua cuncta gignuntur:mortalis à necessitate mortis. Claret igitur in his nominum originem quæri, in superioribus rerum: quamobrem his omissis, Aristoteles superiorum maluit mouere tractatum. Ergo ad homonyma redeamus, quę diuidũtur in duas partes:aut enim fortuitu fiunt, aut hominũ uoluntate nascuntur. Fortuitu fiunt enim,cum quodam casu simile quis alteri nomen accipit. Voluntate,cũ similitudo nominis ex industria imponentis affigitur.Horũ autẽ quę industria vel volũtate nascunt,quatuor sunt genera: κατ' ἀναλογίαν,ἀφ' ἑνὸς,πρὸς ἕν: vt eadem Latinus quoque sermo declaret, Similitudo,proportio, ab uno,ad vnum. Similitudo est,ut homo pictus,& verus in sola similitudine copulantur. Proportio est quod κατ' ἀναλογίαν Græci vocant, vt quo pacto principiũ aĩalis cor dicimus, ita principium aquę fontem dicamus:proportio enim sui similitudo nominis uidetur adiuncta. Ab uno est cum dicimus à medicina medicinale ferramentum,medicinalis scientia, medicinalis usus,medicinale præceptũ, ab uno in cuncta descendunt. Ad unum, vt alla potio salubris est,ille medicus salubris est,ferramentum illud salubre. Hæc enim cuncta unum ideſt salutem videntur attingere. Sed plerique mouere assolent,quæstionem,de quibus magis Aristoteles voluit inchoare tractatum. Primo de ijs quæ sunt, secundo de ijs quæ percipiuntur,tertio de ijs quæ dicuntur.Primo sunt res omnes, quas natura peperit: secundo percipiuntur ea,quorum imagines in animo videndo formamus, & recõdimus:tertio dicunt illa, quibus ea quæ sunt impressa animo efferunt. Id nanque quod quis concipit animo,lingua prosequẽte declarat.Sed,vt Themistio nostræ ætatis erudito Philosopho placet, de his Aristoteles tractare incipit,quæ percipiunt,quæq; ipse vocat Græco nomine σημαρόμενα, siue φαντασίας .i. imagines rerũ insidẽtes animo. Verũ cũ de perceptis proposuerit disputare,& de ijs quę sunt, & de ijs quæ dicuntur necessario locuturus est. Percepta.n.ex his oriuntur quæ sunt,quæ videndo percipimus: perceptorũ autẽ deerit demõstratio, nisi eorum quæ dicuntur auxilio fuerint demonstrata. Ergo quanquam seperatim postea ea quæ sunt definiturus sit, mixtã tamẽ de tribus disputationẽ debemus accipere. Nam de perceptis qui loquitur,& originẽ rerũ trahit,& præsidia orationis implorat. Superfluam igitur quæstionẽ mouet, qui dicit scrutari oportere cur Aristoteles in principio suo Homonyma lege vel dixerit, vel detexerit,si de his, quæ percipiuntur fuerat tractaturus, cum liqueat non posse dici aliquid, nisi quod perceptũ fuerit,nec percipi aliquid posse,nisi res fuerit, de qua imago intuendo capiat. His ergo cognitis, paronyma videamus,quę sunt in homonymorũ, & synonymorũ medio cõstituta,& quæ nec uis. paronyma dici possunt, nisi in se habuerint vtrorumq; contractũ.i. nisi & nomẽ homonymorũ, & negociũ synonymorũ videatur habere commune,vt à sapientia sapientẽ,vel medicum à medicina dicamus,eadem in medico quæ in medicina,& actus similitudo uidetur,& nominis. Propterea recte paronymum dictũ est,quod aliunde nomen acceperit. Verum ne eadẽ videantur paronyma,& homonyma,quę ab uno dicuntur.i.ab ὁμοῦ, mũ hanc differentiam debemus agnoscere, quod ipsa paronyma inter se quidem propter similitudinem nominis homonyma sunt illius, tamen nominis paronyma dicũtur,vnde nomen acceperint: utputa à sapientia dicamus hominem sapientem,sapiẽs consilium: inter se hæc homonyma sunt, ipsius uerò sapiẽtiæ paronyma.Obseruari tamẽ oportet,vt commutationem ultimæ syllabæ habeant: neque ita finiantur paronyma quemadmodum desinunt ea de quibus originem ducunt: vt medicina & medicus, medicina alijs literis clauditur,alijs medicus.Hanc igitur differẽtiam nisi paronyma habuerint, & nisi cum synonymis negocio,cum homonymis nomine fuerint copulata, homonyma potius q̃ paronyma nominãtur. Vt si à malitia vitiosum dicamus,negocio quidem cum synonymis conuenit, sed ab homonymis diserepat nomine.Neque enim uitiosus, & malitia fimilia sunt, quanquã eodẽ intellectu sentiantur. Quod si à malitia dicatur malus, recte vtrunq; cõuenit. In ultima uerò syllaba nõ mutantur hoc modo, vt si dicamus à sapiẽtia verba sapientia.Hic cũ nulla commutata est syllaba, paronymi excluſa est nuncupatio. Vnde cõstat hęc, & his similia homonymis potius debere cõiũgi.Scire ẽt debemus, verba aut

Aequoca quot modis.

Quid agat in categorijs. Cap.3.

ba aut simplicia esse,aut certe cõiuncta. Coniuncta sunt,equus currit: simplicia,cum hæc separatim & dicuntur singula: vt equus,currit.Sed iam satis de his quæ dicuntur dictum puto. Restat vt eorum quæ sunt, quo pacto Aristoteles tractauerit,enarremus. Sunt igitur illa quæ aut percipimus sensibus, aut mente & cogitatione colligimus.Sensibus tenemus quæ aut videndo, aut contrectando, aut audiendo, aut gustando,aut odorando cognoscimus.Mẽte,vt cũ quis equũ,aut hominem,aut quodlibet animal viderit, quanquã vnum corpus esse responderit,intelligitur tñ multis partibus esse concretum. Siquidẽ alia pars sit capitis,alia pedũ,cæterorũq; membrorũ,in ipso capite partes suas aures habeãt, habeat propriã linguã.Ipsæ quoq; partes singulæ multa in se habeãt quæ diuidi & separari possint: vt caro sit aliud,aliud coriũ,aliud venę,aliud nerui,aliud capilli.Ergo hęc mente vel intellectu colligimus, ad quæ nostri sensus penetrare nõ possunt.Consideramus etiã illa,& animi intentione cognoscimus,vel hominem, vel aliud animal crescere, senescere: nunc stare,nunc mouere gressus: modo angi curis, modo secura mẽte conquiescere: sanitate alias frui, alias dolorẽ perpeti: ex nigro album, nigrũ ex albo colore mutari: peritũ ex imperito, doctũ ex indocto,ex mansuetο ferum,ex feroci mãsuetum. Cũ igitur in ijs quæ sunt,alia sensibus, alia mẽtibus colligantur, separare hæc proprijs nominibus homines eruditi maluerunt: & id quod dignoscitur sensibus,iam dici οὐσίαν: illud autẽ quod animi tractatu colligitur, ac sæpe mutatur, συμβεβηκός, id est, accidens nominare voluerunt. Et qm̃ in permanente vsia ea quæ accidunt inesse noscũtur ipsam vsiam ὑποκείμενον, id est,subiacens, & non subiecto appellari voluerunt: illa vero quæ accidũt, τὸ ὑποκείμενον, id est, in subiacenti dixerunt. Sine dubio tũ illud oportet à nobis agnosci, vt sicut potiorẽ vsian accidẽtibus dicimus, sic potius πρῶτον, vel καθ' ἕκαστον, id est, hunc hominẽ,vel hunc leonem ijs quę fuerint communia, vel cõmuni vocata animaliũ nomine, iudicare.

Rursus ad ea,quæ significantur,Aristoteles regressus est, quot modis ea quæ sunt significari assolent,monstraturus. Ex his igitur quæ sunt,alia de subiecto significantur, & in subiecto nõ sunt vt homo: de subiecto quidem significatur,aliquo homine subiecto; enim homo dici posset,nisi esset aliquis, de quo diceretur. In subiecto autẽ nullo est;cũ ipse sit vsia,quã superius diximus in nullo vnquam subiacenti esse,quippe cum sit cæteris ipsa subiecta. Alia vero nec in subiecto sunt, nec de subiecto significantur,vt est Cicero: Nec in subiecto est,quia vsia est: nec de subiecto aliquo significatur, siquidẽ cum à se ortũ vocabulũ teneat,neq; intelligi possit aliunde. Dicta sunt duo quę ad vsiã pertinẽt, quo pacto significentur,quorum su erius κοινὸν, id est, cõmune,inferius καθ' ἕκαστον, id est,pro parte dicitur. Nunc ea quæ sunt ex accidentibus, quonã modo significentur dicendũ est.Sunt igitur ex ijs alia quæ & in subiecto sunt,& significantur de subiecto,vt est scientia,vel color.Sũt.n.in subiecto aliquo,id est,in animo, vel corpore: neq; enim scientia põt esse,nisi sit anima subiecta quã cõtineatur: nec significari scientia posset, nisi de subiecta Grãmatica: vel nec color quisquam posset esse,nisi in subiecto corpore: nec significari posset, nisi de subiecto aliquo colore. Ita fit vt & in subiecto sint,& de subiecto significentur. Alia verò sunt ex ijsdẽ συμβεβηκότα, id est, accidentibus,quæ in subiecto quidem sunt, sed de subiecto minime significantur,vt est hæc Grãmatica,vel hic albus color. In subiecto quidẽ sunt animo vel corpore, de subiecto aũt non significantur. Neq; enim his aliunde vocabulũ pendet, sed suo & speciali nomine designantur.In ijs quoq; accidens superius,commune hominamus:inferius vbi iam certa res est pro parte,hoc est καθ' ἕκαστον dicitur.Verũ ne aliquid non apertũ prꝛerire Aristoteles existimaretur, & oriundis quæstionibus occasionẽ daret de eo quod in subiecto est, voluit tractare diligẽtius, ac definire quid esset accidens,vt calumniantibus aditus clauderetur. Definiuit ergo in subiecto esse quod in altero est aliquo, non vt pars sit quædã,neq; sine eo in quo est potest vnquã esse.Hæc definitio addita propterea est, quia dici posset digitum vel pedem in subiecto esse, id est in corpore. Hoc igitur excluſit cauta definitionẽt,dicendo id esse in subiecto,quod eius pars nõ sit in quo est.Digitũ aũt vel pedẽ partem esse corporis constat.Dehinc à calumniantibus dici posset, aquã vel vinum in quodam cado quali in subiecto esse. Sed id oriri docta definitione non sinit, addens id esse in subiecto quod sine subiecto esse non posit. Vinũ autẽ vel aquã sine cado, in quo fuerint posse & alibi esse nõ potest dubitari. Interea hoc loco debemus aduertere qua arte definitio disponatur.Primũ.n.hũc per impẽsum ten-

Subſtantia & accidens. cap.5.

Substantia.

Accidẽs.

Quæ dicuntur de subiecto, quæ sunt in subiecto. cap.6.

In subiecto esse.

De arte definiendi.

Universidad de Deusto Biblioteca

di oportet, incipiẽtem à genere, Dehinc paulatim per partes currẽdo peruenire debet ad id in quo solum est, id quod definitur. Vt ij qui signa formant, primũ immensum subdeligunt lapidem, dehinc paulatim minuẽdo & abscindendo superflua ad formandos vultus, & membra perueniunt. Sic definitio à genere incipiens depulsa, paulatim generalitate verborum, ad proprium demonstrandæ rei cubile tendit accedere. Sed ad propositũ reuertamur. Tractatus.n. erat de ijs q̃ sunt, quemadmodum significentur, de quibus q̃m iam multa dicta sunt, illud regulariter nobis tenendum est, omnia eathecasta, uel enarithma, uel atoma, vel æstheta id est hunc hominem, uel hũc equum, uel hanc arborẽ, de subiecto signãri nõ posse. Sin verò hęc eadẽ de accidentibus fuerint. i. hic color, hæc disciplina, in subiecto esse posse. Quemadmodũ. n. superius demõstratũ est, omne accidens sine subiecto esse non potest. Docti igitur sumus quo pacto, vel subiectũ, uel in subiecto possimus agnoscere. Dehinc nos Aristoteles docet, & illa, quæ de subiecto significantur qua ratione cognoscamus. In his aũt speciale illud est, quod eadem in ipso subiecto inueniuntur, quæ sunt in eo quod de subiecto significatur. Vt enim animal de subiecto significatur, homine vel equo, sic & homo de subiecto aliquo homine significetur necesse est. Cicero aũt & homo est & animal. Quęcunque igitur prædicari de animali possunt, eadem & de homine, & Cicerone prædicantur. Quapropter ea quæ in eo quod de subiecto significatur inueniunt, & in eo qđ subiectũ est necesse est inueniri: Vt si dicas, aial est quod cibum capiat, quod mortale sit, qđ sensu moueatur, animal autem de subiecto significatur homine, eadem tamen, & de homine dici necesse est quæ de aiali dicta sunt. Deinde, quæ de homine dicta fuerint, eadem & de Socrate. Certum autem est Socratem subiectum eé homini, hominem autem animali. Quicquid igitur in ijs quæ de subiecto significantur dictũ fuerit, idem & de ijs quæ subiecta dicimus prædicabitur. Regulariter autem illa de subiecto significantur, quæ per seipsa cognosci non pũt, vt animal intelligi nõ potest, nisi de subiecto homine: sic homo aduerti nõ potest, nisi de subiecto aliquo homine dignoscatur. Nunc quoniam de Categoriarũ omnium generibus & speciebus, & differentia locuturus est, inspiciendum priùs uidetur, quid sit genus, quid species, quid differentia. Genus igitur est quod secundum multa, & differentia quid sit specie ostenditur atque significatur, vt est vsia. Omne quidem vsian dicimus, sed hoc commune nomen specie separatur, cum dicimus animal vel lapidem. Ita fit ut uno quasi coniuncta uocabulo, specie separentur. Differentia vero est quæ secundum multa & differentia, non quid sit, sed quale sit specie prædicatur: vt est animal gressutũ volatile, aquatile, bipes, quadrupes: Genus ergo, & differentia specie significantur, sed genus quid sit, differẽtia autem qualis sit specie possunt agnosci. Species autem est, quam quidam, & formam uocant, quæ secundum multa, & differentia quid sit numero prædicatur atque cognoscitur: ut est homo. Hoc nomen homines cunctos complectitur, & videtur id facere quod species dũ de aliquo homine prædicatur, qui numerum in seipso contineat, id est hic primus, ille secundus, iste tertius. Vt tamen hæc tria uno exemplo monstremus. Genus est, animalia: differentia, bipes, quadrupes: species, homo, equus. Sed ut genus nullũ est qđ nõ habeat differentiã, sic nec differẽtiam intelligere debemus, quæ species non habebit; ut nigrum & album nõ habent differentiã, propterea quod ex se species non emittunt. Quæ.n. alia species inueniri potest albi vel nigri? Q̃m igitur quid sit genus, quid differentia, quid species, separatũ est, ad Aristotelis iã dicta veniamus. Hoc.n. docẽte cognouimus, eorum generum q̃ inter se diuisa sunt, nec differẽtias easdem posse esse, nec species. Alia enim & species & differentia est, dum quæritur quid sit, alia dũ quale sit, alia dum quantum sit: ut si velis animalis dicere differentiam, dicas volatile, bipes, gressutum: si uelis speciem, dicas hominem vel aquem vel equum. Nunquid nam & de disciplina eadẽ differentia vel species dici potest, propterea quod genera diuersa sunt animal & disciplina? Animal enim Categoria est usiæ, disciplina Categoria qualitatis. Denique illa genera, q̃ alterna sibi societate ἐπάλληλα coniuncta sunt, easdem differentias & easdẽ species hñt, ut est usia, huius species est animal. Sed idem animal genus est cæteris, ideoq; & species & genus dicitur. Q̃m hæc igitur duo genera inuicem se tenent, q̃ Aristoteles quoque ἐπάλληλα nominauit, easdem differentias habẽt: ut si dicas vsian esse animal mortale, bipes, risus capax, eadem & de animali potes dicere, homo est aial mortale, bipes, risus, capax. Certũ est ergo inuicẽ sibi coniunctis generibus, easdem, & differentias, & species inueniri. In diuersis aũt generibus hoc prouenire non posse.

Rursus Aristoteles ad ea q̃ dicũtur reuertit, quã q̃ superius dixerimus alterũ sine altero tractari nõ posse. Nã & qui dicit aliquid, de eo dicit qđ est: & id qđ est non põt ab altero intelligi, nisi dicat. Eorũ ergo quæ nulla sui copulatione dicunt, quodcunq; singulare dictũ fuerit, aut usian significat, aut quãtitatẽ, aut qualitatẽ, aut adaliq̃d, aut iacere, aut facere, aut pati, aut vbi, aut q̃n, aut habere. Hæ sunt Categoriæ decẽ, quarũ prima usia est, scilicet q̃ nouẽ cęteras sustinet. Reliquę uero nouẽ συμβεβηκὸς τὸ, ideſt accidẽtia sunt. Ex q̃bus nouem, sunt alia in ipsa usia, alia extra usian, alia intra & extra. Qualitas, quãtitas, & iacere in ipsa vsia sunt. mox.n. ut vt vsian vel hoiem vel equũ dixerimus, aduertamus necesse est bipedalẽ, quadrupedalẽ, aut albũ aut nigrũ, aut stantẽ, aut iacentẽ. Hęc in ipsa vsia sunt, & sine hac ipsa eé nõ possunt: Alia sunt extra usian, vbi, q̃n, habere: & locus ad vsian nõ pertinet, & tps, & vestiri et armari, sed ab vsia separata sunt. Alia sunt cõmunia, id est, et intra & extra usiam: Ad aliq̃d, et facere & pati. Ad aliquid, ut magis, et minus: utraq; .n. dici nõ possunt, nisi coniũcto altero, quo magis sit vel minus. Propterea ergo vnũ in se habet, aliud extra se. Itẽ facere extra est & intra, vt cædere quisq; nõ põt dici, nisi alterum cædat: uel legere, nisi ipse legens aliud sit, aliud quod legit. Ita ergo & in vsia hęc est, & extra vsian. Pati similiter: cædi.n. vel uri nullus potest, nisi ab altero patiatur. Propterea hæc quoq; & in usia est, & extra vsian. Hæc igitur cum singularia sunt, nihil affirmant: copulata uero faciunt ex se aliquẽ sermonẽ: vel προστακτικὸν, uel εὐκτικὸν, uel ὑποθετικὸν, uel κλητικὸν. Vt hæc quoque Latino ore monstremus, vel imperatiuum, vel optatiuum, vel interrogatiuũ, vel vocatiuũ. Hæc quoq; sermonis quasi quatuor genera suspẽsa sunt atque simplicia interim, ideoque semiplena. Neque enim iam intelligitur vel quid imperatiuum sit, vel quid optatiuũ, vel quid interrogatiuũ, vel quid vocatiuum, nisi accesserit genus ἀποφαντικὸν. i. pnũciatiuũ, quod habeat in se quandã confirmandi sententiam, quę aliquid aut addat aut demat: quod Aristoteles κατάφασιν, & ἀπόφασιν dixit: ut est, Cœlum hoc volubile est, cœlum hoc non est volubile. Ipsum denique pronũciatiuum, quod diximus apophanticon, aut falsum est aut verum. Quamobrem omissis illis quatuor, quę magis ad Grammaticos vel Oratores pertinẽt, huius apophantici, quod ad Philosophos pertinet, Aristoteles habuit mentionẽ. Expositis igitur omnibus, quæ disputaturis necessaria videbantur, singulas siue subcategorias oportuit definiri. Sed usia quoniã stantia. secundum artem definiri non poterat, quæ præcipit, ut definitio quo posit tendi latius, a genere sumat exordium: ipsa autem usia genus nõ habet cum oia ipsa sustineat, p partes eam voluit definire, ut quid sit nõ solũ eius definitione, verum partium quoq; cognitione uoscatur. Est igitur usia proprie & principaliter dicta, quæ neque in subiecto est, ne que de subiecto significatur, ut est hic homo, uel hic equus. Secundæ dicuntur vsię genus & species id est animal & hõ. Has ergo secũdas substantias noiari dicit, propterea, quod illa sit potior, q̃ neq; in subiecto est, neq; de subiecto prędicat. Secundæ aũt substantiæ, id circo dictæ sunt genus & species, quod solæ iudicent primam. Vt si quis nolit vel nesciat dicere Socratem, dicat animal vel hominem id est genus vel speciem: his verò dictis, quid sit Socrates agnoscitur. Aliud autẽ si dicat, vel currit vel ambulat, nihil possit agnosci. Manifestum est autem ea quæ de subiecto significantur, cum his, quæ subiectum sunt & nomen, & rationem nominis habere communem, vt homo & de subiecto aliquo significatur homine, sed non solum nomen verũ etiam rationem eandem in subiecto inuenies, quæ in eo quod de subiecto significatur poteris inuenire. Ipsarum deinde secundarum vsiarũ potior est species genere. Magis.n. proxima est primæ usiæ quàm genus. Si.n. quis velit ostendere quid sit prima vsia, facilius monstrabit si dixerit speciẽ quàm si dixerit genus. Vt si quis Socratẽ volens dicere omisso eius nomine, magis eũ significet si hoiem dixerit, quàm si animal. Animal enim & equũ & aquilam possumus agnoscere. Deinde ut primæ substantiæ subiectę sunt omnibus & his omnia sustinentur, ita ẽt species gñi, atq; ideo magis vsia ista, q̃ cætera. Videndum est ét ne quam speciẽ solam putemus, eadem sit & genus, ut si quis animal dixerit, dixit & genus. Deinde si dicat hominem, equum, piscem, auem, pronunciemus omnia solas species esse. Cum.n. sint homo & equus, species manifestę sunt, piscis autem & auis, genera & species. Non.n. una

Pro ἐναρίθμῳ Aristoteles τὸ ἐνάριθμον.

Quid genus quid species. Cap. 7.

Quæ de subiecto significentur.

De definitionis in generali. Cap. 8.

Quæ sunt in substãtia & quæ extra.

Quæ extra, & intra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

forma est auium & piscium, propterea ergo & species & genera nominantur. Illæ autem quę solũ species sunt sicuti est homo, equus, aquila, taurus equa, virtute vsiæ sunt. Vt.n. homo est, sic & equus, & aquila, & taurus in suo genere. Decursis igitur partibus, p quas vsia definita est, & alio modo voluit eam definire, si oſtẽderet ea quæ necesse est in ea naturaliter inueniri. Ea enim quę insunt cuiq;, aut in solo & in omni, aut in solo & non in omni, aut in omni & non in solo, aut nec in solo, nec in omni. Hæc Græci vocant ἐν μόνῳ καὶ ἐν παντὶ, ἐν μόνῳ καὶ οὐκ ἐν παντὶ, ἐν παντὶ καὶ οὐκ ἐν μονῳ, καὶ οὐκ ἐν μονῳ καὶ οὐκ ἐν παντί, Vt si hominẽ definire volens, dicat risus capacẽ esse, hoc & in solo est, & in omni. Solus nanq; homo ridet, & cunctis ridere naturale est. Secundo, In solo & non in omni: vt si hominẽ definiens, capacẽ disciplinę dicat esse, hoc in solo quidẽ homine inueniri potest, non tamen in omni: neq; enim omnes disci
M plinas aliquas didicerunt. Tertio, In omni, & non in solo: vt siquis hominem definiens, dicat id hominẽ esse quod ambulat, & quod cibum capit: hoc in omni quidem est homine, non tamen in solo. Nam & pecudes cibũ capiunt, & ferę currunt. Quarto, Nec in solo, nec in omni: vt siquis in hominis definitione id esse hominẽ dicat, quod albũ est, nec in solo, nec in omni est. Neq; enim autẽ homo solus candidus inuenitur, & non bos, aut equus, aut omnis homo albus est. Duo ergo sunt quæ ad inuestigandũ aliquam viã monstrant, & duo quę certum aliquid significare non possunt. Id quod est, nec in solo, nec in omni, nihil ex hoc possunt agnoscere, siquidẽ cum generale est. Alterũ in omni non in solo, non habet differentiã, propterea q; similiter respuẽdum est. Duo sunt reliqua quæ certis signis id in quo fuerint, poterunt demonstrare, id est in solo & in omni. Dubitari.n. nõ potest, quin cũ inueneris, pronũcies quid sit id in quo inesse cognoscitur. Alterũ est in solo, non in omni, non quidem virtutis eiusdem, veruntamen quod ad definiẽdam rem necessario quærendum sit, si primum non potuerit inueniri. Nunc igitur vt deliguet vsiã, ab omni, non solo argumentari incipit, cum demonstrat esse secundas vsias, quas idcirco
A secundas dicit esse, quia id in his inueniri poQuare dicantur vsiæ secundæ. terit, quod in primis. Denique dicit cõe hoc esse cuilibet vsię, vt in subiecto non sit. Cum igitur nec genus, nec species in subiecto inueniuntur, manifestũ est hæc secundas vsias debere nominari. Deinde hinc quoq; ostendit genus & speciẽ secundas vsias esse, q; omnia quæ sunt in subiecto, cũ iis quæ sibi subiecta sunt interdũ solum nomen, non tñ & rõnem possunt habere cõem. Genus aũt & spẽs cũ subiectis, id est cũ aliquo homine certã & rationis habẽt, & nominis societatẽ. Mõstratis ergo secũdis vsijs, id est genere & specie, differentia sola restabat, quę consyderanti diligentius, quasi accidens esse videtur. Siquidẽ bipes vel mortale, vel rationale cũ animal dicitur, non quid sit, sed quale sit potius demonstratur, ideoq; videtur vim tenere qualitatis. Verũ quãdo à genere prima oritur differentia, & sic sequitur species, in accidẽtibus non debet numerari. Atq; ideo Aristoteles eam significatione quidẽ mistã dixit, virtute aũt inter vsias habendã decreuit. Eadẽ.n.in hac inueniri pronũciat, quæ & in cæteris substantijs reperiuntur, id est cum subiecto posse, & nomen & rationẽ habere consimilẽ. Cum.n. B
gressutum hominẽ dicimus, in subiecto idẽ De
& vocabulũ & eius rõnem eandẽ possumus cæteris
inuenire. Socrates.n.& homo est & gressucap.
tus. Similiter prosequitur cætera argumentando varie ita demonstrans, quædam inesse vsiæ, quæ sola & omnis habeat, quędã quæ sola & nõ omnis, quędã quæ omnis & nõ sola, quædã nec sola, nec omnis. Quæ qñ in Aristotele ipso manifesta sunt, superfluũ visum est aperire: maxime cũ hic sermo nõ trãsferre omnia quæ à Philosopho sunt scripta, decreuerit, sed ea planius enarrare, quę rudibus videbãtur obscura. Descripta igitur vsiæ, Genera
quoniã definiri nõ potuit propter eas causas, quas superius memoraui, accidentiũ definitionẽ necessarius ordo poscebat. Quorũ primũ est, quantũ, nec sine causa: nã cũ aliquid viderimus, id necesse est quãtũ sit æstimare. Quantũ verò sit, inueniri nõ potest, nisi fuerit adhibita mensura collectũ. Si ergo omissa latitudine solam quis longitudinem voluerit emetiri, longitudo sine latitudine mensuræ subiecta γεμμὴ dicitur. Non q̃ sit longitudo aliqua, quæ careat latitudine, sed quod solam quis metiens longitudinem, γεμμὴν meturi dicitur. Emensa vero cum longitudine latitudo, dicitur ἐπιφάνια. Si autem & al- C
titudo fuerit mensuræ sociata, corpus cuncta perficiũt. Quod tñ nõ ita accipimus, quemadmodum solemus accipere naturale, ne ad vsiam reuerti videamur. Deinde metimur & locũ in quo aliquid constitutũ est, tempus quoq; mensuræ subijcitur: nam cum mouetur

tur aliqd, ipso motu necesse ẽ & tẽporis habere mensurã, cũ dicimus primo vel secũdo vel tertio anno peruenit, vel mense, vel die, vel hora, vel momento. Hoc modo igitur quantũ sit quidq; colligit. Ipsius aũt quanCohærẽtia quæ sunt. ti aliud est cohærens, aliud seperatũ. Cohærens est gramme, epiphania, corpus, locus & tẽpus. In his.n.singularũ partium terminos non põt habere mensura. Simul nanque vt grammes medio punctum figens, quasi certum mensuræ terminũ dederis vtrarunque partium, quæ diuisa grãme fictæ sunt, fit terminus ille cõmunis, vt incertum sit cui parti affixus terminus videatur: adeo pars vtraque sibi cohæret atque coniuncta est. Epiphania quoque simili de causa cõnexa dicitur & cohærens. Denique siquis hanc diuidere voluerit, in eius medio grãmen imponat necesse est: cum grãme, hæc quæ epiphaD
nia diuidit, ex hac duas partes fecerit, ipsarũ duarum partium ipsa grãme terminus incipit esse cõis: sic enim sibi cõnexa est, vt non appareat cui terminus videatur infixus. Similiter corpus siquis secare voluerit, diuidẽ di corporis terminus grãme vel epiphania sit necesse est. Ipsa.n.præcisio, quã gramme facit cũ epiphania, necesse est in corpus descendat: atque ideo incertũ est siue grãme siue epiphania cui parti terminũ dederint, cum diuiso corpore in vtraque parte epiphaniam necesse est inueniri. Ideoq; corpus cohærens est, in quo faciendarum duarum partium cõmunis est terminus. Temporis quoque similis ratio est, cui diuidẽdo si velimus terminum dare, dicamus, modo. Modo autẽ inter præteritũ & futurũ tẽpus ita confusum est, vt incertum sit quo debeat seperari. Locus aũt qũo corpus quodcũque circundat, & corporis partibus occupatur, ita cõmuni termino partitur, quemadmodũ partitur corpus: ac ꝓpterea cum necesse est cohærentem vt cætera nominari. Separata Separata vero sunt numerus & oratio. Quis .n. non quæ sunt. aduertat proprijs terminis vnũ separatum esse à duobus, duos à tribus? Et in oratione singulæ syllabæ separatæ sunt: natura enim & numero segregãtur, cum alteram breuẽ, E alterã longam, & vnã vel duas dicimus. Ni mirũ apparet hæc quæ diximus, & ad quantum pertinere, & separata oportere nomina ri. Horũ quantorũ est & alia differẽtia. Nã ex his alia sunt, quorũ partes positionẽ hũt, ex qua possit agnosci quæ pars cuique iungatur: Alia vero sunt quorũ partes positionem habere non pñt. Positionem aũt dico, Differẽcũ videmus cuiusque rei dexterã, læuam, su- tiæ positperiora, inferiora, ante, post, longe, iuxta. tionum. Sunt ergo quorũ partes sibi manifesta positione iunguntur hæc, grãme, epiphania, corpus, locus. Siue.n.in grãme, siue in epiphania, siue in quolibet horũ positis terminis Partes partes feceris, quãquã sibi cohęrentes videã positiotur atque cõiũctæ, tamen aduerti corpora- nem haliter licet, q̃ pars vbi sit, cui vicina sit cuique bentes. iungat. Sunt vero quorũ partes positionem nõ hũt hæc, tps, numerus, oratio. Vnum.n, Partes cũ dicimus, ipsum numerũ solũ dicẽtes nõ positio- aliqd corporaliter numerãtes nõ videmus nem nõ vel eius dextrã vel sinistrã. Quippe cum in habẽtes. verbo sit tñ in sono, & in nullo sit corpore, positionẽ suarũ partiũ non põt demonstrare, nisi forte ordinẽ dixerimus, q̃ vnum se- I
quunt duo: Positio aũt in his duntaxat non F
põt inueniri. Similiter & in tpe atque sermone, maxime cũ hæc mox videant labi, cũ dixeris, & tps currit, & sermo cũ nondũ dictus fuerit nõ est, & cũ dictus fuerit nõ apparet. Manifestũ est igit hæc tria positionẽ diuersarũ partiũ nõ hre. Proprie igit hęc sola q̃ dicta sunt quãta noiantur. Siqua vero ꝓter hæc inueniri potuerint, debẽt ꝓ accidẽtibus poni. Sunt aũt q̃dã q̃ accidẽtibus ipsis accidũt: vt si dicam⁹, multũ albũ. Propterea multũ albũ dicit, nõ qđ ipsum albũ sit immensum, sed quod epiphania in qua albũm est multa cernãt. Manifestũ est igit, cũ multũ albũ dicimus, ex epiphaniæ quãtitate albũ qđ illi accidit ęstimari. Similiter cũ longos actus dicimus, nõ qđ actus immẽsi sint lõgi dũtur, sed ex tpis mẽsura quo cõtinentur actus, actuũ quantitas æstimat. Illud tñ speciale debemus agnoscere, quãto cõtrariũ nihil eẽ. Epiphaniæ.n. siue grãme, siue duobus cubitis, siue tribus cõtrariũ est nihil. Ni si forte errore quodã multũ & exiguũ pute Quanto mus eẽ cõtraria, nõ aduertẽtes hæc in eorũ nihil est numerũ q̃ aliqd dñr debere trãsferri. Nihil cõtrariũ .n. multũ vel exiguũ dicit, nisi alteri fuerit cõparatũ. Cũ.n.dicimus mõtẽ breuẽ, gran- G
diorẽ eẽ alterũ cui cõparatus ẽ, indicamus: Vel cũ dicimus grãde milij granũ, cõparatione sui generis, in quo breuius aliqd inuenit, illud esse grãdius mõstramus. Ac propterea manifestũ est, multũ & exiguũ, grande & breue, cũ aliquo cõparata sui vocabulum reperire. Nec in hoc solo errat, q putat multũ & exiguum quanto deberе cõiungi, verumetiã si existimet esse contraria, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri penitus non potest. Nam si hæc quodã errore decepti contraria dicimus, fiet ut in una re, uno atque eodẽ tempore cõtrarie videantur incidere. Vna.n.res, & maior à minore, & breuis à maiore uno atque eodẽ tempore poterit nominari. Quod fieri nec rerũ natura patitur, nec ratio ipsa permittit. Ac propterea eorũ repellenda sententia est, qui hęc credunt esse cõtraria: Nõ magis in quãto cõtrarietas, quàm in circulo videri potest. Veteres.n.supra, & infra propter cœli terręque distantiã cõtraria sibi esse dixerũt, undiquaque versum asserẽtes terram subter esse, cœlũ super. Contẽplantibus enim nobis naturã rerũ, terra quæ videtur in medio, ubiq; subtus est: Nam & antipodes nostri, qui no-
H bis dicuntur figere aduersa vestigia, cœlum super se habent. Claret igitur semper terram in inferioribus constitutã. Denique illa quoque à physicis iũgitur ratio, quod propterea ex diuersitate locorum, terra cœlo contraria est, ideſt illud super, hæc deorsum, quod omnia quæ põdere grauia sunt, naturaliter ferũtur ad terrã: Ad cœlũ vero leuari necesse est, quæ videntur esse leuiora. Hinc igitur cœlũ terramque contraria sibi esse dixerunt, quod hanc deorsum, illud uero superius naturalis necessitas collocauit. Ex hac igitur ratione uidetur contrariorũ omniũ definitio constituta. Dicuntur enim illa esse contraria, quæ cũ sint ex uno eodẽque genere, multo tamẽ à se spatio separantur. Sed hæc qui asserunt, habent aduertere ad aliquid dictis potius debere coniungi. Siquidem supra dici non potest, nisi & infra fuerit designatum: Quod si calumniari quibusdã libet supra & infra in categoria magis, quæ ubi dicit videri potest. Cũ enim supra, & infra dicimus, vbi aliquid geratur, agnoscitur. Sed hæc vt diximus garrientium sunt. Nos vero in quanto admitti
I contrarium credere non debemus. Aduertere interea licet huius occasione tractatus, aliud esse super, & subter naturale, aliud vero quod circa nos. Naturale enim non potest immutari, nostrum autem migratione hominum commutatur. Vt si quis cum in inferioribus fuerit, ad superiora cõscendat, aut è superioribus velit ad inferiora descendere, omnia illi, quæ ante fuerãt, cõmutãtur, cũ descẽdenti inferiora, quæ fuerant superiora cernãtur. Illud quoque quanto ineſt, in omni quidem, non tamen in solo, vt non recipiat magis & minus, quod Græce dictum est μᾶλλον καὶ ἧττον. Bipedale enim cum dicimus, non possumus aliud bipedale magis vel minus dicere. Simili enim modo bipedale secundũ est, quẽadmodum & primum. Quod si aliud alio amplius fuerit, iam non bipedalis, sed alterius mensuræ suscipit nomen. Nec numerus magis aut minus sustinet, siquidẽ tres magis aut minus tribus nominare demẽtia est. Et tẽpus nõ potest esse tẽpore magis aut minus. Claret igitur his expositis magis, & minus in quanto inueniri non posse. Proprium vero quanti, & quod in omni, & in solo inuenitur, illud est, vt omnia eius paria aut imparia dicanẽ. Vt numerus par & impar non æqualis numerus, si par est, aut si impar, inæqualis dicatur. Similiterque eius omnia non K æqualia, aut inæqualia, sed paria aut imparia nuncupãtur. Cætera vero, quæ ad quãtũ nõ pertinẽt, similia sibi potius quàm æqualia nominamus: vt albũ albo simile aut non simile dicatur. Hoc enim verbũ specialiter iis quæ in quanto sunt, videtur infixum. Categoriarũ tertia est, quæ Latine ad aliquid, Græce πρός τι cẽsetur. Et quidem hanc tertiã nõ ordo, sed tractatus necessitas fecit: nam post quantum quale sequebatur. Verum quoniã in fine quanti quædam eiusdem generis adaliquid videbantur posse transferri, hanc Categoriam, quę quarta fuerat, necessario tertiã voluit ordinare, vt discussis atque monstratis omnibus, quæ cuique conuenirẽt, frequẽs orta confusio solueretur. Incipit autẽ non à definitionibus suis Aristoteles, sed ab eorum terminis, qui ante se aliquid perperam definire voluerunt. Ita tamen hæc debemus audire quasi tractatui necessaria. Astute.n. & dat illis auxiliũ Philosophus, & medelã male positis terminis quærit, postea suæ prolatione sententię omnia quę improprie definita sunt repulsurus. περὶ τοῦ πρός τι. Adaliquid ergo Categoriã vocamus eã, quæ id quod est L dicitur ex altero, sine cuius societate esse non posit, & cuius uis omnis ex alterius coniunctione descẽdit: vt duplũ simpli dicit duplũ, maius minoris dicit maius, simile simili dicitur simile. Claret igitur Adaliquid non sua ui, sed alterius coniunctione consistere. Eodẽ modo accipienda sunt cætera, quæ eiusdem Categoriæ esse noscuntur, vt est habitus, affectio, disciplina, positio, sensus. Hæc Aristoteles: ἕξις, διάθεσις, ἐπιστήμη, θέσις, ἀίσθησις nominauit. Et hæc nanque pendent ex altero. Siquidem habitus alicuius rei habitus dicitur, & affectio alicuius ad aliquid affectio, & scientia & positio & sensus simili ratione nosCategoriæ

scuntur. Non nos aũt perturbet, quod quædam huius Categoriæ esse narrantur, quæ & qualitati videntur esse coniuncta. Habitus enim & affectio & scientia & cætera quæ cũ his dicta sunt, qualitati vidẽtur maxime conuenire. Sed differentiam debemus aduertere, qua hæ duæ Categorię, id est Qualitas & Adaliquid, siue πρός τι ποιότης, à se inuicem separantur. Quotiens enim scientia cuiuslibet rei quę sit scibilis scientia dicitur, & sensus rei eius quę sit sensibilis, sensus dicit, M tunc Adaliquid debemus accipere. At cum scientia aut disciplina non rei cuiuslibet, sed hominis dicitur, qualitatem debemus agnoscere. Hæc est interim differẽtia, licet si prorie hanc Categoriam, quæ Adaliquid dicitur, volumus definire, vt à cæteris separetur, in omnes enim videtur incurrere, alio modo eam definire debemus, ne semper parũ consyderantibus error oriatur. Tunc ergo & vere & proprie Adaliquid dicitur, cũ sub vno ortu atque occasu & id quod iungitur, & id cui iungitur, inuenitur. Vt puta seruus, & dominus, vtrunq; vel simul est, vel simul nõ est. Etenim cũ dominus dixeris, necessario existet & seruus: cum vero dominũ tuleris, nec seruus apparet. Similiter duplum & simplum, alterutrum se vel perimunt, vel ostendunt: apparẽte enim duplo, nascitur simplũ: duplo pereunte, nec simplum poterit permanere. Similiterq; si simplum non sit, nec duplum est: at si simplũ fuerit, & duplũ necessario apparebit. Specialiter tamen ac regulariter, vt hęc Categoria manifestius dignoscatur, hæc via est, qua debemus aduertere, non recte dici Adaliquid, nisi cum καθ' ἑκαστον πρὸς καθ' ἕκαστον ἀναφέρεται, hoc est, singulare ad
A singulare refertur. Similiter cum dicimus duplum, sine dubio non generaliter, sed specialiter hoc duplum dicimus, & huius simpli duplum dicimus. Ac propterea tunc vere Adaliquid categoria est, quotiens verbi gratia, Socratem Chrysippo dicimus esse vultu consimilem. Cæterũ quo pacto vel quis, vel cui sit similis, demonstrabimus, nisi & quis similis sit, & cui sit similis personaliter indicemus? Sed sunt quidam qui huic definitioni velint mouere superfluam quæstionẽ, asserentes inueniri posse Adaliquid dictũ quod ante sit, & postea nascatur quod de ipso debeat nuncupari, vt etiam videantur hæc duo, nec ortu, nec occasu sibi esse coniuncta: Ac dant exempla scibilis & scientiæ, asserentes ante scibile fuisse, & post eius scientiã consecutam. Verbi gratia ante Geometricos γεωμετρία, vel circulus fuit, sed eorum scientia postea à sapientibus comprehensa est: propterea q; ante fuisse scibile in quo posset scientia reperiri. Hoc, argumento igitur monstrant multa esse huius Categorię, quibus non & ortus & occasus videatur esse communis. Et sensibilis enim sensusq; exemplum simili ratione constare contendunt: Siquidem sensibilia ante fuerint. Elemẽta enim quibus om B ne corpus cõstat, ante fuerunt quàm corpus ex his aliquod nascereturin quo sensus existeret. His igitur argumentis ostendunt definitionẽ Categoriæ quæ Adaliquid dicitur non recte esse defixam. Hęc solent parũ diligenter naturã rerũ intuentes astruere. Omnia enim quę sunt, aut naturali potẽtia dicuntur esse, aut operatione faciendi, quæ Græci δύναμιν καὶ ἐνέργειαν vocant. Quas siquis separare voluerit, nec vlla societate confundere, intelliget Ad aliquid dictum nõ posse esse sine altero cuius esse dicitur. Scibili enim γεωμετρία, siue occulto in ipso ortu naturę sciẽtia sociata est. Simul nanq; vt scibile esse cœpit, habuit scientiã sui, sed necdũ ἐνέργεια, id est operatione monstrata est. Non ergo tunc cœpit esse scientia eius, quãdo cœpit operari, sed cũ ipso scibili orta est, & operatio postea est consecuta. Discernere enim nos oportet operationis exordiũ. Tunc.n. possumus aduertere scientiam cum scibili esse procreatam, operationẽ vero eius apparuisse postea indagatione prudentium. Quibus depulsis, optima definitio est Adaliquid relatorũ, semp ea simul vel extingui, vel nasci. Illud sanè debemus memoria continere, nõ omnia Ad- C aliquid dicta ijsdem casibus referri ad ea quibus iunguntur, sed alia genitiuo casui, alia datiuo, plęraq; ablatiuo copulari. Et genitiuo quidem, vt seruus domini, duplum simpli. Datiuo, simile simili, par pari. Ablatiuo vero, sensibile sensu sensibile, scibile scientia scibile, & cætera huiusmodi, quę varijs casibus alterius societate nectuntur. Ineſt autẽ huic Categoriæ & soli & omni, ut inter coniuncta duo, quæ ex se pendeant, sit alterna conuersio, quæ Græce dicitur ἀντιστροφή. Vt duplum simpli dicitur, & simplũ dupli, & seruus domini, & dominus serui. Apparet ergo hæc copulata uicaria in semet replicatione conuerti, si tũ scienter & prudenter ista fiat cõuersio. Nam si imperite hęc uocabula conuertantur, oritur magna confusio: Vt siquis imperite dixerit, auis pennã, stulta conuersio

Adaliqd quando dicitur.

est,

Universidad de Deusto Biblioteca

ὰς πρός τι.

D

est,non.n.pēna omnis auis est. Siquidē sunt quædam pennę,quæ non sunt auium,vt cicadarum,muscarum,cæterorumq; animaliū, quę similiter natura formauit. Quod siquis pennam pennati pennam dixerit, quasi conuersio recta est. Hoc loco libitum est, quasdam tenebras, quæ emergere ex Categoriarum similitudine assolent aperire. Siquidem cum dicimus,pennam pennati,& caput capitati,videmur vsiæ partes in accidentibus ponere. Penna enim sine dubio pars vsię est, vel caput,vel manus, quæ si Ad aliquid referantur, inter vsias, & Ad aliquid videbitur nulla esse discretio. Vt igitur moueatur vniuersa confusio,aduertere nos oportet,quo pacto & vere & proprie Ad aliquid definitum sit. Ita.n.eius definitio se habet, vt dicatur Ad aliquid,cuius id quod est pendet ex altero,cuique necesse sit singulariter,id est, καθ' ἕκαστον, vicaria in semet mutatione cōuerti. Hoc quis consyderato reperiet, nec pennati penna,nec capitati caput recte posse Ad aliquid nominari. Non enim ut pennati pennam dicimus,sic possumus dicere pennę pennatum,vel capitis capitatum: Id nanque qui dixerit, irridebitur. Esse enim pennato non ex penna descendit, neque penna ex pēnato constat. Similiterque capitatū non cōstat ex capite,neq; caput ex capitato videtur cōsistere. At quod vere Ad aliquid dicitur,cōuerti per vices potest,vt superius diximus,dūs serui dūs,& seruus dūi seruus: & rursus subtracto seruo dominus non est, remoto domino nec seruus apparet. Pennatum vero esse poterit ēt penna pereunte,& rursum penna pereunte pēnato pōt esse. Considerata ergo definitione huius Categoriæ, poterit etiā confusionis ex similitudine exortæ discretio reperiri. Eodem pacto possumus hanc Categoriam & ab oppositorum similitudine separare. Nā & opposita,quæ ἀντικείμενα Aristoteles vocat, quandā huius Categoriæ simlitudinem reddūt. Siquidē calidū & frigidum videnť sibi oppositionis societate coniuncta, sed calidum non frigidi calidum, sed frigido oppositum dicimus: Et iustum non iniusti iustum, sed iniusto cōtrarium nominamus. Aristoteles quidē ut in principio huius Categoriæ diximus, multa exmpla proponit, quę ad hanc non sub certa forma pertinere videantur, volens de consequentibus reprehendere vitia cæterorum, qui hanc secus definire voluerūt. Denique,& uirtutē malitiæ, & scientię ignorantiā quasi Ad aliquid posuit, eaque dixit posse recipere contrarium: Non quo ita res postulet, sed ut indocte differentium uitia posset ostendere. Hæc nanque, vt superius explicauimus, opposita potius q̄ Ad aliquid dicta iudicāda sunt. Mihi vero,vt & ipsi Aristoteli placet,magis & minus hæc Categoria non omnis quidem nec sola videt posse suscipere. Simile enim cuilibet, & magis, simile & minus simile possumus dicere. Sed hoc non in omnibus ut dixi quæ sunt Ad aliquid poterit inueniri. Nāque nec magis pater, nec minus pater potest dici, nec minus filius, aut magis filius, nec minus duplum, aut magis duplum. Non nos autem fallat,ut putemus Ad aliquid esse quotiēs,verbi gratia dicimus, cuius equus vel cuius lignum,uel cuius fundus: Hæc.n. dominum, vel possidentis personam monstrantia non Ad aliquid dicta censenda sunt. De qua Categoria quantum potuimus, explanauimus: licet tāta hic cum cæteris videatur esse permixtio, vt ipse quoque Aristotelēs huius discretionem haud facile repererit, cuius etiam longa ac diuturna non sit indecens retractatio.

Nunc de qualitate tractemus, secundum quam ea, quæ sunt, qualia nuncupantur. Multi autem quærunt, quid sit qualitas, & quid quale,quorū facilis separatio est. Qualitatem nanque dicimus dulcedinem, austeritatem,albedinem,nigredinem. Quale vero intelligitur, quotiens album aliquid, vel dulce, vel austerum, vel nigrum dicimus. Licet Aristoteles indifferenter pro qualitate quale posuerit,& qualitatem pro quali, propterea quę etiam nos eundē secuti similia sentimus. Hanc autem Categoriā propterea cæteris difficiliorē volūt,quia facilius quam cætere in omnes videtur incurrere. Vt puta in usia inuenitur,cum dicimus, homo Grammaticus. In quāto,alba vel nigra epiphania. In Ad aliquid,prudēs pater,optimus filius. In facere,dure saltat. In pati,fert fortiter vulnera. In loco,obscurus locus. In tempore,calidus mensis, aut frigidus. In iacere, pronus aut supinus iacet. In habere,decēter armatus. Erit igit nō paruę prudētiæ qualitatē cum cæteris pēne cōfusam mētis vtuacitate secernere. Hujus sunt spēs numero quatuor, quas Aristoteles p̄ generibus posuit scilicet propterea quia & ipsæ singulæ habēt species suas. Id vero cū acciderit, subalterna nominantur,quæ Græci ὑπαλλήλας, vocauerunt, Ergo primum genus est habitus & affectio: secundum, potentia naturalis: tertium passiuæ qualitates siue passiones: quartum, formę ac figure. Hæc Aristoteles ἕξιν καὶ διάθεσιν dixit, φυσικὴν δύναμιν: παθητικὰς ποιότητας καὶ πάθη, σήματα καὶ μορφάς. Habitus, affectio est animi longo tempore perseuerans: Vt est virtus & disciplina, quæ pseueratione sui & perpetuitate temporis æstimantur, nisi forte eas languor corporis aliquis, & casu iniecta debilitas amputauerit. Affectio uero est mutabilis mentis impulsio, vel cupiditas leuis,q̄ breui tpe deleatur. Habitus ergo & affectio videri potest. Ab hac nanq; incipit,& si ipsa permanserit, habitus nascitur,affectio autem habitus videri non potest. Si enim ad habitum peruenerit, vocabulum proprium non tenebit. Hoc loco nō est incongruū,quod sępe quæsitū est, breui tractatu dissoluere ac docere, quid virtutem disciplinamq; discernat. Hoc profecto,quod disciplina in ea parte aīæ,quæ rationalis dicitur,tātūmodo verfatur. Virtus vero omnes animæ partes amplectitur,omnēq̄ animam suo imperio gubernat ac regit: vt & iracundiā domet & cupiditates animo amoueat, q̄d disciplina facere haudquaquā valet. Potētia naturalis est, quoties quis videtur vel posse vel nō posse aliquid per naturā facere: ut verbi gratia,plerunq; visis corporibus puerorum, & contēplatis artubus ꝓnunciamus aliquid de futuro,eosq; dicimus vel pulligatores fore, vel cursores,nō q̄ iam hac arte vel studio teneātur, sed quod videantur positione corporis hæc facilius impleturi. Similiter salubres vel imbecilles dicimus,qui aut facile aut non facile recipiant ægritudinem. Eodem mō nanque, & in his potentia naturalis aduertitur, quæ eos facit vel languoribus crebrius subiacere, vel retinere perennē sospitatem. Durum quoque & molle cum dicitur, ostendit potentiam naturalem. Durum siquidem est, q̄d firmitate naturę corruptionē sui nō facile admittat. Molle vero,in quo est natura luxuriosior,nec ad cōtraria repellēda sufficiēs. Tertium genus qualitatis siue species, passiuæ qualitates, & passiones, quæ sunt huiusmodi,austeritas, calidatio, & frigidatio. Sic enim θερμότητα, & ψυχρότητα placet dicere, & albedo & nigredo: Quæ non idcirco passiuæ qualitates dicuntur,quòd patiantur aliquid,sed quod faciunt passionem. Mel nanque ut dulce sit,non à dulcidine aliquid passum est, sed dulcē gustantibus efficit passionē. Passiuæ aūt qualitates rectius dicuntur, albedo & nigredo,& horum media id est rubor & pallor. Hæc.n.non nisi aīæ vel corporis passione nascūtur. Vt enim nigrescat aliquis; corporis passio est, ut pallescat vel rubescat,aīæ: quæ cū turpitudinis verecundiā ferre nequiuerit, quasi ad obtēctū sui sanguinis copiā in exteriores corporis partes fundit, eoque fit ut pudore nimio rubescamus. Pallor quoque simili animæ passione consistit,cum percussa metu nimio ad cordis vlteriora confugit, eamque sanguis insequitur, adeo ut desertum sanguine quod est in conspectu corpus albescat. Hęc animę passio ita à Philosophis vera esse firmatur,ut ēt si pallor vel rubor in corpore iugiter perseueret, simili passione asserant euenisse. Hę igitur qualitates si in corpore perseuerēt quia secūdum eas quales dicimus, ipsæ quoque qualitates passiuæ cēsentur. Sin uero ad breue tps extiterint,ita ut cito discedant, passiones eas potius nominamus. Non.n.quis si ad tempus iratus est, aut erubuit, aut incaluit, aut refriguit, mox ad statum naturæ iterum redituru,rubicundus, vel iracundus,vel calidus vel frigidus appellari potest,si ad tps aliquid passus est. Erit ergo inter passiuas qualitates, & passiones ista discretio, q̄d passiones ad tempus exortæ facile commutantur, passiuę uero qualitates secundū quas quales dicimur,perpetuo perseuerat. Quartā nunc qualitatis speciem retractemus, in qua sunt formæ & figurę: Sed figurę animalibus, formæ animalibus tribuuntur. Figuras enim tunc designamus,cum vel Trigonū vel Tetragonū,vel Conū,vel Cylindrū,vel Sphæ ram dicimus. Formas autem cū formosos asserimus aliquos uel deformes. In eodē qualitatis genere sunt curuitas,& rectitudo. Audemus enim εὐθύτητα καὶ καμπυλότητα hoc pacto conuertere. Ab ijs nanque rectum vel curuū quippiam dicitur: Lenitudo quoque & asperitas,& raritas ac densitas. è quibus rarū, densum, leue & asperum designamus,qualitatum quidem numero sociantur, sed habent alteram interpretationem sui. Siquidem densum coarctationem nimiā coniunctarū partiū videt ostendere: Rarū contra,in quo interuallis frequētibus latior partium videtur esse coniūctio: Quinetiam leue illud proprie videtur ostendere, in quo positio partium ita apte pariliterque digesta est,vt nulla earum mensurę alterius eminer et. Cōtra asperū discrepantia cōiunctarum partium facit. Asperitatem nanq; non gignit nisi

Habitus.

Affectio.

Virtus, & disciplina differunt.

Potētia naturalis.

Passiuæ qualitates.

Species qualitatis.

De qualitate. Cap. 8

G

Differūt forma,& figura.

Dēsum. Rarum.

Leue.

Asperū.

E

F

H

I

K

L

M

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi inæqualitas partium, vt sit longior vna, altera inferior. Ac propterea hæc quidam volunt Categoriæ alteri sociare, q̃ apud Græcos κεῖσθαι, apud nos iacere, siue vt Augurius, quem ego inter doctissimos habeo, voluit, situs dicitur. Claret enim vnumquodq; earum partium, quæ corpus efficiunt, positione constare: Veruntamen cum leue vel asperum, vel densum vel rarum dicimus, qualia demonstramus, eaq; omnia quæ de his superius explicata sunt, ad interpretationẽ nõ vocabuli, sed naturæ videntur potius pertinere. Qua de causa cogit ratio, vt hæc quoque inter qualia numeremus. Ab his igitur quas enumerauimus qualitatibus παρωνύμως qualia nominantur. vt leue a leuitate, a densitate densum, cæteraq; his similia. Sed plerunq; accidit, licet raro, vt qualia nõ παρωνύμως à sua qualitate descendãt: vt à virtute non potest dici virtuosus, sed moderator & industrius. Nec in Græco quidẽ ἀπὸ τῆς ἕξεως, ἐνάρετος dicit, sed σπουδαῖος. Vnde apparet qualia ét neglecta plerunque paronymorũ deriuatione cõstare. Hęc hactenus: Nũc qualitatis huius

Cic. vertit studio sus.

pp q̃ diuersas species explanauimus, consequẽtias, & propriũ videamus. Et primũ quidem contrarietatẽ recipere qualitates, nulla dubitatio est. Quis.n. dubitat saluti contrarium esse languorẽ, iustitiæ iniustitiã, calorẽ frigori, malo bonũ, non erudito literis eruditũ? Sed hoc non in omni qualitate reperies. Nã pallido vel fusco, vel quadrato vel trigono, nihil pt esse contrariũ. Non ergo erit incõmodũ regulã quandã dare, qua quæ qualitates contrarietatẽ non recipiãt, possit aduerti. Erit igitur notũ doctis, eas qualitates, quæ contrarijs med ę sunt, & eas quæ ex formis figurisq; nascuntur, contrarietatem penitus recusare. Contrarijs aũt medias dixi, vt est fuscum & pallidũ. Hæc.n. duo de albedine nigredineq; nascũtur, ac sunt his media, ipsa verò albedo & nigredo sibi sunt cõtraria, fusco aũt pallidoq; contrariũ nihil est. Claret ergo contrariorũ media contraria non habere: Quinetiam qualitas, quæ ex forma vel figura consistit, cõtrarietatis ignara est. Quid enim quadrato vel trigono, quid circulo, vel cono vel cylindro contrariũ quis opponat? Regulariter ergo tencamus cõtrarietatis receptricem qualitatẽ, nec omnẽ posse esse, nec solã. Nec illud est omittendũ, vt sciamus in contrarijs qualitatũ sub eadẽ Categoria esse alterũ, sub qua aliud inueniri: vt iustitiæ iniustitia contraria est qualitas, iustitia & iniusti-

A

Qualitates recipiũt contrarietatem.

Qualitates q̃ nõ suscipiũt cõtrarietatem.

B

tia: igitur qualitas est albedo, nigredinẽ quoque esse qualitatem necesse est. Quo fit, vt regulariter cõtrariæ qualitates Categoria semper eadem vinciantur. Quærentes interea quid sit proprium qualitatis, qũ contrarietatem suscipere nec solius est nec totius, aliud perscrutemur. Video.n. magis & minus, hoc est, μᾶλλον καὶ ἧττον in se recipere qualitatẽ. Nanq; magis albũ, vel magis nigrũ, vel magis musicum, vel minus musicũ possumus dicere. Verum id quoq; nec in omni qualitate, nec in sola poterit inueniri. Quis.n. prudentiã prudentia prudentiorem poterit dicere, vel albedinẽ clariorem albedine, vel doctrinã doctrina doctiorẽ, vel trigono magis trigonum, vel quadrato magis quadratũ? Si.n. trigonum fuerit, magis esse quàm trigonum non poteſt: Aut si magis aut minus fuerit, iam trigonum non erit. Separare tñ placet ac discernere eas qualitates, q̃ magis & minus recipiunt, ab ijs quæ hunc gradum comparationis recusent. Sit ergo hæc regula, qualitates ipsas magis & minus non posse suscipere. Ea verò quæ ex his fiunt, comparata vel magis recipere posse vel minus: Vt eloquentiã magis eloquentiam seu minus, nullus dicere potest: Eum vero qui eloquens dicitur, magis, vel minus cæteris eloquentem possumus dicere. Claret ergo magis & minus in qualibus inueniri posse, nunquam posse in qualitates incidere. Figuræ quoque vt superius explicatum est, non admittunt magis & minus. Siquidẽ circulo si aliquid addas vel minuas, circuli iã vocabulũ nõ tenebit, & in alterius figuræ nomẽ migrabit. Manifeste igitur designatum est, quæ qualitates huiusmodi gradus comparationis accipiunt, & quæ ab his videntur esse alienæ. Reliquum est, vt qualitatis propriũ qđ apud Græcos est ἴδιον, inuestigemus. Nãque vsia habet hoc propriũ, vt singularis atque vna numero contraria in se suscipiat: Suscipiat aũt dixi, non habeat cõtraria. Meminisse aũt nos oportet, q̃ vsiæ cũ de ea tractaremus, nihil esse diximus contrarium. Ergo vt eius est proprium, suscipere contraria, id est, sanitatem modo, modo ægritudinem, quanti verò, id est, τοῦ ποσοῦ, vt par imparve dicatur. τοῦ δὲ πρός τι ad aliquid, vt sint ἀντιστρεφα, hoc est, vt in se conuertantur, ac sint sibi natura coniuncta: Ita & qualitatis hoc proprium est: vt cuncta qualia similia aut dissimilia nominentur. Et dulce enim dulci, & albo album, & stulto stultum, & leni lene, & calido calidum, similia vel dissimilia

C

D

dissimilia proprie nuncupantur. Aliter enim si dicta fuerint, nuncupationem propria non habebunt. Ne autem nonnulli in legẽdo turbentur, quod & affectio & habitus & disciplina, quæ in ad aliquid dictis, id est, ἐν τοῖς πρός τι positæ, eidem qualitati quoq; connexæ sunt, hanc discretionem damus, vt tunc categoriæ ad aliquid socientur quãdo sunt generæ: cum vero species, qualitati. Vtputa si disciplinam dixeris, quæ est genus cæterarum ad aliquid referenda est: Disciplina enim disciplinabilis vel discibilis rei disciplina dicitur. Quod si musicam dixeris, musica disciplinæ species est, non genus, qualitati nectenda est: Neque enim musici musicam possumus dicere, sed musici disciplinã. Similiter & affectio, & habitus secm genera & species, nunc ad aliqd, nunc qualitati nectuntur. Siquidem si affectũ vel habitum, hoc est, διάθεσιν & ἕξιν generis dixeris, id est, disciplinę ad aliquid referũtur? Sin autem affectum siue habitum speciei esse dixeris, id est, Musicę vel Grammaticæ, qualitates debemus agnoscere. Quanuis ipse quoque Aristoteles magnus ingenio huic penè permixtioni concesserit ac dixerit, posse contingere, vt quod qualitatis fuerit, idem referatur ad aliquid, nec esse importunũ, si vna res duarum categoriarum vocabulo concludatur. Dicta sunt aũt omnia, quæ ad quatuor categorias maximas atq; difficiles ptinebãt.

E

De facere & pati. Cap. 13.

Nunc ordo cõmonet, vt post qualitatẽ de facere & pati tractatus habeatur. Quæ duo videntur ex qualitatis fonte descendere: Id nanq; quod calidum facit, calidum sit necesse est. Calidum vero quale esse cognoscimus. Similiter quod calidum sit, passione sui accipit qualitatẽ. Et qui docet, cum docet doctor est, & discipulũ facit, vterque aũt siue doctor siue discipulus qualis est: & cętera his similia considerata demonstrãt recte has duas categorias præposita qualitate tractari. Hæc duo autẽ facere & pati multi dixerunt, non posse nisi ijs, quæ fuerunt contraria peruenire. Id enim quod dulce est, dulce non facit, nisi id quod dulce non fuerit: Nam id quod patitur dulce fuerit per naturam sui alterius dulcedinem quo recipiat non habebit: Necesse est ergo dulce non esse id quod patitur, vt dulcedinem recipiat alienam: Ac propterea cum quod facit dulce est, & quod patitur dulce non est, necessario dicuntur videri contraria. Nonnulli diuersa senserunt, asserentes nõ posse hoc nisi in similibus inueniri, & sub eodẽ gñe constitutis: Nec posse aliquid pati

F

vel facere, nisi simile faciat, aut à simili patiatur. Dulce.n. & amarum, vel calidum & frigidum licet contraria videantur, tamen cum sub eodem sensu fuerint, similia esse confirmant. Deniq; ab alienis penitusq; discretis patiendi faciendiue rationẽ dicunt non posse consistere: Vt verbi gratia, Quid.n. faciet numerus in amaro, vel quid albedo pati possit à numero. Sed hæc sit conflictio cęterorum: Nobis autem regula illa sufficiat, vt sciamus facere & pati genere esse coniuncta, qualitate discreta. Etenim calidum quod frigido præstat calorem sui, sub eodẽ genere est quo est frigidum, sed discrepat qualitate q̃ calet: Et doctus cum docet indoctum, sub eodẽ genere est, sed qualitate discernitur. Claret ergo facere & pati genere esse similia, contraria qualitate. Sed hæc duo vt superius diximus, adeo videntur qualitati non modo ordine, sed etiam ratione coniungi, vt eadẽ recipiãt, quæ recipere diximus qualitatem. Nanque & contrarietatem nõ respuunt, quã qualitas recipit, & magis & minus admittunt, quorũ qualitatem tamen diximus receptricem. Harum vero categoriarũ proprium, quod est Græce ἴδιον, quoniam ipse quoque Aristoteles omisit, nec à nobis lector inquirat. Sequitur vt de iacere dicamus, siue de situ, vt quidam putant: Quæ categoria in ad aliquid relatis, iam videtur esse tractata. Siquidem quod iacet, positum iacet: Positum vero positionis est, & positio positi. Qua de causa, vt ipse quoque Aristoteles quem sequimur fecit, ad alia transeamus. Vbi & quando videntur locus esse & tempus cũ non sint, sed sunt in loco & tempore: Vt, Romæ in Senatu ante horã tertiam post mensem Martiũ. Hæc vt diximus in loco sunt, & in tempore, non locus & tempus. Deniq; vt claras & nullius tractatus indigas has categorias Aristoteles quoque transgressus est, quod nos et faciemus. De tempore.n. & loco inter summos Philosophos vetus & magna q̃stio est, quibusdam volentibus hæc corpora esse, alijs vero sine corporibus æstimari. Nõ vno modo habere aliquid dicimur. Quantum.n. tractando colligimus, sub hoc verbo octo sunt quasi quædã species. Prima est, quotiens animo habemus aliquid, vt iustitiam, castitatẽ, iniustitiam vel libidinem. Secunda, quotiens in corpore habere aliquid dicimur, vt albedinem & nigredinẽ, varietatẽ, vel cætera quæ per qualitatem corpori insidunt. Tertia de quantitate descendit, quotiens quatuor, vel

De iacere siue situ. Cap. 14.

De vbi & qñ. Cap. 15.

G

H

De habere. Cap. 16.

quinque

quinq; pedũ habere dicimur longitudinem. Quarta cũ non in toto corpore, sed in parte corporis aliquid habere firmamur, vt in digito annulum, in pede calceos, vel cothurnos. Quinta species est, cum non in corpore, sed circa corpus habere aliquid dicimur, vt est vestimentum atq; indumenta omnia. Sexta, quotiens ipsas partes corporis habere narramur, vt manus, pedes, caput, aut reliqua quę sunt in compagine membrorum. Septimus vero locus est, quotiens far vel vinũ vas aliquod habere dicitur. Octauus habẽdi gradus est, qui possessionem nostram, vel dominium videtur ostendere, cũ ædes vel rus quis habere dicitur, vel sepulchra maiorũ. Hi sunt habendi modi, quos designato numero compre-
I hẽdimus, extra quẽ si quis potuerit inuenire, desidiæ nostræ culpa nõ erit, cũ Philosophus ipse liberũ dimiserit arbitrium inquirẽtibus.
Sanè illud verbum multi doctorũ respuunt, atque improprie proferri confirmant, cũ mulier habere maritum dicitur, vel vir vxorẽ, vel pater filium, vel filius genitorem, propterea q̃ asserunt nihil haberi posse quod habentem habeat: Sed rectius dici autumãt eẽ mulieri virum, vel vxorem viro esse, patrem filio esse, famulis dominum. Siquidẽ huius verbi vim in hoc esse contendunt vt significare
De post prædicamentis. Cap. 17. nõ possit, & habere aliquẽ & haberi. Tandem quasi magni æquoris freta transgressi, categoriarum numerum terminauimus, vt arbitror non insusibiliter vel insuauiter doctis, satis vero clare volentibus discere: Sed quædam restant, quæ calcem libri huius nostri tangere contradicunt. Nam & in categorijs singulis de contrarietate tractatum est, cum quæ reciperet contrarium, & quæ respueret diceremus. Tamen quid sit ipsum contrariũ, nullus adhuc tractatus ostendit. Et adhuc quædam verba remanent, quorũ vis ac proprietas debeat explicari. Qua de causa ad oppositorum tractatum necessario transeamus.
De oppositis, Cap. 18. Oppositorũ species quatuor sunt. Opponitur nanq; aliud alteri. Primo, aut figura eius categoriæ, quæ ad aliquid dicitur: Secũdo
K aut cõtrariorum ratio: Tertio, aut eorũ quorum circa nos esse dicitur, vel habitus vel priuatio. Habitũ fuse hoc loco ex habedo debemus accipere, nõ vt in superioribus definimus esse habitũ affectionẽ animi quandam sempiternã: Quarto mõ, cum aut confirmamus aliquid, vel negamus. Vt verbi causa, ab ijs q̃ ad aliquid dũr ponamus exemplũ. Primũ oppositum vĩ duplum simplo, vel pater filio. Sed m vero contrariorũ exemplum sit, malũ bono. Tertium eorum quoq;, quæ per habitũ & priuationẽ dũr, sic cæcitas & visio. Quarto illorum ẽt in quibus est negatio, & affirmatio: sicut, currit, non currit. Discretio vero contrariorum, & eorũ, quæ ad aliquid dũr, contẽplantibus manifesta est: ad aliquid m. dicta de sibi oppositis nominant: Simplũ nãque oppositũ dupli est, & duplum oppositum simpli. Contraria vero id quod dũr ex se habent, neq; alterius indigent. Quis. n. malum boni dixerit, aut quis bonum mali? Hæc est ergo harũ duarum specierum, q̃ ex oppositis veniunt, dilucida & clara discretio. Ipsa vero contraria in tres species diuidunt: Aut enim mediata sunt. i. habent aliquid inter se mediũ: Aut sine medio: Aut vt in quibusdã repperit ratio, hũt quidẽ mediũ, sed eius vocabulũ nõ apparet, nisi vtriusq; oppositi negatione consistat. Mediata ergo sunt hæc, album & nigrũ, inter quæ qñ nasci pt pallidũ vel fuscũ, mediata hæc opposita dicta sunt. Quæ vero mediata sunt, non necesse est vnũ de duobus oppositis in corpore reperiri: Si. n. nigrum non fuerit, pt esse fuscum: Aut si album defuerit, pallidum poterit inueniri. At vero ex his oppositis quæ mediata non sunt, vnum necesse est accidere de duobus, vt est salus & ęgritudo. Horũ mediũ nihil est, propterea q̃ aut salutẽ necesse est, aut ægritudinem humanã corporã retinere. At illa quibus est quidem medium, sed caret nomẽ, nisi huic oppositorum negatione formetur, sunt hæc, iustus & iniustus: est aliquid in medio, sed non habet nomen, atq; ideo vtriusque oppositi negatio ei vocabulum creat, vt nec iustũ nec iniustũ dicamus id quod est mediũ. Nunc ea opposita, quæ per habitũ priuationemq; fiunt, diligentius retractemus: In his nãque obseruari oportet, vt sint vtraq; in eodem negocio, in eodẽ loco, in opportuno tempore. In eodẽ negocio sunt, cæcitas & visio: in videndo. n. & in non viuendo consistunt. Hæc & in eodẽ loco sunt, vtriq; nãq; & cæcitati & visioni in oculis locus est. Maxime tũ in his opportunitas temporis quæritur: Nemo. n. recte caluus dicitur, nisi eo tẽpore quo capillos habere debuerit, nõ habebit. Nec sine dentibus, quẽ ἀνώδοντα Græci vocãt, infantem quisquam poterit dicere eũ, cui dẽtes adhuc ætas parua denegauit. Siquidẽ priuatio, quã Græce στέρησις dicitur, hanc vim tenet, vt ostendat quẽlibet habuisse aliquid per naturã, & nõ habere. Inter hæc miminisse nos conuenit, aliud esse visionem & cæcitatẽ, aliud habere visionẽ, & ea esse priuatũ, ne si hæc eadẽ esse iudicemus, confundi ratio videat. Quod siquis hoc dubiũ putat aut parũ certũ, quid nãq; rem sequat aduertat. Etenim si esset idẽ cæcus & cæcitas, de vno vtraque dicerent. Dicimus aũt hoiem cęcum, sed homo dici cæcitas nõ põt. Claret igitur aliud cæcũ esse, aliud cæcitatẽ. Nec affirmatio & negatio idem est, quod sunt sub affirmatione negationeq; cadentia. Affirmatio enim siue negatio est verbũ confirmans aliquid, aut negans: Alia vero sunt quæ sub his inueniuntur, vt est, Socrates disserit, Socrates nõ disserit. Similiter tũ oĩa sibi habent opposita. Aliquotiens aũt mala malis opponũtur, quotiens contrariorũ media bona sunt, vt est indigentia & redundantia, quæ Græci ἐνδεὶαν καὶ ὑπερβολὴν vocãt. His enim duobus malis sibi oppositis, mediocritas media reperitur. Hanc rationem Peripatetici secuti, virtutes medias esse dixerunt, vt plus iusto πλεονεξίαν, minus iusto μειονεξίαν dicerent: Inter quæ mala mediam iustitiam locauerunt. Similiter inter versutiam & hebetudinem, prudentiam posuerunt. Inter libidinem insensibilitatemq;, quam Græci ἀναισθησίαν vocant, temperantia cõstituta est. Inter timiditatem & audaciã fortitudo. Ita occultũ quoddã genus oppositorũ repperit perscrutata ratio, vt interdũ mala malis inueniantur esse cõtraria. Sed Aristoteles harũ quatuor specierũ quæ ex oppositis veniũt, proprietates & differentias latius & multis modis explicauit: nos aũt & genus & spẽs posuisse sufficiat, ne minutioribus occupati, fastidiũ necessarijs afferamus. Quinq; modis aliud altero prius dicitur: Quorũ primus est, cũ dicimus aliquẽ tẽpore seniorẽ. Secundus modus est, in quo aliquid nascit ex priore, sed priore pereunte secundũ perit, secundo pereunte prius incolume pseuerat, vt est vnũ naturaliter prius duobus: Ex eo. n. nascunt duo, sed sine vno duo esse non possunt, sine duobus status vnius manet: Et duobus extantibus, esse vnum necesse est, vno verò apparente duo esse nulla necessitas cogit. Tertio mõ ordo quidã prius alterũ alteri facit, vt in disciplinis & artibus liberalibus inuenimus. Nãque in Grãmatica prius est singularum discere formas & noia literarũ, dehinc syllabarum cõiunctiones cognoscere, tũ verborũ sumere notionẽ. Postremus nobis est oronis vsus assumendus, propter quẽ cuncta eius quasi præcurrẽtia mẽbra cognoscimus. Et in Rhetorica prioris locus similiter collocat: Nã prius proœmiũ dicitur, dehinc narratio, post depulsio, tunc cõfirmatio, postremus epilogus ponit. His igitur exemplis tertium prioris modũ sufficiat demõstrasse. Quartus uero modus est nõ multũ probabilis, & ab ipso Aristotele improbatus exponit, vt cũ fortuna meliores vel clariores, priores vulgus assolet dicere. Sed mea sententia, vis huius prioris explosa est. Hi sunt quatuor eius qd prius dicitur modi: Sed occultior quædam quintus adiungitur, quotiẽs ex duobus, quæ in se inuicem conuertuntur, illud est potius quod esse alterum facit, vt exempli gratia: Si est homo, recte dicimus eum aial rõnale, risus capax. Et si uera est hominis ista definitio, esse hoiem verũ est. Ita vtrunq; in se cõuertit, hoc est, & hominis verã esse definitionẽ, & definitionis hoiem verũ. Sed qñ definitio vera esse nõ poterat, nisi prius natura hois appareret, idcirco ex his duobus q̃ in semet conuerti diximus, hõ prioris locũ tenet, cuius extantia definitionis suæ exprimit veritatem. Sequitur vt proprietatem verbi quo simul esse quędam dicimus, expri-
De simul Cap. 20. mamus. Ratio. n. videtur exigere, vt post prioris tractatum de his disputetur, quæ simul esse firmantur. Simul ergo dicuntur tri-
Modi simul. bus modis: cum quælibet simul existũt uno tempore uel apparent, ita vt neutrũ de duobus vel prius sit, vel alterum consequatur, sed vtriusque ortus videatur esse communis, sicut calor & splendor in Sole. Secũdus locus est eorũ, quæ naturaliter simul sunt, nullũ tũ eorũ præstat alteri: Vt verbi gratia: si simplũ & duplũ ponamus, necesse est
D simul eẽ naturaliter, sed neq; duplũ facit vt simplũ sit, neq; simplũ efficit duplũ. Hoc loco nos cõfundere nõ oportet, ne qm cũ de ad aliqd dictis tractaremus, id eẽ ad aliqd diximus quod pẽderet ex altero, videamur nunc contra superius definita tractare: Ora nãq; ad aliqd dicta, dici ex altero, nõ esse ex altero disputauimus, nec vllus error est, si quis verborũ nostrorũ pondera diligẽtius perscrutetur. Tertius locus est, quotiens ex eodem genere manantia simul videtur esse natura, sed specie discernuntur. Neque verò in eo q̃ dicunt ad aliquid, sibi præstant aliquid, vt est aial, idem genus est, sed spẽs longe discreta. Nec vero aut aquatilẽ quicquã pedestri tribuit vt sit, aut volatili pedestre,

Vide an referat Aristotelis sententiam.

Defectus Excessus

Superp.

De prioribus. C. 19 Modi priora.

A

B

M

Prius

Universidad de Deusto Biblioteca

De motu ca. 12.

re, aut omnino aliud alteri, in eo q̃ est, vllam substantiã subministrat, nullumq; alteri aliud prius est, sed simul omnia ab anima li, id est, ab vno genere orta nascuntur.

Omnis immutatio quæ μεταβολὴ Græce est, fit tribus modis: Aut ex non subiecto in subiectum, vt est ortus vel natiuitas, quam Græci γένεσιν vocant. Aut ex subiecto in nõ subiectũ, vt est interitus vel corruptio, quã φθορὰν Græci dixerunt: Aut ex subiecto in E subiectum, vt est motus, qui Græce κίνησις dicit. Sed & ipse motus tres spẽs habet. i. incrementũ, immutationẽ, cõmutationẽ qualitatis siue loci. Hæc à Græcis αὔξησις, μείωσις, ἀλλοίωσις, siue φορὰ dicta sunt. Nãque cõmutationẽ circa locum φορὰν dici voluerũt, quã nos quoque trãsgressionem maluimus dicere, secuti doctores. Verũ hunc ordinem quẽ nos in præsenti quasi discrepãtes ab eo libro, qui Categoriarũ dicit, diligenti examinatione digessimus, ipse quoque Aristoteles in naturaliũ libris exposuit. In Categorijs aũt secutus docendi cõpendium, speciẽ pro genere. i. motum pro immutatione nõ dubitauit assumere: vt motui diceret quasi generi sex spẽs esse subiectas γένεσιν, φθορὰν, αὔξησιν, μείωσιν, ἀλλοίωσιν, κατὰ τὸν τόπον μεταβολήν. Hæc nos Latino sermone, orum diximus, interitum, augumentũ, imminutionem, cõmutationem qualitatis, transgressionem loci. Hæ sex spẽs omni à se ratione discretæ sunt: Nisi forte cuiquã parum docte intelligenti, qualitatis commutatio. i. ἀλλοίωσις etiã cæteris existentibus fieri videatur: vt cum nascit aliquid, aut interit, aut minuit, tunc facta dicatur etiã cõmutatio. Sed id falsum ratio docet: Nã quæ crescunt aut minuunt, quãtitate immutantur, non cõmutantur qualitate. Cõmutatio. n. proprie est qualitatis. Meminisse autem nos oportet aliud esse immutationẽ, aliud cõmutationem. Nanque immutatio genus est, cõmutatio spẽs subiecta motui, quã immutationis spẽm diximus. Denique vt horum sit manifesta discretio, Geometricũ ponamus exemplũ: Si tetragonum maius quod intra depictũ est currentibus per modũ lineis in breuia tetragona partiaris, eiq; post vnum breue tetragonũ detrahas, minuisti tetragonum maius: At si detracti loco addas gnomonem, qui hemicycli specie ponitur, plus tetragono maiori q̃ detraxeras reddidisti: idq; quantitatis est non qualitatis, & immutationi potius q̃ cõmutationi tribuit, eoq̃ue à se plurimum differunt. Fit aut differentia rerum omniũ tribus modis: Aut materia, aut opere, aut vtroque. Materia, si sint annuli similes duo, vnusq; sit aureus, alter argenteus. Opere, si ex auro dissimile annuli fabricent. Vtroque, si annulus sit aureus & stylus argenteus. Claret igitur has immutationis species nec materia sibi, nec opere, nec vtroque cõiungi: Adeo autẽ seiunctæ sunt, vt earũ nonnullæ etiã sibi contraire videantur. Quis enim dubitet γένεσιν φθορᾶς. i. ortui interitum esse contrarium, augmento immutationem? Ipsa quoque commutatio siue qualitatis siue loci, licet non ex eodem specierũ numero, tamen habent quod sibi contrariũ videatur. Nã commutatio qualitatis est, cum ex albo fit aliquid nigrum, vel album de nigro, quæ sibi manifeste contraria sunt. Loci quoque cõmutatio, quã transgressionẽ diximus, superiorũ & inferiorum cõtrarietatẽ patitur, & propterea eã quoq; habere contraria apparet. Hæc sunt fili charissimi, quæ iugi labore assecuti, cum nobis Themistij nostra memoria egregij Philosophi magisterium nõ deesset, ad vtilitatẽ tuã de Græco in Latinum cõuertimus. s. vt ex ijs quoq; bonã frugẽ studij à nobis ipse cti suscipias, si te nõ dissimilẽ nostri, aliarũ rerũ quæ lubricæ atq; inanes sunt cupiditas retentauerit. Nihil nãque omisimus in hoc libro quod posset aut delectare iam doctos, aut indoctos manifestius erudire.

Species motus.

Differũt immutatio & cõmutatio.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Principia Rhetorices.

ORATORIS officium est, proposita quæstione ciuili duntaxat, primum ipsam intelligere, generalis sit, an specialis: simplex, an coniuncta ex pluribus: absoluta, an cõparatiua. Deinde cũ intellexerit, inuenire in ea cõgruentes patroni locos, & his morales seu naturales accommodare sententias. Exinde iudicare de inuentis, repudiare quæ parum cõmode occurrerint: Tum ijs quæ iudicio examinarit, dare ordinẽ certum. Etenim quanuis multa pertinentia inuenta sint, tamen nisi pro qualitate & magnitudine sua certis & quasi legitimis sedibus collocentur, aut oberunt, aut non magnopere proficient: Subinde ordinationi

Rhetor

Rhetor explicationem rerum commodare debebit. Quæ duabus partibus constat, structuræ qualitate, & quantitate verborũ. Hęc omnia memoria suscipi debent, quã & plerique Græcorum, & Marcus Tullius in primis Oratori affirmat necessariam, hoc vt opinor modo: venio nunc ad Thesaurũ rerum omniũ memoriam, quæ nisi custos inuentis ordinatisq; rebus adhibeatur, intelligimus omnia etiam si præclarissima sint, in Oratore peritura. Memoriam pronunciatio sequetur, res vt Demostheni videtur, in oratoria officina vel prima vel sola. Quæ cõsistit duobus, motu corporis, & sono vocis. Hæc tantũ summatim tetigisse satis est, quæ sunt Oratoris officia. Reliquũ est videre quid sit finis. Finis est, vt opinor, in omnibus rebus, ad quem cuncta referunt, cuius causa fiunt reliqua omnia, à Græcis τέλος dicitur. Quod etiam in Philosophorũ penè omnibus disputationibus quærit, Quis sit finis bene viuendi, virtus, an voluptas? Finem igitur proprium Oratoris officij alius aliũ probauerunt. Quibusdã enim visum est, summã Oratoris officij in bene dicendo esse, quibusdã in recte dicẽdo, quibusdam in persuadẽdo cõsistere. Quinetiã illi qui bene aut vere dicere finem Oratoris officij putauerũt, nõ abnuunt tamen horum ipsorum finem esse, persuadere, vt sit finis bene dicendi persuadere. Ergo quasi cõsensu omniũ finis est Oratoris officij, persuadere. Hoc quia in calumniã videbatur posse recedere (non enim semper persuadet Orator, nec si aliquando persuadere nõ possit, facultatem & nomen Oratoris amittit) addidit Hermagoras, quo calumniã effugeret, finem esse Oratoris officij, persuadere, quatenus cõditio rerum personarumq; patitur. Alia subinde ex eodem verbo persuadendi calumnia nascitur, inuenta sane à Platone, tractata multum in Gorgia: sed post ac multo impudentius à quibusdam Technicis obtrectantibus Hermagoræ frequentata. Negant quippe proprium esse finem Oratoris officij persuadere, sed cõmunem penè cũ vniuersis: Nam & Mathematicos de ijs quæ in notitiam ipsorum ceciderunt, persuadere: & Medicos de ijs qeæ in arte ipsorum contineantur, persuadere: opifices etiam & tabernarios, fabros, & siqui hmõi sunt, posse de eo quod agant, cuiuis probabiliter persuadere, quasi rationem faciant: ergo non esse integrum finem, qui solam communitatem habeat, careat proprietate: esse actum persuadendi cõmunem cum multis, & idcirco nõ esse persuadere propriũ finẽ Oratoris officij. Huic quoque calũnię Hermagoras percommode obsistit. Dicit. n. esse oratoris officium, persuadere, quatenus rerum & personarum conditio patitur, duntaxat in ciuilibus quæstionibus: Nam Medicorum & Philosophorum & cæteræ huiusmodi quæstiones extra regulam ciuilem, quam πολιτικὴν Græci vocant, collocantur.

Sunt autem ciuiles quæstiones, quarum perspectio in cõmunem animi conceptionem potest cadere, quam ἔννοιαν vocant. Verum vt facilius intelligas, quæ sit hæc ipsa conditio quam demonstrata esse volumus, omnia quæcunque hmõi sunt, vt ea nescire pudoris sit, & quæ vel ignorantes quasi scia mus, tamen cũ simulatione præ nobis ferimus, quotiescunque in dubitationem vocantur, efficiũt ciuilem quæstionem. Quod dico huiusmodi est, Si de pondere alicuius rei quæratur, si nõ videaris scire quot librarum sit, non est erubescendum: si de longitudine non videris scire quot pedum sit, nõ est erubescendum: si de cæteris huiusmodi rebus quas persequi longũ est: & ideo quotiescunque in dubitationem venerint, licet faciant quæstionem, tamen ciuilem facere non possunt. At vbi quæritur, sitne aliquid iustum an iniustum, honestum an inhonestum, laudandum an reprehendendum, præmio afficiendum an supplicio, vtile an inutile, & siqua huiusmodi sunt, nemo non etiam extra omnem artem & scientiam collocatus erubescat, si hæc nescire videatur. Inde est quod omnes persuasum habeant, aut certe alijs persuadere non dubitant, posse se concipere animo discrimen iusti & iniusti, honesti & inhonesti, cæterorumque quæ supra diximus: Et idcirco quæ dubitationes in huiusmodi rebus oriuntur, ciuiles vocantur quæstiones, quasi non propriæ paucorum, sed communes vniuersorum. Quæ cum ita sint, meritoque communi conceptione animi perspici possint quæstiones quæ διὰ τῆς ἐννοίας deprehendi possunt, ciuiles vocantur & sunt, in quibus versari & perstare debebit Orator. Duo sunt primi & quasi generales ciuilium modi quæstionum, quorum alter thesis, alter hypothesis vocatur à Græcis. Nos priori nomen nisi Græcum dare non possumus, nec posteriori quidem quàm quod videa-

A mur dediſſe,dedimus: quippe controuerſiam dicimus, quod nomẽ tã in τὴν θέσιν, quàm in τὴν ὑπόθιστν põt cadere, in vtroq; enim quæſtio, hoc eſt,controuerſia eſt. Porrò τῆς ὑποθέσιως ſignificatio, & declaratur ex ipſo compoſito noie, & eſt aliquid, quod eſt ὑπὸ τὴν θέσιν, id eſt,ſub illo genere quaſi ſpecies. Theſis eſt res,quæ admittit rationalẽ conſyderationẽ ſine definitione perſonæ. Hypotheſis eſt, ſeu controuerſia, vt impropriõ nomine vtamur, res quæ admittat rationalẽ contentionẽ cum definitione perſonæ: Melius autẽ declarabuntur ſub exemplo. Theſis eſt quæſtio huiuſmodi, an nauigandum,an philoſophandũ: Hypotheſis eſt quæſtio huiuſmodi, an decernendũ duellum prælio. Nec deſunt qui hinc etiã Hermagoram criminentur, & Apollodorus in primis qui negat quicquam aliud eſſe hypoteſin quàm theſin, & nullius momenti eſſe diſcrimen perſonarũ, quanquã vtrunq; hoc genus quæſtionis Hermagoras diſtinxiſſe videatur: non minus enim infinitam & interminatã eſſe hypotheſeos, quàm theſeos quæſtionem. Nam cũ quęratur, ſit,
B nec ne,animaduertendũ in Oreſtẽ, non perſonã eſſe quæ faciat quæſtionẽ, ſed factum,& nihil intereſſe an ita quæratur,ſit,nec ne,animaduertendũ in matricidã: Quod ſi ita eſt, nihil inter hypotheſin theſinq; diſtaret. Ad hęc noſtri primo oium qualitate perſonarũ cõnibus differentiã affirmare, ipſisq; etiã hypotheſibus, id eſt cõtrouerſijs ſæpe euenire, vt punita & impunita,honorata & inhonorata, quædã relinquẽda videantur,non tam exrerũ qualitate perſonæ. Deinde etiã illo diſtare hæc duo genera quęſtionũ, quod in theſi perſpectio ſit alicuius rei qualis ſit, in hypotheſi contentio: & quantũ intereſt inter perſpectionẽ & contentionẽ, tãtum inter theſin & hypotheſin eſſe diſcriminis. Deinde in theſi quæri,quid omnes oporteat facere,in hypotheſi quid vnum,aut alterũ,aut pauloplures, certe definitũ hominum modum: Et etiã illa differẽtia accidit,quod in theſi quaſi ignorantes quærimus,quid ſit optimum factu,in hypotheſi quaſi ſcientes defendimus. Tũ quod omnis theſis de futuro eſt, hypotheſis raro, quinimo nunquam niſi de prẽterito, aut eo
C quod iam agatur facit quęſtionem. Nemo enim neq; reus fieri poteſt,niſi fecerit aut feciſſe dicatur,neq; præmiũ,aut aliquid huiuſmodi petere, niſi iam meritus ſit,aut meritũ eſſe contendat. Huic loco opponunt tyrannidis & perditionis reos, & veneficij impara ti, & ſiqua in eundẽ modum excogitari poſſunt. In quo ſtudio criminanda falluntur. Nam & in eo quod proditionis reus eſt,non de futura re quæritur,id eſt,de ipſa proditione, ſed de eo an ſuſceperit conſiliũ proditionis, quod vtiq; prẽcelsit: & de tyrannide æque, an cogitarit tyrannidẽ, & de parricidio nõ perpetrato, & de veneficio: Ergo ſemper aut de prætẽrito,aut de præſenti in hypotheſi naſcitur quæſtio, in theſi contra nunquam niſi de futuro: Quæ ſi ita ſunt,ſatis vtriuſq; declarata eſt diuerſitas.

Nunc quoniã quidem de differentia gene Quæ
ralium & ſpecialium quęſtionũ ſatis dictum ſint
eſt,ſeparataq; theſi ab hypotheſi, vt perinde cuni
diſtaret re ac nomine,cõſequens eſſe videtur tũ
dicere,quid ſit quod hypotheſin, id eſt, con-
trouerſiam efficiat. Eſt igitur circunſtantia fiam
rerum quam περίστασιν, Hermagoras vocat, cicero
ſine qua ulla omnino controuerſia non po- cap. 4
teſt eſſe. Quid ſit autẽ περίστασις, facilius partitionẽ quam definitione eius deprehẽdi poteſt. Sunt igitur partes circunſtantiæ, id eſt, D
περιστάσεως, ſeptem, quas Hermagoras μερίδα περιστάσεως vocat, Theodorus στοιχεῖα πραγμάτων, id eſt,elementa: quod ex eorũ coniunctione quæſtiones fiant,perinde atq; ex coniunctione literarũ nomina & verba fieri videmus. Sed ſiue στοιχεῖα, ſiue μερίδα rectius dicantur, nos omiſſa controuerſia nominis, quę ſint ipſa dicamus. Sunt igitur hęc, quis, quid,quando,vbi,cur, quemadmodũ,quibus adminiculis quas Graeci περιστάσεις ἀφορμὰς vocant. Horum autẽ omnium aut rationalis plurimorũ congregatio conflat quęſtionem, aut legalis. Sed nimirum ſingulorum proprietas exprimenda eſt. Quis ſignificantiam habet perſonæ,quæ ſpectatur duobus modis, ex nomine,& qualitate. Ex nomine hoc modo: Quis? Camillus, C. Marius, L. Sylla. Ex qualitate,quis? Diues,pauper,imperator. Eſt autem definita in nominibus infinita in qualitatibus perſonarũ perſpectio, quãdo in appellationem nihil præter nomen cadit, in qualitatẽ & fortuna & ætas & cõditio & diſciplina,& cætera quę ſunt infinita numero. Quid,ſignificantiã habet rei quę facta ab aliquo,vel dicta,vel cogitata,fieri,dici,cogitari, futurum eſſe dictum cogitatũ iri videatur, bona vel mala, honeſta vel inhoneſta, iuſſa vel iniuſta,vtilis vel cõtra,neceſſaria vel parua,magna vel parũ vſitata vel noua. Quando,temporis ſignificationem habet, velut interdiu an noctu, ſacro an irreligioſo die, etiã ex ac-

ex accidentibus, quæ interdum dant tempori ſuã qualitatẽ: velut in belli an pacis tempore, in ſeditione an in cõcordia, in libertate an in dominatione, & ſi qua in eundẽ modum cadere poſſunt. Vbi,loci ſignificationem habet, veluti in ciuitate an extra,in ſacro loco an in prophano,in mari an in terra. Cur,ſignificat cauſam faciendi,vel dicẽdi, vel cogitandi,res (vt mea fert opinio) ad conſtituendã qõnem in primis neceſſaria. Quemadmodũ,ſignificationẽ habet ex facti, vel quod fiat, futurũue ſit,demõſtratione,veluti clàm,palàm, per vim,per dolum: & ſiqua ſunt ſimilia in eundem modum cadunt. ἀφορμαὶ quas nos adminicula dicimus,demõſtrationẽ habent eatum rerum, per quas factum eſſe aliquid dicatur,vt eſt laqueus,gladius, venenũ, literæ, internuncius,mandata,ſeruus,conſcius, alias vicarius. Horũ articulorũ,vt ſupra dixi,aut omnium, aut plurimorũ rationalis incurſus
F facient ciuilem quæſtionem.

Quæſtiones rõnales ſiũt quatuor modi. Cap. 5.

Rationales ſtiones, quas Hermagoras λογικὰς vocat. Melius.n.puto ſic eas cognominari quàm verbales. Quia λογικαὶ non ex verbi,ſed ex rationis ſignificatione appellatę ſunt à technicis,cũ alioquin λόγος interdum verbũ ſignificet,interdũ ratio legitur: Rationales,ſiue λογικαὶ qõnes fiũt modis quatuor. Hoc.n.in illis quæritur,an ſit, quid ſit, quale ſit,an induci in iudiciũ debeat. Vbi quæritur an ſit, genus id quæſtionis Hermagoras ſyſtaſμὸν, vocat: nos coniecturã poſſumus dicere. Item Theodorus περὶ τῆς οὐσίας, id eſt, de ſubſtantia. Nihil enim factum videri põt, quod nõ habuerit ſubſtantiã, neq; futurum, quod non habiturũ ſit ſubſtantiã. Quidam hoc genus quęſtionis ex eo quod per id quæritur,an ſit vocauerunt. Altera rationalis eſt quæſtio quã Hermagoras finẽ vocat: Theodorus περὶ τῆς ἰδιότητος, id eſt, de proprietate. Quidã quid ſit: nonnulli,de eodẽ & altero, περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου. Tertiam rationalem quęſtionem vno nomine omnes qualitatem vocãt. De quarta magna contentio eſt, quam ſupra de inducendo iudicio diximus. Pleriq; enim negant eſſe eam, quãdo id agant ne res poſſit venire in quæſtionibus. Sed inter omnes Hermagoræ præcellit auctoritas, qui & quæſtionem putat & in primis neceſſariam, & agitari in foro multum, & adhibendã etiã in cęteris ſtatutis primo ſtatim congreſſu, ſi
G cauſæ conditio patiatur. Nihil enim ſtatuto tam intereſſe eorum quibus iudiciũ intenditur, quàm declinare iudiciũ. Porrò ipſam declinationem iudicij habere non nullam iudicij ſpeciem. Nam ſi ita res ageretur, vt quotiens nollet aliquis cauſam iudicij, eſſet hoc in ipſius poteſtate, nulla erat quæſtio. Nunc autẽ cum ſemper exiſtant qui impediãt, ipſa illa contẽtio, qua alter in iudicium vocat, alter recuſat iudiciũ, facit quæſtionem: quod controuerſiæ genus Hermagora ἀσύστατον appellat, noſtrorũ pauci, reprehenſionẽ, pleriq; translationem vocauerunt, vtriq; ſanè rationem ſecuti. Qui reprehenſionem dixerunt, eo ſcilicet q̃ cum maxime inducatur in iudicium, cauſa reprehẽditur & quaſi retrahitur. Qui translationem, quòd reus nõ omnino excludat actionem, ſed vel in prẽſentem conditionem actio excuſet, in aliud genus iudicij transferat vel habitum, iam futuram.

H

De quatuor qõnibus legalibus. Cap. 6.

Sunt itẽ aliæ quęſtiones quatuor, quas inuentores νομικὰς, nos legales appellamus, νομικὰ ſunt ſcriptum & voluntas, quod illi ἔντου καὶ διάνοιαν appellant: ἀντινομία, quã nos cõtentionẽ legum cõtrariarũ vocamus: ambiguitas, quam illi ἀμφιβολίαν: collectio, quã illi συλλογὴν vocant. Verum hæc paulopoſt diligentius tractabimus, ita vt ſignificantia cuiuſq; euidentius exprimatur, & ſpecies generibus addatur. Interim mihi videtur eſſe dicẽdum, quibus omnis quæſtio articulis, & qualibus nodis ſubinde aſtricta, ad perfectã ſpeciem ſui veniat.

Quibus quæſtio articulis naſcat. Cap. 7.

Et eſt aliquod dictũ quod Græci φάσιν no
minãt, id ſcinditur in duas partes: Et eſt eius alterũ ἀπόφασις, & alterũ κατάφασις intentionẽ verbo factã poſſumus dicere, id eſt, verbũ quo crimẽ intẽditur: veluti, pulſaſti, prodidiſti, occidiſti. Quod autẽ illi ἀπόφασιν, nos abnuentiã criminis eius, quod verbũ accuſator intẽderit: veluti nõ pulſaui, nõ prodidi, nõ occidi. Et his duobus dicto & rñſo, vel intẽto & negato, media naſcitur qõ, hoc modo: Intẽtio eſt, occidiſti: negatio, nõ occidi: qõ, an occiderit. Sed vt iã à cõiecturali modo recedamus: Intẽtio eſt, iniuria occidiſti: negatio, nõ iniuria occidi: qõ, an iniuria occiderit. Vel in aliquo legali ſtatu: Intẽtio eſt, nõ licebat tibi hoc facere per legẽ: Negatio eſt, licebat mihi facere per legẽ: Quęſtio eſt, licuerit ne hoc facere p legẽ? Hãc quidã vt nos vſq; adhuc diximus, qõnem vocauerunt, quidam ſtatũ nominauerunt, ab eo videlicet quod in ea & exordiũ quæſtionis & ſumma conſiſteret. Primo.n.quaſi eminus cum hinc dicatur factum eſſe, inde non eſſe factum, nulla pugna eſt, ſed quaſi futurę pugnæ meditatio.

I

Deinde cũ propius accessum est, & quasi ad manus ventum, altercationi & contentioni mutuæ media quæstio interuenit, sit nec ne factũ: in ea vterq; cõsistit, omisso quod ante dicebat. Vnde ei quæstionis status nomen impositũ est. Hoc idẽ Theodorus κεφάλαιον appellat translatione vsus, videlicet à principali parte corporis: quod in hoc etiã complexu duorum, quæ vtrinq; dicta sunt, quasi caput quoddã totius controuersiæ efficitur. Consequens huic locus est, aut perinde, aut magis etiã necessarius, quo demonstratur quid causa, quid continẽs, quid de quo contenditur. Causam Hermagoras αἴτιον· σύνεχον continens: de quo contenditur τὸ κρινόμενον. Est ergo causa quæ nisi præcesserit, controuersia fieri non potest. Quod dico tale est: Abdicatur à patre filius, controuersia idcirco non est, quia nulla cur abdicaretur à patre causa
K præcesit. Deniq; addamus causam, & statim controuersia effecta est. Iurauit se non ductu rũ vxorẽ, & abdicatur. Quod iurauit, αἴτιον factũ est, id est, causa cur abdicationẽ meretur σύνεχον, vel continens est, quod ad refutandum αἴτιον, id est, ad refellendam causam videtur afferri: vt est in hac materia. Militẽ qui iurauerat se deserturum, Imperator occidit, & reus sit cędis. Hic enim αἴτιον, id est causa iudicij est, quod occidit: Neq; enim fieret reus nisi occidisset: σύνεχον, id est continẽs, est id, propter quod occidisse dixit, iusiurandũ scilicet militis, quod se deserturũ iurauerat. Hoc interdũ σύνεχον Hermagoras, id est, cõtinẽs appellat, ab eo quod oĩs rei defensio ab eo cõtineatur: interdũ αἴτιον αἰτίου vocat, quasi causam causæ. Nam quemadmodũ reatus causa est, q̃ militẽ occidit, ita occidẽdi causa, q̃ miles deserturũ se esse iurauit. Núc q̃n scimus quid sit causa, quid continens, videamus etiã quid sit de quo cõtẽditur, id est, qd sit τὸ κρινόμενον. Est aũt nihil aliud quàm exploratio cõtinentis τοῦ συνέχοντος. Quod
L dico tale est. Etenim in eadẽ cõtrouersia perseuerandũ puto, quo sint lucidiora quæ tradimus: αἴτιον est, q̃ occidit militẽ imperator: σύνεχον est, quo reus nitit̃, ideſt ratio, propter quã se occidisse dicit. est aũt q̃ miles iurauit se deserturũ: κρινόμενον est examinatio huius ipsius qđ ad defensionẽ reus attulit. In quo ita quæritur, nũ alia causa imperatori fuerit, cur occiderit militẽ, & hoc prætexitur, vt videatur nõ quia iurauerit occisus, sed quaqua vel simultatis vel inuidiæ causa. Poterit etiã etiã hoc modo articulus iste tractari, An ẽt si iurauerit, parũ tamẽ hæc iusta causa fuerit cur debuerit occidi: & tota perfectio totius συνέχοντος quod ad αἴτιον affertur κρινόμενον vocatur. Euenit tamen nõnunquã, vt in vna controuersia non simul αἴτιον & σύνεχον & κρινόμενον, sed sępius ipsa omnia per vices reuoluta tractent. Vt in hac cõtrouersia, Reus est Vlysses lęę reipublicæ q̃ procos occiderit. Hic enim αἴτιον est, q̃ occiderit: σύνεχον q̃ eos qui bona sua depopulabantur, & pudicitiæ vxoris insidiabantur occidit: κρινόμενον est, nunquid tamen etsi hæc res præcesserit, alia tñ causa quàm prætexit, occiderit? Vel nunquid ne pessime quidẽ de se meritos indemnatos debuerit occidere? Deinde ad hoc κρινόμενον aliud σύνεχον affert, Vlysses, quo dicat se iussu Mineruæ interemisse. Deinde hoc ipsum σύνεχον, fit κρινόμενον, quo quæritur vtrũ nã propter iussum Mineruę occiderit, & in tali Mineruæ quidẽ obtẽperare debuerit: est αἴτιον proprius accusatoris locus, σύνεχον defensoris, κρινόμενον vtriusq; cõmune. Subinde dicẽdũ puto, quemadmodũ & quot modis cõtrouersia ἀσύστατος fiat. Tametsi ne dici quidẽ cõtrouersias oportet quæ statum nõ habent, sed πλήγματα irrationabilia, id est, ἄλογα. Fiũt autẽ ἀσύστατα modis quatuor: Vnũ, cũ aliquid deest ex circunstantia. Quæ autẽ vis sit circũstantię & supra diximus, id est cum quęstionibus, aut causa, aut persona, aut locus, aut aliquid eorũ deest, quibus efficiũ circunstantiã diximus. Hoc autẽ genus asystati in scholasticã materiã nõ potest cadere, idcirco quia esse non poterit vllũ thema deficiente circũstantia. In veritate tamen nonnunquã euenit, vt aliquid horũ desit, & per imprudẽtiã actoris profligata causa veniatur ad iudicẽ. Alter est modus asystati, quẽ κατὰ συμπλοκήν appellant. Nos tamen si nomẽ Latinũ dare nõ possumus, tamen vim intelligere debemus. Nã cum eadẽ vtrinq; dicuntur, & nulla re, ne parua quidẽ discernuntur, tamen huiusmodi πλήγμα propter æqualitatẽ vtriusque partis statũ implicat. Vt vicini adolescentuli qui speciosas vxores habebant, noctu alter alterũ obuium habuerunt, accusant inuicem adulterij: Nam quicquid altera pars dixerit, hoc altera dicat necesse est. Verisimile est te adulteriũ voluisse cõmittere, quia adolescẽs es. Te quoq; verisimile é voluisse, quia adolescens es. Verisimile est, quia speciosam vxorẽ habeo. Te quoq; verisimile est, quia & ego speciosam vxorem habeo. Facultatem tibi vicinitas præbuit: & tibi eadem vicinitas

cinitas præbuit facultatẽ. Cur nocte in me? cur tu autem in me incidisti? Nihil est quod distinguatur, & idcirco uter eorum siue accusat alterum, se criminatur: siue se purgat, defendit eũ quẽ criminari videtur. Tertiũ est asystati genus, quod Græci κατὰ στερομυθίαν appellant. i. secundũ alteram partem, cũ reo nulla defensio est, & aut color in facto nõ inuenitur, aut parum probabilis color inuenitur. Vnde ẽt Democrates præceptor meus solitus erat dicere, eas ẽt cõtrouersias in quibus color diu quęritur, statũ nõ habere. Verum ille constantius, nos si afferatur aliquid
B ad defensionẽ, vel mediocriter probabile admittimus. Sed si euidenter confessa causa est, vt oportet secundũ heteromeriam explodemus. Nõnunq̃ incidũt quæstiones, maxime in veritate, quę summã accusatori, nullã reo largiũtur facultatem: verũ eas nõ controuersias, sed cõmunes locos dici dicimus. Quippe est in his non probatio criminis, sed ut in expressum atque euidens facinus expressio. Quartus ãt modus asystati vel caliginosissimus, adeo ut nonnunq̃ doctis etiã hominibus soleat obrepere. Habet. n. nõnullã speciẽ probabilis cõsistentisq; materiæ. Ea est huiusmodi in qua iudex ferẽdæ sentẽtię rationẽ explorare non potest. Hoc Græci ἄπορον vocãt. Sed subijciamus exemplũ, Petebat ab alio usurã quasi pecuniæ creditæ, Ille accepisse se pecuniã confitebat̃, sed depositam, & idcirco velle se restituere sortem sine usura. Pendente interea iudicio, lex de nouis tabulis lata est. Repetit ille quasi depositam: ille retinet quasi creditam. Non. n. uideo quid sit hic, quod in sentẽtia ferẽda iudex sibi possit, cum petitor idẽ interdum credidisse, interdũ depositum accepisse, interdum creditam, & neuter sua priore, sed vterq; alterius præterita sentẽtia utatur. Pertinere ẽt nonnihil ad rem
C videt̃ scire figuras controuersiarum, quibus inuicem differant, quo magis in euidenti sit quemadmodum quãque tractemus. Sunt igitur themata, i. figurę cõtrouersiarũ quatuor: εὔδοξον, quod nos opinionis bonę ex utroq; bono possumus dicere: ἀμφίδοξον, opinionis ex utroque bono ac malo confutę possumus dicere: παράδοξον, quod nos opinionis malę possumus dicere. Tametsi quidã parum diligenter Græce loquẽtes, paradoxon pro his quæ sunt bonæ opinionis, accipiunt. Vñ vulgo etiam Olympionicas, & cæteros victores sacrorum certaminum, paradoxos uocant, magis cõsuetudine quàm ratione ducti. Nã ut opinor παράδοξον est, quod est παρὰ τὴν δόξαν. id est contra opinionem bonam. Denique licet alias vulgares significationes probare malimus huius noĩs, tñ hoc loco ut multa noua tam à technicis mathematicis, quàm à Philosophis cognominantur, accipere debemus non tam pro solito usu cõsuetudmis, quàm pro conditione præcepti. Quarta est facies controuersiæ, quæ Græce ἄδοξος dicitur, quam nos nõ ut vulgo malæ opinionis, sed nullius opinionis euidenter propositis, id est, humilem & sordidam. Sed hæc exem- D
plis liquebunt: ἄδοξος cõtrouersia hominis est, in qua tam persona quàm res est, honesta, velut: Scipio victis Pœnis petit in præmium vt spectet ludos laurea coronatus: Et persona honesta est Scipionis, & quod petitur nõ improbũ: ἀμφίδοξος est, in qua vel honestatẽ pſonę turpitudo rei maculat: velut si idem Scipio perat præmij nomine mortem Tyberij Asellij. Nam petitoris pſona honesta est, quod aũt petitur inhonestum. Vel cõtra, si abdicatus fortiter fecerit & petat pmij nomine reditum in domũ patris: persona q̃ petit inhonesta abdicati, res quam petit honesta ut in domũ patris redeat. παράδοξον est controuersiæ genus, ut supra definiebam, in quo utraque sunt inhonesta, tam res q̃ persona. Velut impudicitiæ reus fortiter fecit, petit pręmij nomine accusatoris sui mortem. Nam & persona petentis inhonesta est, siquidẽ fuit reus impudicitiæ tametsi aliqd turpitudini derogauerit quod fortiter fecit, & res quam petit, improba. ἄδοξον est controuersiæ genus sine opinione utraque, humile & sordidum. Pauper vestimẽta vendebat, extitit alius pauper qui vendicaret ea, & furto ablata sibi esse diceret. Ille venditor ait E
se ab adultero deprehenso illa vestimẽta detraxisse: inuicem accusant, ille adulterij, hic furti. Hic enim & personæ humiles pauperum, & res quæ vñr fecisse qõnẽ abiectæ, vestimẽtorum vẽdicatio & agnitio, & quanq̃ interuenerit crimẽ adulterij non abiectum, tamen quia plura sunt ante πίστιν humilia & sordida, totius controuersiæ speciẽ sibi vendicãt. Dignoscere autem has controuersiarum figuras, cum ad multa alia conuenit, tum vel in primis ad id ut modum prędicandi, id est principia ædendi, congruentem qualitati materiam inuenire possimus: non enim eadem species debet esse principij in themate εὐδόξῳ & ἀμφιδόξῳ & παραδόξῳ sed

Quid utilitatis præ se ferat figurarũ eiusmodi admonitio. Cap. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sua cuique forma tribuenda. Iam primum in ὑποθέσει genere materiæ Hermagoras negat esse præfandum: Nã si beneuolentiæ, inquit, conciliandæ gratia præfari solemus in bonæ opinionis themate, quale illud est Scipionis, benigni sunt hi, apud quos locuturi sumus: nihil autem attinet parare quod paratũ est. Sed mihi longe aliter videtur, & pace tanti uiri dixerim, Neque.n. est semper spectãda authoritas, vtique cum ratione vincat. Censeo igitur nihil prohibere in ὑποθέσει genere
F materię quo minus præfemur. Nihil enim opinor mali est, benignos iudices benigniores reddere præfando, & eũ offensos aduersarijs uidemus, offensionẽ illã dicendo augere conamur. Deniq; aulœdos & citharœdos & cæteros hmõi artifices, quanquam non polliceantur orationem, videmus tñ pręloqui ante actionem. Et omnino curta & sine capite oratio est, quę sine principio ab ipsis rebus orditur. Vtemur etiã principijs in bonæ opinionis controuersijs, sed breuioribus & erectioribus paulo, & confidẽtibus & plenis dignitatibus, sine iactantia duntaxat, ne res pariat inuidiã. Vt est illud apud M. Tulliũ cõtra concionem Metelli, in qua exultare videtur. Sic enim ut opinor insequar fugientem, quoniam congredi non licet cũ resistẽte. Quod nunq; profecto tam magnifice dicere in exordio statim orsus fuisset, nisi, & ipsius actoris esset honesta persona, & res de qua locuturus erat nõ improba. Itemq; alio loco, cum de cõiuratorum aiaduersione loqueretur. Video P.C. in me omniũ vestrũ ora atque oculos esse conuersos. & deinceps.
G Quæ ota huiusmodi sunt, vt actor & splendori suo, & rebus his de quibus locuturus est, quasi honestissimis videatur merito confidere. Pleraque huiusmodi exordia apud Q. Gracchum, quanto nobilioris fuit spiritus, quæ dicentem profecto Merucium, aut
Principiare. aliquem ex Canensi caterua nemo ferret. In ἀμφιδόξῳ genere materiæ moderatione quadam vtẽdum erit eũ principiamus, ut & turpitudinem quę subest, & dignitatem quæ est in re aut persona vel illustrando augeamus, uel ita varie vtrunq; misceamus, ut alterius partis turpitudinem alterius honestas tegat. Neque tũ cum tanta iactatione, quãta in illo superiori genere materiæ, sed quasi cum quadã confidenti verecũdia. Si in re turpitudo erit, quãtũ fieri poterit, auocabimus iudicem ad psonæ dignitatẽ. Si in persona, ad rei dignitatẽ, quasi de periculoso in tutiorẽ locũ refugiemus, sed summatim leuiterq; cedẽtes, vt despicere potius suspitionem metus quàm timere videamur. Laborabimus autẽ in eo, ut cõsusa utraq; dignitate rei & personæ, plus fiduciæ in honestate, quam metus in turpitudine habere uideamur. Sed ut Impidius hoc genus principiandi deprehendatur, dabo exemplum quod habuit M. Tul-H lius, cum pro M. Scauro loqueretur. Erat enim controuersia παραδόξῳ, quippe qui niteretur dignitate psonæ M. Scauri, premeretur turpitudine criminis de pecunijs repetundis. Vtrunque in principio statim ita cõfudit Orator, ut & turpitudinẽ criminis dignitate personæ contegeret, neque tamẽ largiter nimium, neque exultanter, sed ita ut expromat nonnullam etiam metus suspicationem. Maxime fuit optandum M. Scauro Iudices, ut nullo suspecto cuiusquã odio, sine offensione ac molestia, &c. In παραδόξῳ, id est, in malæ opinionis themate vbi & persona, & dignitas pariter laborabit, longioribus principijs utẽdum erit, & purgandis suspitionibus opera tribuenda, & demisse loquendum, sequendum cum sententijs, tum verbis etiam propius blãditiam sitis, & querimonia quasi falsi illati criminis, & falsæ infamiæ impositæ aduersum nos p inuidiã, etiam submissiore toto tempore conformato ad verecundiam, submisso vultu, oculis terram intuentibus, neque illa aeriter, sed si possumus etiam timore simulato. In ἀδόξῳ, id est in humili genere materiæ, proxima sermoni debent esse principia. Neque sententijs alte petitis, neque verbis vltra modum ornatis, neque structura grauiore, sed quasi resoluta, & simplici. Vis autem omnium sententiarum, quam his principijs adhibemus ea esse debebit, vt rem à proprietate reuocet ad communitatem, & dicat omnium interesse illam rem vindicari. Propterea, quòd quanto quæque minora sunt, tanto crebrius, & magis inter multos cadere possint. Nec tam oportere spectari magnitudinem rerum, & personarum, quàm rationem æqui, & iniqui, veri, & falsi. Eandem enim esse horum in minimis vim quam in maximis. Talia principia sunt pleraque apud Demosthenem in ijs libris qui inscribuntur idiotici, & magis apud Lysiam, & apud quosdam ex nostris veteribus. Certe M. Tullius cum pro Archia diceret, non aliter exorsus est.

Rudimentorum Rhetorices Finis.

Diui

K D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De Musica, Liber Primus.

Musica quid doceat. Cap. 1.

MOdus, quis pes est? D I. Pyrrichius. MA. Quot temporũ est? DI. Duũ. MA. Bonus, quis pes est? DI. Idẽ q & modus. MA. Hoc ſle ergo modusq; bonus? DI. Nõ. MA. Cur ergo nõ idẽ? DI. Quia idem in sono, in significatione aliud. MA. Cõcedis ergo eundẽ sonũ esse cũ dicimus, modus & bonus. DI. Literarũ sono ista video discrepare, cętera autem paria eẽ. MA. Quid cũ enunciamus, pone verbũ, & ponè aduerbiũ, pter id qđ significatio diuersa est, nihil tibi videtur sonus distare? DI. Distat omnino. MA. Vnde distant cum & eisdem tẽporibus utrunq;, & eisdẽ literis cõstet? DI. Eo distant quod in diuersis locis habent acumen. MA. Cuius tandẽ artis est ista dignoscere? DI. A Grãmaticis
L hęc audire soleo, & ibi ea didici, sed utrũ hoc eiusdem artis sit, ppriũ, an aliũde usurpatũ, nescio. MA. Post ista videbimus. Nunc illud quæro, vtrũ si tympanũ vel chordã bis percuteres tam raptim & velociter quàm cũ enunciamus, modus aut bonus, agnoscere, & ibi eadem tempora esse an non? DI. Agnoscerem. MA. Vocares ergo pedem pyrrhichium? DI. Vocarem. MA. Nomen huius pedis à quo nisi à Grammatico didicisti? DI. Fateor. MA. Ergo de omnibus huiusmodi sonis Grammaticus iudicabit, an per teipsum istos pulsus didicisti, sed nomen quod imponeres à Grammatico audieras? DI. Ita est. MA. Et ausus es nomẽ quod te Grammatica docuit transferre ad eam rem, quam non pertinere ad Grammaticam cõfiteris? DI. Video non ob aliud pedi nomen impositum, quàm propter temporum dimensionem, quam ubicunque cognouero, eò transferre illud vocabulum cur non audeo? Sed, & si aliqua vocabula sunt imponenda, cum eiusdem dimensionis soni sint, sed ad Grammaticos tamen non pertinent, quid mihi est de nominibus laborare,
M cum res aperta sit? MA. Nec ego id uolo, sed tamen cum videas innumerabilia genera sonorum, in quibus certæ dimensiones obseruari possunt, quæ genere fatemur grammaticę disciplinæ non esse tribuenda, nonne censes esse aliam aliquam disciplinam, quæ quicquid in huiusmodi sit vocibus numerosum artificiosumque contineat? DI. Probabile mihi videtur. MA. Quod nomen ei existimas? Nam opinor non tibi nouum esse, omnipotentiam quandam canendi Musis solere concedi. DI. Hæc est Musica nisi fallor illa quæ Musica nominatur. quid sit. MA. Et ego hanc esse exstimo. Sed iam Cap. 2. placet nobis de nomine minime laborare. Modo inquiramus, si uidetur quàm diligentissime possumus, omnem huius quæcunque est disciplinæ uim atque rationem. DI. Inquiramus sanè. Nam hoc totum quicquid est, multum nosse desidero. MA. Definì ergo Musicam. DI. Non audeo. MA. Potes saltẽ definitionem meam probare. DI. Experibor si dixeris. MA. Musica est scientia bene modulandi. An tibi non videtur? DI. Videretur fortasse si mihi liquesceret quid sit ipsa modulatio. MA. Nunquidnam hoc verbũ quod mo- A dulari dicitur, aut nũquam audisti, aut uspiã nisi in eo quod ad cantandum saltandũque pertineret? DI. Ita est quidẽ. Sed quia video modulari à mõ esse dictum, cũ in oibus pẽnè factis modus seruandus sit, & multa ẽt in canẽdo ac saltando quãuis delectent, vilissima sint, uolo plenissime accipere qd prorsus sit ipsa modulatio, quo vno penè verbo tantæ disciplinæ definitio cõtinetur. Nõ.n. tale aliqd hic discendũ est, quale quilibet cãtores hutrionesq; nouerũt. MA. Illud superius qđ in omnibus ẽt præter Musicã factis modus seruãdus est, & tñ in Musica modulatio dicit, nõ te moueat, nisi forte ignores dictionẽ Oratoris proprie nominari. DI. Nõ ignoro, sed quorsum istuc? MA. Quia & puer tuus quantũlibet impolitissimus & rusticissimus, cũ vel vno verbo interrogãti tibi respõdet, fateris eũ aliquid dicere? DI. Fateor. MA. Ergo, & ille Orator est. DI. Non. MA. Non igitur dictione usus est, cum aliquid dixerit, quanuis dictionem à dicendo dictã esse fateamur. DI. Concedo. Sed & hoc quò pertineat requiro. MA. Ad id scilicet ut intelligas modulationẽ posse ad solã Musicã pertinere, quanuis modus B vnde flexum verbum est, possit etiã in alijs rebus esse: quemadmodum dictio proprie tribuitur Oratoribus, quãuis dicat aliquid omnis q loquitur, & a dicẽdo dictio nominata sit. DI. Iã intelligo. MA. illud ergo qđ abs te postea dictũ est, multa esse in canen-

Universidad de Deusto Biblioteca

do & saltādo vilia,in quibus si modulationis nomē accipimus, penè diuina ista disciplina vilescit, cautissime omnino abs te animadversum est. Itaq; discutiamus primum quid sit modulari,deinde quid sit bene modulari: nō enim frustra est definitioni additum. Postremo etiam quod ibi scientia posita est, nō est contemnendū. nam his tribus,nisi fallor, definitio illa pfecta est. DI. Ita fiat. MA. Igitur qm̄ fatemur modulationem à modo esse nominatā, nunquidnā tibi videtur metuendum, ne aut excedatur modus, aut non impleatur nisi in rebus, q̄ motu aliquo fiūt? Aut si nihil moueatur,possumus formidare, ne præter modū aliquid fiat? DI. Nullo pacto. MA. Ergo modulatio non incongrue dicitur mouendi q̄dam peritia, vel certe qua
C fit vt bene aliquid moueatur. DI. Non.n. possumus dicere bene moueri aliquid si modum non seruat. MA. Non possumus quidem. Sed necesse erit rursus istā modulationē in oibus benefactis intelligere. DI. Nihil quippe nisi bene mouēdo, bñ fieri video. MA. Quid si forte ista omnia per Musicā fiant, quanuis modulationis nomen in eiusmodi organis magis tritū sit, nec immerito. Nam credo videri tibi aliud esse tornatū aliquid ligneū vel argenteū, vel cuiuscūq; materiæ, aliud autē ipse motus artificis, cū ipsa tornantur. DI. Assentior multum differre. MA. Nunquid nam ergo ipse motus ꝓpter se appetitur, & non ꝓp id quod vult esse tornatum? DI. Manifestum est. MA. Quid si membra non ob aliud moueret, nisi ut pulchre ac decore mouerentur,cū facere aliquid nisi saltare diceremus? DI. Ita vr. MA. Quando ergo censes aliquem rem præstare & quasi dominari,cum propter seipsam, aut cum ꝓp aliud appetitur? DI. Quis negat cum ꝓp seipsam. MA. Repete nunc illud superius quod de modulatione diximus. Nā cum ita eā posuerimus,quasi quandā mouēdi esse peritiam,vide vtrum magis habere sedem debeat hoc nomē in eo motu qui velut liber est.i. propter se ipse appetitur,& ꝓpter se ipse delectat, an in eo qui seruit quodam-
D modo? Nam quasi seruiunt omnia quæ non sibi sunt,sed ad aliquid aliud referūtur. DI. in eo.s.qui ꝓp se appetit. MA. Ergo scientiam modulandi iam probabile est esse scientiam bene mouendi, ita vt motus per se ipse appetatur, atque ob hoc per se ipse delectet. Quid sit bene mo
DI. Probabile sanè. MA. Cur ergo additū est bene, cum iam ipsa modulatio nisi bene moueatur, esse non possit? DI. Nescio, & dulat
quemadmodum mihi exemptū sit ignoro. Cap
Nā hoc requirendū animo hæserat. MA. Poterat omnino nulla de hoc verbo controuersia fieri, vt iam Musicā sublato eo quod positum est,bene, tantū scientiam modulandi definiremus. DI. Quis.n.ferat si eiusdare totum ita velis: Musica est scientia bene mouendi? MA. Sed quia bene moueri iam dici potest,quicquid numerositatis, quæ temporū atque interuallorū dimensionibus moueatur,iā.n.delectat. Et ob hoc modulatio nō incongrue iam vocatur. Fieri aūt potest, vt ista numerositas atq; dimensio delectet, qñ non opus est: vt siquis suauissime canens, & pulchre saltans,velit eo ipso lasciuire, cū res seueritatem desyderat,non bene vtiq; numerosa modulatione vtitur.i.ea motione quæ E iam bona ex eo quia numerosa est,dici ꝑt,male ille.i.incongruenter vtitur.Vnde aliud est modulari,aliud bene modulari. Nam modulatio ad quēuis cantorem,tantum qui non erret in illis dimensionibus vocum ac sonorū. Bona vero modulatio ad hanc liberalem disciplinam.i. ad Musicam pertinere arbitranda est.Quod si nec illa bona tibi motio videtur, ex eo quia inepta est quanuis artificiose numerosam esse fatear, teneamus illud nouissimum,quod vbiq; seruandum est,nō certamen verbi, re satis elucente, nos torqueat, nihilque curemus vtrum Musica modulādi, an bene modulandi scientia describat. DI. Amo quidem rixas verborum præterire atque contemnere, non tamen mihi displicet illa distinctio. MA. Restat vt quæramus Scientia
cur sit in definitione scientia. DI. Ita fiat. & scien
Nā hoc flagitare ordinē memini. MA. Re- tiæ pos
spōde igitur,vtrū tibi videatur bene modula tio-
ri vocē luscinia verna parte anni.Nā & nu- Cap
merosus est,& suauissimus ille cātus,& (nisi fallor) tempori congruit. DI. Videtur omnino. MA. Nunquid nam liberalis huius disciplinæ perita est? DI. Non. MA. Vides igitur nomen scientiæ definitioni pernecessarium. DI. Video prorsus. MA. Dic F
mihi ergo quæso te, nonne tales tibi omnes videnť,qualis illa luscinia est, qui sensu quodam ducti bene canunt,hoc est,numerose id faciunt ac suauiter, quanuis interrogati de ipsis numeris,vel de interuallis acutarum grauiumq; vocū respondere non possunt. DI. Simillimos eos puto. MA. Quid ij,qui illos sine ista scientia libenter audiunt cum videamus elephantos, vrsos aliaq; nōnulla genera

nera bestiārum ad cantus moueri, auesq; ipsas delectari suis vocibus: non.n.nullo extra posito commodo tam impense id agerent sine quadam libidine,nonne pecoribus comparandi sunt? DI. Censeo,sed penè in omne genus humanū tendit hæc cōtumelia. MA. Non est quod putas.Nā magni viri & si musicam nesciunt, aut congruere plebi nolunt, quæ non multum à pecoribus distat,& cuius ingens est numerus,qd' modestissime ac prudentissime faciunt. Sed de hoc nunc disserendi locus non est: aut propter magnas curas relaxandi ac reparandi animi gratia moderatissime ab ijs aliquid voluptatis assumunt: quam interdum sic capere modestissimum
G est: ab ea vero capi vel interdum, turpe atq; indecorum est. Sed quid tibi videtur,vel qui tibijs canunt vel cithara, atque huiusmodi instrumentis, nunquidnam possunt lusciniæ comparari. DI. Non. MA. Quid igitur distant? DI. Quod in istis artem quandā esse video,in illa vero solam naturam. MA. Verisimile dicis,sed ars tibi videtur dicenda, etiam si quadam imitatione id faciunt? DI. Cur non? Nam video tantum valere in artibus imitationem,vt ea sublata, omnes penè perimantur. Præbēt enim se magistri ad imitandum, & hoc ipsum est quod vocant docere. MA. Videtur tibi ars ratio esse quædam, & ij qui arte vtuntur, ratione vti: an aliter putas? DI. Videtur. MA. Quisquis igitur ratione vti non potest, arte non vtitur. DI. Et hoc concedo. MA. Censes ne muta animalia, quæ etiam irrationalia dicuntur, vti posse ratione? DI. Nullo modo. MA. Aut igitur picas & psitacos & coruos rationalia esse dicturus es animalia, aut imitationem nomine artis temere vocasti. Videmus enim has aues & multa canere ac sonare quodam humano vsu, & non nisi imitando facere, nisi tu aliter credis. DI.
H Quomodo hoc conficeris,& quantum contra responsionem meam valeat, nondum plane intelligo. MA. Quæsieram ex te,vtrū citharistas, & tibicines, & huiusmodi aliud genus hominum,artem diceres habere etiam si id, quod in canendo faciunt, imitatione assecuti sunt. Dixisti esse artem, tantumq; id valere affirmasti, vt omnes penè tibi artes periclitari viderentur imitatione sublata. Ex quo iam colligi potest, omnem qui imitando assequitur aliquid arte vti, & si forte non omnis qui arte vtitur, imitando eam percepe-
rit. Aut si omnis imitatio ars est, & ars omnis ratio,omnis imitatio ratio: ratione autem non vtitur irrationale animal, non igitur habet artem: habet autem imitationem: nō est igit' ars imitatio. DI. Ego multas artes imitatione constare dixi, non ipsam imitationem artem vocaui. MA. Quæ igitur artes imitatione constant, non eas censes ratione constare? DI. Immo vtroque puto eas constare. MA. Nihil repugno,sed scientiam in quo ponis, in ratione an imitatione? DI. Et hoc in vtroque. MA. Ergo scientiā illis auibus dabis, quibus imitationem nō adimis. DI. Non dabo. Ita.n.dixi in vtroque I
esse scientiā, vt in sola imitatione esse non posit. MA. Quid, in sola ratione videtur tibi esse posse? DI. Videtur. MA. Aliud igitur putas esse artem, aliud scientiam. Siquidem scientia & in sola ratione esse potest, ars autem rationi iungit imitationem. DI. Non video esse consequens. Non enim omnes, sed multas artes dixeram simul ratione atque imitatione constare. MA. Quid scientiam vocabisne etiam illā quæ his duobus simul constat, an ei solam partem rationis attribues? DI. Quid enim me prohibet vocare scientiam,cum rationi adiungitur imitatio? MA. Quoniam nunc agimus de Citharista & Tibicine, id est,de Musicis rebus, volo mihi dicas,vtrum corpori tribuendum sit, id est, obtemperationi cuidam corporis,siquid isti homines imitatione faciunt. DI. Ego istam & animo simul & corpori tribuendam puto, quanquam idipsum verbum satis improprie abs te positum est,quod obtemperationem corporis appellasti. Non enim obtemperare nisi animo potest. MA. Video te acutissime imitationem non soli corpori voluisse concedere. Sed nunquid scientiam negabis ad solum animum pertinere? DI. Quis hoc negauerit? MA. K
Nullo modo igitur scientiam in sonis neruorum & tibiarum, simul & rationi & imitationi tribuere sineris. Illa enim imitatio non est, vt confessus es, sine corpore, scientiam vero solius animi esse dixisti. DI. Ex ijs quidem quæ tibi concessi, fateor hoc esse confectum. Sed quid ad rem? Habebit enim & tibicen scientiam in animo. Neque enim cum ei accedit imitatio, quam sine corpore dedi esse non posse, adimet illud quod animo amplectitur. MA. Non adimet quidem. Nec enim ego affirmo eos,à quibus organa ista tractātur omnes carere scientia, sed non habere omnes dico. Istam enim ad hoc volui-

voluimus quæstionẽ, vt intelligamus si possumus, q̃ recte sit scientia in illa definitione Musicæ posita, quã & tibicines & fidicines, & id genus alij quilibet habent. DI. Nihil ista disciplina puto eẽ vtilius, nihil abiectius. MA. Sed attende q̃ diligentissime, vt quod diu iam molimur appareat. Certe.n. iam mihi dedisti in solo animo habitare scientiam. DI. Quidni dederim? MA. Quid sensum aurium, animone, an corpori, an vtrique concedis? DI. Vtrique. MA. Quid memoriam? DI. Animo puto esse tribuendã. Non enim si per sensus percipimus aliquid, quod memoriæ commendamus, ideo in corpore memoria esse putanda est. MA. Magna fortasse ista quæstio est, neque huic opportuna sermoni. Sed quod proposito sat est, puto te negare non posse, bestias habere memoriam. Nam & nidos post annum reuisunt hirundines: & de capellis verisime dictum est, Atque ipsæ memores redeunt in tecta capellæ. Et canis dominũ iam suis hominibus oblitum recognouisse prædicatur, & innumerabilia si velimus, animaduertere possimus, quibus id quod dico manifestũ est. DI. Nõ ego istud nego, & quid te adiuuet, vehementer expecto. MA. Quid putas, nisi quod scientiam, qui soli animo tribuit, eamq; omnibus irrationabilibus animantibus adimit, neque in sensu eam, neq; in memoria: nam illud non est sine corpore, & vtrunq; etiam in bestia est, sed in solo intellectu collocauit. DI. Et hoc expecto quid te adiuuet. MA. Nihil aliud, nisi omnes qui sensum sequuntur, & quod in eo delectat, memoriæ cõmendant, atq; secundum id corpus mouẽtes, vim quandam imitationis adiungunt, non eos habere scientiam, quanuis perite ac docte multa facere videantur, si rem ipsam quam profitentur aut exhibent, intellectus puritate ac veritate non teneant. At si tales esse istos theatricos operarios ratio demonstrauerit, nihil erit, vt opinor, cur dubites eis negare scientiam, & ob hoc Musicam, quæ scientia modulandi est, nequaquam concedere. DI. Explica hoc, videamus quale sit. MA. Mobilitatem digitorum celeriorem vel pigriorẽ credo te nõ scientiæ, sed vsui dare. DI. Cur ita credis? MA. Quia superius soli animo scientiam tribuebas, hoc autem quanquam imperante animo tamen esse corporis vides. DI. Sed cum sciẽs animus hoc imperat corpori, magis hoc scienti animo, quàm seruientibus membris tribuendum puto. MA. Nõne censes posse fieri vt vnus alium scientia præcedat cum ille imperitior multo facilius, & expeditius digitos moueat? DI. Censeo. MA. At si motus celer & expeditior digitorum scientiæ tribuendus esset, tanto in eo quisque excelleret, quanto esset scientior. DI. Concedo, MA. Attende etiam istud. Nam opinor nõnunquam te animaduertisse fabros, vel huiusmodi opifices, ascia siue securi eundem locum feriendo repetere, & non aliò quàm eò quò intẽdit animus ictum perducere, quod nos tentantes cũ assequi nequimus, ab eis sæpe irridemur. DI. Ita est vt dicis. MA. Ergo cum id nos facere non valeamus, nunquid ignoramus quid fieri debeat, vel quantũ debeat imputari? DI. Sæpe ignoramus, sæpe scimus. MA. Fac ergo aliquem nosse omnia, quæ fabri facere debeant, & perfecte nosse, minus tamen valere in opere, sed eisdem ipsis qui facillime operãtur, multa dictare solertius, quàm illi per se indicare possent, an id vsu cuenire negas? DI. Non nego. MA. Non igitur solum mouendi celeritas atque facilitas, sed etiam motionis modus ipse in membris, vsui potius quàm scientiæ tribuendus est. Nam si aliter esset, eo quisque manibus melius vteretur, quo esset peritior: quod licet ad tibias citharàsue referamus, ne quod ibi digiti atque articuli faciunt, quia difficile nobis est scientia potius quàm vsu & sedula imitatione ac meditatione fieri putemus. DI. Non queo resistere: nam & medicos audire soleo doctissimos viros, sæpe in serãdis, vel quoquo modo comprimendis membris in eo quod manu ac ferro fiat, ab imperitioribus antecedi, quod genus curandi chirurgiam nominãt, quo vocabulo satis significatur operaria quædam in manibus medendi consuetudo. Perge itaq; ad cætera, & iam istam confice quæstionem. MA. Illud restat, vt opinor, vt inueniamus si possumus, has ipsas artes quæ nobis per mina Sensus nus placent, vt illius vsus potentes essent, nõ Mulcer continuo scientiam, sed sensum ac memoriã meli secutas. Ne forte mihi dicas fieri quidẽ pos- tura. se, vt scientia sine vsu sit & maior plerunque Cap. 5. q̃ est in eis, qui vsu excellunt, sed tamen etiã illos ad vsum tñ, non potuisse sine vlla scientia peruenire. DI. Aggredere, nam ita deberi manifestum est. MA. Nunquãne huiusmodi histriones audisti studiosius? & plus fortasse quàm vellem? Vnde fieri putas, vt diosus imperita multitudo explodat sæpe tibicinem forte nugatorios sonos afferentem, rursumque q̃ bene plaudat

plaudat bene canenti, & prorsus quanto suauius canitur, tanto amplius, & studiosius moueatur? Nunquidnam id à uulgo per artem musicã fieri credendum est? DI. Non. MA. Quid igitur? DI. Natura id fieri puto, quæ omnibus dedit sensum audiẽdi quo ista iudicant. MA. Recte putas. Sed iã etiam illud uide, vtrũ & tibicẽ ipse hoc sensu præditus sit. Quod si ita est, potest eius sequens iudiciũ mouere digitos cũ tibias inflauerit, & quod satis cõmode pro arbitrio sonuerit, id notare ac mandare memoriæ, atque id repetẽdo cõsuefacere digitos eò ferri sine ulla trepidatione, & errore: siue ab alio accipiat id quod cãtet, siue ipse inueniat, illa de qua dictum est ducente atque approbante natura. Itaque cũ sensum memoria, & articuli memoriam sequuntur, usu iã edomiti atq; præparati, canit cum uult tanto melius atque iucundius, quãto illis omnibus præstat quæ superius ratio docuit cum bestiis nos habere communia, appetitũ. s. imitandi, sensum, atque memoriã. Nunquid habes aduersum ista quod dicas? DI. Ego uero nil habeo. Iã audire cupio cuiusmodi sit illa disciplina, quã profecto à cognitione uilissimorũ animorum uideo subtilissime uendicatam. MA. Nondum est satis quod factũ est, nec ad eius explicationẽ transire nos sinam, nisi quemadmodum constitit inter nos posse histriones sine ista scientia satisfacere uoluptati auriũ populariũ, ita etiã nullo modo esse posse histriones Musicę studiosos peritosque constiterit. DI. Mirum si hoc effeceris. MA. Facile id quidem est, sed attentiore te mihi opus est. DI. Nunquam equidem quod sciam remissior in audiendo fui, ab usque sermo iste sumpsit exordium. Sed nũc me fateor multo erectiorẽ reddidisti. MA. Gratum habeo, tibi te commodes magis. Itaque responde si placet, vtrum tibi videatur scire quid sit aureus solidus, qui eum æquo precio uendere cupiẽs, decẽ nummos eum ualere putauerit? DI. Cui hoc videatur? MA. Nunc age dic mihi, quid charius habendum sit, quod nostra intelligentia continetur, an quod nobis fortuito imperitorum iudicio tribuitur? DI. Nulli dubiũ est, longe illud primum præstare cæteris omnibus, quę nostra quidem putanda sunt. MA. Num ergo negas omnẽ scientiã intelligẽtia contineri? DI. Quis negat? MA. Et Musica igitur ibi est. DI. Video ex eius definitione id esse consequens. MA. Quid plausus populi, & omnia illa theatrica præmia, nonne tibi ex eo genere videntur, quod in potestate fortunæ, & imperitorum iudicio positum est? DI. Nihil magis arbitror esse fortuitum obnoxiumque casibus, & plebeiæ dominationi nutibusque subiectum, quàm illa sunt omnia. MA. Hoccine igitur precio cantus suos uenderent histriones, si Musicam scirent? DI. Non parum quidem hac conclusione commoueor, sed nonnihil habeo quod contradicam. Nam ille uenditor solidi cum isto comparandus non uidetur. Non enim accepto plausu aut qualibet sibi largita pecunia, scientiam siquam forte habeat qua populum delectauit amittit: sed onustior nummo, & laude hominum lætior, cum eadem disciplina incolumi atque integra domũ discedit: stultus autẽ esset, si commoda illa contemneret, quæ nõ adeptus multo esset ignobilior atque pauperior, adeptus autẽ nihilo esset indoctior. MA. Vide ergo vtrum uel isto conficiamus quod volumus. Nam credo uideri tibi multo esse præstantius id, propter quod aliquid facimus, quàm idipsum quod facimus. DI. Manifestũ est. MA. Qui ergo cãtat uel cantare discit, non ob aliud, nisi ut laudetur à populo, uel omnino abs quouis homine nonne iudicat meliorem laudem illam esse quàm cantu? DI. Negare non possum. MA. Quid ille qui male de aliqua re iudicat, uidetur tibi eam scire? DI. Nullo modo, nisi forte quoquo modo corruptus. MA. Ergo qui uere putat melius esse aliquid quod deterius est, nullo dubitante scientia eius caret. DI. Ita est. MA. Quando igitur mihi vel persuaseris uel ostenderis quẽlibet histrionum non ideo illam siquam habeat facultatem, uel assecutum esse uel exhibere, vt populo placeat propter quæstum aut famã, concedam posse quenquã, & Musicæ habere scientiam, & esse histrionem. Si autẽ probabile est, neminem esse histrionũ qui non sibi professionis finẽ in pecunia seu gloria constituat ac proponat, fateri necesse est aut Musicã nescire histriones, aut magis expetendam esse ab alijs laudem uel quęque alia fortuita cõmoda, quàm à nobis metipsis intelligentiã. DI. Video me qui superiorã concesserim et istis cedere debere. Non enim mihi ullo modo uideri potest de scæna inueniri posse talẽ uirum, qui artem suam propter seipsam, non propter extra posita cõmoda diligat, cũ de gymnasio vix talis inueniatur: quãquã siquis existit uel extiterit, nõ ab eo contemnẽdi Musici, sed honorãdi aliquãdo histrienes

Georg. 3. Argũ intelligit canem. Vlysis. Odysseæ.

Cãtores Theatricos nescire artem Cap. 6.

nes posſint videri. Quamobrem explica iam ſi placet tantã iſtam, quę iam vilis mihi uideri non poteſt, diſciplinam. MA. Faciã, immo tu facies. Nam ego nihil quàm rogabo te, ac percontabor. Tu uero totum hoc quicquid Diu, & nondiu. Cap. 7. eſt, & quod nunc neſciens quærere videris, reſpondendo explicabis. Itaque iam ex te quæro, vtrum quiſquam poſsit, & diu & uelociter currere? DI. Poteſt. MA. Quid tarde & uelociter? DI. Nullo modo. MA. Aliud ergo eſt diu, aliud tarde. DI. Aliud omnino. MA. Item quæro, quid putes diuturnitati eſſe contrarium, ſicuti eſt tarditati uelocitas. DI. Non mihi occurrit vſitatum nomen. Itaque diuturno nihil uideo quod opponam, niſi non diuturnum, vt ei quod dicitur, diu, contrarium ſit, non diu, quia & uelociter ſi nolim dicere, & pro eo non tarde dicerem, nihil aliud ſignificaretur. MA. Verum dicis. Nihil. n. deperit eũ ita loquimur ueritati. Nã & mihi ſi eſt hoc nomẽ, qđ tibi non occurriſſe dicis, aut ignoratur à me, aut in preſentia nõ uenit in mentẽ. Quamobrẽ ſic agamus, vt hæc bina cõtraria appellemus hoc modo, diu, & non diu, tarde & uelociter.

Ac primũ de diuturno, & non diuturno diſ-
Propor- ſeramus ſi placet. DI. Ita fiat. MA. Manifeſtũne tibi eſt, id dici diu fieri, quod per lon-
tio in motu, ut in mo- gum: id autem nõ diu, quod per breue tẽpus fit? DI. Manifeſtũ. MA. Motus igitur qui
dis. Cap. 8. fit, verbi gratia in duabus horis, nonne ad eũ qui p horã fit, duplũ habet tẽpus? DI. Quis
H hinc dubitauerit? MA. Recipit ergo id quod diu uel nõ diu dicimus dimẽſiones huiuſmodi, & numeros, vt alius motus ad aliũ tãquã duo ad unũ ſit, id eſt, ut bis tm habeat: alius item ad alium tanquam tria ad duo, id eſt, vt tantas tres partes tẽporis habeat, quantas alius duas: atque ita per cæteros numeros licet currere, ut non ſint ſpatia infinita, & interminata, ſed habeãt ad ſe duo motus aliquẽ numerum: aut eundẽ, vt quãtũ tẽporis unus, tantũm teneat alter: aut non eundẽ, vt unum ad duo, duo ad tria, tria ad quatuor, aut unũ ad tria, duo ad ſex, & quicquid poteſt aliquid ad ſeſe dimenſionis obtinere. DI. Planius iſta quęro. MA. Reuertere ergo ad illas horas, & quod ſatis putabã dictum, cum de vna hora & de duabus dixiſſem per omnia cõſyдera. Certe enim nõ negas poſſe fieri aliquẽ motum tempore vnius horę, & alium duarum. DI. Verum eſt. MA. Quid aliũ duarum, alium trium non fateris? DI. Fateor. MA. Et alium tribus horis fieri, alium quatuor, rurſus alium unã, alium tribus, aut aliũ duabus, alium ſex, nonne manifeſtũ eſt? DI. I Manifeſtum eſt. Ma. Cur ergo & illud non manifeſtum ſit? Nam hoc dicebam, cum duos motus habere ad ſe poſſe aliquem numerum dicerem, uelut unum ad duo, duo ad tria, tria ad quatuor, unum ad tria, duo ad ſex, & ſiquos alios recenſere uolueris. His enim cognitis, eſt & poteſtatis perſequi cætera, ſiue ſeptem ad decem ſiue quinque ad octo, & quicquid omnino eſt in duobus motibus ita partes dimẽſas habẽtibus ad inuicẽ, ut poſsint dici tot ad tot, ſiue æquales numeri ſint ſiue alius maior, alius minor. DI. Iam Motus intelligo & fieri poſſe concedo. MA. Illud rationa etiam ut opinor intelligis, omnẽ menſuram lis, & & modum immoderationi, & infinitati re- rationa cte anteponi. DI. Manifeſtiſsimũ eſt. MA. lis. Duo igitur motus qui ad ſeſe, vt dictum eſt, Cap. habent aliquam numeroſam dimenſionẽ, ijs qui eã non habent anteponẽdi ſunt. DI. Et Euclidis hoc manifeſtũ eſt atq; conſequẽs. Illos enim lib. 5. certus quidã motus atq; menſura, quę in numeris eſt, ſibimet copulat, qua qui carẽt, non vtiq; ſibi aliqua ratione iungũtur. MA. Appellemus ergo ſi placet illos q inter ſe dimẽſi ſunt rationabiles, illos aũt q ea dimẽſione carẽt, irrationabiles. DI. Placet uero. MA. K Iã illud attẽde, utrũ tibi uideatur maior cõcordia in motibus rationabilibus eorum qui æquales ſunt inter ſe, q̃ eorum qui ſunt inæquales? DI. Cui hoc nõ uideaĩ? MA. Porrò inæqualiũ, nonne alij ſunt in quibus poſſumus dicere, quota parte ſua maior aut coequet minori, aut eũ excedat? Alij aũt in quibus nõ idẽ dici põt, ſicut in his numeris, duo & quatuor, vel ſex & octo? Cernis profecto in illis duobus numeris ſuperioribus dimidia parte maiorẽ minori coequari in ijs rurſum quos poſterius dixi, minore à maiore quarta parte maioris excedi. In ijs aũt alijs, quales ſunt tria & decẽ, vel quatuor, & undecim, videmus quidẽ nonnullã cõueniẽtiã, quia partes ad ſe habẽt. de quibus dici poſsit, tot ad tot. Sed nunquid talẽ, qualis eſt in ſuperioribus? Nã neq; quota parte minori maior equetur, neq; quota parte minorẽ maior excedat, dici ullo mõ põt. Nã neq; tria quota pars ſit denarij numeri, neq; quatnor quota pars ſit undenarij, dixerit quiſpiã. Cũ aũt dico, vt conſyderes quota ſit pars, liquidam dico, & ſine ullo additamento, ſicuti eſt dimi L dia, tertia, quarta, quinta, ſexta & deinceps, non ut trientis, & ſemiunciæ, & hoc genus

præciſionum aliquid addatur. DI. Iã intelligo. MA. Ergo ex his inęqualibus motibus rationabilibus, quoniam duo genera, ſubiectis ẽt numerorũ exẽplis propoſui, quos quibus anteponendos arbitraris? Illos ne in qbus illa quota pars dici poteſt, an in qbus nõ poteſt? DI. Illos mihi ratio videt anteponẽdos iubere, in quibus poteſt dici vt demõſtratũ eſt, quota parte ſui maior, aut coequet minori, aut eũ excedat ijs in qbus idẽ nõ euenit? MA. Recte. Sed uis ne etiam his nomina imponamus, vt cum eos deinceps commemorare neceſſe fuerit, expeditius loquamur. DI. Volo ſanè. MA. Appellemus ergo iſtos quos præponimus cõnumeratos, illos autẽ quibus hos præponimus dinumeratos: propterea quia iſti ſuperiores nõ ſolũ ſinguli numerant, ſed ẽt ea parte qua maior minori æquatur vel eũ excedit, ſe metiunt, & numerant. Illi autem poſteriores ſingillatim tantũmodo ad ſe numerantur: ea vero parte qua vel æquatur minori maior vel excedit non ſe metiuntur, & numerant. Nõ enim põt in eis dici, aut quoties habeat minorẽ maior, aut illud quo excedit maior minorem, quoties habeat & maior & minor. DI. Accipio & iſta vocabula, & quantũ uaMotus cõplicati & ſeſquati. Cap. 10. leo faciam vt meminerim. MA. Age nunc videamus cõnumeratorum, quæ poſsit eſſe partitio. Nãq; arbitror eſſe perſpicuũ. Vnũ enim genus eſt connumeratorũ, in quo minor numerus metiẽ maiorem, id eſt, aliquoties eũ habet maior, ſicut numeros duo, & quatuor eſſe diximus. Videmus. n. duo à quatuor his haberi, quæ ter haberẽtur ſi nõ quatuor, ſed ſex & duo poneremus, quater aũt ſi octo, quinquies autẽ ſi decẽ. Aliud genus eſt, in quo ea pars qua excedit maior minorẽ, ambos metiẽ, id eſt, aliquoties habent eã, & maior & minor, quod in illis numeris iã pſpeximus, ſex & octo. Nã pars illa qua excediẽ minor, duo ſunt, quos uides eſſe in octonario numero quater, in ſenario ter: quare hos quoq; motus de quibus agitur, & numeros p quos illuſtraĩ quod in motibus diſcere volumus, notemus atque ſignemus vocabulis. Nã eorũ diſtinctio iã dudũ niſi fallor apparet. Quocirca ſi tibi iã uideẽ, illi vbi multiplicato minore ſit maior, vocenẽ cõplicati. Illi aũt ſeſquati vetere iã nomine. Nã ſeſque appellãtur vbi duo numeri ad ſe ea rõne affecti ſunt, vt tot partes habeat ad minorẽ maior, quota parte ſui eũ præcedit. Nã ſi eſt tria ad duo, tertia parte ſui pcedit

Connumeratio in numeris, vt cõ menſuratio in magnitudinibus.

Numeri ſeſquati, & unde appellẽtur.

maior minorẽ: ſi quatuor ad tria, quarta: ſi quinque ad quatuor, quinta, atque ita deinceps. Eadem ratio eſt, & in ſex ad quatuor, octo ad ſex, decẽ ad octo, & inde licet hanc rationem in conſequẽtibus, & in maioribus numeris animaduertere atq; explorare. Nõ minis autẽ huius originẽ nõ facile dixerim, niſi forte ſeſq; quaſi ſe abſque dictum, id eſt, abſque ſe, quaſi quinqne ad quatuor abſq; ſe quinta parte ſui maior, hoc eſt, qđ minor. Quibus de rebus quæro quid tibi uideatur. DI. Mihi uero, & illa ratio dimẽſionũ atq; numerorũ videt ueriſsima, & vocabula quę abs te impoſita ſunt, cõgrua mihi videntur cõmemorãdis eis rebus quas intelleximus, & huius origo nominis quã nũc explicaſti, nõ eſt abſurda, ẽt ſi forte nõ ea ſit quã ſecu- Motus tus eſt, qui hoc nomẽ inſtituit. MA. Probo & nume & accipio ſententiã tuã, ſed uides ne omnes rus, infiiſtos rationabiles motus, id eſt, qui ad ſeſe ha nitus. bẽt aliquã numerorũ dimẽſionẽ in infinitũ Cap. 11. poſse per numeros pergere, niſi rurſus eos certa ratio coercuerit, & ad quendã modum formãq; reuocauerit. Nã ut primo de ipſis æqualibus dicã, vnum ad vnũ, duo ad duo, tria ad tria, quatuor ad quatuor, ac deinceps ſi perſequar, quis finis erit cum ipſius numeri finis nullus ſit? Nanque iſta uis numero ineſt, vt oĩs dictus finitus ſit, non dictus autem infinitus. Et quod æqualibus euenit, B hoc etiã inæqualibus euenire potes animaduertere, ſiue multiplicatis, ſiue ſeſquatis, ſiue cõnumeratis, ſiue dinumeratis. Si. n. unũ ad duo conſtituas, & in ea multiplicatione permanere velis, dicendo vnum ad tria, vnũ ad quatuor, vnũ ad quinq;, & deinceps, non erit finis: ſiue ſola dupla, vt vnũ ad duo, duo ad quatuor, quatuor ad octo, octo ad ſedecim, & deinde, hic quoque nullus eſt finis: ita & tripla ſola, & quadrupla ſola, & quicquid horũ tẽtare uolueris, in infinitũ progrediunt. Ita etiã ſeſquati. Nam duo ad tria, tria ad quatuor, quatuor ad quinque cũ dicimus, uides nihil prohibere cætera proſequi, nullo reſiſtẽte fine: ſiue iſto mõ uelis in eodẽ genere pſeuerãs, vt duo ad tria, quatuor ad ſex, ſex ad nouẽ, octo ad duodecim, decẽ ad quindecim, & deinceps, ſiue in hoc gñe, ſiue in ceteris, nullus finis occurrit. Quid opus eſt de dinumeratis iã dicere, cũ ex ijs, quæ iã dicta ſunt quis intelligere poſsit, in ijs quoque gradatim ſurgentibus nullum eſſe finẽ? An tibi nõ videtur? DI. Quid hoc vero uerius dici poteſt? Sed iã illã rationẽ, quę iſtam C infini-

infinitatem reuocat ad certum modum, formamq; præscribit quam excedere nō oportear,auidissime cognoscere expecto. M A. Hanc quoque vt alia temetipsum nosse cognosces,cū me interrogante vera responderis. Nā primo abs te quæro, qm de numerosis motibus agimus, vtrū ipsos debeamus consulere numeros,aut quas in eis leges certas fixasq; monstrauerimus, eas in illis motibus animaduertendas obseruandasq; iudicemus. D I. Placet vero:non enim quicquam ordinarius fieri posse arbitror. M A. Ergo ab ipso si videtur principio numerorum capiamus huius considerationis exordium,& videamus quantū pro viribus mentis nostræ talia valeamus intueri, quænam sit ratio,vt quāuis p infinitum,vt dictū est, numerus prōgredit, articulos quosdam homines in numerando fecerint, à quibus ad vnum rursus redeant, quod est principium numerorū. In numerando enim progredimur ab vno vsque ad decem, atque inde ad
D vnū reuertimur. At si denariam cōplicationem persequi velis, vt hoc modo progrediaris,decē,viginti,triginta,quadraginta,vsque ad centum est progressio,si centenariā,centum,ducenta,trecenta,quadringenta,in mille est articulus à quo redeat. Quid iam est opus vltra quærere? Vides certe,quos articulos dicam,quorum prima regula denario numero præscribitur. Nā vt decem decies habent vnū,ita centū,decies habent decem, & mille,decies habent centū,& ita deinceps quousque libitum est progrediuntur in huiusceomodi, quasi articulus quod in denario numero præfinitum est. An aliquid horum non intelligis? D I. Manifestissima omnia sunt & verissima. M A. Hoc ergo quātum possumus diligēter perscrutemur,quænam sit ratio, vt ab vno vsque ad decem fit progressus, & inde rursus ad vnum reditus fiat. Vnde abs te quæro,vtrum quod vocamus principiū, possit omnino esse,nisi alicuius rei principiū. D I. Nullo modo potest. M A. Item quod dicimus finē,potestne nisi alicuius rei finis esse? D I. Etiā id nō potest. M A. Quid à principio ad finē,vnum putas peruenire posse nisi per aliquod me-
E dium? D I. Non puto. M A. Ergo vt totum aliquid sit, principio & medio & fine constat. D I. Ita videtur. M A. Dic itaq; nunc,principium,medium,& finis,quo numero tibi cōtineri videant. D I. Arbitror ternariū numerum te velle vt respondeam.

De concordia numerorū iuxta Pythagoricos. Cap. 12.

Tria enim quædam sunt de quibus quæris. M A. Recte arbitraris. Quare in ternario numero quandā esse pfectionē vides, quia totus est,habet enim principium, mediū & finē. D I. Video planè. M A. Quid illud? Non ne ab ineunte pueritia dicimus, oēm numerū aut parem esse,aut imparem? D I. Verū dicis. M A. Recordare ergo & dic mihi, quē soleamus dicere parē esse, aut imparem? D I. An ille qui potest in duas partes æquales diuidi,par: qui aūt non pōt,impar vocatur? M A. Rem tenes. Cum igitur ternarius primus sit,& totus impar, principio enim & medio & fine cōstat, vt dictum est, non ne oportet etiā parē esse totū atque pfectū, vt in eo & principiū mediū finisq; inueniatur? D I. Oportet sanè. M A. At iste quisquis est,nō pōt habere indiuiduum mediū sicut impar. Si enim haberet,nō posset in duas æquales partes diuidi, quod esse propriū paris numeri diximus. Indiuiduū autem medium est vnū,diuiduum duo. Medium aūt est in numeris, à quo ambo latera sibimet sunt æqualia. An aliquid obscure dictum est,minusq; assequeris? D I. Imō mihi hæc manifesta sunt. Et dum quæro totum numerū parem,quaternarius primus occurrit. Nam in duobus quomodo possunt tria illa inueniri, per quæ totus est numerus,id est,principium,mediū & finis? M A. Idipsum omnino abs te responsum est quod volebam, & ipsa ratio cogit fateri. Repete itaque ab ipso vno tractationē atq; considera, videbis profecto idem vnum nō habere medium & finem, quia tantū principium est,vel ideo esse principium,quia medio & fine caret. D I. Manifestū est. M A. Quid ergo dicemus de duobus? Nō possumus in eis intelligere principium & mediū & finem, cum medium esse non possit, nisi vbi finis, aut principium & finem, cum ad finem, per medium non queat peruenire? D I. Vrget ratio confiteri. Et quid de hoc numero respondeam,prorsus incertus sum. M A. Vide'ne iste quoque numerus possit principium esse numerorum. Nam si medio caret & fine, quod vt dixisti cogit ratio confiteri, quid restat, nisi vt sit hoc quoque principium? An dubitas duo principia cōstituere? D I. Vehementer dubito. M A. Benefaceres si ex aduerso sibi constituerentur duo principia. Nunc aūt hoc alterum principium de illo principio est, vt illud à nullo sit,hoc vero ab illo: vnū enim & vnū duo

duo sunt,& principia ista sunt ambo:vt oēs numeri quidē ab vno sunt, sed quia p cōplicationē atque adiunctionē quandā fiūt,origo aūt complicationis & adiunctionis duali numero recte tribuitur, fit vt illud sit primum principiū à quo numeri omnes, hoc aūt alterū per quod numeri oēs inueniantur. Nisi q̄d habes aduersum ista quod differas. D I. Ego vero nihil, & sine admiratione ista non cogito, quanuis & interrogatus abs te ipse respondeā. M A. Subtilius ista quæruntur,atque abstrusius in ea disciplina quæ est de numeris. Hic aūt nos ad institutū opus, quāto citius possumus, redeamus. Quocirca quæro, vni duo iuncta, quid faciūt? D I. Tria. M A. Ergo hæc duo prin
H cipia numerorū sibimet copulata, totū numerū faciūt atq; pfectū. D I. Ita est. M A. Quid numerando, post vnū & duo quem numerū ponimus? D I. Eadem tria. M A. Idem igitur numerus, q̄ fit ex vno & duobus,post vtrunque in ordine collocatur, ita vt nullus alius interponi queat. D I. Ita video. M A. Atque & illud videas oportet,in nullis reliquis numeris id posse contingere, vt cum duos,quoslibet sibimet in numerandi ordine copulatos notaueris, consequatur eos ille qui ex ambobus cōficitur nullo interposito. D I. Id quoque video. Nam duo & tria qui sibi numeri copulati sunt,in summa quinque faciunt: nō aūt quinque continuatim sequuntur,sed quatuor. Rursus tria & quatuor septem faciunt, inter quatuor aūt ac septem quinque atque sex ordinati sunt,& quanto progredi voluero, tāto plures interponuntur. M A. Magna ergo hæc cōcordia est in prioribus tribus numeris: vnū enim & duo & tria dicimus,q̄bus nihil iterponi pōt. Vnū aūt & duo,ipsa sunt tria. D I. Magna prorsus. M A. Quid illud? Nulla'ne cōsideratione dignū putas, quod ista concordia quāto est arctior atque constrictior,tanto magis in vnitatem quandam tendit, & vnū quiddam de pluribus efficit.
I D I. Immo maxima: & nescio qūo & miror & amo istam quā commendas vnitatē. M A. Multum probo,sed certe quælibet numerorum copulatio atque connexio, tunc maxime vnum quiddam efficit,cū & media extremis, & medijs extrema consentiunt. D I. Ita certe oportet. M A. Attende igitur,vt hoc in ista cōnexione videamus. Nā cum vnum,duo,tria,dicimus,non'ne quantum vnum à duobus, tantum duo à tribus superantur? D I. Verissimū est. M A. Dic iam nunc mihi, in ista collatione quoties vnum nominauerim? D I. Semel. M A. Tria quoties? D I. Semel. M A. Quid duo? D I. Bis. M A. Semel ergo & bis & semel,quoties fit in summa? D I. Quater. M A. Recte igitur istos tres quaternarius numerus sequitur, ei quippe tribuitur ista proportione collatio. Quę quantū valeat,eo assuescē cognoscere,quid illa vnitas, quā te amare dixisti in rebus ordinatis hac vna efficī pōt,cuius Grēcū nomen ἁρμονία est,nostri quidā proportionē vocauerunt, quo nomine utamur si placet. Non enim libēter,nisi necessitate Grēca vocabula in Latino sermone vsurpauerim. D I. Mihi vero placet,sed perge quò intenderas. M A. Fa- K
ciam. Nam quid sit proportio, quantumq; in rebus iuris habeat,& suo loco in hac disciplina diligentius requiremus, & quanto in eruditione promptior eris, tanto eius vim melius naturamq; cognosces. Sed vides certe quod in præsentia satis est, tres illos numeros,quorum mirabaris concordiam,sibimet in eadem connexione, nisi per quaternariū numerū nō potuisse cōferri. Quamobrem post illos se ordinari, sic illa concordia arctiore cum his copuletur, quantū intelligis iure impetrauit, vt iam non vnum, duo,tria tantum,sed vnū,duo,tria, quatuor sit amicissime copulata progressio numerorum. D I. Omnino assentior. M A. Ac
rtera intuere,ne arbitreris nihil habere p- prium quaternarium numerum, quo reliqui oēs numeri careant,quod valeat ad istā connexionē,de qua loquor, vt ab vno vsq; ad quatuor certus numerus sit, & pulcherrimus pgrediendi modus. Cōuenerat quippe inter nos superius,tunc ex pluribus vnū aliquid maxime fieri, cū extremis media,& medijs extrema consentiunt. D I. Ita est. M A. Cum ergo collocamus vnum & duo L
& tria,dic quæ sunt extrema, quod mediū? D I. Vnum & tria extrema video, duo medium. M A. Responde nūc,ex vno & tribus quid conficiatur? D I. Quatuor. M A. Quid duo, quia vnus in medio numerus est,non potest nisi sibi cōferri. Quāobrem dic etiam duo bis quid faciunt? D I. Quatuor. M A. Itaque ergo medium extremis,& medio extrema cōsentiunt. Quāobrem sicut excellit in tribus, quod post vnum & duo collocantur, cum ex vno & duobus cōstēt: sic excellit in quatuor, quod

post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post vnum & duo & tria numerantur, cum constet ex vno,& tribus,vel bis duobus,quæ extremorum cum medio, & medij cum extremis,in illa q̃ Græce ἀναλογία dicitur, proportione cõsensio est. Quod vtrum intelleXeris,pande. DI. Satis intelligo. MA. Tanta ergo in reliquis numeris,vtrum non inueniatur quod quaternarij numeri,propriũ esse diximus. DI. Faciã. Nam si cõstituamus duo,tria, quatuor, extrema collata fiunt sex, hoc facit & medium sibi collatum,non tamẽ sex,sed quinque consequuntur. Rursus tria, quatuor & quinq; constituta, extrema octo faciunt, medium quoque bis dictum idẽ facit. At inter quinq; & octo,non iam vnum, sed duos,senarium scilicet & septenarium numeros interpositos video. Atque illa ratione quantum progredior,tantum hęc faciunt interualla maiora. MA. Video te intellexisse & omnino scire quod dictum est: sed iam nunc ne immoremur, animaduertis certe ab vno vsque ad quatuor iustissimam fieri progressionem: siue propter imparem ac parem numerũ,qñ primus impar totus tria, & primus par totus quatuor, de qua re pauloante tractatũ est:siue quia vnum & duo principia sunt, & quasi semina numerorum, è quibus ternarius conficitur,vt sint iam tres numeri, qui sibi dum proportione conferuntur, quaternarius eluceſcit & gignitur, & propterea eis iure coniungitur,vt vsque ad illum fiat ea quam quærimus moderata progressio. DI. Intelligo bene. MA. Sanè. Sed meministene tandẽ quid instituerамus inquirere? Nã, vt opinor, propositum erat si quomodo inuenire possẽmus,cum in illa infinitate numerorum certi articuli essent à numerantibus constituti, quid esset causæ,cur ipse primus articulus in denario numero esset, qui p̃ omnes
A cæteros valet plurimum,id est, cur ab vsque ad decẽ progressi numerantes, rursum ad vnum remearent? DI. Recordor planè inquisitionis huius causa nos tantũ circumisse,sed quid effecerimus quod ad eam soluendam pertineat, non inuenio. Siquidem illa omnis nostra ratiocinatio ad id conclusa est, vt non vsque ad denarium, sed vsq; ad quaternarium numerũ sit iusta & moderata p̃gressio. MA. Tunc igitur nõ vides ex vno & duobus & tribus & quatuor quæ summa conficiatur? DI. Video iam,video,& miror omnia, & ortam quæstionẽ soluram esse confiteor: vnum.n.& duo,& tria,& quatuor simul decem sunt. MA. Ergo istos quatuor primos numeros, seriemq; & connexionem eorũ, honorabilius haberi quã cæteros numeris conuenit. Tempus est autem ad illos motus redire tractandos & discutiendos, quos qui huic disciplinæ propriè tribũũtur, & propter quos ista de numeris, de alia.s. disciplina, quantum pro negocio satis visum est,considerauimus. Itaq; nunc abs te quæro,quoniam intelligendi gratia in horarum spatio motus cõstituebamus,quos ad seinuicem habere aliquam numerosam dimẽsionem ratio demonstrabat, vtrũ si quisquam mora vnius B horæ currat,& alius deinceps duarum,possis non inspecto horologio,vel clepsydra,vel aliqua huiusmodi temporum notatione sentire illos duos motus, quod vnus simplus, alius duplus sit: vel etiam si id non possis dicere, illa tamen congruentia delectari, atque aliqua voluptate affici. DI. Nullo modo possum. MA. Quid si quispiã numerose plaudat,ita vt vnus sonitus simplum, alter duplũ temporis teneat, quos iambos pedes vocant, eosque continuet atque contexat, alius autẽ ad eundem sonum saltet, sed̃ ea.s. tempora mouens membra: nonne aut ẽt dicas ipsum modulũ temporum.i. quod simplum & duplum spatia in motibus alternant,siue in illo plausu qui auditur,siue in illa saltatione,quę cernitur: aut saltem delecteris eãdem numerositate quam sentias, tametsi non possis numeros eius dimẽsionis edicere? DI. Ita vero est,vt dicis. Nam & illi qui hos numeros nouerunt, sentiunt eos in plausu atque saltatione,quiq; sint, facile dicunt: & qui eos nõ nouerunt nec possunt dicere, non negant tñ ex his sese voluptate aliqua perfrui. MA. C
Cum igitur ad ipsam rationẽ disciplinæ huius,siquidem scientia est bene modulandi,nõ possit negari omnes pertinere motus,qui bene modulati sunt,ẽt eos potissimum, qui nõ referuntur ad aliud aliquid,sed in seipsis finẽ decoris delectationisq; conseruant. Hi tamẽ motus, vt tunc à me rogatus rectè vereq́ue dixisti,si longo spatio temporis fiant,inq; ipsa dimensione, quæ decora est, horam vel etiam maius tẽpus obtineant non possunt congruere nostris sensibus. Quamobrem cum procedens quodammodo de secretissimis penetralibus Musica, in nostris ẽt sensibus,vel in his rebus,quæ à nobis sentiuntur,vestigia quædam posuerit: nonne oportet eadem vestigia prius persequi, vt commodius ad ipsa si potuerimus, quæ diximus penetralia, sine vllo errore ducamur? DI. Oportet vero, &

& hoc iamiamq́ue, vt faciamus efflagito. MA. Omittamus ergo illas vltra capacitatem sensus nostri porrectas temporũ metas, & de his breuibus interuallorũ spatijs, quæ in cantando saltandoq; nos mulcent, quantũ ratio nos duxerit, disseramus. Nisi tu forte aliter putas illa vestigia indagari posse, quæ in nostris sensibus,hisq; rebus quas valemus sentire hanc disciplinã posuisse, prædictum est. DI. Nullo modo aliter puto.

DD. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De Musica Liber II.

Syllabarũ spatia aliter mutari aliter grãmatici docẽt. Cap. 1.

ATtende igitur diligenter,& nunc demum accipe, quasi alterum nostræ disputationis exordium. Ac primum responde, vtrum bene diceris eam, quam Grammatici docent, syllabarum breuium longarumq́ue distantiam. An vero siue ista noris siue ignores, mauis vt ita quæramus, quasi omnino rudes harum rerum simus, vt ad omnia nos ratio potius perducat, quam inueterata consuetudo, aut præiudicata cogat authoritas? DI. Ita planè malle me, non modo ipsa ratio, sed istarum etiam syllabarum imperitia (quid enim fateri dubitem?) impellit. MA. Age iam saltem illud eloquere, vtrum tu ipse per te nunquã animaduerteris in locutione nostra alias syllabas raptim & minime diu, alias autẽ productius
E & diutius enunciari? DI. Negare non possum non me ad ista etiã surdum fuisse. MA. Atque scias velim totam illam scientiam, quæ Grammatica Græce, Latine autem literaria nominatur, historiæ custodiam profiteri: vel solam, vt subtilior docet ratio: vel maxime, vt etiam pinguia corda concedunt. Itaque verbi gratia, cum dixeris,cano vel in versu forte posueris,ita vt vel tu pronunciãs producas huius verbi syllabam primam,vel in uersu eo loco ponas, vbi esse productum oportebat, reprehendet Grammaticus, cuſtos ille videlicet historiæ, nihil aliud assẽrens,cur hanc corripi oporteat, nisi quod hi qui ante nos fuerunt,& quorum libri extant tractanturq́ue à Grammaticis, ea correpta, non producta vsi fuerint. Quare hic quicquid valeat,aut horitas valet. At vero Musicę ratio, ad quam dimensio ipsa vocum rationabilis & numerositas pertinet,non curat, nisi vt corripiatur vel producatur syllaba, quæ illo vel illo loco est secundum rationem mensurarum suarum. Nam si eo loco, vbi duas longas syllabas poni decet, hoc verbum posueris, & primam quæ breuis est, pronunciatione longam feceris, nihil Musica omnino succensebit: tempora e- F
nim vocum ea peruenere ad aures, quæ illi numero debita fuerunt. Grammaticus autem iubet emendari, & illud te verbum ponere, cuius prima syllaba producenda sit secundum maiorum vt dictum est, authoritatem,quorum scripta custodiunt.

Quamobrem nos cum rationes musicæ persequendas susceperimus, etiam si nescis quæ syllaba corripienda,quę producenda sit, possumus tamen non impediri hac ignorantia tua, satisq́ue habere, quod te animaduertisse dixisti alias syllabas correptiores, alias productiores. Quare illud nunc quæro,vtrũ sonus versuum aliqñ te aliqua per aures voluptate cõmouerit? DI. Prorsus sæpissime, ita vt nunquam ferè sine delectatione versum audiuerim. MA. Siquis ergo in versu, quo audito delectaris, eo loco, quo ratio eiusdem versus non postulat, vel producat syllabas, vel corripiat,num eodem modo delectari potes? DI. Immo audire hoc sine offensione non possum. MA. Nullo modo igitur dubium est, quin te in sono,quo te delectari dicis, dimensio quædam numerorum delectet, quo perturbato delectatio illa exhiberi auribus non potest. DI. Manifestum est. MA. Dic mihi deinceps quod ad sonum versus attinet,quid interfit vtrum dicam, Arma virumq́ue cano, Troiæ qui primus ab oris,an,qui primis ab oris? DI. Mihi vero vtrunque quantum ad illam dimensionem pertinet idem sonat. MA. Et hoc mea pronunciatione factum est, cum eo scilicet vitio quod barbarismum Grammatici vocant. Nã,primus, longa est,& breuis syllaba: primis, autem ambæ producendæ sunt: sed ego vltimam eorum corripui, ita nihil fraudis passæ sunt aures tuæ. Quamobrem illud etiam atq; etiam tentandum est,vtrum me pronunciante sentias, quod fit in syllabis diu & non diu,vt nostra disputatio me interrogante,ac te respondente, sicut instituimus, possit procedere. Itaq; iam eundem versum, in quo barbarismum feceram,repetam,et illã syllabam,quã ne tuæ aures offenderẽtur,corripui,producam, vt Grammatici iubent: tu

Qui versus ppequã pnunciatus, & grammaticũ offendat & musicũ. Cap. 2.

G
Aene. 1.

mihi renunciato, vtrum illa versus dimensio sensum tuum eadem afficiat voluptate: sic. n. pronunciem. Arma virumq; cano, Troiæ q primis ab oris. DI. Nunc vero negare non possum, nescio qua soni deformitate me offendi. MA. Non iniuria. Quanquã. n. barbarismus factus non sit, id tamen vitium factum est, quod & Grammatica reprehendat & Musica. Grãmatica, quia id verbum, cuius nouissima syllaba producenda est eo loco positum est, vbi corripiẽda poni debuit: Musica vero tantũ modo, qa producta q̃libet vox est, eo loco, quo corripi oportebat, & tẽpus debitum quod numerosa dimẽsio postulabat, redditum non est. Quocirca si iam satis discernis, quid sensus, quid authoritas postulet, sequitur ut videamus, ille ipse sensus cur aliàs delectet in sonis vel productis vel correptis, aliàs offendatur: id est enim quod ad diu & non diu ptinet, quam parte nos explicãdã suscepisse credo qd̃ memineris. DI. Ego vero & illud discreui, & hoc memini, & ea q̃ sequunt̃, intẽtissime expecto. MA.

Syllabarum tẽpora. Cop. 3.

Quæ putas, nisi vt incipiamus sibimet syllabas cõparare, & videre quos numeros ad se se habeant, sicut de motibus iam inter nos tã longa superius ratione tractatum est? Motus est enim etiam omne quod sonat, & syllabæ vtique sonant. An quicquam horum negari potest? DI. Nullo modo. MA. Cum ergo syllabæ inter se conferuntur, motus quidam inter se conferuntur, in quibus possint numeri quidam tẽporis mensura diuturnitatis inquiri. DI. Ita est. MA. Num igitur potest sibi vna syllaba comparari? Nam omnem cõparationem, nisi tu aliud putes, singularitas fuit. DI. Nihil puto aliud. MA. Quid vna vni, aut vna vel duæ duabus vel tribus, & deinceps in pluribus quin possint sibimet conferri, num negas? DI. Quis hoc negauerit? MA. Rursus hoc vide, quamlibet syllabam breuem minimeq; diu pronunciatam, & mox vt cruperit desinentem, occupare tamen in tempore aliquid spatij & habere quandam morulam suam.

Syllaba breuis vnius temporis est.

DI. Video necesse esse qd̃ dicis. MA. Dic nunc, vnde numerum exordiamur? DI. Ab vno scilicet. MA. Non absurde igitur hoc in tempore quasi minimum spatij, quod breuis obtinet syllaba, vnum tempus veteres vocauerunt: à breui enim ad lõgam progredimur. DI. Verum est. MA. Sequitur iã, vt illud quoque animaduertas, quoniam ut in numeris ab uno ad duo est prima ꝓgressio, ita in syllabis, qua scilicet à breui ad longam progredimur, longã, duplum temporis habere debere. Ac per hoc si spatiũ quod breuis occupat, recte vnum tẽpus vocatur: spatiũ itẽ quod longa occupat, recte duo tẽpora nominari. DI. Recte prorsus: nã id ratione postulare consentio. MA. Age nũc collatio nes ipsas videamus. Nam vna breuis syllaba ad vnam breuem syllabam, quæro quam rationẽ tibi habere videatur, vel ni motus inter se quid vocentur. Meministi enim, nisi fallor, in superiore sermone nos omnibus motibus, qui inter se aliqua numerositate conueniunt, imposuisse vocabula. DI. Æquales eos memini nominatos: tantundem enim ad se habent temporis. MA. Sed istam collationem syllabarum, qua sibi iam conferuntur, ut habeãt ad se aliquos numeros, nũ cẽses sine vocabulo esse relinquendam? DI. Non puto. MA. At scias veteres pedem nuncupasse talem collationem sonorũ. Sed quousq; pedẽ ꝓgredi ratio sinat, dili genter animaduertẽdũ est. Quamobrẽ iam dic etiam, breuis & longa syllaba, qua sibi ratione cõferantur. DI. Opinor ex illo gnere numerorũ, quos cõplicatos esse vocauimus, istam collationem manere. Siquidem in ea simplum ad duplum collatum esse video. i. unum tẽpus breuis syllabæ ad duo tẽpora lõgæ syllabę. MA. Quid si ita ordinentur, vt prius lõga, deinde breuis syllaba pronuncietur? Num quia ordo mutatus est, ideo complicatorum numerorũ ratio non manet? Nã ut in illo pede simplum ad duplum, ita in isto duplum ad simplum inuenitur. DI. Ita est. MA. Quid in pede duarum longarum, nonne duo tempora duobus temporibus cõparantur? DI. Manifestũ est. MA. Ex qua ergo ratione ducitur ista collatio? DI. Ex eorum scilicet, qui æquales appellati sunt. MA. Age nunc dic mihi, ex quo à duabus breuibus orsi ad duas syllabas longas peruenimus, quot pedum collationes tractauerimus? DI. Quatuor. Nam primo de duabus breuibus dictum. Secundo de breui & lõga. Tertio de longa & breui. Quarto de duabus longis. MA. Non possunt esse plures, quam quatuor, cum duæ syllabæ sibimet conferuntur? DI. Nullo modo. Nam cum syllabæ hũc modũ acceperint, ut breuis unum tẽpus longa duo habeat, cumq; syllaba omnis aut breuis aut longa sit, quo pacto sibi possint duæ syllabæ comparari atque copulari, ut pedem faciant, nisi aut breuis & breuis sit, aut breuis

breuis & longa, aut longa & breuis, aut longa & longa. MA. Dic etiã quot habeat tẽpora binarum syllabarum minimus pes, quod itẽ maximus? DI. Duo ille, iste quatuor. MA.

M Videsnẽ, vt progressio, nisi vsq; ad quaternarum numerum fieri nõ potuerit, siue in pedibus, siue in temporibus? DI. Video planè, & recordor rationem progressionis in numeris, atque illam vim hic etiam inesse sentio cum magna animi voluptate. MA. Nonne ergo censes, cum pedes syllabis constent, id est, distinctis & quasi articulatis motibus qui sunt in sonis, syllabæ vero tendantur temporibus, oportere fieri etiam vsque ad quatuor syllabas progressionem pedis, sicut iam factã vsque ad quaternarium numerum, & ipsorũ pedum & temporum cernis? DI. Ita plane vt dicis sentio, & hoc videri perfectæ rationi cognosco, & debitum flagito. MA. Age nunc ergo prius, vt ordo ipse postulat, terna rum syllarum pedes, quot esse possint videamus, sicut binarum quatuor esse compe rimus. DI. Ita fiat. MA. Meministi ab vna breui syllaba, id est, vnius temporis istã nos inchoasse rationem, & cur ita oporteret, satis intellexisse. DI. Memini ab illa lege numerandi, quod ab vno incipimus, quod principium numerorum est, placuisse non

A oportere discedere. MA. Cum igitur in pedibus binarum syllabarum ille sit primus, qui duabus breuibus constat: cogebat enim ratio vni tempori prius vnum tempus iungi q̃ duo: quem tandem arbitraris in pedibus ternarum syllarum primum esse debere? DI. Quem nisi eum, qui à tribus breuibus constat? MA. Et iste quot temporum est? DI. Trium scilicet. MA. Quomodo ergo huius partes sibi conferuntur? Nam omnem pedem propter illam numerorum collationem duas habere partes, quæ sibimet aliqua ratione cõferantur, necesse est, idq; superius egisse nos memini: sed nunquid possumus hunc trium brevium syllarum pedem in duas æquales partes diuidere? DI. Nullo modo. MA. Quomodo ergo diuiditur? DI. Nihil aliud video, nisi vt prima pars habeat vnã syllabam, secunda duas, aut prima duas, secunda vnam. MA. Dic etiam hoc, de qua regula numerorum sit? DI. De complicatorum genere esse cognosco. MA. Age nunc illud attende, tres syllabæ, in quibus est vna longa, cæteræ breues, quoties variari possint, id est, quot pedes facere: & responde si inueneris. DI. Vnum pedem video esse, qui longa & duabus breuibus constet, aliud nõ intelligo. MA. Itane solus tibi videtur habere vnam in tribus longam, qui eam primo habet loco? DI. Nullo pacto istuc putauerim, cum B possint ẽt duæ breues priores esse, longa vltima. MA. Consydera vtrum sit aliquid tertium. DI. Est planè. Nam hæc longa etiã in medio duarum breuium collocari potest. MA. Vide etiam ne sit aliquid quartum. DI. Omnino non potest. MA. Potesne iam respondere, tres syllabæ habentes in se vnam lõgam & duas breues, quoties variari possint. i. quot pedes facere? DI. Possum sanè: nam ter sunt variatæ, & tres fecerunt pedes. MA. Quid isti tres pedes, quomodo sunt ordinandi, iamne ipse colligis, an adhuc minutatim es perducendus? DI. Displicet. n. tibi ordo ille quo ipsam varietatẽ comperi. Nam primo aduerti vnam longã & duas breues, deinde duas breues & vnam longam, postremo breuem & longam & breuem. MA. Itane vero tibi non displiceat qui sic ordinat, vt à primo ad tertium veniat, a tertio ad secundũ, ac nõ potius à primo ad secundũ, & deinde ad tertiũ? DI. Displicet prorsus. Sed quid hic tandẽ tale aduertisti rogo. MA. Cũ omnino in hac tripartita differentia illum pedem primum posueris, qui primo loco habet longam, quia sensisti vnitatem ipsam longæ syllabæ principatum tenere. Si quidem ipsa ibi vna est, & propterea C eum debet ordinẽ gignere, vt ille sit primus pes vbi prima ipsa est: simul etiam videre debuisti cum esse secundum, vbi ipsa secunda est: & cum tertium, vbi eadem tertia est. An adhuc in illa sententia manendum putas? DI. Immo eam sine dubitatione condemno. Hunc enim esse meliorem ordinem, vel potius hunc esse ordinem, quis non assentiatur? MA. Nunc ergo dic qua numerorum regula isti quoq; diuidantur pedes, eorum qui sibi per partes cõferantur? DI. Primum & postremum æquali regula diuidi video, quia & ille in longam & duas breues, & iste in duas breues & longam diuidi potest, vt singulæ partes habeant bina tẽpora, & ob hoc sint æquales. In secũdo autẽ quoniã mediam habet longam syllabam, siue priori siue posteriori parti tribuatur, aut in tria & vnum, aut in vnum & tria tempora diuidatur. Ac per hoc in eius diuisione complicatorum numerorum ratio valet. MA. Volo mihi iam dicas per te ipse si potes, post ipsos qui à nobis tractati sunt, quos pedes or-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimãdos putes. Tractati enim sunt primo binarum syllabarum quatuor, quorum ordo ductus est a numerorum ordine, ut à breuibus syllabis ordiremur. Deinde iã doctiores ternarum syllabarum pedes tractãdos suscepimus: sed quod facile erat, ex superiore ratione à tribus breuibus orsi sumus. Quid deinde sequebatur, nisi ut una longa eũ duabus breuibus, quot formas æderet uideremus? Visum est, & tres pedes post illum primum, ita ut oportebat ordinati sunt: qui deinceps sequerentur, nonne per teipsum uidere iam debes, ne omnia minutissimis interrogatiunculis eruamus? DI. Recte dicis. Nam quis non uideat eos iam sequi, in quibus una breuis sit, cæteræ longæ, cui breui quia una est cũ superiore ratione principatus tribuatur. Primus erit profecto in his ubi prima est. Secũdus ubi secunda. Tertius vbi tertia, quę ẽt ultima est. MA. Cernis, ut opinor, quibus etiã rationibus diuidantur, vt eorum partes conferri queant. DI. Cerno prorsus. Nam ille qui ex una breui, & duabus longis constat, diuidi nõ potest, nisi ita ut prior pars habeat tria tẽpora, quæ continet breuem, & lõgam, posterior duo, quę uni lõgę insunt. Hic
E autẽ tertius in eo quidẽ priori par est, quod vnam patitur diuisionem. In eo autem dissimilis, quòd cũ ille in tria & duo, iste in duo & tria tempora secatur. Nam & longa syllaba, quæ primam tenet partem, duobus tẽporibus tenditur. Restat longa, & breuis, quod est trium temporũ spatium. At uero medius qui habet breuem syllabam mediam, iã non potest partitionem pati, quia eadem breuis, & priori, & posteriori parti tribui potest: idcirco aut in duo & tria, aut in tria, & duo diuiditur tempora: quamobrem sesquatorum numerorum ratio tres istos possidet pedes.
MA. Omnes ne iam trium syllabarum pedes consyderauimus, an aliquid restat? DI. Vnum reliquum video, qui ex tribus longis constat. MA. Tracta ergo etiam huius diuisionem. DI. Vna syllaba, & duæ, aut duæ atque una huius diuisio est, tempora scilicet duo, & quatuor, aut quatuor & duo, quare complicatorum numerorũ ratione illius pe-
Pedes tetrasyllabi. cap. 6. dis sibi partes conferũtur. MA. Nunc quaternarum syllabarum pedes consequẽter atque ordine uideamus, & ipse iam dic quem primum horum esse oporteat, addita etiã ratione diuisionis eius scilicet quatuor breuiũ, qui diuiditur in duas binarum syllabarum partes, æqualium ratione numerorum, duo & duo tẽpora possidẽtes. DI. Teneo. MA. F
Iam itaque perge ipse, & persequere cætera. Nihil enim opus esse iam puto te per singula interrogari, cũ sit una ratio demendi, deinceps breues syllabas, & pro his longas subijciendi donec ad omnes longas ueniatur. & cum demuntur breues, longæq; subduntur, quas uarietates faciãt, & quot pedes gignant consyderandum, ea scilicet syllaba principatum ordinis retinente, quæ una fuerit inter cæteras uel longa uel breuis. In his enim omnibus iam superius es exercitatus. Vbi autẽ duæ breues sunt & duæ longæ, quod in præcedentibus non erat, quas censes principatũ habere debere? DI. Iam hoc quoq; manifestum de superioribus. Siquidem magis tenet vnitatem breuis syllaba, quę unum habet tempus, quàm longa, quæ duo. Et propterea in omni capite atque principio eum pedem constituimus qui ex breuibus constat. MA. Nihil igit te impedit, quin omnes istos per-
sequaris pedes audiente ac iudicante me, non G
interrogante. DI. Faciam si potero. Nam primo de quatuor breuibus prima breuis una detrahenda est, & pro ea longa ponenda in primo loco propter unitatis dignitatem. Hic autem pes diuiditur bis, aut in longam & tres breues, aut in lõgã, & breuem, & duas breues, ideſt aut in duo & tria, aut in tria, & duo tempora. Secundo autem loco posita longa, facit alium pedem, qui uno modo recte diuiditur in tria scilicet, & duo tempora, vt prior pars teneat breuem & longã, posterior duas breues. Porrò tertio loco cõstituta longa, facit eum pedem, qui rursus uno modo rite diuiditur, sed ita ut prior pars habeat duo tempora in duabus breuibus syllabis, posterior tria in longa, & breui. Quartum pedem facit longa ultima, qui duobus modis diuiditur, ut ille ubi prima est. Nam uel in duas breues, & breuem ac longam, uel in tres breues, & longam partiri eum licet, in duo. s. & tria, aut in tria, & duo tẽpora. Omnes aũt illi quatuor pedes, vbi cũ tribus breuibus uarie longa collocatur, sesquatorũ numerorũ ratione partes suas ad se collocatas habẽt. Sequitur vt de quatuor breuibus duabus detractis, p his duas lõgas subijciamus, uideamusq; quot formas ac pedes, cũ breues ac longæ binę sint, possint ædere. Primo igi- H
tur uideo duas breues, & duas longas esse ponendas, quod à breuibus rectius exordium. Is autem pes habet duplicẽ diuisionẽ. Aut enim in duo & quatuor, aut in quatuor, & duo

& duo diuidit tẽpora, ut aut duę breues priorem partem teneant, & posteriorem duæ lõgæ: aut ut priorem duæ breues, & longa, posteriorem aũt longa quę reliqua est. Fit alius pes, cum duæ istæ breues, quas in capite posueramus, ita vt ordo ipse postulat, in medio fuerint collocatæ, & est huius pedis diuisio in tria, & tria tempora. Nam priorẽ partem occupant longa, & breuis, posteriorem breuis, & longa. Cum autem ponuntur in ultimo, nam hoc sequitur, faciunt pedẽ geminæ diuisionis, cuius aut prior pars habeat duo tẽpora in una lõga, posterior quatuor in lõga, & duabus breuibus: aut prior quatuor in duabus longis, posterior in duabus breuibus duo. Horum autẽ trium pedũ partes, quod ad primum & tertium attinet, complicatorũ numerorum ratione sibi comparantur, medius æquales eas habet. Iã deinceps istæ duæ breues, quæ coniunctæ ponebãtur, disiunctæ
I ponendæ sunt: quarum minima disiunctio est, à qua etiã incipiendum, ut unam syllabam longam inter se habeant, maximæ autẽ duas. Sed cum una est inter eas, duobus modis fit, & duo pedes gignuntur. Prior autem est horum modorum, ut in capite breuis sit, deinde longa, inde breuis & longa, quæ reliqua est. Alter modus est, ut in secundo, & in ultimo sint breues, in primo & tertio loco longæ. Ita erit longa & breuis, & longa, & breuis. Maxima uero illa disiunctio est, cum duę longę in medio sunt. Breuium autẽ una in primo, altera in extremo loco. Et diuiduntur ij tres pedes, in quibus breues disiunctæ ponuntur in tria, & tria tempora, id est, primus horum in breuem & longã, & breuẽ ac longam. Secundus in longam ac breuem, & longã ac breuẽ. Tertius in breuẽ ac longam, & longam ac breuẽ. Ita fiunt sex pedes duabus breuibus, & duabus longis syllabis uarie inter se, quoad possunt locatis. Restat ut de quatuor breuibus detrahantur tres, & pro his tres longę constituantur, & una breuis: & quia una breuis in capite, quam tres longę consequuntur, facit alium pedẽ, secundo loco posita secundum, tertiũ tertio, quartum quarto. Quorum quatuor duo primi
K in tria, & quatuor tempora diuiduntur, duo autẽ posteriores in quatuor & tria, & omnes sesquatorũ ratione numerorũ partes sibi collatas habent. Nam prior pars primi est breuis, & longa, tenens tria tẽpora: posterior duę longę, in quatuor temporibus. Secundi prior pars longa, & breuis, ergo tria tẽpora: posterior duæ lõgę, quatuor tẽpora. Tertius priorẽ partẽ habet in duabus longis, quatuor tẽporibus: Posteriorem autẽ partem breuis, & longa obtinet ideſt tria tẽpora. Quarti prior pars duæ longæ, quatuor temporibus, ac posterior longa & breuis, tribusque temporibus. Reliquus pes est quaternarum syllabarũ, ubi omnes auferuntur breues, ut quatuor longis pes constet. Hic in duas, & duas lõgas secundum æquales numeros, id est in quatuor, & quatuor uidelicet diuiditur tẽpora. Habes quod per meipsum explicari uoluisti. Perge iã rogando persequi cętera. MA. Versus
Faciam, sed satis'ne consyderasti progressionẽm istã usq; ad quaternarium numerum, quæ in ipsis numeris demõstrata est, quantũ in his etiam pedibus ualet? DI. Ita sanè in his, ut in illis hãc progrediendi rationẽ probo. MA. Quid illud, nonne vt contextis syllabis pedes facti sunt, ita etiam contextis pedibus aliquid fieri posse existimandum est, quod iã neque syllabæ neque pedis nomine L
censeaẽ? DI. Omnino existimo. MA. Quid tãdẽ putas esse? DI. Versum arbitror. MA. Quid si perpetuo contexere quispiam pedes aliquos uelit, ita ut eis modum ac finem non imponat, nisi aut defectus uocis, aut aliquis alius casus interpellans, aut tpis rõ, aut aliud Forte in aliquid transeundi, etiam'ne uersus à te nominabitur, habens uel uiginti, uel triginta, uel centum etiam, siue amplius pedes, ut uoluerit ac potuerit ille qui eos quantumlibet longa perpetuitate contexit? DI. Non ita est. Neq; enim, aut ubi pedes quoslibet quibuslibet permixtos animaduertero, aut per infinitam longitudinem multos connexos, uersum appellabo, sed & genus, & numerum pedum, ideſt qui, & quot pedes uersum conficiãt aliqua disciplina consequi, & ex ea iudicare potero, utrum uersus aures meas pepulerit. At hæc quæcunque est disciplina uersibus regulam, & modum non utique ut libitum est, sed aliqua ratione constituit. Nõ enim aliter, siquidem disciplina est, aut oportebat, aut poterat. MA. Hanc ergo rationẽ inuestigemus, & assequamur, si placet. Nam M
si authoritatem solam intucamur, is erit uersus, quem uersum dici uoluit Asclepiades nescio qui, aut Archilocus, poetæ scilicet ueteres, aut Sappho poetria, & cæteri, quorum etiam nominibus uersuum genera uocãtur, qui primi animaduertentes cecinerunt. Nã & Asclepiadicus uersus dicitur, & Archilochicus, & Sapphicus, & alia sexcenta autho-

certo pendum ut pes syllabarũ numero cõstat.
Cap. 7.
tercedat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum vocabula Græci versibus diuersi generis indiderunt. Ex quo non absurde cuipiam videri potest, qđ siquis vt uolet pedes quot volet, & quos volet ordinauerit, quia nemo ante ipsum hunc ordinem ac mensuram pedibus constituerit, recte ac iure conditor noui generis versuum propagatorque dicetur. Aut si hæc licentia intercluditur homini, cũ quæstione quærendum est, quid tandem illi meruerunt, si nullam rationẽ secuti, qui connexionem pedum, quos illis connectere placuit, versum appellari, haberiq; fecerunt. An tibi aliter videtur? DI. Ita vero est, vt dicis, & prorsus assentior, ratione potius q̃ authoritate versum esse generatum, quã peto iamiamq; videamus. MA. Videamus ergo qui pedes sibimet copulandi sint, deinde quid his copulatis fiat, non enim versus fit solus, postremo de versu tota ratione tractabimus. Sed vnum censes commode ista nos posse persequi, nisi pedum nomina teneamus? Quanquam hoc ordine à nobis digesti sint, vt possint ipsius sui ordinis nominibus nuncupari. Dici enim potest, primus, secundus, tertius, atq; hoc modo cæteri. Sed quia non sunt contemnenda vetusta vocabula, nec faci le à consuetudine recedendũ nisi quæ rationi aduersatur, vtendum est his nominibus pedum, quæ Græci instituerunt, & nostri iam vtuntur pro Latinis. Quæ planè ita vsurpemus, vt non quæramus origines nominum. Multum.n. habet ista res loquacitatis: vtilitatis parum. Neque enim eo minus vtiliter in loquendo appellas panem, lignum, lapidẽ, quod nescis cur hæc ita sint appellata. DI. Ita prorsus vt dicis sentio. MA.

Varia pedum nomina. Cap. 8.

A

1 Primus pes vocat pyrrhichius, ex duabus breuibus, tẽporum duum, vt fuga.
2 Iambus ex breui & longa, vt parens, temporum trium.
3 Trochæus vel chorius, ex lõga & breui, vt meta, temporum trium.
B 4 Spondeus ex duabus longis, vt ęstas, temporum quatuor.
5 Tribrachus ex tribus breuibus, vt matula, temporum trium.
6 Dactylus ex lõga & duabus breuibus, vt mænalus, temporum quatuor.
7 Amphibrachus ex breui & longa & breui, vt carina, temporum quatuor.
8 Anapæstus ex duabus breuibus & lõga, vt Eratò, temporum quatuor.
9 Bacchius ex breui & duabus longis, vt achates, temporum quinque.
10 Creticus, vel amphimacrus ex longa, & breui & longa, vt insulæ, temporum quinque.
11 Palimbacchius ex duabus longis & breui, vt natura, temporum quinque.
12 Molossus ex tribus lõgis, vt Aeneas, temporum sex.
13 Proceleumaticus ex quatuor breuibus, vt auicula, temporum quatuor.
14 Pæon primus ex prima longa & tribus breuibus, vt legitimus, temporum quinque.
15 Pæon secundus ex secunda longa & tribus breuibus, vt colonia, temporum quinque. C
16 Pæon tertius ex tertia lõga & tribus breuibus, vt Menedemus, tẽporũ quinq;
17 Pæon quartus ex quarta lõga & tribus breuibus, vt celeritas, temporũ quinq;
18 Ionicus à minore ex duabus breuibus & duabus longis, vt Diomedes, temporum sex.
19 Choriambus ex longa & duabus breuibus & lõga, vt armipotens, tẽporũ sex.
20 Ionicus à maiore ex duabus lõgis et duabus breuibus, vt Iunonius, tẽporũ sex.
21 Diambus ex breui & longa & breui & longa, vt propinquitas, temporum sex.
22 Dichorius vel ditrocheus ex lõga & breui & longa & breui, vt cantilena, temporum sex.
23 Antipastus ex breui & duabus longis & breui, vt salonius, temporum sex.
24 Epitritus primus ex prima breui & tribus lõgis, vt sacerdotes, tẽporum septẽ.
25 Epitritus secundus, ex secunda breui & tribus longis, vt conditores, temporum septem.
26 Epitritus tertius, ex tertia breui & tribus lõgis, vt Demosthenes, temporum septem. D
27 Epitritus quartus, ex quarta breui & tribus lõgis, vt scscẽnius, tẽporum septẽ.
28 Dispondeus ex quatuor longis, vt oratores, temporum octo.

DI. Habeo ista. Nunc differe qui sibi pedes copulent. MA. Iudicabis hoc facile, si ęqualitatẽ ac similitudinẽ, inæqualitati & dissimilitudini pstantiorẽ esse iudicas. DI. Neminẽ esse arbitror, qui nõ ita iudicet. MA. Hanc ergo prius maxime in cõtexendis pedibus sequi oportet, nec ab ea oĩno deuiandũ, nisi cũ aliqua causa iustissima est. DI. Assentior. MA. Nõ igit dubitabis pyrrhichios sibimet pedes

pedes contexere, nec iãbos nec trocheos quique etiã chorij nominantur, nec spõdeos, atque ita cæteros sui generis profecto sibimet sine ulla dubitatione copulabis. Est.n. summa æqualitas, cũ eiusdẽ generis, & nominis pedes sese consequũtur. An tibi nõ uidetur? DI. Nullo modo mihi aliter uideri potest. MA. Quid illud? Nonne approbas alios alijs pedes æqualitate seruata esse miscẽdos? Quid enim auribus potest iucundius esse, E quàm cũ & uarietate mulcentur, nec equalitate fraudãtur? DI. Satis probo. MA. Nũ cẽses alios equales habẽdos pedes, nisi qui eiusdem mensuræ sunt? DI. Ita existimo. MA. Quid, eiusdem mensuræ putandi ne sunt, nisi qui temporis tãtundẽ occupant? DI. Verũ est. MA. Quos ergo inuenis pedes totidem temporum, sine aurium offensione contexis? DI. Video esse consequens. MA. Recte quidem, sed adhuc nonnihil quæstionis res habet. Nam cũ amphibrachus pes quatuor sit temporum, negant eum quidam posse misceri uel dactylis, uel anapæstis, uel spondeis, uel proceleumaticis: nã hi sunt omnes quaternorum temporum pedes. Et nõ solũ istis eum negant posse misceri, sed nec ex ipso solo repetito, & sibimet connexo recte, & quasi legitime procedere numerũ putant. Quorum opinionem consyderare nos oportet, nequid habeãt rationis, quod sequi & approbare conueniat. DI. Habeo prorsus audire quid afferant. Non enim parum me mouet, cum duodetriginta pedes sint, quos ratio persecuta est, hũc solũ excludi à cõtinuatione numerorũ, cum tamen spatij teneat in tẽpore quãtũ dactylus, & alij quos pares enumerasti, quos connectere nemo prohibetur. F MA. Atqui opus est, ut hoc discere ualeas & consyderare cæteros pedes, quemadmodum sibimet eorum partes conferantur. Ita enim uidebis huic uni quiddam accidere nouum ac singulare, ut non frustra minime adhibẽdus ad numeros iudicatus sit. Sed hoc nobis consyderantibus, opus est hæc duo nomina mãdare memorię, leuationem & positionẽ. In plaudendo enim quia leuatur, & ponitur manus, partẽ pedis sibi leuatio uendicat, partẽ positio. Partes autẽ pedũ dico illas de quibus superius, cũ eos ordine persequeremur, satis dictũ est: Quocirca si hoc probas, incipe recensere breuiter mẽsuras partiũ in omnibus pedibus, vt quid huic uni, de quo agit propriũ acciderit, noueris. DI. Video primũ pyrrhichiũ tãtum hre in leuatione quãtũ in positione. Spondeus quoq;, dactylus, anapæstus, proceleumaticus, choriãbus, diãbus, dichorius, antipastus, dispondeus, eadẽ ratione diuiduntur. Nam tantundẽ tẽporis in his ponit plausus, quantũ leuat. Video secundum iãbum simpli, & dupli habere rationem, quã rationẽ cerno & in chorio, & in tribracho, & in molosso, & in utroque ionico. Iam huius G amphibrachi leuatio, & positio: nã ipsa mihi ex ordine occurrit, cui pares cæteros quæram, simpli & tripli ratione constat. Sed non inuenio prorsus alium deinceps, cuius sibi partes tanto interuallo cõferantur. Nã cum eos consydero, in quibus una breuis est, & duæ longæ ideſt bacchium, creticum, & palimbacchium, sesquaterni numeri ratione leuationem ac positionem in his fieri uideo. Eadem ratio est, & in ijs quatuor, in quibus una lõga est, & tres breues, qui quatuor pęones ex ordine numerãtur. Reliqui sunt quatuor epitriti similiter ex ordine nuncupati, quorum leuationẽ ac positionẽ sesquitertius numerus continet. MA. Num igitur parũ tibi iusta causa uidetur esse, cur iste pes ad seriem numerosam uocum non admittatur, quod solius partes tam longe à se differãt, ut una simpla sit, alia tripla? Vicinitas.n. quædam partium tãto est approbatione dignior; quanto est proxima ęqualitati. Itaque in ista regula numerorũ, cũ ab uno usque ad quatuor progredimur, nihil unicuique est seipso propinquius. Quare illud in primis approbãdum est, cum in pedibus tantundẽ habeãt partes adinuicem: deinde copulatio simpli & dupli eminet in uno, & duobus. Sesquialtera uero copulatio in duobus, & tribus H apparet, etiã sesquitertia, tribus, & quatuor. Simplũ uero & triplum quanquam complicatorum numerorũ lege teneatur, non tamẽ in ordine illo sibimet cohæret. Non enim post unum tria numeramus, sed ab uno ad ternarium numerũ binario interposito peruenitur. Hæc ratio est qua excludẽdus iudicatur amphibrachus pes ab ea copulatione, de qua quęrimus, quæ si abs te probatur, cętera videamus. DI. Probatur sanè. Nã manifestissima atque certissima ratio est. MA. Cũ ergo placeat quoquo modo se in syllabis habeant, tamen si ejusdem spatij sint in tempore rectè sibi, & sine detrimẽto æqualitatis pedes posse misceri, excepto dũtaxat amphibracho, quæri nõ immerito põt, utrum rectè misceãtur, qui quanquã sint æquales tẽpore, nõ eadẽ tamẽ percussione concordãt, q̃ leua-

Amphibrachus nec per se, nec alijs mixtus uersum conficit. Cap. 10.

Pedũ rationabilis mixtura. Cap. 11.

tione ac positione partes pedis sibimet conferr. Nam dactylus anapæstus & spondeus, non solũ æqualium tẽporum sunt, sed etiam
Leuatio & positio tãtũdem sibi vẽdicãt. percutiuntur æqualiter. In omnibus enim tantũ leuatio, quantũ positio sibi vendicat. Itaque hi sibi miscentur iustius q̃ quilibet ionicus cęteris sex tẽporũ pedibus. Vterque quippe ionicus ad simplum & duplum percutitur, duo.s. tẽpora quatuor temporibus conferens. His molossus etiam in hac re cõ
I gruit. Cæteri vero pedes ad tantundem, nã in his leuationi ac positioni terna tempora tribuuntur. Ergo tametsi omnes legitime feriantur, nã & illi tres simpli & dupli ratione, & alij quatuor æquis partibus feriuntur, tamen quia plausum inæqualẽ facit ista permixtio, haud scio an iure repudietur: nisi quid habes ad hæc? D I. Procliuior sum in istam sententiã. Nam inæqualis plausus qũo sensum non offendat ignoro. Si autem offendit, non vtique id potest sine vitio huius permixtionis accidere. M A. Atqui scias veteres miscendos iudicasse istos pedes, & horum mixtione versus compositos condidisse. Sed ne te authoritate premere videar, accipe aliquid horũ versuum, & vide vtrũ offendat auditum. Si enim non modo non offenderit, sed etiã delectauerit, nulla erit ratio huius mixtionis improbandæ. Versus
Terẽtianus. aũt ij sunt, quos aduertas volo. At consona quæ sunt, nisi vocalibus aptes. Pars dimidiũ
K vocis opus profert ex se, Pars muta soni cõ primet ora mouentũ: Illis sonus obscurior impeditiorq́; . Vtcunque tamen promitur ore semicluso. Satis esse arbitror ad iudicandum id quod volo. Quare dic quæso vtrũ nihil tuas aures numerus iste permulserit? D I. Immo nihil mihi videtur currere ac sonare festiuius. M A. Considera igitur pedes, inuenies profecto cũ sint quinque versus, duos primos solis ionicis currere, tres posteriores habere admixtũ dichorium, cũ oẽs omnino sensum nostrũ cõmuni æqualitate delectent. D I. Iam hoc animaduerti, & facilius te pronunciante. M A. Quid ergo dubitamus consentire veteribus, non eorũ authoritate, sed ipsa iam ratione victi, qui censent eos pedes, qui eiusdẽ temporis sunt, rationabiliter posse misceri, si habeãt legitimã, quãuis diuersam percussionẽ.
Pedes sex syllabarum. Cap. 12 D I. Cedo iam prorsus, nam me ille sonus quicquam contradicere non sinit. M A. Intende item ad istos versus. Volo tanquã tibi parcas, labor est in chartis. Et apertũ ire per auras animũ permittas. Placet hoc, nam lapienter remittere interdum Aciem rebus agendis decet intentã. D I. Etiã hoc satis est. M A. Præsertim cũ isti versus sint inconditi necessitate, quos ad tempus fabricatus sum. Veruntamen & in ijs quatuor requiro iudicium sensus tui. D I. Quid aliud & hic possum dicere, q̃ pulchre illos congruenterq́; sonuisse. M A. Sentis'ne etiam duos superiores altero ionico cõstare, qui dicitur à minore, duos aũt posteriores dijambum habere permixtum? D I. Et hoc te pronunciando insinuante persensi. M A. Quid illud, non'ne te mouet ꝙ in illis Terentiani versibus ionico ei, qui à maiore dicitur dichorius, in ijs aũt nostris alteri ionico, qui à minore nominaẽ, dijãbus mixtus est? An nihil interesse arbitraris? D I. Immo interest, & videor mihi rationẽm ipsam videre. Nã quoniã ionicus a maiore a duabus incipit longis, eũ sibi potius copulandũ poscit, vbi lõga prima est, id est, dichorium. Dijambus vero ꝙ incipit à breui, cõgruentius alteri miscetur ionico a duabus breuibus incipienti. M A. Bene intelligis, quare hoc quoque tenendũ est, istam etiã congruentiã, excepta æqualitate temporũ, in pedibus miscendis aliquantũ valere oportere: non enim plurimũ, sed tũ nonnihil valet. Nam pro omni pede sex temporum, oẽm pedem sex temporũ poni posse, ita sensu in-
M terrogato iudices licet: primũ molossi exemplum sit nobis, virtutes: ionici a minore, moderatas: choriambi, percipies: ionici a maiore, concedere: dijambi, benignitas: dichorij, ciuitasq́;, antipasti, volẽt iusta. D I. Habeo ista. M A. Contexe igitur ista omnia atque pronuncia, vel me potius pronunciante accipe, quo ad iudicandum liberior sensus vacet. Nã vt continuati numeri æqualitatem, sine vlla offensione auriũ tibi insinuẽ, hoc totum contextũ ter pronunciabo, quod satis esse non dubitauerim. Virtutes moderatas percipies, cõcedere benignitas ciuitasq́; volent iusta. Virtutes moderatas percipies, concedere benignitas ciuitasq́; volent iusta. Virtutes moderatas percipies, concedere benignitas ciuitasq́; volent iusta. Nũ forte aliqd in hoc pedũ cursu aures tuas æqualitate aut suauitate fraudauit? D I. Nullo modo. M A. Delectauit ne aliqd? quanq̃ & hoc quidẽ cõsequens est in hoc genere, vt delectet omne quod non offendit. D I. Nõ possum aliter me dicere affectũ q̃ videtur tibi. M A. Probas ergo oẽs istos pedes
A senum temporum recte sibi posse copulari atque miscerī. D I. Probo. M A. Nihil'ne
Ordo pedũ quo mutetur cõcinne. Cap. 13. formidas nequis arbitretur tanta æqualitate istos pedes hoc ordine collocutos sonare
L potuisse, si autem ordinem permutes, non idem posse? Nam nihil quidem affert, sed experiri non est difficile. Istuc ergo facito cum vacabit, non aliter inuenies q̃ sensum tuum multiformi varietate & vna æqualitate mulceri. D I. Faciam, quanquam hoc exemplo nemo est qui non præuideat necessario id euenturum. M A. Recte existimas. Sed quod ad propositum pertinet, admoto plausu ista percurram, vt de hoc quoque dijudicare possis vtrum aliquid an nihil claudicet. Atque vt simul aliquid experiaris de commutatione illius ordinis, quam nihil claudicationis illaturã esse prædiximus, iam nunc ipsum ordinem nota, & vt libitum est, eosdem pedes collocatos aliter atque à me collocati sunt personandos mihi plaudendosque permitte. D I. Primum volo esse ionicum à minore, secundũ ionicum à maiore, tertium choriambum, quartum diambum, quintum antipastum, sextum dichorium, septimum molossum.
M A. Intende ergo & aurem in sonum, &
B in plausum oculos. Non enim audiri, sed videri opus est plaudentem manu, & animaduerte acriter quanta temporis mora in eleuatione, quanta in depositione fit. D I. Totus istic sum quantum valeo. M A. Accipe igitur collationem illam cum plausu tuam, Moderatas concedere percipies benignitas volent iusta ciuitasque virtutes. D I. Sentio quidem nequaquam plausum istum claudicare, & tantum leuare quantum ponere: sed vehementer admiror quomodo eo percuti potuerint illi pedes, quorum diuisio simpli & dupli ratione constat, sicuti sunt ambo ionici & molossus. M A. Quid hic fieri tamen arbitraris, cum in his tria leuẽtur tempora, totidemq́; ponantur? D I. Nihil aliud hic prorsus video q̃ eam longam syllabam, quæ in ionico à maiore, & in molosso secunda, in ionico autem à minore, tertia est plausu ipso diuidi: vt quoniam duo habet tempora, vnum superiori parti, alterum posteriori tribuat, atque ita terna tempora leuatio positioq́; sortiantur.
M A. Nihil hic omnino aliud dici aut intelligi potest. Sed cur non etiam ille amphibrachus, quem ab ista numerositate penitus

eijciebamus, hac conditione misceatur spon
C deo, dactylo & anapæsto, vel per se ipse numerosus aliquid in Musica continuatus effi ciat? Pót enim simili ratione media quoq; pedis eius syllaba, quæ longa est, plausu diuidi, vt cum singula tempora singulis lateribus dederit, non iam vnum & tria, sed bina tempora leuatio positioque sibi vendicent, nisi habes aliquid quod resistat. D I. Nihil sanè habeo quod dicam, nisi hunc etiam esse admittendum. M A. Aliquid ergo plaudamus quaternorum numerorum temporumque pedibus ordinatum atque contextum, quibus iste commixtus sit, & eodem modo sensu exploremus, vtrum nihil imparile offendat. Et ideo attende in hunc numerum, propter iudicandi facilitatem cum plausu tertio repetitum, Sumas optima, facias honesta. Sumas optima, facias honesta. Sumas optima, facias honesta. D I. Iamiam obsecro parce auribus meis. Nam etiam plausu non admoto, ipse per se horum pedum cursus in illo amphibracho vehementissime claudicat. M A. Quid igitur putandum est esse causæ, vt in
D hoc fieri nõ possit quod in molosso & in ionicis potuit? An quoniam in illis æqualia sunt medio latera? In numero enim pari si sit medium suis æquale lateribus, primus senarius occurrit. Ergo illi senorum temporum pedes, quoniam duo tempora in medio possident, & bina in lateribus, libenter quodammodo illud medium cecidit in latera, quibus amicissima æqualitate coniungitur. Non autem idem fiet in amphibracho, vbi sunt imparia medio latera: siquidem in illis singula, in illo duo tẽpora sunt. Huc accedit quod in ionico & molosso medio in latera soluto, terna fiunt tempora, in quibus rursum medio paria latera inueniũtur, quod item desit amphibracho. D I. Ita res est vt dicis, nec immerito amphibrachus in illa serie offendit auditum, hic vero etiã delectat. M A. Age nunc tu per te ab ipso exordire pyrrhichio, & secundum supradictas rationes, quos pedes quibus misceri oporteat, quantum potes breuiter explica.
Qui pedes qb⁹ misceantur. c. 14 D I. Nullus pyrrhichio, non enim alius inuenitur totidem temporum, Iambo posset chorius, sed propter inæqualem plausum vitandum est, alter à simplo, à duplo alter incipit. Ergo tribrachus vtrisque accom-
E modari potest. Spondeum & dactylum & anapæstum, & ꝓceleumaticum amicos inter

ter se,& copulabiles video. Non enim tantum temporibus, sed plausu etiam sibi congruunt. Enimuero exclusus amphibrachus, nulla potuit ratione reduci, cui paritas tẽporum auxiliari quid, diuisione plausuque discordantes non potuit. Bacchio creticũ, & pæones primum, secundum & quartum: Palimbacchio autem eundem creticum, & pæones primum & tertium & quartum in temporibus & plausu concordare manifestum est. Ergo cretico & pæonibus primo & quarto, quoniam & à duobus & à tribus temporibus eorum incipere diuisio potest, & cæteri omnes quintum temporum pedes possunt sine vlla claudicatione copulari. Iam illorum qui sex temporibus constant, omnium inter se miram quandam esse concordiam satis disputatum est. Quandoquidem illi quoque ab ijs in plaudendo non dissonant, quos aliter diuidi exegit conditio syllabarum: tantam vim habet cum medio laterum æqualitas. Porrò septenum
F temporum pedes cum sint quatuor, qui Epitriti nominantur, primum & secundum intuenio sibi posse copulari. Amborum enim diuisio incipit à tribus temporibus, idcirco nec spatio temporis nec plausu dissident. Rursus libenter sibi copulantur tertius & quartus, quia vterque in diuidendo incipit à quatuor temporibus, quare & metiuntur & plauduntur æqualiter. Restat octo temporum pes, qui dispondeus vocatur, cui sicut pyrrhichio par nullus est. Habes a me quod poposcisti, & facere potui. Perge ad reliqua. M A. Faciam', sed post tam longum sermonem respiremus aliquantulum, & illorum versuum meminerimus, quos minus extemporales pauloante ipsa lassitudo suggessit. Volo tandem tibi parcas, labor est in chartis, Et apertum ire per auras animum permittas. Placet hoc, nam sapientem remittere interdum Aciem rebus agendis decet intentã.

D I. Placet sanè, ac libenter obtempero.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI DE MVSICA.

Liber tertius.

TERTIVS hic sermo postulat, vt qm̃ de pedũ amicitia quadã concordiaque satis dictum est, videamus quid ex his contextis continuatisq; gignatur. Quare primum ex te quæro, vtrum possint copulati sibi pedes quos copulari oportet, perpetuum quendam numerũ creare, vbi nullus finis certus appareat: velut cum symphoniacis scabella & cymbala pedibus feriũtur, certis quidem numeris, & his qui sibi cum aurium voluptate iunguntur, sed tamen tenore perpetuo, ita vt si tibias non audias, nullo modo ibi notare possis, quousq; procurrat connexio pedum, & vnde rursus ad caput redeatur: Velut si tu velis centum vel amplius, quousque libitum est, pyrrhichios vel alios qui inter se amici sunt pedes, continua connexione decurrere. D I. Iam H intelligo, & fieri posse concedo quãdam pedum cõnexionem in qua certum est vsque ad quot pedes progrediendum sit, atque inde redeundum. M A. Num huius generis alI Nõ esse dubitas, & hoc ab illo superiore distare ceren concedis, cum certam faciendorum versuũ distin disciplinam esse non neges, & qui versus te qui semper cum voluptate audisse confessus sis? tam D I. Manifestum est & hoc esse, & ab illo Fere superiore genere distare. M A. Ergo quoniam oportet distingui etiam vocabulis ea sustine quæ ad se distincta sunt, scias illud superius genus dilabor genus copulationis, rhythmum à Græcis, hoc autem alterum metrum vocari: Latine autem dici possent, illud numerus, hoc mensio vel mẽsura. Sed quoniam hæc apud nos nomina late patent, & cauendum est ne ambigue loquamur, commodius vtimur Græcis. Vides tamen, vt opinor, q̃ recte vtrunque nomen his rebus sit impositum: nam quoniam illud pedibus certis prouoluitur, peccaturq; in eo si pedes dissoni miscentur, recte appellatus est rhythmus, id est, numerus. Sed quia ista prouolutio non habet modum, nec statutum est in quoto pede finis aliquis emineat propter aliquã mensurã continuationis, nõ debuit metrum vocari. Hoc autem vtrunque habet: nam & certis I pedibus

pedibus curritur, & certo terminat modo. Itaque non solum metrũ propter insignem finem, sed etiã rhythmus est, propter pedum rationabilem connexionẽ. Quo circa omne metrũ rhythmus, nõ omnis rhythmus etiã metrum est. Rhythmi.n. nomen in Musica vsqueadeo late patet, vt hæc tota pars eius, quæ ad diu & nõ diu pertinet, rhythmus nominata sit. Sed de nomine cũ res appareat, nõ esse satagendũ & doctis & sapiẽtibus placuit. An aliquid contradicendum aut dubitandum putas de his quæ à me dicta sunt?

Quid interversum & metrum Cap. 2.

Immò prorsus assentio. M A. Nunc ergo mecũ illud considera, vtrũ sicut omnis versus metrum est, ita omne metrum etiã versus sit. D I. Considero quidem, sed quid respondeam non inuenio. M A. Vnde id tibi censes accidisse? An quia de vocabulis quæstio est? Non.n. vt de rebus ad disciplinam pertinẽtibus, ita de nominibus possumus respondere interrogati. Propterea, quia res omnium mentibus cõmuniter sunt insitæ, nomina vero vt cuiq; placuit imposita, quorũ vis authoritate atque consuetudine maxime nititur: vnde etiã esse linguarũ diuersitas po
K test, rerũ autẽ in ipsa veritate constitutarum profecto non põt. A me igitur accipe quod ipse nullo pacto respondere posses. Nam nõ versum solum metrum veteres vocauere. Itaque quod ad te attinet, vide atque respon de: non enim iam de nominibus agitur, vtrũ inter hæc duo aliquid distet, quod quidã numerus pedum ita certo fine claudatur, vt nihil ad rem pertineat, vbi fiat quidam articulus antequam veniatur ad finem: alius autẽ non solum certo quodam fine claudatur, sed etiam certo quodam loco quædam eius partitio emineat, vt quasi membris conficiatur duobus. D I. Non intelligo. M A. Attende ergo in hæc exempla: Cunctæ igitur camœnæ Fonticolæ uellæ, Quæ canitis sub antris Mellifluos sonores, Quæ lauistis capillum Purpureum Hippocrene Fonte, vbi fusus olim Spumea lauit almus Ora iubis aquosis Pegasus, in nitentem Peruolaturus æthram. Attende ergo in hæc exempla, cernis profecto quinque superiores versiculos eodem loco partem orationis habere terminatam, id est, in choriãbo pede, cui subiungitur bacchius, vt versiculum cõpleat. Nãque hi vndecim choriambo & bacchio pedibus
L constant. Cæteros vero excepto vno .s. Ora iubis aquosis, non eodẽ loco habere termina tam partẽ orationis. D I. Cerno istuc quidem, sed quò pertineat nõ video. M A. Iò .s. vt intelligas hoc metrum nõ quasi legitimũ locum habere, vbi ante finẽ versus finiatur pars orationis, nã ita esset, oës eodẽ loco hunc haberent articulum, aut certe rarissime in his inueniretur, qui non haberet: nũc vero cum sint vndecim, sex ita sunt, quinque non ita. D I. Et hoc accepi, & adhuc quò ratio tendat expecto. M A. Attende ergo etiã in ista peruulgatissima: Arma virũq; cano, Aenei. 1
Troiæ qui primus ab oris. Et ne longum faciamus, quia carmen notissimum est, ab hoc versu vsque ad quem volueris explora singulos, inuenies finitam partem orationis in quinto semipede .i. in duobus pedibus & semisse. Nam hi versus constant pedibus quaternorum temporum: quare iste finis de quo agitur partis orationis, quasi legitimus in decimo tempore est. D I. Manifestũ est. M A. Iã ergo intelligis inter illa duo genera, quæ ante ista exempla proposueram, nonnihil distare, quod aliud .i. metrum antequam claudatur, non habet certum & statutum aliquẽ articulum, sicut in illis vndecim versiculis exploraui mus: Aliud verò habet, sicut in he M
roico metro quintus semipes satis indicat.

D I. Iam liquet quod dicis. M A. Atqui scias oportet a veteribus doctis, in quibus Versus
magna est authoritas, illud superius genus quid sit.
non esse versum appellatum, sed hunc definitum & vocatum esse versum, qui duobus quasi mẽbris cõstaret, certa mensura & ratione cõiunctis. Sed tu nõ multũ labores de nomine, quod nisi à me vel à quolibet alio tibi indicaretur, nullo modo de hoc interrogatus, respõdere posses. Sed quod rõ docet, in id præcipue & maxime animũ intende, velut hoc ipsum quod nunc agimus: ratio.n. docet inter hæc duo genera distare aliquid, quibuslibet vocabulis nuncupentur. Itaque hoc bene interrogatus possis dicere ipsa veritate cõfisus: illud aũt nisi authoritatem secutus, nõ possis. D I. Apertissime iam ista cognoui, & quãti pẽdas hoc de quo me tam crebro admones, iam existimo. M A. Hæc ergo tria nomina, q̃bus differendi causa necessario vsuri sum⁹, memoriæ mãdes velim: rhythmum, metrum, versum, quæ sic distinguuntur, vt omne metrum ẽt rhythmus sit, non omnis rhythmus etiam metrum. Item A
omnis versus & metrum sit, non omne metrum etiam uersus. Ergo omnis versus est rhythmus & metrũ. nã hoc, vt arbitror, esse cõsequens vides. D I. Video sanè, nã & luce clarius.

Universidad de Deusto Biblioteca

Rhythmi ex Pyrrhichijs. Cap. 3.

clarius est. MA. Prius igitur, si placet, de rhythmo, in quo nullum metrū est, deinde de metro vbi versus non est, post remo de ipso versu quantum possumus disseramus. DI. Placet vero. MA. Sume ergo tibi ab ipso capite pedes pyrrhichios, & de his rhythmū contexe. DI. Etiam si id possim facere, qui modus erit? MA. Satis est, vt eū tendas: exempli enim gratia id faciamus, vsque ad decem pedes: nam vsque ad hunc pedum numerum non progreditur versus, quod suo loco diligenter tractabitur. DI. Bene quidē tu non multos pedes mihi proposuisti copulandos, sed videris mihi non recordari iam te satis discreuisse quid inter Grammaticum & Musicum interslt, cum ego tibi respōdissem syllabarum longarum & breuium cognitionem me non habere, quæ a Grammaticis traditur: nisi forte permittis, vt nō verbis, sed aliquo plausu rhythmum istum exhibeā: nam iudicium aurium ad temporum momēta moderanda me posse habere non nego: quæ vero syllaba producenda vel corripienda sit, quod in authoritate situm est, omnino nescio. MA. Fateor nos ita, vt dicis, grāmaticum à musico discreuisse, & in hoc te genere inscitiam tuam esse confessum. Quare a me accipe hoc exempli genus, Ago celeriter agile quod ago tibi quod anima velit. DI. Habeo istuc. MA. Hoc ergo quoties libet repetendo, efficies rhythmi huius longitudinem quantā voles: quanquam hi decem pedes ad exēplum sufficiant. Sed illud quæro, si tibi quispiam dicat non pyrrhichijs, sed proceleumaticis pedibus hunc ryhthmum constare, quid respondebis? DI. Prorsus ignoro, nam vbi decem pyrrhichij sunt, quinque proceleumaticos metior, & eo maior dubitatio est, quod de rhythmo consulimur, qui. s. perpetuo fluit. Vndecim. n. Pyrrhichij vel tredecim, & quolibet impari numero, non possunt habere integrū proceleumaticorum numerū. Si ergo esset certus finis in hoc de quo agitur rhythmo, ibi saltem dicere possemus pyrrhichio potius, q̄ proceleumatico eū currere, vbi omnes integri proceleumatici non inuenirentur: nunc vero & ipsum infinitum nobis conturbat iudiciū, & si quādo numerari quidem pedes sed pari numero nobis proponuntur, sicut sunt decem & duodecim. MA. Atqui nec de ipso impari numero pyrrhichiorum quod tibi visum est, liquido visum est. Quid. n. si vndecim propositis pedibus pyrrhichijs dicatur rhythmus quinque

Versus ex Pyrrhichijs decem.

habere proceleumaticos, & semipedem, nunquid resisti potest, cum multos inueniamus versus claudi semipedē? DI. Iam dixi me nescire quid de hac re dici possit. MA. Nū etiam illud nescis, ꝓceleumatico priorē esse pyrrhichium? Siquidem duobus pyrrhichijs proceleumaticus consit. sicut prius est vnum quàm duo, & duo q̄ quatuor: ita proceleumatico prior est pyrrhichius. DI. Verisimum est. MA. Cū ergo in hanc ambiguitatē incidimus, vt posit in rhythmo & pyrrhichius metiri & proceleumaticus, cui principatum daturi sumus, priori, ex quo iste cōstat: an posteriori, ex quo ille non constat? DI. Nemo dubitabit priori esse dandum. MA. Quid ergo dubitas de hac re consul tus respondere, pyrrhichium potius q̄ proceleumaticū istum rhythmum esse nuncupandum. DI. Iam omnino non dubito, pudet tam manifestam rationem non me cito animaduertisse. MA. Videsne illud etiam ista ratione cogi, vt quidem pedes sint, qui rhythmum contmuare non possint? Nam quod in proceleumatico inuentum est, cui tollit pyrrhichius principatum, hoc & de diambo & de dichorio, & de dispondeo inuentum puto, nisi tibi aliud videtur. DI. Quid mihi aliud videri potest, cum probata illa ratione hoc quod sequitur improbare non possim? MA. Vide ēt ista, & compara ac iudica. Nā videtur, cum tale incertum euenit, plausu potius debere discerni, quo pede curratur: vt si pyrrhichio velis currere, vnum tibi tempus leuandum, vnum ponendum sit: si proceleumatico duo & duo: ita & pes apparebit: & nullus pedum erit a rhythmi continuatione seclusus. DI. Huic magis faueo sententiæ, quæ nullum pedem ab hac contextione esse immunem finit. MA. Recte facis, & quò magis hoc approbes, consydera de tribracho pede quid respondere possimus, si nihilominus quisque contendat, non pyrrhichio aut proceleumatico istum rhythmum, sed tribracho currere. DI. Video iudicium ad plausum illum esse reuocandum, vt si vnum tempus est in leuatione, duo in positione. i. vna & duæ syllabæ: aut contra duæ in leuatione, vna in positione, tribrachus rhythmus esse dicat. MA. Recte intelligis. Quāobrē iam dic mihi vtrū spondeus pes pyrrhichio rhythmo posit adiūgi. DI. Nullo mō: non. n. cōtinuabit plausus ꝙualis, cū leuatio & positio in pyrrhichio singula, in spondeo vero bina tēpora teneant. MA. Potest ergo proceleuma-

celeumatico adiungi? DI. Potest. MA. Quid cum ei adiūgitur, interrogati, utrum, rhythmus proceleumaticus an spondaicus fit, quid respondebimus? DI. Quid censes, nisi spōdeo dandum esse principatum? Cum enim plausu ista cōtrouersia nō dijudicetur in vtroq;, nam in utroque bina leuamus ac ponimus tēpora, quid aliud restat, nisi vt ille regnet, qui in ipso pedum ordine prior est? MA. Rationem te secutum esse satis approbo, & vides, vt arbitror, quid sequatur. DI. Quid tandem? MA. Quid putas, nisi tam proceleumatico q̄ pyrrhichio rhythmo nullum aliū pedem posse misceri? quoniā quisquis miscebitur, totidem temporum, non. n. aliter potest misceri, in eum rhythmi nomē transferatur necesse est. Omnes enim priores in illo sunt, q̄ totidem temporibus constant. Et quoniam ijs qui priores inuēti fuerint, cogit nos ratio quā vidisti principatum dare, id est, ex eo rhythmum nuncupare, non erit iam proceleumaticus rhythmus, alio alio quatuor temporum mixto, sed spondaicus, aut dactylicus, aut anapesticus. Amphibrachum enim ab istorum copulatione numerorum recte remotum esse conuenit. DI. Fateor ita esse. Ma. Nunc ergo ex ordine cōsydera iambicū rhythmum, q̄m pyrrhichium & proceleumaticū, qui duplicato pyrrhichio gignitur, satis discussimus. Quare dicas velim huic quē censes admiscendū pedē, vt iambicus rhythmus suū nomen obtineat. DI. Quē nisi tribrachum, q̄ & temporibus & plausu cōgruit: & quia posterior est, regno pellere non potest? Nam chorius est quidē posterior, & totidem temporū, sed non eodē modo placuit. MA. Age iam, vide rhythmum trochaicū, & ad eadē de hoc quoque respōde. DI. Idem respōdeo: nam potest & huic, non solum spatio temporis, sed plausu ēt continere tribrachus. Cauendum autem iambum quis non videat? qui etiam si æqualiter plauderetur, principatum tamen mixtus auferret. MA. Quid spondaico rhythmo, quem tandem copulabimus pedem? DI. Sanè in hoc largissima copia est: nam & dactylū & anapestū & proceleumaticum nulla imparilitate temporum, nulla claudicatione plausus, nulla principatus ademptione impediente huic video misceri posse. MA. Video iam te facile posse cętera ordine persequi: quocirca remota interrogatione mea, vel potius tanquam de omnibus interrogatus respōde breuiter, diluci-

C

D

E

F

G

H

I

de ꝙue quantum potes, quomō singuli qui restant pedes, alijs legitime immixtis, obtineāt suū nomen in rhythmo? DI. Faciā: neq;. n. ullius negocij est, tanta rationum luce ꝓmissa. Nam tribrachio nullus miscebitur, oēs. n. priores sunt, qui ei sunt temporibus pares. Dactylo anapæstus poterit: nā & est posterior tempore, ac plausu currit ꝙualiter: utrique autem proceleumaticus eadem scilicet ratione copulet. Iam bacchio creticus, & de pæonibus primus secūdus & quartus misceri pñt. Porrò ipsi cretico, oēs qui post illum sunt quinq; temporum pedes iure miscētur, sed non omnes eadem diuisione. Alij nanq; ad duo & tria, alij ad tria & duo tēpora diuiduntur. Ille aūt creticus utroq; modo diuidi pōt, quia media breuis cuilibet parti tribuit. Palimbacchius autē, quia eius diuisio à duobus temporibus incipiens, in tria desinit, congruos & copulabiles habet pæones omnes, præter secundum. Molossus de trisyllabis restat, à quo primo incipiunt sex temporū pedes, qui omnes eidē coniungi possunt: partim propter simpli dupliq; rationē, partim propter illā, quam nobis plausus ostēdit partitionē lōgæ syllabę, q̄ singula tēpora parti vtriq; cōcedit, quia in senario numero par lateribus medium est. Ob quam causam & Molossus, & ambo ionici non solum in simplū & duplū, sed ēt in ęquas partes propter terna tēpora feriuntur. Hinc efficitur ut deinceps omnibus sex tēporū pedibus, omnes totidē tēporū posteriores copulari queant, solusq; antipastus, qui nullum sibi velit misceri, remaneat. Hos consequuntur quatuor epitriti, quorum primus admittit secundum, secundus nullū, tertius quartū, quartus nullum. Restat dispōdeus, rhythmū solus ēt ipse facturus, quia nec posteriorem quenquam inuenit, nec æqualem habet. Itaq; omnium pedes nouem, qui nullum aliū mixtū admittentes, rhythmum faciunt, pyrrhichius, tribrachus, proceleumaticus, pæon secundus, pæon quartus, antipastus, epitritus secundus & quartus, & dispondeus: reliqui eos, qui se posteriores sunt, copulari sibi patiuntur, ita vt rhythmi nomen obtineant, etiam si pauciores in ea serie numerentur: hoc est: ut opinor, satis à me quod voluisti, explicatum atque digestum tuum est iam videre quod restat. MA. Immo mecū etiam tu, ambo. n. quęrimus. Sed q̄d tandē restare arbitraris, quod ad rhythmū attinet? Nonne illud cōsyderandum est, vtrum aliqua dimensio pedis, quanuis

Intelligit duo tempora intermedia diuidi, & in latera cōcedere.

An sint pedes supra syllabas quatuor. Cap. 5.

quanuis octo tẽpora nõ excedat,quæ dispondeus obtinet, excedat tñ numerum quatuor syllabarum? DI. Quære quæso. MA. Immo tu, quare me potius q̃ teipsum rogas? An tibi non videtur sine ulla fraude vel offensione auriũ,siue quod ad plausum,siue ad diuisionẽ pedũ, siue quod ad spaciũ tẽporis ptinet, pro vna longa syllaba duas posse poni breues? DI. Quis hoc negauerit? MA. Hinc ergo est,quod pro iambo vel chorio tribrachum ponimus,& pro spondeo dactylũ,vel anapæstũ, vel proceleumaticum,cum vel pro secunda eius,vel pro prima duas breues ponimus,vel quatuor pro vtraque. DI. K Assentior. MA. Fac igitur hoc idem in ionico quolibet, vel alio quopiam quadrisyllabo sex temporũ pede, & pro vna eius quacunq; longa duas breues cõstituas, iũ quicquã mensuræ deerit,aut plausui resistit? DI. Nihil omnino. MA. Consydera ergo quot syllabæ fiunt. DI. Quinque fieri video. MA. Vides certe posse quatuor syllabarum numerum excedi. DI. Video sanè. MA. Quid si pro duabus,quæ ibi sunt lõgæ,quatuor breues posueris, nonne in uno pede sex syllabas necesse est metiri? DI. Ita est. MA. Quid si cuiuslibet epitriti oẽs longas soluas in breues, num ẽt de septẽ syllabis dubitandũ est? DI. Nullo mõ. MA. Quid ipse dispõdeus? nõne octo efficit,cũ pro omnibus lõgis binas breues locamus? DI. Verissimũ est. MA. Quæ igit̃ ratio est, qua cogimur, & tã multarũ syllabarũ metiri pedes,et pedẽ qui adhibeẽ ad numeros,nõ excedere quatuor syllabas,antè tractatis rationibus confitemur? Nõne tibi uidentur inter se ista pugnare? DI. Immò maxime, & quomodo istud pacati possit, ignoro. MA. Etiã hoc facile est, si teipsum rursum interroges, I vtrum rationabiliter inter nos pauloãte cõstiterit, ideo pyrrhichium & proceleumaticũ plausu debere diudicari atq; discerni, ne sit vllus pes legitimæ diuisionis,q rhythmũ nõ faciat id est ut ex eo rhythmus nomineẽ. DI. Hoc vero memini, & non inuenio cur mihi placuisse pœniteat: sed quorsum ista?

Quaternarũ, id est, non excedẽtes quatuor syllabas.

Ma. Quia scilicet hi oẽs pedes quaternarũ syllabarum, excepto amphibraco, rhythmũ faciunt, id est principatum in rhythmo tenent, eumq; usu & nomine afficiunt: illi vero qui plures, q̃ quatuor syllabas habent, multi quidẽ pro his poni possunt, sed ipsi pse rhythmum facere,ac rhythmi nomen obtinere nõ pũt,& ideò ne pedes quidem istos appellandos putauerunt. Quamobrẽ repugnantia illa,quæ nos mouebat,iã,ut opinor, cõposita est & sopita, quãdoquidem licet & plures syllabas, quàm quatuor pro aliquo pede ponere,& pedẽ tamen non appellare,nisi eũ quo rhythmus efficiatur. Oportebat.n. pedi constitui aliquem modũ progressionis in syllabis. Is autem modus constitui optimus potuit, qui de ipsa numerorum ratione translatus in quaternario constitit. Itaque longarum syllabarum quatuor pes esse potuit. Cũ aũt pro eo breues octo cõstituimus, M qm̃ tantũ spacij habent in tpe,pro altero poni possunt. Quia vero legitimam progressionem, id est, quaternarium numerum excedunt, pro se ipsi poni, ac rhythmum gignere non sensu aurium,sed disciplinæ lege prohibentur, nisi contra dicere aliquid paras. DI. Paro sanè, & iam faciam. Nam quid impediebat vsq; ad octonarium numerum syllabarum progredi pedem, cum eundem numerum ad rhythmum admitti posse videamus? Neque enim me mouet,quod pro alio dicis admitti: immo hoc me magis admonet quærere, vel potius quæri,quod non etiam suo nomine admittitur, q̃ pro alio potest. MA. Non mirum est quod hic falleris,sed facilis explicatio veri est, nam omittã tanta, quæ pro quaternario numero iã ante disputata sunt,cur vsq; ad illum fieri debeat progressio syllabarum. Fac iam cessisse tibi & consensisse vsq; in octo syllabas pedis debere longitudinem porrigi: num resistere poteris esse iam posse octo longarum syllabarum pedem? Certe enim ad aliquẽ numerũ syllabarum cum peruenit pes, non solum ad eum peruenit qui breuibus, sed etiã qui longis syllabis constat. Quo fit ut adhibita rursus ea lege, quæ abrogari non potest, qua duas breues pro vna longa poni licet, ad sedecim syllabas pertẽdamus. Vbi si rursus pedis incrementum statuere volueris, in trigintaduas breues proficiscimur: huc quoque ratio tua pedem te compellit adducere, & rursus lex illa duplum numerum breuiũ p longis locare: atque ita nullus constituetur modus. DI. Iam cedo rationi, qua vsq; ad quaternariũ syllabarũ numerũ p̃moemus pedẽ. Pro his autem legitimis pedibus poni oportere pedes plurium syllabarum, dum breues duæ vnius longæ locum occupant, nõ recuso. MA. Facile est ergo te etiã illud videre atq; cõcedere, alios pedes esse p̃ his, penes quos rhythmi est principatus, alios qui cum his collocantur. Nã ubi pro longis singulis geminanẽ breues,pro eo qui rhythmum obtinet, alios collocamus: uelut pro iambo,& trocheo tribrachum,aut pro spondeo dactylum, aut anapæstum aut proceleumaticum. Vbi uero nõ idem fit,non pro eo, sed cum eo ponitur quisquis miscetur infe- B rior: vt cum dactylo anapæstus,cum ionico uero utrolibet diiambus vel dichorius:& reliqui similiter suo iure cũ cæteris. An parũ tibi dilucidum uel falsum uidetur? DI. Iam intelligo. MA. Responde ergo utrum illi, qui pro alijs ponũtur, possint etiã ipsi per se facere rhythmum? DI. Possunt. MA. Omnes ne? DI. Omnes. MA. ergo & quinque syllabarum pes potest suo nomine rhythmũ facere, quia pro bacchio uel cretico uel quolibet pæone poni potest. DI. Non potest quidem,sed iam istum non uocari pedem, si progressione illius ultra quaternarium numerum transeat,satis memini. Ego cum omnes posse respondi, pedes utique posse respõdi. MA. laudo etiam in nomine retinendo diligentiam, & uigilantiam tuam. Sed scias multis etiam esse uisum senarum syllabarũ pedes nuncupãdos,sed amplius, quod sciam, nemini placuit. Et illi quibus hoc placuit, negauerunt ad rhythmum, aut ad metrum per se gignendum tam longos pedes adhibere oportere. Itaque ne nomina quidem his indiderũt. Quocirca uerissimus est ille progressionis modus, qui usque ad quatuor syllabas peruenit: quandoquidem hi omnes pedes, quibus diuisis duo fieri non possunt,cõiuncti pedem facere potuerunt: & ita qui in sextam syllabam usq; progressi sunt, nomen tãtum pedis in eos, qui quartam excesserũt, transferre ausi sunt: ad principatũ uero,qui est in rhythmis, & metris, nullo modo eos aspirare fuerunt. Sed cum pro longis breues duplicantur, etiam ad septimam atque octauam,ut iam ostendit ratio, syllabam peruenitur: ad quem numerum nemo tetendit pedem. Sed quoniam uideo constare inter nos quẽlibet plurium quàm quatuor syllabarũ, cum pro longa duas breues ponimus, nõ cũ his legitimis pedibus,sed pro his posse poni, neque per seipsos rhythmum creare, ne in infinitum eat quod ratione finiendum est, satis iam inter nos de rhythmo existimo disputatum: trãseamus ad metra si placet. DI. Placet uero. MA. Die igitur, Metrum ne arbitraris pedibus fieri,an pedes metro. DI. Non intelligo. MA. Pedes ne coniuncti

metrum creant, an metris coniunctis pedes quot cõ creantur? DI. Scio iam quid dicas,& coniũ- stituatur ctis pedibus metrum fieri puto. MA. Cur pedibus. tãdem id fieri putas? DI. Quia inter rhyth- Cap. 6. mum, & metrum hoc interesse dixisti, quod in rhythmo contextio pedum nullum certum habet finem, in metro uero habet: ita ista pedum contextio, & rhythmi & metri D esse intelligitur: sed ibi infinita, hic autem finita constati. MA. Ergo unus pes metrum non est. DI. Non utique. MA. Quid unus pes, & semipes? DI. Ne hoc quidem. MA. Quare? An quia metrum pedibus confit, nec utique possunt dici pedes, vbi nũsquam duo sunt? DI. Ita est. MA. Inspiciamus igitur metra,illa,quę à me paulo ante commemorata sunt, & videamus quibus pedibus constent: non enim te in hoc genere animaduertendo rudem esse adhuc decet. Ea sunt autem: Ite igitur camœnæ Fõticolæ puellę, Quæ canitis sub antris Mellifluos sonos. Satis hæc esse ad id, quod intendimus puto: tu iam metire ista, & quos habeant pedes renuncia. DI. Omnino non possum: eos enim metiendos puto, qui sibi legitime copulari queunt, nec ualeo me hinc expedire. Si enim primum chorium fecero, sequitur iambus, qui temporibus par est, sed non similiter plauditur: si dactylum, non sequitur alius qui ei saltem tẽporibus coęquet: si dichorium eadẽ difficultas est: quod enim restat, nec temporibus cum eo, nec plausu conuenit. Quare aut hoc metrum non est, E aut falsum est, quod inter nos de pedum copulatione dissertum est: nam quid aliud dicam non inuenio. MA. Metrum quidem esse, & eo quod plus est quàm pes, certumque finem habet, & ipsarum aurium iudicio conuincitur. Non enim tam suaui sonaret æqualitate, aut motu tam concinno clauderetur, si non inesset illa numerositas, quę profecto esse, nisi in hac parte musicæ nõ potest. Falsa uero esse, quæ inter nos constiterunt, miror quod existimes: nõ enim aut numeris quiequã est certius, aut illa pedũ cõmemoratione,& collatione ordinatius. Nã ex ipsa numerorum ordinatione, quę nullo modo fallit, expressum est, quicquid in eis ad mulcendas aures, & ad obtinendũ in rhythmo principatum, ualere perspeximus. Sed ui de potius cum sæpe repeto. Quæ canitis sub antris: demulceoq̃ iste numerositate sensum tuum. Quid distat inter hoc,& si adderem ad finem huius breuem aliquã syllabã, & item

C De metro quibus, & qui

& item istoc eodem modo repeterem. Quæ canitis sub antrisue? DI. Vtrunque mihi
F iucúde illabitur auribus. Hoc tñ posterius, quo vnam syllabam addidisti breuem, plus tenere spacij ac temporis, siquidem longius factum est, cogor fateri. MA. Quid cum illud superius. Quæ canitis sub antris: ita repeto, vt post finem nihil sileam, eademne ad te iucunditas peruenit? DI. Immò nescio quid claudum me offendit, nisi forte illã vlti mam plus quàm cæteras longas produxeris. MA. Ergo siue idipsum amplius quod pducitur, siue quod siletur produxero, censesne in tempore habere aliquid spacij? DI.
Siléti in metris. Cap.3. Quis aliter potest? MA. Recte censes. Sed dic mihi etiam quantũ spacium putas esse? DI. Metiri hoc omnino difficile est. MA. Verum dicis, sed nonne tibi videtur breuis syllaba id metiri, quam cum addimus, neque longæ vltimæ vltra solitam productionem, neque vllum silentium in eius metri repetitione sensus desyderauit? DI. Omnino assentior: nam recte illud superius pronũcian te te atq; repetente, hoc posterius ego apud me ipse repetebam pariter tecum: ita sensi idem spacium temporis ambobus occurrere cum silentio tuo breuis mea vltima conueni ret. MA. Teneas igitur oportet hæc silentiorum spatia certa in metris esse. Quare cum inueneris aliquid deesse pedi legitimo, consyderare te oportebit, utrum dimenso at
G que annumerato silentio compensetur. DI. Teneo iam istuc, persequere cætera. MA. Video iam nos quę rere debere ipsius silentij modum: iamque in hoc metro, ubi post choriambum bacchium comperimus, quia vnum tempus deest, vt sex temporum esset choriambus, facillime id aures senserunt, & in repetitione tanti spacij silentium interpo nere coegerunt, quantum syllaba occuparet breuis: & si post choriambum loectur spon deus, duo nobis tempora cum silentio peragenda sunt ad caput redeuntibus, veluti hoc est, Quæ canitis fontem. Nam te sentire iam credo silendum esse, ut cum redimus ad caput, plausus non claudicet. Sed ut experiri queas quanta silenti j huius mensura sit, adde vnam syllabam longam, vt fiat. Quæ canitis fontem vos, atque hoc cum plausũ repete: videbis tãtum occupare temporis plausum, quãtũ in superiore occupabat, cum ibi duæ longæ post choriambum, hic tres sint locatę. Vnde apparet duum ibi temporũ interponi silentium. At si post choriambum iambi locentur, sicut hoc est, Quæ canitis lo cos, tria tẽpora silere cogimur: qđ ut explo H retur, adduntur siue per alterum iambum, siue per chorium, siue per tribrachum vt sit: aut, Quæ canitis locos bonos: aut, Quæ canitis locos monte. aut, Quę canitis locos nemore. His. n. additis, cum sine silentio iucunda & æqualis repetitio mouet, & plausu adhibito tm spatij hæc tria singula tenere inueniũtur, quantum illud, in quo silebamus, manifestum sit trium temporum ibi esse silentium. Potest post choriambũ vna syllaba longa cõstitui, vt quatuor tempora sileantur. Nam etiam sic choriambus diuidi põt, vt simplo & duplo leuatio sibi positioque conueniant. Huius metri exemplum est, Quæ canitis res. Cui si addas vel duas longas, vel longam & duas breues, vel breué & lõgam & breuem, vel duas breues & longã, vel quatuor breues, implebis sex temporum pedem, vt nullo desiderato silẽtio repetatur. Talia sunt, Quæ canitis res pũlchras, Quæ canitis res in bona, Quæ canitis res bonumue, Quæ canitis res teneras, Quæ canitis res, & alia. DI. Modo bene. MA. Quibus cognitis atque concessis, credo tibi iam satis apparere, nec minus vno tempore sileri posse, nec plus quatuor tẽporibus sileri oportere. Nam & ipsa est illa de qua iam multa I dicta sunt moderata progressio, & in omnibus pedibus nulla leuatio aut positio amplij quàm quatuor occupat tempora. Itaque cũ aliquid canitur, siue pronunciatur quod habeat certum finem, & plus habeat quàm vnum pedem, & naturali motu atque cõsyderatione numerorum sensum quãdam æquabilitate demulceat, iam metrum est. Quanquam n, minus habeat q̃ duos pedes, tamen quia excedit vnum & silere cogit, non sine mensura, sed quantũ implendis temporibus satis est, quæ alteri debentur pedi, pro duobus pedibus auditis accipitur, quorum duorum pedũ occupat tempora, donec ad caput redeatur, dum annumeratur sono etiam certum atq; dimensum interualli silẽtium. Sed iã mihi dicas velim vtrũ his quæ dicta sunt cognitis assentiaris. DI. Cognoui & assentior. MA. mihine credens, an per te ipse ve rã esse prospiciens? DI. Per me ipse sanè, ac quamuis dicente te vera hæc esse cognosco. MA. Age ergo nunc quoniam inuenimus vnde metrum esse incipiat, inueniamus etiã quousq; procedat. Nã metrum incipit à duobus pedibus, siue ipso sono plenis, siue ad implendum

K Plendum quod deesse annumerato silentio. Quare oportet te iam respicere ad illa quaternariam progressionem, mihique renunciare vsque ad quot pedes metrum tendere debeamus. DI. Facile istuc quidẽ est. Nam octo pedes esse ratio satis docet. MA. Quid illud. Recordarisne dixisse nos eum versum à doctis appellatum, qui duobus membris certa ratione dimensis copulatisque constaret? DI. Bene memini. MA. Cum ergo non sit dictum duobus pedibus, sed duobus membris constare versum, cumque manifestum sit versum non vnum pedem habere, sed plures, nonne ipsas res indicat longius membrum esse quàm pedem? DI. Ita vero. MA. At si mẽbra æqualia sint in versu, nonne prẽposterari poterit, vt prima pars sine discrimine vltima, vltima prima fiat? DI. Intelligo. MA. Ergo hoc nec accidat, satisque apareat discernaturq; in versu aliud esse membrum quo incipit, aliud quo desinit, non possumus recusare inæqualia membra esse oportere? DI. Nullo modo. MA. Id ergo prius in pyrrhichio consideremus, si placet, in quo iam credo uideri tibi minus tribus temporibus membrum esse non posse,
L quoniam id primũ est plus quàm pes. DI. Assentior. MA. Ergo minimus versus quot tempora posidebit? DI. Dicerem sex, nisi me illa præposteratio reuocaret. Septem ergo habebit, quia minus quàm tria membrum habere non potest. Plus autem habere, nondum prohibitum est. MA. Recte intelligis. Sed dic quot pedes pyrrhichios habeant septem tẽpora. DI. Trẽs semis. MA. Debetur ergo vnius temporis silentiũ, dum ad principium redtur, vt spatium pedis possit impleri. DI. Debetur sanè. MA. Hoc annumerato, quot tempora erunt? DI. Octo. MA. Vt ergo minimus, q etiam primus est pes, minus quàm duo: ita minimus qui primus est versus, minus habere quàm octo tempora non potest. DI. Ita est. MA. Quid maximus versus, quo ampliorem esse non oporteat, quot tandem temporum esse debet? Nonne statim videbis, si ad illam progressionem retulerimus animum, de qua toties tam multa dicta sunt? DI. Iam intelligo ampliorem quàm trigintaduũ temporum uersum esse non posse. MA. Quid de metri longitudine, censẽsne ampliorem esse debere quàm versum, cum metrum id, quod est minimum, tamen minus sit quàm
M minimus uersus? DI. Non censeo. MA. Cum ergo metrum incipiat à duobus pedibus, versus à quatuor: aut illud à spatio duorum pedum, hoc à quatuor annumerato silentio, metrum autem octo pedes non excedat, nonne cum & versus metrũ sit, necesse erit eũ tot pedes ratione non excedere? DI. Ita est. MA. Rursus cum versus nõ sit longior q̃ trigintaduum temporum, & metrum sit etiam lõgitudo uersus, si coniunctionem duorum membrorum talẽ non habeat, qualis in uersu præcipitur, sed tantum certo fine claudatur, ueq; debeat lõgius eẽ, quàm versus, nõnne manifestum est, vt versum pedes octo ita metrum trigintaduo tempora excedere non oportere? DI. Assentior. MA. Erit ergo idem spatium temporis, & idem numerus pedum, & metro & versui, cõmunisque quidam terminus, vltra quem progredi vtrunq; non debeat: quanuis metrum quadruplicatis pedibus, à quibus esse incipit: versus autem quadruplicatis temporibus, à quibus, & ipse incipit finiatur: vt crescendi scilicet modum quaternaria illa ratione seruata metrum cum versu cõmunicauerit in pedibus, versus cum metro in temporibus. DI. Intelligo & probo, atq; sic habere istam A concordiam consensionemque delector.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De Musica, Liber quartus.

REdeamus ergo ad metri cõ- Vltima
syderationem, propter cu- syllaba
ius progressum, ac longitu- quare in
dinem de versu tecum ali- differẽs
quid agere coactus sum, í metro.
cuius tractãdi postea nobis Cap. 1.
est constitutus locus. Sed primo illud quæro, utrum non repudies, quod vltimam syllabam, quę metrum terminat, seu longa, seu breuis sit, poetæ atque eorum iudices grammatici nihil ad rem pertinere arbitrati sunt? DI. Omnino repudio: non enim mihi videtur esse rationis. MA. Dic mihi obsecro, quod metrum sit in pyrrhichio minimum? DI. Tres breues. MA. Quantum ergo silendum est dum repetitur? DI. Vnũ tempus quod est vnius breuis syllabę spatiũ. B
MA. Age iam percute hoc metrum nõ voce, sed plausu. DI. Feci. MA. Percute etiã hoc modo anapæstum. DI. Et hoc feci. MA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid tibi uisum est interesse? DI. Prorsus nihil. MA. Quid causæ, cur ita sit potes ne dicere? DI. Videtur mihi satis apparere: nam quod in illo ad silentium, hoc in isto ad productionem ultimæ syllabæ refertur: nam eodem modo ibi breuis ultima, ut hic longa percutitur, & post tantundem interuallum reditur ad caput. Sed ibi quiescitur, donec spatium pyrrhichij pedis, hic donec longæ syllabæ impleatur. Ita in utroq; par mora est, qua interposita remeamus. Non igitur absurde illi ultimam syllabam metri, seu longa, seu breuis sit, nihil ad rem pertinere uoluerunt: ubi enim finis est, silentium sequitur, quantum ad ipsum metrum attinet quod finitur: MA. An eos in hac causa repetitionē ullam uel reditum ad caput consyderare debuisse existimas, ac nō tantummodo quia finitur, quasi deinceps nihil dicendum sit? DI. Iam assentior ultimā syllabam indifferenter esse accipiendam. MA. Recte. Sed si hoc propter silētium fit, quoniā ita cōsyderādus est finis, quasi deinceps nihil soniturus sit qui finierit, & ob hoc
C spatium temporis in ipsa quiete largissimū, nihil distat, quæ ibi syllaba locetur, nonne illud est consequēs, ut ipsa ultimæ syllabæ indifferentia, quæ & propter largum silētij spatiū concedit, ad id proficiat, ut siue id breuis syllaba, siue longa sit, eandem sibi aures pro longa uendicent? DI. Video planè esse consequens. MA. Vides ne etiam illud cū dixi-

Quot syllabis minimū metrū quandiu quoque silēdū. Cap. 2.

mus minimum metrū esse pyrrhichiū tres breues syllabas, ut unius breuis spatio sileatur dum ad initium reuertimur, nihil interesse, vtrum hoc metrum, an pedes anapæstos repetamus? DI. Iam hoc quidem pauloante illa percussione percepi. MA. Nōne ergo quicquid hic est cōfusum, distinguendū aliqua ratione arbitraris? DI. Omnino arbitror. MA. Dic utrum aliam uideas esse rationem, quæ ista distinguat, nisi ut metrum pyrrhichium non illud sit minimum, quod tibi uidebatur in tribus breuibus, sed in quinque. Post unum enim pedem ac semipedem silere mora semipedis eius, qui debetur implēdo pedi, atq; ita redire ad initiū, & hoc minimum metrum in pyrrhichio constituere, nō nos sinit anapæsti parilitas, ut iam demōstratum est: quare post duos pedes, & semi-
D pedem silendum est illud unum tempus, si confusione carere uolumus. DI. Cur enim nō duo pyrrhichij, sunt minimum metrum in pyrrhichio, & quatuor syllabæ breues potius, post quas silere opus non sit, quàm quinque, post quas opus sit? MA. Vigilanter quidem, sed non caues ne ab hoc te ita proceleumaticus, ut ab illo anapestus excludat? DI. Verum dicis. MA. Placet ergo hic modus in quinque breuibus, & silēio unius temporis? DI. Placet uero. MA. Videtur mihi oblitum esse te, quemadmodum in rhythmo dixerimus posse discerni, utrum pyrrhichio an proceleumatico curreretur. DI. Bene admones. Nam plausu istos numeros abinuicem distinguendos comperimus. quare iam neque hic istum proceleumaticum metior, quem plausu adhibito à pyrrhichio discernere potero. MA. Cur igitur nō eundem plausum adhibendum uidisti, ut ab illis tribus breuibus, id est, pyrrhichio & semipede, post quem oportet unū tempus silere, discerneretur anapæstus? DI. Iam intelligo, & in uiam redeo, metrumque in pyrrhichio minimum tres syllabas breues, quę annumerato silentio duorum pyrrhichiorum tempus occupant, esse confirmo. MA. Probant ergo aures tuæ hoc genus numeri: Si aliqua bene uis, bene dic, bene fac animus, Si aliqua male uis, male dic, male fac animus medium est. DI. Satis probant, præsertim cum iam recordatus sim quemadmodum eos plaudi oporteat, ne cum metro pyrrhichio anapęsti confundantur pedes. MA. Vide & ista, Si aliquid es, age bene: male qui agit, nihil agit, & ideo miser erit. DI. Suauiter etiam ista se insinuāt, nisi uno loco, vbi finis tertij cum initio quarti copulatur. MA. Idipsum omnino est, quod à tuis auribus desyderaui. Non enim frustra sensus offenditur, cū omniū syllabarum nullo interposito silentio tēpora singula expectat: quā expectationē profecto fraudat concursus duarum consonantium, r & n, quæ præcedentem uocalem longam esse cogunt, & in duo tempora extendunt: quod genus grammatici positione longam syllabam uocant. Sed propter illam ultimæ syllabæ indifferentiā, nemo criminatur hoc metrū, eā id synceræ atque seueræ aures etiam sine accusatore condemnent. Nam uide quæso quantū interest, si pro eo quod est, Male qui agit, nihil agit: dicatur, Male qui agit homo, perit. DI. Hoc sanè liquidum atque integrum est. MA. Hoc ergo nos obseruemus propter musicæ synceritatem, quod poetæ non obseruant propter facilitatem canendi, ut quoties, exempli causa, nobis necesse est

aliqua metra interponere, in quibus nihil debetur pedi quod silentio compensetur, eas ponamus vltimas syllabas, quas lex eiusdem numeri flagitat, nec cū aliqua offensione aurium & falsitate mensuræ, à fine ad initium redeamus, concedens tamen illis, vt ita metra talia finiant, quasi deinceps nihil dicturi, & ideo extremam syllabam seu longam seu breuem impune constituant. Nam in continuatione metrorum apertissime conuincuntur aurium iudicio, non se debere ponere vltimā, nisi quæ ipsius metri iure atque ratione ponenda est. Hæc autem cōtinuatio fit, cum pedi nihil debetur propter quod silere cogamur. DI. Intelligo & gratum habeo quod talia polliceris exempla, quibus nullam patia tur sensus iniuriam. MA. Age, nunc ordine de his quoq; renuncia pyrrhichijs: Quid erit homo, Qui amat hominem, Si amet in eo Fragile quod est? Amet igitur Animum
G hominis, Et erit homo Aliquid amans. Quid hæc uidētur? DI. Quid nisi suauissime atq; integerrime currere? MA. Quid ista? Bonus erit amor, Aia bona sit: Amor inhabitat, Et anima domus. Ita bene habitat, Vbi bona domus: Vbi mala, male. DI. Etiā ista continuata suauissime accipio. MA. Nunc tres semipedes vide, Animus hominis est Mala bonaue agitans. Bona voluit, habet. Mala voluit, habet. DI. Hæc quoque interposito vnius temporis silentio, iucunda sunt. MA. Sequuntur quatuor pleni pyrrhichij, hoc accipe & iudica. Animus hominis agit Vt habeat ea bona, Quibus inhabitet homo, Nihil ibi metuit. DI. In his quoque certa & iucunda mensura est. MA. Audi iam nunc nouem syllabas breues, Audi & iudica. Homo malus amat & eget, Malus etenim ea bona amat, Nihil vbi satiat eum. DI. Prome nūc quinq; pyrrhichios. MA. Leuicula fragilia bona, Qui amat homo, similiter habet. DI. Iam hōc sat est, & probo, nunc adde semipedem. MA. Faciā. Vaga leuia fragilia bona. Qui amat homo
H similis erit. DI. Bene prorsus, & sex iam expecto pyrrhichios. MA. Et hos audi, Vaga leuicula fragilia bona, Qui adamat homo similis erit eis. DI. Satis est, adde semipedem. MA. Fluida leuicula fragilia bona. Quæ adamat anima, similis erit eis. DI. Sat est, & bene est, da iam septem pyrrhichios. MA. Leuicula fragilia gracilia bona, Quæ adamat animula similis erit eis. DI. Accedat his semipes, nam, hoc eleganter se habet. MA. Vaga fluida leuicula fragilia bona, Quæ adamat animula, sit ea similis ijs. DI. Octo pedes iam restare video. Vt iam istas minutias euadamus, quanquam enim approbent aures naturali quadam dimensione quod sonas, nolim te tamen tot breues syllabas quærere, quas ni fallor, contextas inuenire in coniunctionē verborum difficilius est, q̄ si eis miscere longas liceret. MA. Nihil te fallit, & vt tibi probem gratulationem meā, quod hinc aliquando transire permittitur: metrum quod restat huius generis sententia faciliore componā. Solida bona bonus amat, & ea quæ amat, habet. Itaque nec eget amor, & ea bona Deus est. DI. Habeo cumulatissime perfecta metra pyrrhichij. MA. Sequuntur iambica, De metro iambico. Cap. 4. I de quibus mihi singulis bina exempla suffiiunt, quæ nulla interpellatione audire delectat. DI. Geram tibi morem, sed ista quę iam peregimus, quot sunt? DI. Quatuordecim. MA. Quot etiam iambica fore credis? DI. Aeq; quatuordecim. MA. Quid si eis velim pro Iambo tribrachum ponere, nonne multiformior varietas erit? DI. Manifestum est quidem, sed ego exempla ista in solis iambis audire cupio, ne longū faciamus: pro quauis enim longa syllaba duas breues posse poni, facilis disciplina est. MA. Faciā quod vis gratumq́; habeo quod intelligentia sequaci minuis laborem meum. Sed aurē ad iambicū præbe. DI. Istic sum, incipe. MA.

1 Bonus beatus.
2 Malus miser sibi est malum.
3 Bonus beatus, Deus bonus eius.
4 Bonus beatus est, Deus bonum eius est.
5 Bonus vir est beatus, Videt Deū beate.
6 Bonus vir & sapit bonum,
Videns Deum beatus est.
7 Bonus Deum videre qui vult.
Bene viuit hic, videbit.
8 Bonum videre qui cupit diem,
Bonus sit hic, videbit & Deum. K
10 Beatus est bonus, fruens enim est Deo. Deest nonum genus.
Malus miser, sed ipse pœna sit sua.
11 Beatus est videns Deū, nihil cupit plus.
Malus bonū foris requirit hinc egestas.
12 Beatus ē vidēs Deū, nihil boni amplius.
Malus bonum foris requirit, hinc eget miser.
13 Beatus est videns Deum, nihil boni amplius vult.
Malus foris bonum requirit, hinc eger miser sit.

14 Beatus est videns Deum, nihil boni amplius volet.
Malus foris bonum requirit, hinc eget miser homo.

De metro trochaico. Cap. 5.

DI. Trochæus est, prome trochaica: nam ista de se habent optime. MA. Faciam, & eodem modo quo iambica.

1 Optimi non egent.
2 Veritate non egetur.
3 Veritas sat est semper hæc manet.
4 Veritas vocatur ars Dei supremi.
5 Veritate factus ē mūdus iste quē vides.
6 Veritate facta cuncta, q̄ gigni videmus.
7 Veritate facta cuncta sunt, omniumque forma veritas.
8 Veritate cuncta facta cerno, veritas manet, mouentur ista.
L 9 Veritate facta cernis omnia, veritas manet, mouentur omnia.
10 Veritate facta cernis ista cuncta, veritas tamen manet, mouentur ista.
11 Veritate facta cuncta cernis optime, veritas manet, mouentur hæc, sed ordine.
12 Veritate facta cuncta cernis ordinata, veritas manet, nouans mouet quod enouatur.
13 Veritate facta cuncta sunt, & ordinata sunt, veritas nouat manens, mouentur vt nouentur hæc.
14 Veritate facta cuncta sunt, & ordinata cuncta, veritas manens nouat, mouentur vt nouenī ista. DI. Spondeū sequi video. Nā & trocheus satis auribus fecit. MA. Hæc sunt metra spondei.

De metro spondaico. Cap. 6.

1 Magnorum est libertas.
2 Magnum est munus libertatis.
3 Solus liber fit, qui errorem vincit.
4 Solus liber viuit, qui errorem iam vicit.
5 Solus liber vere fit, qui erroris vinclum vicit.
6 Solus liber vere viuit qui erroris vinclum iam vicit.
7 Solus liber non falso viuit, qui erroris vinclum iam deuicit.
8 Solus liber iure ac vere viuit, qui erroris vinclum magnus deuicit.
9 Solus liber iure ac non falso viuit, qui erroris vinculum funestum deuicit.
10 Solus liber iure ac vere magnus viuit, qui erroris vinclū funestū iā deuicit.
11 Solus liber iure ac non falso magnus viuit, qui erroris vinclum funestū prudens deuicit.
12 Solus liber iure ac non falso securus viuit, qui erroris vinclum funestum prudens iam deuicit.
13 Solus liber iure ac non falso securus iā viuit, qui erroris vinclum tetrum ac funestum prudens deuicit.
14 Solus liber iure ac non falso securum vitam viuit, qui erroris vinclum tetrū ac funestum prudens iam deuicit. DI. Nec de spondeo habeo quod requirā, veniamus ad tribrachum. MA. Ita vero. Sed cū omnes quatuor superiores pedes de quibus dictū est, quatuor & dena metra pepererint, quæ fiunt simul sex & quinquaginta, plura sunt expectanda de tribracho. In illis enim cum spatiū semipedis in silentio est, plus vna syllaba non siletur: in hoc autem cum silemus, num censes vnius breuis syllabæ spatio tantummodo silere oportere: an & duarum breuiū mora silentio contineri possit? Quandoquidem nemo dubitauerit duplicē huius esse diuisionem. Nanque aut ab vna incipit, finitur ad duas: aut cōtra incipiēs à duabus, vna terminat. Quare hūc necesse est viginti & vnum metra procreare. DI. Verissimum est. Nanq; incipiunt à quatuor breuibus, vt duo tpa sileamus. Deinde q̄q; sunt, vbi vnum silemus. Tertio sex, vbi nihil silendum est. Quarto septem, vbi rursus duo tempora silenda sunt. Inde octo, vbi vnum. Sexto nouem, vbi nullum, atque ita cum singulę adduntur, donec ad vigintiquatuor syllabas veniatur, qui octo sunt tribrachi, vigin ti vnum omnino metra complentur. MA. Expeditissime rationem secutus es, sed censesne vbique à nobis exempla esse promenda? An ea quæ illis quidē primis pedibus subiecimus, satis putādū est luminis cæteris esse præbitura? DI. Meo q̄dem iudicio satis. MA. Nec ego nūc aliud requiro q̄ tuū. Veruntamē q̄n iam optime scis in pyrrhichij metris notato plausu posse tribrachum dupliciter percuti, quæro vtrum pyrrhichij primum metrum posit etiā tribrachi metrū habere? DI. Non potest. Maius. n. metrū oportet esse q̄ pedē. MA. Quid secundum? DI. Potest. Nam breues quatuor pyrrhichij duo sunt. tribrachus vnus est, & semipes, ita vt ibi nullum, hic duo tempora sileamus. MA. Notato igitur plausu habes in pyrrhichij etiam tribrachi exempla vsque ad sedecim syllabas, id est, usque ad quinque tribrachos, & semipedem, quibus debes esse contentus. Cætera enim potes vel voce vel aliquo pulsu per te ipse contexere. Si tamen adhuc auriū sensu explorandos huiuscemodi numeros arbitraris. DI. Faciam equidē quod videtur, videamus quæ restāt.

De pedibus dactylo post podēdis proxime subiectum. Cap. 8.

MA. Dactylus sequitur qui semel diuidi pōt, an aliter putas? DI. Immò ita est. Ma. Quota ergo eius pars pōt esse in silentio? DI. Duo .s. dimidia. MA. Quid si post dactylū trochæo constituto velit quispiā silere vnum tēpus, quod in breui syllaba dactylo debetur implendo, quid respondebimus? Non. n. possumus dicere minus q̄ spatium semipedis silere non oportere. Ratio. n. superius tractata non minus, sed amplius q̄ semipedis tempus silendū esse persuaserat. Nā vtiq; minus q̄ semipes silētur in choriābo, vbi post ipsum choriambū bacchius collocatur, cuius exemplum est Fonticolæ puellæ: vnius. n. breuis syllabæ spatio hic nos silere cognoscis, quod sex tēporibus debetur implendis. DI. Verū dicis. MA. Cōstituto ergo trochæo post dactylū, licebitne etiam vnum tempus silere? DI. Ita cogor fateri. MA. Quis te tandē cogeret, si memi nisses superiorum? Hoc enim tibi accidit, quod de indifferētia vltimæ syllabæ, & quo modo sibi vltimā longā vendicēt aures, vbi restat spatium quo porrigatur, ēt si breuius sit, quid demonstratū fuerit, oblitus es. DI. Iā intelligo: nam vtiq; si vltimam syllabam breuem, quando restat silentiū, longā aures accipiūt, sicut superiore ratione explicuimus: nihil intererit vtrū post dactylum trochæus an spondeus locetur. Quamobrem cum repetitio distinguenda silentio est, vnam longam syllabam oportet post dactylum ponere, vt duorum tēporum spatio sileamus. MA. Quid si pyrrhichius ponatur post dactylum, recte ne fieri putas? DI. Non recte: nam vtrum idē sit, an iambus, nihil interest: siquidem pro iambo eum nec esse est accipi propter vltimā, quam longā exigunt aures: quia restat silentiū. Iābum ät nō oportere reponi post dactylum, propter diuersitatē leuationis & positionis, quarum neutrā oportere in dactylo habere tria tēpora, quis non intelligat? MA. Optime omnino atq; sagaciter. Sed quid tibi tandem videtur de anapæsto, an eadem ratio est? DI. Prorsus eadem. MA. Iam ergo bacchium consyderemus si placet, & dic mihi quod primum eius metrum est. DI. Quatuor syllabas puto esse, vnam breuem & tres longas: quarum duæ ad bacchium pertinent, vna vero vltima ad inchoationem eius pedis, qui cum bacchio poni potest, vt id quod ei debetur, sit in silentio: in aliquo tamen exemplo velim hoc auribus explorare.

Ex bacchij pedis verbis. Cap. 9.

MA. Facile quidem est exempla subijcere, quibus tū non te arbitror ita vt superioribus posse delectari: nā isti quinorū temporū pedes, vt etiā septenorum non tam suauiter currunt, q̄ ij qui aut in æquas partes diuiduntur, aut in simplā & duplam vel duplā & simplam: tantum interest inter sesquatos motus & æquales aut complicatos, de quibus satis in primo illo nostro sermone tractauimus. Itaq; hos pedes quinq; ac septem .s. temporum, vt spernentius poetæ, ita soluta libentius assumit oratio, quod videri facilius in exemplis quæ postulasti pōt: nā ista, Laborat magister docens tardos. Hoc reuolue interposito trium temporum silētio, quod vt sentires facilius, ideo post tres pedes longā posui, quod est initiū cretici, qui cū bacchio poni potest. Nec ad primi metri exēplum dedi, quod est quatuor syllabarū, ne vnus pes non esset satis ad cōmouendū sensum tuum, quantum post illū, atq; vnā longā silere deberes: Quod ecce nunc ædā atq; ipse repetā, vt in meo silentio tria tempora sentias. Labor nullus, amor magnus. DI. Satis apparet solutæ orationi hos esse congruentiores pedes, & nihil opus est exēplis cætera excurrere. MA. Verū dicis, sed num tibi eum silendū est, vna tantum lōga videtur poni posse post bacchium. DI. Nō sanè, sed etiā breuis & longa, qui eiusdē brachij semipes primus est: nā si nobis inchoare creticum licuit, quia cum eodem bacchio poni pōt, quanto magis id de ipso bacchio facere licebit, cum præsertim non totum de cretico posuerimus, quod primæ parti bacchij sit æquale tēporibus. MA. Iam ergo si placet, me audiēte atq; iudicante, tuipse per cætera excurre, & quid ponatur post plenū pedē quando silentio reliquum impletur, in omnibus pedibus qui restant exequere. DI. Breuissimum iā opinor atq; facillimum est quod requiris: nam quod de bacchio dictum est, id etiam de secundo pæone dici potest. Post creticum autē & vnam longam syllabam licet ponere & iambum & spondeum, ita vt aut tria tēpora, aut duo, aut vnum sileatur. Quod autē de hoc dictum est, id & in primum & in vltimum pæonē cadit. Iam post palimbacchium vel vnā longā vel spondeum collocari decet, quocirca & in hoc metro aut tria tēpora aut vnum silebitur. Eadē

Pleno pedi qd addatur ante silē tium. Cap. 10.

cõditio est pæonis tertij: sanè vbicũq; spondeus, ibi & anapæstus iure ponit. Post molossum vero, quod ad eius attinet diuisionẽ, aut vnã longam, aut quatuor, aut duas ponimus, vt duo tempora sileamus. Sed quoniã & sensu & ratione exploratum est, ordinari cũ eo posse omnes senum tẽporũ pedes, erit post eũ locus & iãbo, & tria tẽpora silenda remanebunt: erit & cretico, & vnum tacebitur, hac conditione erit & bacchio. At si in duas breues primam cretici, & secundã bacchij solueris, erit & pæoni quarto. Quod autem de molosso, id etiam de cæteris sex temporum pedibus dixerim: iam proceleumaticũ arbitror ad cæteros qui quatuor tẽporibus constant esse referendũ nisi cũ tres breues post eũ locamus. Quod ita est ac si anapęstũ locemus, propter vltimã syllabam quæ cum silentio longa accipi solet. Primo vero epitrito iãbus recte subiũgitur, & bacchius & creticus, & pæõ quartus. hoc dictũ sit & de secundo, vt tempora sileantur, aut quatuor aut duo. Duos autem reliquos epitritos recte possunt cõsequi spõdeus & molossus: ita vt & primam spondei & primam & secũdã molossi in duas breues soluere liceat. Ergo in his metris, aut tria tẽpora, aut vnũ tacebitur. Dispondeus restat, post quẽ si posuerimus spondeum, quatuor tempora silenda erunt. Si molossum, duo, manente licentia soluendi longã in duas breues, vel in spondeo vel in molosso, excepta vltima. Habes q̃ me pcurrere voluisti, nisi aliqd forte emendabis. M A. Immò nõ ego sed tu, cũ aurem ad iudicandũ adhibueris: nam quæro à te, vtrum cum dico & plaudo istuc metrum. Verus optimus: & hoc, Verus optimorũ: & hoc veritatis inops: tã iucũde hoc tertiũ q̃ illa superiora tuus sensus accipiat, quod ea repetendo, & cum debitis silentijs plaudẽdo facile iudicabit. D I. Manifestũ ẽ, quod iucunde illa, hoc iniucunde accipiat. MA. Non ergo recte post dichoriũ iãbus ponitur. DI. Ita est. M A. Recte autẽ posse poni post cæteros assentitur quisquis hæc metra cũ disciplina interponendorum silentiorum repetierit, Fallacẽ caue, Male castũ caue, Multiloquũ caue, Fallaciã caue, & inuidũ caue, & Infirma caue. DI. Sẽtio quod dicis & approbo. M A. Vide etiã vtrũ te nihil offendat, cum interposito duorum tẽporũ silẽtio, hoc metrũ repetitur & vtrũq; inæqualiter pergit. Nũ enim ista sonant vt ista, Veraces regnãt, Sapientes regnãt, Veriloqui regnãt, Prudentia regnat, Boni in bonis regnãt. Pura, cuncta regnant. DI. Immò hæc æqualiter & suauiter, illud autẽ absurde. M A. Hoc ergo tenebimus in metris sex temporum pedũ, dichorium iambo, antipastũ spõdeo male claudi. DI. Tenebimus sanè. M A. Quid causæ cur ita sit? Nonne I approbabis si animaduerteris leuatione ac positione in duas partes diuidi pedẽ, ita vt si qua in eo syllaba media est, vel vna vel duæ, aut parti attribuantur priori vel posteriori, aut vtraq; partiantur? DI. Noui quidem istuc, & verum est, sed quid ad rem? M A. Hoc quoq; attende quod dicam, tũc videbis facilius quod requiris: Nã manifestum tibi esse arbitror alios esse sine mediis syllabis pedes, vt pyrrhichius & cæteros binarum syllabarũ, alios in quibus mediũ, aut primæ parti aut extremæ aut vtriq;, aut neutri spatio cõueniat. Primæ, vt in anapæsto, vel palimbacchio, vel in pæone primo. Extremæ, vt in dactylo, vel in bacchio, vel in pæone quarto. Vtriq;, vt in tribracho, siue in molosso, siue in choriãbo, siue in quohbet ionico. Neutri, vt in cretico, siue in pæonibus secundo & tertio, siue in dijãbo, dichorio, antipasto. Nam qui pedes in tres æquales partes diuidi possunt, media pars in his cõuenit cum prima & extrema. Qui autem non possunt, aut cum prima tantum, aut cũ extrema, aut cũ neutra. DI. Et hoc æque est verũ, & quò tendat expecto. MA. Quo tandẽ putas, nisi vt videas iãbũ post dichoriũ, ideo male poni cũ silentio, q̃ medium eius est, nec primæ parti æquale nec & extremæ, & ideirco à leuatione ac positione discordat? Hoc etiam de spondeo intelligitur q̃ similiter post anapæstũ cũ silentio non amat poni. An quicquã tibi aduersum ista dicendũ? DI. Mihi vero nihil, nisi q̃ ista offensio q̃ sit auribus, cum ita hi pedes collocantur, in comparatione fit eius suauitatis q̃ oblectat auditũ, aut cũ post cæteros senum tẽporum hi cũ silentio ponuntur pedes. Nã si alijs tacitis me consulueris, quemadmodum sonarent exemplis subiectis, aut post dichorium iambus, aut post antipastũ spõdeus cum silentio positi, dicam quod sentio, fortasse approbarem & laudarem. MA. Nõ equidẽ resisto tibi. Satis est mihi tamẽ q̃ hæc collatio in comparatione talium numerorũ scilicet melius sonantiũ, sicut dicis offendit. Eo enim est improbãda, q̃ cũ eiusdem generis etiã illi sint pedes quos hic labi semipedibus clausos iucũdius cõsitemur, ab his discrepare non debuit. Sed nonne tibi videtur secundum istã rationẽ, nec post epitritum secundũ iambum cum silentio poni oportere? Nã & in hoc pede iambus ita medium locũ tenet, vt nec prioris nec posterioris partis tẽporibus æquetur. DI. Cogit me superior ratio concedere. M A. Age nunc, redde mihi omniũ metrorũ numerũ pe si placet, quæ iam tractauimus, id est, eorũ q̃ dum ac à suis plenis pedibus incipiunt, clauduntur autem aut suis pedibus plenis, ita vt silentiũ cum ad caput reditur nõ interponamus: aut non plenis pedibus cum silentio, quos tamẽ eis congruere ratio docuit, incipiente numero à duobus non plenis vsque ad octo plenos, ita tamen vt triginta duo tẽpora nõ excedantur. DI. Operosum quidẽ est quod imponis, est tamẽ operæpretiũ. Sed memini nos pauloante iã pueniisse ad septuaginta septem metra à pyrrhichiovsq; ad tribrachũ: cum illi binarum syllabarũ pedes quatuordecim singuli crearent, q̃ fiunt simul quinquaginta & sex. Tribrachus autem viginti vnum propter geminã diuisionẽ. His igitur septuaginta & septem addimus quatuordecim dactylos, & anapæstrotidẽ. Pleni enim si locẽtur nullo silentio, incipiente metro à duobus vsq; ad octo pedes septena pariũt. Additis vero semipedibus cũ silentio incipiẽte metro ab vno pede & semis peruenie tẽ ad septẽ semis alia septena, & fiunt iã oía centum & quinq;. Bacchius vero nõ potest metrũ suũ ad octo pedes perducere, ne triginta duo tẽpora transeat, neq; quisq̃ q̃nũ tẽporũ pes, sed possũt isti vsq; ad sex pueni re. Bacchius ergo & q ei par est nõ mõ temporibus, sed etiã diuisione, Pęon secũdus à duobus pedibus vsq; ad sex procedentes, cũ integri ordinantur sine silentio, quina metra pariunt: cũ silentio autem incipientes ab vno semis, & ad quinq; semis pueniẽtes, alia quina cũ vna lõga post eos ponit, & itẽ quina, cũ breuis & lõga. Quindena igit creãt, q̃ in summã redacta triginta sunt, & fiũt iã metra oía cẽtũ & tringinta quinq;. Creticus vero, & q pariter diuidunt, pæones primus & quartus, qm̃ post illos & vnã longã, & iambum, & spõdeũ, & anapæstũ licet pocere ad septuaginta quinq; perueniunt. Cũ enim tres sint pedes, quina creãt sine silẽtio, cum silentio autem viginti, quæ simul vt dictũ est, fiunt quinq; & septuaginta, quibus addãtis superiori summæ decem & ducenta cõplectuntur. Palimbacchius & qui ei diuisione cõcordat tertius pæon quina pariũt integri sine silẽtio, cũ silentio ãt quina cum vna longa, quina cum spondeo, quina cum anapæsto. Hæc addimus ad maiorem summam, & habemus metra omnia ducenta quinquaginta. Molossus & cæteri sex temporum pedes, qui cum illo simul septem fiunt, quaterna creant integri: cum silentio autem quoniam & vna longa post vnũquẽque eorũ locari potest, & iambus & spõdeus & anapęstus & bacchius & creticus, pæon quartus, vicena & octona complent, quæ simul fiunt centum nonaginta sex, quę ducta cum illis quaternis ducẽta viginti quatuor complentur: sed hinc octo deducendi sunt, quia post dichorium iãbus & post antipastũ spõdeus male ordinantur. Reliqua sunt ducenta sedecim, q̃ addita maiori summæ, facit metra oía quadringenta sexaginta sex. Proceleumaticus, ignit carmina. Proceleumatici ratio haberi non potuit cũ his pedibus quibus congruit, propter semipedes qui post hunc plures ponuntur. Nã & vna syllaba post eum poni potest cum silentio, sicut post dactylum & eius consortes, & tres breues, vt vnum tempus silendum sit, quo efficitur vt vltima breuis pro longa accipiatur. Epitriti metra gignũt terna integri, incipiente metro à duobus pedibus perueniente ad quatuor. Si enim addas quintũ, triginta duo tẽpora, quod non oportet, excedes. Cum silentio vero primus & secundus epitritus terna post locato iambo, terna bacchio, terna cretico, terna pæone quarto, q̃ fiunt cum illis ternis q̃ sunt sine silentio, triginta. Tertius vero & quartus epitriti, restante silentio gignunt cum spondeo terna, & terna cum anapæsto, terna cũ molosso, terna cum ionico minore, terna cũ choriambo, quæ fiunt simul cũ illis ternis, q̃ sine silentio genuerunt triginta & sex. Ergo epitriti omnes sexaginta & sex metra pariunt: q̃ cũ viginti & vno proceleumatici superiori summæ addita faciunt quingenta quinquaginta tria. Dispõdeus restat gignẽs & ipse tria integer, adhibito autem silentio cum spondeo tria & tria cum anapæsto, tria cum molosso, tria cum ionico à minore, tria cum choriãbo: q̃ in summam ducta cũ illis tribus quæ creat integer fiunt decẽ & octo. Pars pedis quiIta erunt metra omnia quingenta septuaginta & vnum. M A. Essent quidẽ, nisi tria bus locis detrahenda essent, quia post secundũ epitritum dictum est iambum male poni. Sed Cap. 13. hoc

Summa numerorũ pedum.

Cap. 12.

Iambus post dichoriũ male ponitur.

Cap. 11.

A

B

C hoc quidē bene ſe habet. quare iā dic mihi, quo modo tibi aurē tāgat metrum hoc, Triplici vides, vt ortum triuiæ rotetur ignis. D I. Perſuauiter. M A. Poteſne dicere qui bus pedibus conſtet? D I. Non poſſum. Neq; n.inuenio quomodo ſibi congruant quos metior, ſiue.n. pyrrhichium à capite conſtituam, ſiue anapæſtum, ſiue pæonē tertium, non his conueniunt qui ſequuntur: & inuenio hic quidem creticum poſt tertium pæonem, vt reliqua ſit longa ſyllaba, quam creticus poſt ſe non reſpuit collocari. Sed his pedibus hoc metrum conſtare recte nō poſſet, niſi interpoſito ſilentio trium temporum. Nunc vero nihil ſiletur, cum hoc repetendo permulcet auditum. M A. Vide igitur vtrum incipere debeat à pyrrhichio, deinde metiamur dichorium, tum ſpondeum qui cōplet tēpora, quorum duo ſunt in principio. Poteſt item caput tenere anapæſtum, deinde diiambum metiri, vt extrema longa collocata quatuor tēporibus anapæſti perficiat ſex tempora, quæ cum diiambo conueniunt, ex quo intelligas licet partes pedum non ſolum in fine poni, ſed etiam in capite metrorum. DI. Iam intelligo. M A. Quid ſi demam vnam vltimam longam, vt tale ſit metrum, Segetes meus labor. Nonne animaduertis cum ſilentio duorum temporum repeti? Ex quo manifeſtum eſt & aliquam partē pedis poſſe in principio metri poni, & aliquā in fine, & aliquam in ſilentio. D I. Et hoc manifeſtum eſt. M A. Sed hoc fieri ſi dichorium metiaris integrum in hoc metro. Nā ſi diiambo à capite anapæſtus ponatur, cernis partem pedis in principio poſitam, quæ habet iam quatuor tempora. Duo autē quæ debentur, ſilentur in fine. Ex quo diſcimus poſſe metrum incipere à parte pedis, & deſinere ad plenum pedē, ſed nunquam ſine ſilentio. D I. Et hoc perſpicuum eſt. M A. Quid hoc metrum? Poteſne metiri & dicere quibus pedibus conſtet? Iam ſatis terris niuis atq; diræ Grandinis miſit pater, & rubente Dextera ſacras iaculatus arces. D I. Poſſum conſtituere in capite creticum, & duos metiri reliquos ſenum temporum pedes, vnum ionicum à maiore, alterum dichorium, & ſilere vnum tēpus quod adiungitur cretico, vt ſex tēpora cōpleantur. M A. Nōnihil deſuit cōſyderationi tuæ. Nā cū dichorius eſt in fine, reſtāte ſilentio, vltima eius q̄ breuis eſt pro longa accipitur. An hoc negabis? DI. Immò fateor. M A. Non ergo cōſtitui decet in finē dichoriū, niſi nullo in repetitione conſequēte ſilentio. ne non iā dichorius, ſed epitritus ſecundus ſentiatur. D I. Manifeſtum eſt. M A. Quo ergo metimur hoc metrum? DI. Neſcio. MA. Attēde ergo vtrum bene ſonet cum ita pronuncio, vt poſt tres primas ſyllabas vnum tēpus ſileā. Ita.n.in fine nihil debebitur, vt decenter ibi poſsit eſſe dichorius. D I. Iucundiſsime ſonat. M A. Hoc quoq; igitur adiungamus artī, vt non ſolum in fine, ſed ante finem cum oportet ſileamus. Tunc autem oportet cum id quod debetur implendis tēporibus pedum aut indecēter ſiletur in fine propter vltimā breuem, vt in hoc quod dictum eſt: aut cum duo conſtituuntur non pleni pedes, vnus in capite, alter in fine qualis iſte eſt, Gētiles noſtros inter oberrat equos. Sē ſiſti.n.vt opinor me poſt quinq; ſyllabas lōgas, moram duorum temporum ſiluiſſe, & tantundem in fine ſilendum eſt, dum reditur ad caput. Si enim hoc metrum ad legē ſex temporum metiaris: erit tibi primus ſpōdeus, ſecundus moloſſus, tertius choriambus, quartus anapæſtus. Spondeo igitur debentur duo tempora, vt ſex temporum pedem impleat: & anapæſto itaq; duo ſilentur poſt moloſſum ante finem, & duo poſt anapæſtum in fine. Si autem ad legē tēporum quatuor: vna longa erit in capite deinde duos metimur ſpondeos, deinde duos dactylos, & poſt vna concludetur. Silemus itaq; duo tempora poſt geminum ſpondeū ante finē, & duo in fine, vt ambo pedes impleantur, quorum dimidias partes in capite atq; in extremo poſuimus. Nonnunq̄ tū quod duobus non plenis pedibus debetur in principio ac fine collocatis, finali tū ſilentio redditur, ſi tantū ſit vt dimidij ſpatium temporis non excedat, qualia hæc duo ſunt, Syluę laborantes, geluq́; Flumina cōſtiterint acuto. Horū.n.primus incipit à palimbacchio, inde excurrit in moloſſum, & bacchio terminatur. Silentur ergo duo tempora, quorū vnū bacchio, alterū palimbacchio cū reddideris, ſena vbiq; tpa implebuntur. Hoc aūt poſterius dactylo inchoatur, inde pergit in choriābū, clauditur bacchio. Tria igr tpa ſilere oportebit. Hic vnū bacchio, duo dactylo reddimus, vt in omnibus ſint ſena tpa. Prius autē redditur quod debetur implēdo extremo pedi q̄ in principio cōſtituto. D I. Nec aliter omnino fieri aures ſinunt. MA. Nec mirum. Id.n.cum repetimus adiungitur capiti quod prorſus extremum eſt. Itaq; in hoc metro quod dictū eſt, Flumina cōſtiterint acuto. Cum tria tēpora ſenis vbiq; implendis debeantur, ſi ea non ſilentio velis ſed voce reddere, poſsintq́; reddi & per iābum & per choriū & per tribrachū, qa oēs terna tēpora poſsident nullo modo ea per chorium reddi ſenſus ipſe permittit, in quo prior eſt longa ſyllaba, breuis poſterior. Id .n.prius ſonare debet, quod bacchio debetur extremo. i. breuis ſyllaba, non longa q̄ dactylo primo: licet hoc explorare his exēplis, Flumina conſtiterint acuto gelu, Flumina conſtiterint acute gelida, Flumina conſtiterint in altum nocte. D I. Cui dubiū eſt duo illa ſuauiter repeti, hoc āt tertiū nullo modo. M A. Itē cum ſingula tēpora ſingulis debentur pedibus minus pleni, ſi ea voce reddere velis, non ſinit ſenſus in vnam ſyllabā coarctari. DI. Mira omnino iuſtitia. Nō .n.conuenit quod ſeparatim reddendū eſt, non ēt conſtitui ſeparatim. MA. Quocirca in illo metro, Syluæ laborantes geluq́;, ſi vnam longam pro ſilentio fini addas, ſicuti eſt, Syluę laborantes gelu duro, non probāt aures: ſicut probant cū dicimus, Syluæ laborantes gelu & frigore, quod ſagaciſsime ſentis cū ſingula repetis. Itē non oportet cum duo minus pleni pedes ponuntur, maiorem in principio q̄ in fine poni, nā & hoc conde mnat auditus. Tanq̄ ſi dicas, Optimū tempus adeſt tandē: vt primus pes ſit creticus, ſecundus choriābus, tertius ſpondeus, vt tria tēpora ſileamus, quorū duo debētur vltimo ſpondeo ad ſena implenda, & vnum primo cretico. At ſi dicatur, Tandē tps adeſt optimū, eadē interpoſita triū temporū mora in ſilentio, quis non ſentiat iucundiſsime repeti? Quare aut tanti ſpatij decet eſſe in fine minus plenū pedē quanti eſt in principio: vt illud, Syluæ laborantes geluq́;, aut minorē in principio, & in fine maiorē: veluti eſt, Flumina conſtiterint acuto. Neq; iniuria, quia vbi eſt æqualitas, nulla diſcordia: vbi āt diſpar eſt numerus ſi à minore ad maiorē veniamus, vt in metiendo & numerando ſolet, facit ipſe rurſus in numerando ordo concordiā. Ex quo illud eſt ēt conſequēs, vt cum ij quibus agitur minus pleni ponūtur pedes, ſi duobus locis interponitur ſilentiū, ſi.ante finē & in fine, tantum ante finē ſilea tur, quantū debetur extremo, tantū autē in fine quantum.ſ.principio: quia medium tendit ad ſiuem, ſi vnā longā pro ſilentio fini addas, ſicuti, Syluæ laborantes gelu duro. A fine vero ad principiū redeundum eſt. Si āt vtriq; tantundem debetur, nulla controuerſia eſt, quin tantū ante finē, quantū in fine ſilendū ſit. Sileri āt oportet non niſi vbi terminatur pars orationis. In ijs āt numeris q̄ non verbis finiuntur, ſed aliquo pulſu, vel flatu, vel ipſa etiā lingua, nullū in hac re diſcrimen eſt, poſtq̄ voce percuſsioneve ſilea tur, modo vt legitimum ſecundum ſupradictas rationes intercedat ſilentiū. Quāobrē & à duobus pōt minus plenis pedibus metrū incipere, ſi tū vtriuſq; coniunctū ſpatiū minus non ſit, q̄ poſſet eſſe vnius & dimidij pedis. Nā vt ſupra diximus, tunc recte poni duos minus plenos pedes, cū id quod debetur ambobus, non tranſit ſpatio pedem dimidiū. Exēplū eſt, Montes acuti, vt aut in fine tria tpa ſileamus, aut vnū tps poſt ſpondeum, & duo in fine. Aliter.n. hoc metrum conuenienter metiri non poteſt. Sit hoc ēt in diſciplina, vt cum ante finē ſilemus, non ibi pars orationis breui ſyllaba terminetur, ne ſecundum illā ſæpe cōmemoratā regulā, pro longa eā ſenſus accipiat, ſequente ſilentio. Itaq; in hoc metro, Montibus acutis nō poſſumus ſilere poſt dactylū tps vnū, quod poſt ſpōdeū in ſuperiore poteramus, ne nō iā dactylus ſed creticus ſentiatur: atque ita nō duobus minus plenis pedibus, quod nūc demonſtramus, ſed pleno dichorio & vltimo ſpondeo metrum cōſtare videatur, duū temporum ſilentio in fine reddendo. Sed illud notandum eſt, in principio poſito minus pleno pedi, aut ibidē reddi debitum p ſilentium: ſicuti eſt, Iam ſatis terris niuis atq; diræ. Aut in fine: velut, Segetes meus labor. Minus autem pleno pedi qui in fine ponitur, aut ibidem reſtitui ſilētio, quod debetur: vt in illo, Ite igitur camœnæ: aut in aliquo de medijs loco, veluti in hoc, Ver blādum viget aruis, adeſt hoſpes hirundo. Vnum.n. tempus quod debetur vltimo bacchio, vel poſt totū numerum ſileri pōt, vel poſt primum eius numeri pedē moloſſum, vel ſecundum ionicum à minore: Quod vero medijs forte minus plenis pedibus debiti eſt, non niſi ibidē reddi pōt: vt eſt, Tuba terribili ſonitum dedit ære curuo. Si.n.ſic metiamur hoc metrū, ut primum faciamus anapæſtū, ſecundū ionicum quemlibet in ſyllabis quinq;, ſoluta.ſ.longa vel prima, vel vltima in duas breues tertium choriambum, vltimum. Tria erūt tēpora in debitum, vnum

Hoc exēplum ex Terētiano ſūptū Varro recenſet inter verſus Ionicos à maiof. Simile ē illud Catulli, Super alta vectus Atys.

Horat. 1. carmi num.

Silentiū ī medio. Cap. 15.

Universidad de Deusto Biblioteca

sum extremo bacchio reddendum, & duo anapæsto primo, vt sena cõpleãtur. Sed hoc totum spacium trium tẽporum in fine sileri põt. At si ab integro pede incipias, quinque syllabas primas pro quolibet ionico nĩ titur. Sequitur choriãbus. Inde iam pedem integrum nõ inuenies, quocirca vnius lõgę spacio silere oportebit, quo annumerato choriambus alter implebitur, Bacchio reliquo metrũ clausuro, cui tps vnum debitum silebis in fine. Vnde iã esse opinor perspicuum, cum in mediis sileturlocis aut ea restitui tẽpora q̃ in fine debentur, aut ea quæ ibi debẽtur vbi sileturSed aliquando non est necesse vt sileatur in medijs, cum põt aliter metrum metiri, vt in eo quod pauloante posuimus. Aliqui ãt necesse est, vt in hoc: Vernæ temperies auræ tepent, sunt delitiæ.

M Ná manifestũ est istum numerum aut quaternorum tẽporum, aut senorũ pedibus currere. Si quaternorũ, silendũ est vnum tps post syllabã octauã, & in fine duo metiantur. primo spondeo, secundo dactylo, sed à tertio spõdeo, quarto dactylo annumerato post longã silentio, quia post breuem non oportet, quinto spondeo, sexta dactylo, vltima lõga qua numerus clauditur, cui duo tẽpora debita silentur in fine. Si ãt senorũ tẽporũ hinc metimur pedes, primus erit molossus, secũdus ionicus à minore, tertius creticus qui fit dichorius adiuncto silentio vnius tẽporis, quartus ionicus à maiore & lõga vltima, post quã quatuor tpa silebuntur. Posset alio mõ currere, vt vna lõga in principio locaretur, quam sequeretur ionicus à maiore, deinde molossus, deinde bacchius, qui fieret antipastus, adiuncto silẽtio vnius tẽporis, vltimus choriãbus metrum clauderet, ita vt quatuor tẽporum in fine silentiũ, redderetur vni lõgę in principio cõstitutæ. Sed aures istã dimensionẽ repudiant, quia pars pedis in principio collocata, nisi maior q̃ dimidia fuerit, nõ recte illi post plenum pedẽ finali silentio redditur vbi debetur: sed alijs interpositis pedibus scimus quidẽ quã tum debeatur: sed nõ cõprehenditur sensu,

A vt tanto spatio sileatur, nisi minus debeatur in silentio q̃ positũ est in sono: quia cũ maiorẽ partẽ pedis vox peregerit, minor q̃ reliqua est, vbicunq; facile occurrit. Quãobrẽ metiri quod sub hoc exẽplo posuimus, Vernæ tẽperies auræ tepent, sunt delitiæ: cũ sit vna necessaria quã diximus dimẽsio, si post decimã eius syllabã tpe vnũ sileatur, & quatuor in fine; est alia voluntaria, siquis post sextã syllabã velit silere duo tẽpora, & vnũ post vndecimã, & duo in fine. Vt sit in principio spõdeus, sequatur hunc choriãbus, tertio spondeo silentium duũ tẽporũ annumeretur, vt vel molossus vel à minore ionicus fiat, quartus bacchius adiũcto itidem silentio vnius tẽporis fiat antipastus, quinto choriãbo numerus terminetur in voce, duobus tpibus in fine per silẽtium redditis, in principio locato spondeo. Est item alia. Si.n. velis post sextã syllabam vnum tps silebis, & post decimam vnum, post vndecimam tantundem, & duo in fine, vt sit primus spondeus, secundus choriãbus, tertius palimbacchius fiat antipastus vno silentij tpe annumerato, quartus spondeus fiat dichorius vnius tẽporis interiecto, & vnius tpis consequente silentio, choriãbus vltimus numerũ B claudat, ita vt sileamus duo tpa in fine, quę primo debentur spondeo. Est & tertia dimensio, si post primum spondeũ tps vnum sileatur, & reliqua q̃ in proximo superiore seruentur, nisi quòd in eius fine vnũm tps silebitur, quia spõdeus ille, qui solet in principio locari, cõsequente vnius tpis silentio, factus est palimbacchius, vt plus vno tpe nihil ei debeatur, quod in fine silendum est. Vnde iã perspicis metris interponi silentia, quædam necessaria, quædam voluntaria. Et necessaria quidem, cum aliquid pedibus debetur implendis: Voluntaria vero, cum pleni sunt pedes atq; integri. Quod autem superius dictum est, amplius quatuor temporibus silendum non esse: de necessarijs silentijs dictum est, vbi debita tẽpora explentur. Ná in ijs quæ voluntaria silentia nominauimus, licet etiam pedem sonare, & pedem silere: quod si paribus interuallis fecerimus, non erit metrum sed rhythmus, nullo certo fine apparente vnde redeatur ad caput. Quamobrem si exempli gratia silentijs velis distinguere, vt post primum pedem alterius pedis tpa sileas: non hoc perpetuo seruandum est. Licet autem varietate qualibet connumeratis silentijs vsq; ad legitima tpa C metrum producere: velut in hoc, Nobis verum in prõptu est, Tu si verum dicis. Licet hic post primum spondeum quatuor tpa silere, & alia quatuor post sequentes duos. Post tres autem finales nihil silebitur. Iam enim triginta duo tpa terminata sunt: sed multo est aptius & quodammodo iustius, vt vel in fine tantũ vel ẽt ante finẽ sileatur.

Quod

Quod subtracto vno pede fieri poterit, vt ita sit. Nobis verum in promptu est, vt dicverum. Hoc & in metris cæterorum pedũ tenendum est. s. necessarijs silentijs, siue finalibus siue medijs reddi debita vt pedes impleantur. Non autẽ sileri oportet amplius q̃ pedis partem, quam lenatio positiove occupat. Voluntarijs autem silentijs & partes pedum & integros pedes silere conceditur, sicut exemplis supradictis monstrauimus. Sed hactenus interponẽdorum silentiorum De pe- ratio tractata sit. Nunc de pedum cõmi-dum cõ- xtione, & de ipsorum metrorum copulatio mixtio- ne pauca dicamus, quoniã iam multa dicta ne.c.16. sunt cum q̃reremus, quos sibimet oporteat D misceri pedes, & quod ad metrorum attinet copulationem, nonnulla dicenda sunt, cum de versibus differere cœperimus. Iunguntur enim sibi pedes atque miscentur secundum regulas quas in secundo sermone aperuimus. In hoc autem illud sciendum est, genera metri, quę à poetis iam celebrata sunt, habuisse authores & inuentores suos, à quibus quasdam certas leges positas conuellere prohibemur. Non enim oportet cum illi eas ratione finxerint, aliquid ibi mutare, quãuis secundum rationem sine aurium offensione posimus: cuius rei cognitio non arte, sed historia traditur: vnde creditur potius q̃ cognoscitur. Neq; .n. si Phalisceus nescio qui, metrum ita cõposuit, vt hæc sonãt, Qũ flagella ligas, ita liga, vitis & vlmus vti simul eant: scire hoc possumus, sed tantummodo credere audiendo & legẽdo. Illud est disciplinę quod ad nos pertinet, videre vtrũ hoc tribus dactylis constet & pyrrhichio vltimo, vt pleriq; musicæ imperiti autumant. Non enim sentiunt pyrrhichium poni non posse post dactylum: an vt ratio docet, primus pes sit in hoc metro choriambus, secundus ionicus, lõga syllaba in duas soluta breues, vltimus iambus, post quem tria tpa sile-

E buntur: quod semidocti homines sentire possent, si à docto secundum vtranq; legẽ pronunciaretur, & plauderetur. Ita. n. naturali & cõi sensu iudicarent, quid disciplinæ norma præscriberet. Veruntamen cp poeta ille hos numeros immobiles esse voluit, cũ hoc metro vtimur custodiendum est: non enim fraudat auditum, quanquam æq; nihil fraudaret, si vel choriambo diiãbum, vel ipsum ionicum nulla in breues facta solutione poneremus, & quicquid aliud congruisset. In hoc igitur metro nihil mutabitur, non ea ratione qua inæqualitatem vitamus, sed ea qua obseruamus authoritatem. Docet sanè Metra ratio, alia institui metra immobilia. i. in qui mobilia bus mutare nihil oportet, vt hoc ipsum est & immo de quo satis locuti sumus. Alia mobilia, in bilia & quibus locare pedes alios pro alijs licet: sicu neutra. ti est, Troiæ qui primus ab oris; Arma vi- Aene. 1. rumq; cano. Nã hic pro spondeo anapæstũ quolibet loco licet ponere. Alia nec tota immobilia, nec tota mobilia: vt est, Pendeat ex humeris duleis chelys, Et numeros ædat va Hoc Te rios, Quibus assonet omne virens Late ne rẽtianus mus & tortis errans qui flexibus fidis. Hic citat ex .n. vbiq; & spondeus & dactylus poni pos- Pompo- set, pter vltimum pedem, quẽ metri author nio. semper esse dactylum voluit. Et in ijs quidem generibus tribus nõnihil valere authoritatem vides. Quod autem in pedum commixtione ad rationem solam pertinet de ijs rebus quæ sentiuntur iudicantem, sciendũ est eas partes pedum q̃ post certos pedes silentio restante insuauiter locantur, vt iãbus post dichoriũ atq; secundũ epitritũ, & spondeus post antipastum, ẽt post alios pedes male locari, quibus isti permixti fuerint. Nam manifestum est iãbum post molossum bene poni, sicut hoc exẽplum indicat, sæpe repetitum cum silentio in fine temporum trium, Ver blandum viret floribus: at si pro molosso primum dichorium constituas, vt est, Vere terra viret floribus, respuit hoc auditus atq; condemnat. Id etiam in cæteris sensu explorante facile est experiri. Ratio namque certissima est, cum sibi copulantur, qui inter se sunt copulabiles pedes, eas partes debere in fine subiungi q̃ oibus cõueniunt in illa serie collocatis, ne inter socios quodammodo discordiæ aliquid oriatur. Illud magis mirandũ est, cp cum spõdeus & diiãbum & dichorium suauiter claudat, tñ cũ hi duo pedes, siue soli siue cum alijs copulabilibus G quoquo modo mixtis in vna serie fuerint, spõdeus in fine approbante sensu poni non põt. Quis. n. dubitet aures libenter accipere ista singula repetita, &, Timenda res non est: & item separatim, iam timere noli. At si ita iungas, Timenda res, iã timere noli, nisi in soluta oratione audire nolim. Nec absurdũ minus est, si quolibet loco aliũ cõnectas, veluti molossum hoc modo. Vir fortis timenda res, iam timere noli, Vel ẽt ita, Timenda res iam timere vir fortis noli. Cuius absurditatis cã est, cp pes diiambus ẽt ad duplum & simplum plaudi põt, vt ad simplũ

& du-

& duplũ plaudi potest dichorius. Spondeus autem duplæ parti eorũ æqualis est, sed cũ eũ ille trahit ad primam, hic ad extremam, existit nonnulla discordia: & ita ratio tollit admirationem. Nec minus miraculũ ædit antipastus, cui si nullus pedum, aut certe solus dijambus misceatur, patitur iambo metrum claudi, cum alijs autem positus nullo modo: & cũ dichorio quidem propter ipsũ dichorium. Itaque hoc minime miror. Cũ cæteris vero senorũ tẽporũ pedibus cur me moratũ trium temporũ pedẽ in fine repu-
H diet, nescio q̃ est causa, secretior fortasse q̃ vt à nobis asseri atque ostendi queat. Sed hoc ita esse his exẽplis probo. Nã ista duo metra, Potestate placet, Potestate potentiũ placet, nemo ambigit suauiter singula repeti cũ silentio trium temporũ in fine. At ista insuauiter cum eodem silentio, Potestate p̃ clara placet, Potestate tibi multum placet, Potestate iam tibi sic placet, Potestate multũ tibi placet, Potestatis magnitudo placet. Quod ad sensum attinet, peregit officium suũ in hac quæstione, & q̃d acceperit, & q̃d exploserit indicauit: sed de causa cur ita sit, ratio consulenda est. Ac mea quidẽ in tanta obscuritate nihil aliud videt, nisi cũ dijãbo antipastum dimidiam partem priorem habere comunẽ. Nam vterq; à breui & longa incipit: posteriorẽ autem cum dichorio. Longa enim & breui ambo finiuntur. Itaq; antipastus vel solus tanquam suam priorẽ dimidiam, vel cum dijambo cum quo eam cõmuniter habet, collocatus, patitur in fine metri esse iambum, & cum dichorio pateretur si eidem dichorio talis terminus cõ ueniret. Cum cæteris autem non patitur,
De metrorum copulatione. Cap. 17 I quibus tali societate iungitur. Quod vero ad metrorũ copulationẽ attinet, satis est in p̃sentia videre, posse sibi diuersa metra copulari, quæ tamen plausu, id est, leuatione ac positione conueniant. Diuersa sunt autẽ, vel quantitate, vt cum maiora copulantur minoribus, qualia ista sunt, videlicet. Iam
Horat. li. 1. carminum. satis terris niuis atq; dirę Grandinis misit pater, & rubente Dextera sacras iaculatus arces Terruit vrbem. Nam hoc quartum, quod vno choriambo & vna in fine longa terminatur, quàm paruum sit tribus superioribus inter se æqualibus subiectum, vides. Vel pedibus, sicut hic, Grato Pyrrha sub antro, Cui flauam religas comam.
Ibidem. Cernis quippe horũ duorum superius constare spondeo & choriambo, & longa vltima, q̃ ad sex tẽpora implenda spondeo debebatur. Hoc autẽ posterius spondeo & choriambo, & duabus vltimis breuibus, q̃ item cum primo spondeo implẽt sex tẽpora. Paria sunt ergo ista tẽporibus, sed in pedibus nonnihil diuersitatis tenẽt. Est & alia differentia istarum copulationum, q̃ alia ita copulentur vt nulla sibi silentia interponi velint, sicut hæc duo recentissima: alia inter se
K sileri aliquid postulant: sicut hæc, Videsne vt alta stet niue candidum Soracte, nec iam Horat. sustineant onus Syluæ laborantes geluq; Flumina cõstiterint acuto. Nã si hæc i. carm. num. singula repetantur, priora duo vnum tẽpus in fine sileri flagitant, tertium duo, quartũ tria. Copulata vero à primo ad secundum transeuntẽ vnũ tẽpus silere cogunt, à secundo ad tertiũ duo, à tertio ad quartũ tria. A quarto autẽ si ad primũ redeas, tẽpus vnũ silebis. Sed quæ est ratio redeũdi ad primũ, eadem est ad aliam talem copulationẽ transeundi. Hoc genus copulationum recte nos appellamus circuitum qui, περίοδος Græce dicitur. Circuitus ergo minor esse nõ potest, q̃ qui duobus mẽbris constat, id est, duobus metris. Nec esse maiorem voluerunt eo q̃ vsq; ad quatuor mẽbra p̃cedit. Licet igitur minimũ bimẽbrem, medium trimembrem, & vltimum quadrimembrem vocare. Hos enim Græci δίκωλον, τρίκωλον, τετράκωλον, vocant. De quo toto genere quoniam diligentius tractaturi sumus, vt dixi in eo sermone qui nobis de versibus erit, nũc interim hoc satis sit. Sanè arbitror iã te intelligere innumerabilia genera esse metrorũ, q̃ quingenta quadraginta septẽ inueneramus, cũ & de
L silentijs non nisi finalibus exẽpla essent data, & nulla pedũ cõmixtio facta esset, & nulla solutio longarũ in duas breues, q̃ pedem vltra syllabas quatuor porrigeret. At si adhibita omni silentiorum interpositione, & omni pedũ cõmixtione, & omni solutione longarũ, colligere numerũ metrorũ velis, tantus existit vt nomen eius fortasse nõ suppetat. Sed hæc exẽpla q̃ à nobis sunt posita, & quæcunq; alia poni possunt, quanquã ea & appetat in efficiẽdo & approbet in audiẽdo natura cõmunis: tũ nisi ea docti & exercitati hominis pronunciatio cõmẽdet auribus, sensuq; audientiũ nõ sit tardior q̃ humanitas postulat, non possunt ea quæ tractauimus vera iudicari. Sed quiescamus aliquã tulum, & de versu deinceps differamus.
DI. Ita Fiat.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI DE MVSICA.

Liber quintus.

Quo differãt rhythmus, metrum & versus. Cap. 1.

QVID sit versus, inter doctos veteres non parua luctatione quæsitũ est, nec fructus defuit. Nã inuenta res est, & notitiam posterorum mandata literis, grauiq; atq; certa non tantum authoritate, verum
M etiam ratione firmata est. Interesse igitur animaduerterunt inter rhythmum & metrũ aliquid, vt omne metrum rhythmus, non etiam omnis rhythmus metrum sit. Omnis enim legitima pedum connexio numerus est, quam quoniam metrum habet, non esse numerus nullo modo potest, id est, non esse rhythmus. Sed quoniam non est idẽ, quamuis legitimis pedibus, nullo tamen certo fine prouolui: & item legitimis progredi pedibus, & certo fine coerceri: hæc duo genera etiam vocabulis discernenda erant, vt illud superius rhythmus tantum proprio iã nomine, hoc autem alterum, ita rhythmus vt metrum etiam vocaretur. Rursus quoniã eorum numerorum qui certo fine clauduntur, id est, metrorum, alia sunt, in quibus non habetur ratio cuiusdam diuisionis circa medium, alia quibus sedulo habetur:
A erat etiam hæc differentia notanda vocabulis. Quapropter illud, vbi non habetur hæc ratio rhythmi, genus, proprie metrũ vocatum est: hoc autem vbi habetur, versum nominauerunt. Cuius appellationis originem fortasse progredientibus nobis ratio ipsa monstrabit. Neque hoc ita præscriptum putes, vt illa etiam metra versus vocare non liceat. Sed aliud est cum abutimur nomine licentia cuiusdã vicinitatis, aliud cum rem vocabulo suo enunciamus. Sed nominum commemoratio hactenus facta sit. In quibus vt iam didicimus, concessio interloquentium & vetustatis authoritas tantum valet. Cætera si placet, more nostro inuestigemus sensu nuncio, indice ratione, vt illos etiam veteres authores nõ instituisse ista quasi quę in natura rerum inte
Metra i dasse par gra & perfecta non fuerint, sed ratiocinãdo tes diui- inuenisse, & appellando notasse cognoscas.
sibilia. M A. Quare primum à te quæro, vtrum
Cap. 2. ob aliud pes aurem mulceat nisi quod in eo duæ illæ partes, quarum vna in leuatione, altera in positione est, numerosa sibi concinnitate respondent? D I. Iam hoc quidem mihi ante persuasum est atq; compertum.
M A. Quid metrum, quod manifestũ est pedũ collocatione confici, nũ ex eo rerũ genere esse arbitrandũ est, quod diuidi non põt, cum oĩno & nihil indiuiduũ per tps tendi B queat & q̃d ex diuiduis pedibus cõstat, absurdissime indiuiduũ putetur? D I. Nullo modo hoc genus diuisionẽ recipere abnuerim. MA. At oĩa q̃ recipiunt diuisionẽ, nõne pulchriora sunt si eorum partes aliqua parilitate concordent, q̃ si discordes & dissonæ sint? D I. Nulli dubiũ est. M A. Quid ipsius parilis diuisionis, q̃ tandẽ numerus author est: an dualis? D I. Ita est. MA. Vt ergo in duas partes concinnentes diuidi pedem & eo ipso aurem delectare cõperimus, si etiã metrũ tale inueniamus, nonne cæteris nõ talibus iure anteponetur? D I. Assentior. MA. Recte sanè. Quare iam illud re
Versus vnde disectus. Cap. 3. tiũtur, aliud p̃cedat, aliud subsequatur, aliud incipiat, aliud terminet, nihilne tibi videatur inter partẽ p̃cedentẽ atq; incipientẽ, & illam q̃ subsequatur ac terminet interesse oportere? DI. Interesse arbitror. MA. Dic ergo quid intersit inter has duas partes uersus, quarum vna est, Cornua velatarum: altera uero est, uertimus antennarum. Non enim, vt idẽ poeta obuertimus, sed si ita uersus enuncietur, Cornua velatarũ vertimus antennarum: nonne sæpius repetendo effici C tur incertũ, quæ pars prior sit, q̃ posterior? Neq; .n. minus idem stat versus, cũ ita profertur, Vertimus antennarum cornua velatarũ. DI. Plane incertũ fieri video. M A. Censesne vitandũ? DI. Censeo. M A. Vide igitur vtrum hic satis vitatum sit. Vna pars versus est, & ea præcedens, Arma virumq; cano: altera subsequẽs, Troię qui primus ab oris: q̃ vsq; adeo inter se differunt, Aen. 1. vt si ordinẽ vertas, & hoc modo pronũcies, Troiæ q primus ab oris, arma virumq; cano, alios pedes metiri necesse sit. DI. Intelligo. M A. At vnde vtrũ ista ratio in alijs seruata sit. Nã cuius dimensionis est pars incipiens, Arma virumq; cano: eiusdẽ esse agnoscis, Italiã fato. Litora multũ ille Et, Vi superum sæuæ. Multa quoq; & bello. Inferretq; deos. Albaniq; pres. Et ne multis persequar cęteros, quãtũ voles, has priores partes versuũ eiusdẽ dimẽsionis inuenies. i. q n
to semi

to semipede articulatas. D I. Rarissime omnino nō ita est ita vt posteriores sint istis nō minus inter se pariles, Troiæ q primus ab
D orīs. Profugus Lauinaq; venit. Terris iactatus & alto. Memorē Iunonis ob irā. Passus dum conderet vrbem. Latio genus vnde Latinū. Atq; altę mœnia Romæ. MA. Manifestissimū est igit q; q; & septē semipedes versum heroicū in duo mēbra partiunt, q̄ sex pedibus quaternorū tpum cōstare notissimū est. & sine cōcinnitate quidē duorū mēbrorum, siue ista, siue aliqua alia, versus nullus est, in quibus oībus hoc ratio demonstrauit esse seruandū, ut nō posit pars prior in posteriore, & posterior in priore loco poni. Quod si aliter fuerit, nō iā, versus, nisi nominis abusione dicetur. Erit autē rhythmus & metrum, qualia rarissime longis carminibus interponere q̄ uersibus cōtexuntur, non indecorū est: quale idē ipsum est quod pauloante cōmemoraui, Cornua velatarū verti mus antennarū. Quāobrē non mihi versus ex eo appellatus vr, vt nōnulli putāt, q; a certo fine ad eiusdē numeri caput reuertatur, vt nomen ductū sit ab ijs qui vertunt dum via redeunt: nā hoc illi cum his ēt metris, q̄ versus non sunt, apparet esse cōe: sed magis fortasse à cōtrario nomen inuenit: vt quēad modum grāmatici deponēs verbum quod r literā non deponit, sicuti est lucror & conq̄-
E ror, appellauerunt, ita qđ duobus mēbris cōstat, quorum neutrum in alterius loco salua lege numerorum cōstituitur, qa verti nō pt versus vocetur. Sed vtrālibet harum originē vocabuli tu si licet ,pbes vel vtranq; improbes, & aliā q̄ras, aut contēnas mecum totum hoc qōnis genus: nihil ad hoc tps pertinet. Cum.n. satis res ipsa q̄ hoc noīe significatur, appareat, nō est de verbi stirpe laborā dum: nisi qd habes ad hæc. DI. Ego vero nihil, sed pge ad cætera, MA. Sequit vt de versus termino req̄ramus. Nā & hic aliq̄ differentiā notandā atq; signandā esse voluerūt, vel potius ipsa ratio. An tu nō arbitraris melius esse vt finis, quo prouolutio numeri coercetur, non pturbata tēporū equalitate, tamen emineat, q̄ si cum cæteris partibus q̄ finē non faciunt, confundantur? DI. Quis dubitat hoc esse melius quod est euidentius? MA. Considera ergo vtrum recte insignem finem versus heroici spondeum pedem quidam esse voluerint. Nam in quinq; alijs locis vel hunc vel dactylum licet ponere, in fine āt non nisi spondeum. Nā q̄ trochæum

Terminus versuum varius.

Cap. 4.

putant, propter indifferentiā fit vltimæ syllabæ: de quā in metris satis locuti sumus. Sed secundum hos iambicus senarius aut nō erit versus, aut erit sine ista finis eminentia, vtrunq; autem absurdum est. Nā neq; quis-
F quam vnq̄, siue doctissimorum hominum, siue mediocriter vel etiam tenuiter eruditorum uersum esse dubitauit, Phaselus ille quē videtis hospites. Sed quicquid in uerbis est tali numerositate formatū, & grauissimi authores eo quo peritissimi nullum sine insigni fine versum putandum esse censuerunt. DI. Verum dicis. Quare aliam termini huius notam quærendam esse autumo, non hāc esse quæ in spondeo ponitur approbandam. MA. Quid hoc? Num dubitas quæcunq; ista sit, aut in pedis esse, aut in tpis differentia, aut in vtroq;? DI. Qualiter pōt? MA. Quid tandē horum trium probas? Ego nequoniam idipsum finire versum ne longius q̄ oportet excurrat, non pertit nisi ad tpis modum: non arbitror aliunde istam notam debere sumi q̄ ex tpe. An tibi aliud placet? DI. Imò assentior. MA. Videsne etiā illud cum tps hic differentiam habere non possit, nisi q; aliud est longius, aliud breuius, quia cum versus finitur id agitur ne pergat longius, in breuiore tpe notam finis esse oportere? DI. Video quidem, sed quò pertinet quod additum est hic? MA. Eò. s. quod
G non vbiq; tpis differentiam in sola breuitate ac lōgitudine accipimus. An tu æstatis ac hyemis differentiam, aut esse tpis negas, aut in spatio potius breuiore vel longiore, æ nō in vi frigoris caloris q̄; constitutam, vel humoris, vel siccitatis: & siquid tale aliud? DI. Iam intelligo, & hanc quā q̄rimus terminū notam, à temporis breuitate ducendam esse
H consentio. MA. Attende igitur hunc versum, Roma Roma cerne quanta sit deum benignitas: qui trochaicus dicitur, & metre illum, atque responde quod inueneris de membris eius & numero pedum. DI. De pedibus quidem facile responderim, liquet enim eosdem septem semis esse. De membris autem non satis aperta res est, multis enim locis partem orationis finiri video: veruntamen opinor esse istam partitionem in octauo semipede, vt præcedens membrum sit, Roma Roma cerne quanta subsequens autem, sit deum benignitas. MA. Quot semipedes habet? DI. Septem. MA. Ipsa ratio te duxit oīno. Cum enim nihil sit æqualitate melius, eamq; in diui-

I dividendo appetere oporteat, si minus potuerit obtineri, vicinitas eius quærenda est,
H ne ab ea longius aberremus. Itaque cum hic versus omnes quindecim semipedes habeat, non potuit æquius quàm in octo & septem diuidi, nam eadem est in septem & octo vicinitas. Sed ita non seruaretur nota finis in tempore breuiore, vt eam seruandā ratio ipsa præcipit. Nam si talis versus esset, Roma cerne quanta sit tibi deum benignitas: vt incipæret membrum in his semipedibus septem, Roma cerne quanta sit: & in his octo alterum terminaretur, tibi deū benignitas, non posset versum semipes claudere. Octo enim semipedes quatuor integros pedes faciunt. Simul incideret alia deformitas, vt non eosdem pedes in membro extremo quos ī primo metiremur, & prius membrum potius finiretur nota breuioris temporis .i. semipede quàm posterius, cui hoc finis iure debetur. Nam in illo tres trochæi semis, Roma cerne quanta sit: in hoc quatuor iambi scanderentur, tibi deum benignitas. Nunc vero & trochæos in vtroque membro scandimus, & semipede versus clauditur, vt spatij breuioris notā terminus teneat. Nam sint in priore quatuor, Roma Roma cerne quanta: in posteriore āt tres semis, sit deum benignitas. An contradicere
I aliquid paras? DI. Nihil omnino, & libēter assentior? MA. Teneamus igitur has leges inconcussas si placet, vt neq; membrorum duorum tendens ad æqualitatem partitio versui desit, sicuti huic est. Cornua velatarum obuertimus antennarum. Neq; ipsa æqualitas membrorum cōuertibilē, vt ita dicam, faciat partitionē: vt in hoc fit, Cornua velatatum uertimus antennarum. Neq; cū ista vitatur conuersio, nimis à se membra discedānt, sed quantum possunt proximis numeris propè æquentur, ne dicamus hæc ita posse diuidi, ut octo semipedes præcedāt, Cornua velatarū uertimus: & quatuor subsequantur .i. antennarum. Nec membrū posterius paris numeri semipedes habeat, sicuti est, Tibi deum benignitas, ne pleno pede versus finitus non habeat terminum breuio
Heroici finis. c. 5 re tempote notatum. D I. Habeo iā ista, & mando memoriæ quantum valeo. M A. Quoniam igitur iam tenemus non debere versum finiri pleno pede, q̄o nobis heroicum versum metiendum putas, vt & metrorum lex illa seruetur, & hæc termini nota? D I. Video duodecim esse semipedes, & qa propter illam cohuersionē vitandā senos semipedes habere membra non possunt, neq; à se longe oportet discedere, vt sint tres & K nouem, aut nouem & tres: neq; paris numeri semipedes posteriori membro dādi sunt, vt sint octo & quatuor aut quatuor & octo, ne pleno pede versus finiatur, in quinq; & septem aut septem & quinq; diuisio facieda est. Nā & hi numeri sunt ambo impares ,proximi, & certe propinquius sibi accedunt membra q̄ in quaternario & octonario numeris accederent. Quod vt firmissimum teneam, video partem orationis in quinto semipede semper aut penè semper terminari, vt est in primo Virgilii versu, Arma uirūq; Aene. 1.
cano: & in secundo, Italiā fato: & in tertio, Littora multū ille: in quarto itē, vi superū sæuæ: atq; ita deinceps in toto penè carmine. MA. Verum dicis. Sed videndum tibi est quos pedes metiaris, vt nihil superiorum legū iam inconcusse constitutarum violare audeas? DI. Quanquam mihi satis ratio appareat, tamen nouitate conturbor. Nō. n. solemus in hoc genere nisi spondeum pedē & dactylum scandere, quod nemo ferè est tam indoctus quin audierit, etiam si minus id facere possit. Hanc ergo peruulgatissimā consuetudinem, & nunc si sequi voluero, lex illa terminis est abroganda. Præcedens enim membrum semipede clauderetur, po-
L sterius autem pleno pede quod contra esse debuit. Sed quia illā legem iniquissimū est tollere, & in numeris iā didici posse fieri, vt non à pleno pede ordiamur, restat vt non hic dactylum cum spōdeo, sed anapestum locari iudicemus, vt incipiat versus à longa syllaba, deinde duo pedes, vel spondei vel anapæsti, alterum mēbrū superius terminēt, cum tres rursus alterū vel anapęsti vel quolibet loco spondeus, siue omnibus, & in fine vna syllaba qua versus legitime terminat. M A. Probas mihi, & id ego quoq; rectissimum esse iudico, sed non facile ista populo persuadentur. Tanta enim est vis cōsuetudinis, vt ea inueterata, si falsa opinione genita „
est, nihil sit inimicitius veritati. Nanq; ad „
faciendū uersum nihil interesse intelligis, v- „
trū in hoc genere anapæstus cū spōdeo, an „
dactylus collocetur: ad metiēdum tū rationabiliter, qđ nō auriū sed mētis est propriū uera & certa rōne hoc non irrationabili opinione discernit: neq; nunc à nobis primum inuenta est, sed multo est hac inueterata cōsuetudine antiquius aīaduersa. Quare si eos

legant

legant qui vel in Græca vel in Latina lin-
M gua disciplinæ huius doctissimi fuerunt, nō
mirabuntur nimis qui forte hoc audierint;
quanquā pudet imbecillitatis, cum rationi
roborandæ hominum authoritas quæritur,
cum ipsius rationis ac veritatis authoritate,
quæ profecto est omni homine melior, nihil
deberet esse præstantius. Non.n.vt in pro-
ducenda corripienda'ue syllaba non nisi au-
thoritatem veterū hominum quærimus, vt
quemadmodum sint vsi verbis quibus nos
quoque loquimur, ita & nos vtamur. Quia
& in huiusce modi re nullā obseruationem
sequi, desidiæ est: & nouā instituere, licētiæ.
Ita in metiendo versu inueterata voluntas
hominum, ac non æterna rerū ratio cogitā-
da est, cum & moderatam eius longitudinē
prius naturaliter aure sentiamus, deinde ap-
probemus naturali consideratione numero
rum, & eum insigni fine claudendū esse iu-
dicet quisquis iudicat certius: eumq; q̄ cæte
ra metra esse insigniter finiendum, qui finē
habet in breuiore tēpore notarū manifestū
Rursus de fine versus. sit: siquidē tēporis longitudinem coērcet &
frenat quodammodo. Quæ cum ita sint,
Cap. 6. qui potest posterius eius membrum nisi nō
pleno terminari pede? Prioris autem mem
A bri exordiū aut plenum pedem esse, vt in il-
lo trochaico, Roma Roma cerne quanta sit
deum benignitas. aut partē pedis oportet
Aenei. 1 vt in heroico, Arma virumq; cano Troiæ
qui primus ab oris. Quapropter omni iam
dubitatione sublata, etiā istum versum me-
tire si placet, & mihi de membris eius pedi-
Catull. 9. bus q; respondē. Phaselus ille quem videtis
hospites. D I. Membra quidem huius in
quinque & septem semipedes video distri-
buta, vt prius sit, Phaselus ille: posterius au-
tem, quem videtis hospites: pedes vero iam-
bos cerno. M A. Quæro, Nihil ne caues
pede pleno versum terminare? D I. Verū
dicis, & vbi fuerim, nescio. Quis enim non
videret sicut in heroico exordium esse à se-
mipede, quod cū in hoc genere fit, nō iam-
bis, sed trochæis versum metimur, vt iam
semipedes claudat. M A. Ita est vt dicis.
Sed vide quid tibi de hoc respondendū pu-
Horat. 1. Car- minum. tes, quem asclepiadeum vocant, Mœcenas
atauis edite regibus. Nam pars orationis in
sex iam syllabam terminatur, neque incon-
stanter, sed in omnibus ferè huius generis
versibus. Itaque eius primum est membrū,
Mœcenas atauis: secundū vero, edite regi-
bus. Quod quanā ratione fiat, dubitari pōt.

Si enim metiaris in hoc pedes quaternorum B
temporū, erunt quinque in priore, in poste-
riore autem membro quatuor semipedes.
Lex autem vetat membrum posterius pari
numero constare semipedū, ne pleno pede
versus terminetur. Restat ergo vt pedes cō-
sideremus senorū temporum, ex quo fit vt
mēbrum vtrunque sic ternis semipedibus
conster. Nā vt integro pede præcedens mē-
brum finiatur, à duabus longis incipiendū
est. Deinde totus choriambus versum diui-
dit, vt sequente etiam alio choriambo mem
brum posterius inchoētur, claudente ver-
sum semipede in duabus breuibus syllabis.
Tot enim tēpora cum spondeo in capite lo
cato, implent sex tēporum pedē. Nisi quid
habes ad hæc. D I. Nihil prsus. M A. Pla
cet ergo totidē semipedibus cōstare vtrūq;
mēbrum? D I. Cur non placeat? Neque.n.
metuenda est hic illa cōuersio, quia posito
posteriore membro in præcedentis loco, ita
vt quod est primū, secundū fiat, non eadem
lex manebit pedum. Quapropter nulla cau
sa est, cur idē semipedū numerus in hoc ge-
nere mēbris negetur, cum sine vllo conuer-
sionis vitio parilitas ista possit teneri, finis
etiā insignioris lege seruata, cū versus non C
pleno pede terminatur, quod cōstantissime
seruādum esse perplacet. M A. Rem ipsam
omnino vidisti, quare iam quoniā cōperit
ratio versuū esse duo genera, vnum in quo
idem numerus semipedum, aliud in quo di
spar in membris sit, diligenter cōsideremus
si placet, quo'nam modo ista imparilitas se-
mipedum ad quandā parilitatem referatur,
obscuriore aliquantum, sed sanè subtilissi-
ma ratione numerorū. Nā quæro ex te, cū
duo & tria dicam, quot numeros dicā? D I.
Duos. M A. Ergo & duo vnus, & tria vn'
est numerus, & quēlibet alium dixerimus.
D I. Ita est. M A. Non'ne tibi ex hoc vide
tur vnum cum quolibet numero non absur
de posse conferri? Siquidem vnum duo esse
non possumus dicere, duo autem vnum esse
quodammodo, & item tria & quatuor vnū
esse, non falsò dici potest. D I. Assentior.
M A. Attende aliud: dic mihi, duo ter duc-
ta, quid faciunt in summa? D I. Sex. M A.
Num sex & tria totidē sunt? D I. Nullo
modo. M A. Nūc tria quater ducas velim
summamq; respondeas. D I. Duodecim.
M A. Vides item duodecim plures esse q̄
quatuor? D I. Et longe. M A. Sanè ne iam D
immorer, figēda regula est: à duob⁹, & dein-
ceps

ceps quoslibet numeros duos constitueris,
minor per maiorem multiplicatus eū exce-
dat necesse est. D I. Quis hoc dubitauerit?
Quis.n.tā parū in plurali numero q̄ duo?
quem tū numerum si milies duxero, ita ex-
cedet mille, vt duplum fiat. M A. Verum
dicis. Sed constitue vnū, & quemlibet dein-
de maiorem numerū, & quēadmodum in il
lis faciebamus, minorem p maiorem multi
plica, num eodē modo maior superabitur?
D I. Nō planè, sed maiori minor æquabit.
Nam vnum bis duo, & vnum decies decē,
& vnum millies mille, & p quemlibet alīū
numerum multiplicauero, vnum necesse est
æquetur. M A. Habet ergo vnum cum cæ
teris numeris vim quandam æqualitatis, nō
modo quod quicunque numerus vnus est,
sed etiam quod toties ductus tantundem fa
cit. D I. Manifestissimum est. M A. Age
nunc, refer animum ad semipedum nume-
ros, quibus in versu fiunt membra inæqua-
lia, & miram quādam æqualitatem ista quā
tractauimus ratione reperies. Nam, vt opi-
nor, versus minimus inæquali semipedum
E numero in membris est duobus, habens se-
mipedes quatuor & tria, quod est in hoc:
Hospes ille quē vides: cuius primum mem-
brum quod est, hospes ille: secari æqualiter
pōt in duas partes binorum semipedum: se-
cundum autem quod est, quē vides: ita diui
ditur, vt vna pars duos semipedes habeat, al
tera vnū: quod ita est, quasi duo & duo sint,
iure illo æqualitatis, de quo satis egimus, qđ
habet vnum cū omnibus numeris. Ex quo
fit, vt ista diuisione tantum sit quodammo-
do superius membrum quantum posterius.
Itaque vbi fuerint quatuor & quinque se-
mipedes, sicut hoc est, Roma Roma cerne
quanta sit, non ita probaī: & propterea me
trum erit potius q̄ versus, quia ita sunt mē-
bra inæqualia vt ad nullam æqualitatis legē
sectione aliqua possint referri. Cernis quip-
pe, vt opinor, superioris mēbri quatuor se-
mipedes. Roma Roma, in binos posse disce
dere: ac posteriores quinque, cerne quanta
sit, in duos & tres semipedes diuidi, vbi nul-
lo iure apparet æqualitas. Neque enim pos-
sunt aliquo modo tm̄ valere quinque semi-
pedes, ppter duos & tres, quantum quatuor
valent, quō inuenimus superius in breuiore
versu tm̄ valere tres semipedes, ppter vnū
F & duo quantū quatuor valent. An aliquid
nō es assecutus, aut nō placet? D I. Immo
vero & manifesta omnia & rata sunt. MA.
Age nūc quinque & tres semipedes conside
remus, qualis est iste versiculus, Phaselus il-
le quē vides: & videamus quō ista inæquali-
tas aliquo æqualitatis iure teneaī. Nam hoc
genus non solū metrum, sed etiam versum
esse oēs consentiunt. Itaque cū primū mem
brum in semipedes duos & tres secueris, &
secundū in duos & vnum, cōiungas particu
las quas in vtroq; pares inueneris, qa & in
primo mēbro habemus duo: & i secundo re
stāt duæ particulæ, vna in tribus semipedi-
bus de priore mēbro, altera in vno de poste
riore. Has ergo & sociabiliter iungimus, q a
vnū cum oībus hēt societatē, & in summa
vnum & tria, quatuor fiunt, qđ est tātundē
quātum est duo & duo. Per hāc igiī sectio-
nē ēt quinq; & tres semipedes ad concordiā
redigunt. Sed rūde vtrum intellexeris? D I.
Ita vero, & admodum probo. M A. Sequi't Paritas
vt de quinque & septem semipedibus dissē- semipe-
ramus, quales sunt versus illi duo nobilissi- dum.
mi, heroicus, & quē iambicum vulgo vocāt, Cap. 8.
ēt ipse senarius. Nā, Arma virumque cano G
Troiæ qui primus ab oris, ita diuiditur vt
primum eius membrum sit: Arma virumq;
cano, qui sunt quinque: & secundum, Troiæ
qui primus ab oris, q sunt septē semipedes.
Et, Phaselus ille quē videtis hospites: primū
mēbrum habet, Phaselus ille, 1 semipedibus
quinque, secundum in septē, quē videtis ho
spites: Sed tantum illa nobilitas in lege ista
æqualitatis laborat. Cum.n. superiores quin
que semipedes i duo & tres diuiserimus, po
steriores autem septem in tres & quatuor,
cōgruunt sibi quidem particulæ ternorum
semipedum. Sed si duæ reliquę ita inuenirēt-
tur, vt vna earum constaret vno semipede,
alia quinque, coniungerenī & lege illa, qua
vnum cum omnibus numeris cōiungi pōt,
& in summa sex fierent, quod sunt ēt tres &
tres. Nunc vero quia duo & quatuor inue-
niuntur, summa quidē reddent senariā, sed
nullo æqualitatis iure tm̄ valent duo, quan-
tum quatuor, vt in huiusce modi quasi neces
situdine copulentur. Nisi forte quis dixerit
satis esse ad aliquā regulam parilitatis, q⁹ vt
tres & tres, ita duo & quatuor sex fiunt, qui
rationi repugnandum non arbitror: est.n.
& hæc aliqua æqualitas. Sed illud nolim vt H
maiore congruentia quinque & tres, quàm
quinque & septem semipedes conuenerint.
Non enim tantum nomen est illius versus
quātum istorum, & vides in illo nō mō tan
tam summā inuentā collatis vno & tribus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quanta est in duobus & duobus, sed ét multo concordiores partes esse, cum iunguntur vnum & tria, propter illá vnius cum cæteris omnibus numeris amicitiá, q̃ cum duo & quatuor copulentur, sicut in istis est. An tibi aliquid obscurum est? D I. Nihil prorsus. Sed nescio qúo me offendit, cur isti senarij cũ sint celebratiores cæteris generibus, & principatum quendam in versibus habere dicantur, aliquid in membrorum concordia minus habent, q̃ illi famæ obscurioris versus. M A. Bono animo esto. Nam ego tibi tantá in illis ostendam concordiá, quantam soli ex omnibus habere meruerunt, vt videas non iniuria eos esse prælatos. Sed qa ipsa tractatio aliquanto est longior, q̃uis omnino iucundior, restare nobis debet extrema, vt cum de cæteris quantum satis videbitur disputauerimus, iam omni cura liberati, ad horũ scrutanda penetralia veniamus.

D I. Mihi vero placet, sed iam velim vt ista quæ priora suscepimus explicata essent, vt iam illud audirem commodius. M A. Isto rum cõparatione quę ante disserimus, fiunt illa dulciora quæ expectas. Nunc itaq; cõsydera, vtrum in duobus mẽbris, quorũ primum exhibeat semipedes sex, alterum septé, reperiatur ea æqualitas vt rite esse versus queat. Nã post quinq; & septé semipedes hunc esse discutiendum vides. Huius autẽ exẽplum est: Roma Romi cerne quanta sit deũ benignitas. D I. Video primum membrum posse in partes distribui, quæ habeant ternos semipedes, secundum in tres & quatuor: Quare iunctis æqualibus fiunt sex ea semipedes, tres vero & quatuor septé sunt, & non æquantur illi numero. M A. Sed si duos & duos & vnum in ea parte vbi tres sunt, & sunt consyderemus, iũctis partibus q̃ binos habent, fit summa quaternaria: iunctis autẽ illis quarum in vna duo sunt, in alia vnum, si ét ista tanq̃ sint quatuor accipiamus pp vnius cum cæteris numeris concordiá, octo simul fiunt, magisq́; excedunt summam senariam, q̃ cum septé fuissent. D I. Ita est vt dicis. M A. Et ideo genere copulationis à lege versuum separato, attende vt ordo postulat, in ea nunc mẽbra, quorũ primum habet octo semipedes, septé secundum. Ista vero copulatio habet quod quærimus. Nã p̃cedentis mẽbri partem dimidiam cum parte subsequenti maiore, quæ dimidiæ ꝓxima est iungens, quoniam quaterni semipedes sunt, octonarii numeri summam facio. Restant ergo quatuor semipedes de priori, tres de posteriore mẽbro. Duo hinc, duo inde copulata, fiunt quatuor. Duo rursus inde residui, & vnũ hinc, qui ad legẽ illius consonantiæ copulati, qua vnum reliqs par est, quodãmodo sumuntur pro quatuor. Ita iá octonarius superiori octonario congruit.

DI. Sed cur huius exẽplũ non audio? MA. Quia sæpe cõmemoratum est, tamẽ ne suo loco prætermissum putes, ipsum est: Roma cerne quanta sit deum benignitas. vel hoc etiam: Optimus, beatus ille qui procul negocio. Quare iam inspice nouẽ & septẽ semipedum connexionẽ, cuius exemplũ est: Vir optimus beatus ille qui ,peul negocio. D I. Facilis est cognitu ista congruentia. Superius.n. membrum in quatuor & quinq; posterius in tres & quatuor semipedes diuiditur. Pars ergo superioris minor cũ parte posterioris maiore coniuncta, octonariũ numerum facit: & maior superioris cum minore posterioris item octonarium. Nã illa cõmixtio est quatuor & quatuor, ista quinque & tres semipedes. Huc accedit, ꝙ quinque in duo & tres semipedes, tres át in duo & vnũ si diuiseris, apparet alia conuenientia duorum cum duobus, & vnius cum tribus, quia vnũ cum oibus numeris superius cõmemorata lege consertur. Sed nisi me ratio fallit, nihil restat vlterius quod de mẽbrorũ copulatione requiramus. Nã ad octo pertinet est pedes, quẽ numerum versui sicut ratio cognouimus non fas est excedere. Quare iã age illa senariorum versuũ heroici & iábici vel trochaici, quo intentionem meam & excitasti & distulisti, pande secreta. MA. Faciá, immò faciet ipsa ratio, q̃ mihi tibiq́; cõis est. Sed meministi ne q̃so cũ ageremus de metris dixisse nos & ipso sensu admodũ probasse illos pedes, quorũ partes ad sesquialterum conueniunt, siue in duobus & tribus, vt est creticus vel pæones, siue in tribus & quatuor, vt epitriti, exclusos à poetis ,ppter minoris venustatis sonũ, solutæ orationis seue ritatem, decorare congruentius, cũ his claudi- fulke colligantur? D I. Memini, sed quorsum hæc spectant? M A. Q̃m illud volo prius intelligamus, huiusce modi pedibus à poetarum tractatione seiunctis, nõ remanere, nisi eos quibus ad tantundẽ, vt spondeus est, aut eos quibus ad duplum vt iábus: aut eos quibus ad vtrunq; partes cõueniunt, vt chorią bus: D I. Ita est. M A. At si hæc est poetarũ materies & sola, oratio ãt soluta versibus inimica est, non versus vllus nisi ex hoc genere pedũ faciendus est. DI. Assentior. Video.n. poemata versibus atq; alijs lyricorũ poetarum metris fieri grandiora, sed adhuc quo ratio ista tendat, ignoro. M A. Ne propera, disputabimus.n. iã de senariorum versuũ excellentia: & prius ubi cupio demonstrare si potero, decentissimos senarios, nisi duorum istorum generũ esse non posse, quę omnium ét sunt celeberrima, quorũ vnum est heroicũ: vt, Arma virumq́; cano Troiæ, qui primus ab oris. Quod genus versus metitur spondeo & dactylo, subtilhori ãt ratione spondeo & anapæsto. Alterũ quod iambicum dicitur, & eadẽ ratione inuenitur trochaicũ. Nã credo tibi manifestum esse longis syllabis, nisi breues interponantur obtũdi quodãmodo spatia sonorum. Itẽ nisi breuibus longæ, nimis concisa & quasi tremula fieri, neutra esse tẽperata, q̃uis tẽporũ æqualitate aures impleant. Quamobrem nec illi versus qui sex pyrrhichios, & sex proceleumaticos habent, aspirant ad heroici dignitatẽ: nec illi ad trochaici qui sex tribrachos habent. Huc accedit, quia in istis quos cæteris ipsa ratio præponit, si mẽbra præposteras, totũ ita cõmutabitur, vt alios ét pedes necessario metiamur. Itaq; inconuersibihores, vt ità dicam, sunt q̃ illi, qui aut omnibus breuibus, aut longis oibus constant. Et ideo siue quinq; & septẽ, siue septem & quinq; semipedibus mẽbra in his tẽperatioribus ordinẽtur, nihil interest. Neutro.n. horum ordine conuerti versus põt sine tanta cõmutatione, vt alijs pedibus currere videatur. In istis autem si carmen cœptum erit talibus versibus, quorum priora mẽbra quinos semipedes habeant, non oporteat eos miscere, in quibus septem priores sunt, ne liceat oẽs conuertere. Non enim a cõuersione reuocat ulla pedum cõmutatio. Sed tũ heroicis conceditur spondeos oẽs rarissime interponere, quod quidẽ posterior ætas hæc nostra minime probauit. Trochaicis ãt siue iãbicis cum pedem tribrachũ quolibet loco interponere liceat, habere tamẽ in huiusce modi carminibus versum solutum in oẽs breues, turpissimum iudicatũ est. Remotis igit epitritis pedibus à lege versuũ senaria, non solum ꝙ solutæ orationi sunt aptiores, verumetiã ꝙ si sex fuerint, triginta & duo tẽpora excedunt, sicut dispondei, remotis etiã quinorum tẽporum pedibus, quod sibi eos licentius ad clausulas vendicauit oratio. Mo

losis itẽ & alijs temporum senariorũ q̃uis in poematis venustissime vigeant, ab hoc de quo nunc agimus numero temporum exclusis, restant versus omniũ breuiũ syllabarum, qui vel pyrrhichios, vel proceleumaticos, vel tribrachos habent, & omniũ longarũ spondeos. Qui quanq̃ admittantur ad senariũ modũ, dignitati tamen & tẽperationi horum qui breuibus longisq́; variantur, & ob hoc multo minus conuerti possunt, credant necesse est. Sed quæri põt cur meliores versus iudicati sint senarij, in quibus a- quo cõnapæstũ subtilis illa ratio meritur & ij in medius. quibus trochæũ, q̃ si dactylum ibi, & hic iã- metienbum metiretur: sine præiudicio.n. sentẽtiæ, di. C. 11. quoniam nũc de numeris agimus, si uersus C ita esset: Troiæ qui primus ab oris arma virumq́; cano. vel de illo genere: Qui procul malo pius beatus ille, vterq; horum nec minus senarius esset, nec minus breuium lõgarumq́; syllabarum tẽperatione moderatus, nec magis conuerti poterat, & in vtroq; mẽbra ita ordinata sunt, vt & in quinto & in septimo semipede pars orationis terminetur: Cur ergo meliores isti putãtur si potius ita sint: Arma virũq́; cano Troiæ qui primus ab oris. Beatus ille qui procul pius malo? In qua quæstione facilius & procliuius dixerim forte eueniſſe, vt isti prius animaduerterentur aut frequentarentur, aut si id non est fortuitum, melius crede visum fuisse, vt heroicus duabus longis, q̃ duabus breuibus & lõga claudereturꝙ in longis aures cõmodius acquiescunt. Ille ãt alter in finali semipede longam syllabã potius haberet q̃ breuẽ: res quidẽ sic se habet vt quicunq; horum priores eligerentur, necessario aliis auferrent locum, qui mẽbris ijsdẽ præposteratis fieri possent. Quo circa si melior iudicatus est, cuius exẽplum est: Arma virumq́; cano Troiæ qui primus ab oris, inepte iã fieret isto conuerso aliud genus, sicuti est: Troiæ qui primus ab oris arma virumq́; cano. D Quod ét de trochaico genere intelligendũ est. Nã si est horum honestior: Beatus ille q procul negocio. quod genus isto præposterato fieret, ut est: Qui procul negocio beatus ille, fieri profecto non oportet: tũ siquis audeat & faciat tales versus, manifestũ est eũ alia genera senariorum esse facturũ, quibus sunt ista meliora. Hi ergo senariorũ oium pulcherrimi nõ potuerunt ambo obtinere sinceritatẽ suã aduersus hoium licentiã: Nã in trochaico, genere, non senario solo, sed se

mis incipit vsq; ad magnitudinem extremã, quæ octo pedes habet. Miscendos autem poetæ putauerunt quaternorum temporum pedes omnes qui adhibentur ad numeros. Et Græci quidem alternis locis primo & tertio, & ita deinceps si à semipede versus incipit: sin ab integro trochæo, secundo & quarto loco, atque ita deinceps seruatis interuallis, memorati longiores collocantur pedes. Quæ corruptio vt tolerabilis fieret, non singulos pedes in duas partes, quarum vna leuationis, altera positionis est, plaudendo diuiserunt, sed vnum pedem leuantes, alterum ponentes, vnde ipsum senarium trimetrũ vocant, ad epitritorum diuisionem plausum retulerunt. Sed si hoc saltẽ constanter tenerẽt. quanuis pedes epitriti magis orationis sint q̃ poematis, nec iã senarius, sed ternarius versus inueniretur, non tũ omnimodo illa numerorum labefactaretur æqualitas. Nũc vero quatuor temporum pedes, dũmodo in locis memoratis ponantur, licet non in omnibus ponere, sed vbilibet eorum, & quoties libet. Nostri vero veteres, nec ipsa locorũ interualla intermiscendis huiusce modi pedibus seruare potuerunt. Quare in hoc genere poetæ ista corruptione atq; licẽtia plane assecuti sunt, quod eos voluisse arbitrandũ est, vt essent in fabulis poæmata solutæ orationi simillima. Sed qm̃ satis dictũ est cur inter senarios isti versus magis nobilitati sint, nunc videamus cur ipsi senarij melioris sint versus q̃ cæteri in quolibet alio pedũ numero cõstituti: nisi quid hẽs aduersus ista, quæ edisseras. DI. Prorsus assentior: & iam metrorũ illã æqualitatem, cui me attentissimũ paulo ante reddidisti, si vel nunc fas est cognoscere, vehementer expecto. MA. Totus ergo ades atque respondẽ, vtrum tibi videatur quælibet longitudo posse in quotlibet partes secari. DI. Satis mihi ista persuasa sunt: nec dubitari posse arbitror, quin omnis lõgitudo, quæ linea dicitur, habeat dimidiã sui partem, ac p hoc in duas lineas breues decussatim secari queat: & quia ipsæ duæ lineæ, q̃ ista sectione fiunt, proculdubio lineæ sunt, ẽt in ipsis hoc fieri posse manifestum est. Itaque & quantulacunq; longitudo in quotlibet partes secari potest. MA. Expeditissime atque verissime. Quare nũc illud vide, vtrum recte asseueretur omnẽ longitudinẽ ad latitudinem porrigẽdã, quæ ab ipsa oritur, tm̃ valere quãtum latitudinis quadratũ occupat. Si.n. mitis figurus aut amplius in latũ spatium protendit q̃ longa est linea vnde protenditur, quadratum non fit: sin tantum, nihil aliud quã quadratum fit. DI. Intelligo & assentior. quid se enim verius? MA. Illud ergo iam sequi vt ficta opinor vides, vt si pro linea in longum ordinati calculi pares ponantur, non perueniat il la longitudo ad quadratã formã, nisi per eundem numerum multiplicati calculi fuerint: vt si verbi gratia duos calculos ponas, quadratum non facias, nisi alijs duobus ad latitudinem iunctis: sin tres, sex adiungẽdi sunt, sed terni distributi ad duos ordines similiter in latitudinem. Si enim ad longitudinẽ additi fuerint, nulla figura fit. Longitudo.n. sine latitudine figura non est. Atque illa proportione licet consyderare alios numeros: vt.n. bis bina, & ter terna quadratas figuras in numeris faciunt, ita quater quaterna, quinquies quina, sexies sena atque ita per infinitum in cæteris. DI. Etiã ista rata & manifesta sunt. MA. Attende nunc vtrum sit aliqua temporis longitudo. DI. Quis dubitauerit nullũ esse tempus sine aliqua longitudine? MA. Quid versus? Potesne non obtinere aliquã temporis longitudinem? DI. Immo necesse est obtineat. MA. Quid in ea longitudine pro calculis melius collocamus, pedesne, qui duas in partes, id est, leuationem & positionem necessario distribuuntur: an ipsos semipedes potius, qui singulas leuationes positionesq́ue obtinent? DI. Semipedes congruentius iudico pro illis calculis poni. MA. Age nunc commemora membrum versus heroici breuius quot semipedes habeat. DI. Quinque. MA. Dic exemplum. DI. Arma virumq́ue cano. MA. Num igitur aliud H desyderas, nisi vt alij septem semipedes cum istis quinque aliqua æqualitate conueniant. DI. Nihil prorsus aliud. MA. Quid? septem semipedes possuntne aliquem versum complere per se? DI. Possunt vero. Nam tot semipedes habent primus ac minimus versus, annumerato in fine silentio. MA. Recte dicis, sed vt versus esse possit, quomodo in duo membra diuiditur? DI. In quatuor scilicet & tres semipedes. MA. Duc ergo in legem quadrati has partes singulas, & vide quid faciunt quatuor quater. DI. Sedecim. MA. Quid tria ter. DI. Nouẽ. MA. Quid totũ simul? DI. Viginti quinq;. MA. Septem ergo semipedes, quoniam possunt habere duo membra, singulis membris suis ad quadratorũ rationem relatis, vigesimumquintum numerum in summa faciunt, & est vna pars versus heroici. DI. Ita est. MA. Altera igitur pars, quæ habet quinq; semipedes, qm̃ non potest in duo membra diuidi, & debet aliqua æqualitate concinere, nonne tota in quadratum ducenda est? DI. Nihil aliud censeo, & iam tandem agnosco æqualitatem mirabilẽ. Quinque enim quinquies ducta eadẽ viginti quinq; consummãt.

I Nec ergo immerito senarij versus cæteris celebratiores nobilioreśque facti sunt. Dici enim vix potest, quantum inter illorũ æqualitatem in membris imparibus, & aliorum omnium intersit. MA. Non te ergo fefellit pollicitatio mea, vel potius ipsa nos quam vterque nostrum sequitur, ratio. Quare vt istum iam sermonem concludamus aliquando, cernis certe cum sint metra pene innumerabilia, versum tũ esse non posse nisi duobus membris sibimet concinnatis: aut totidem semipedibus, sed non conuertibiliter termina tis, vt est, Mœcenas atauis edite regibus: aut dispari numero etiam semipedum, sed tamen aliqua æqualitate cõiunctis, vt sunt quatuor & tres, aut quinque & tres, vel quinq; & septem, aut sex & septem, aut octo & septẽ, vel septem & nouẽ. A pleno enim pede trochaicus, vt est: Optimus beatus ille qui procul negocio. Et à non pleno potest versus exordiri: vt est, Vir optimus beatus ille qui procul negocio: terminari autem nisi non pleno prorsus non potest. Sed isti non plenipedes, siue integros semipedes habeãt, sicuti est iste quem nunc posui, siue minus q̃ dimidium pedem, sicut in illo choriambico duæ vltimæ

K breues, Mœcenas atauis edite regibus: siue plus q̃ dimidium, vt in eius capite duæ primæ longæ: aut in fine alterius choriambici bacchius: cuius exemplum, Te domus Euandri dria, te sedes celsa Latini. Omnes ergo isti non plenipedes, sed semipedes nuncupantur. Iam vero non solum talia poemata versibus fiunt, vt in his vnũ genus teneatur, qualia Epicorum poetarum sunt, vel ẽt Comicorum. Græci vocant, non tm̃ illis metris, q̃ lege versuum non tenẽtur, Lyrici poetæ faciunt, sed ẽt versibus. Nã ille Flacci: Nox erat, & cœlo fulgebat luna sereno Inter minora sydera: bimembris ambitus est, & versibus constãs. Qui duo versus sibimet conuenire non possunt, nisi vterque ad senorum temporũ referantur pedes. Nã modus heroicus cum mõ iambico vel trochaico non conuenit, quia illi pedes ad tantundẽ, hi ad duplum partiuntur. Fiunt ergo ambitus aut omnibus metris, aut oibus versibus, vt illi sunt, de quibus in superiori sermone disputatum est, cum de ipsis metris ageremus: aut tantũ versibus, vt ij de quibus nunc dictũ est: aut ut & versibus, & alijs metris tẽperentur, quale illud est: Diffugere niues, redeũt iam gramina cãpis, Arboribusq; comæ. Quo aũt ordine locentur vel versus cũ alijs metris, vel maiora mẽbra cũ minoribus, nihil inter est ad aurium voluptatẽ, dummodo non breuior q̃ bimembris, non amplior q̃ quadrimembris sit ambitus. Sed iam si nihil habes quod contradicas, finis sit huius disputationis, vt deinceps quod ad hanc partem Musicę attinet, quæ in numeris temporum est, ab his vestigijs eius sensus ad ipsa cubilia, vbi ab omni corpore aliena est, quanta possumus sagacitate veniamus.

Horati⁹ 4. carminum. L

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI de Musica Liber Sextus.

SATIS diu penes te atque adeo planè pueriliter per quinque libros in uesti gijs numerorum ad moras temporum pertinentium morati sumus: quã nostrã nugacitatem apud beneuolos homines facilè fortasis excuset officiosus labor: quem non ob aliud suscipiẽdum putauimus, nisi vt adolescentes, vel cuiuslibet ętatis homines, quos bono ingenio donauit Deus, non præpropere, sed quibusdam gradibus à sensibus carnis atque carnalibus literis, quibus eos non hærere difficile est, duce ratione auellerentur: atque vni Deo & domino rerum omnium, qui humanis mentibus nulla natura interposita præsidet, incommutabilis veritatis amore adhæresceret. Illos igitur libros qui leget, inueniet nos cum grammaticis & poeticis animis, non habitandi electione, sed itinerandi necessitate versatos. Ad hunc autem librum cum venerit, si vt spero & supplex deprecor, Deus & dominus noster propositum meum voluntatemq́ue gubernauerit, & eò quò est intenta perduxerit, intelliget non vilis possessionis esse vilem viã, per quam nunc cum imbecillioribus nec nosipsi admodum fortes ambulare maluimus, q̃ minus pennatos per liberiores auras præcipitare. Ita nos quantũ arbitror, aut nihil aut nõ

Repetit, trãslatum faciẽs ad sequẽtia. Cap. 1.

M

Universidad de Deusto
Biblioteca

multum peccasse iudicabit, si tũ de numero spiritalium virorum iste fuerit. Nam turba
A cętera de scholis linguarum tumultuantiũ, & ad plaudentium strepitũ vulgari leuitate lætantium, si forte irruerit in has literas, aut cõtemnent oẽs, aut illos quinque libros suf ficere sibi arbitrabit. Istum vero in quo fructus illorum est, vel abijciet quasi nõ necessarium, vel differet quasi post necessarium. Reliquos vero qui ad ista intelligenda eruditi nõ sunt, si sacramentis Christianæ veritatis imbuti, in vnũ & verum Deũ summa charitate nitẽtes, cuncta puerilia trãsuolaue runt, fraterne admoneo, ne ad ista descẽdãt, & cum hic laborare cœperint, de tarditate sua cõqueranť, ignorãtes itinera difficilia & molesta pedibus suis, volando se posse etiã ignorata transire. Si aũt ij legunt qui & infirmis aut inexercitatis gresibus hac ambu lare non possunt, & nullas pietatis alas habẽt, quibus ista neglecta præteruolent, nõ se inserãt incõuenienti negocio: sed præceptis saluberrimæ religionis, & nido fidei Christianæ pennas nutriãt, q̃bus superuecti laborem ac puluerẽ huius itineris euadãt, ma gis ipsius patriæ q̃ viarũ flexuosarum amo
B re flagrãtes. His.n.hæc scripta sunt, q̃ literis
Sonorũ numer⁹, quid & quõ deprehendatur. seculariblus dediti, magnis implicant errori bus, & bona ingenia in nugis cõterunt, nequiscietes q̃d ibi delectet. Quod si animaduer terẽt, viderẽt, quã essugerẽt illa retia, & quis nam esset beatissimæ securitatis locus. M A.

Cap. 2. Quãobrem tu cum quo mihi nunc ratio est, familiaris meus, vt à corporeis ad incorporea trãseamus, respondeſi videť, cum

Hymn⁹ sancti Ambro sij. istum versum pronunciamus, Deus creator omniũ, istos quatuor iambos q̃bus constat, & tẽpora duodecim vbinã esse arbitreris. i. in sono tantum qui audit, an etiã in sensu audientis qui ad aures pertinet, an in iactu etiã pronũciantis, an quia notus versus est, in memoria quoque nostra hos numeros eẽ fatendum est? D I. In his omnibus puto. M A. Nusquam ne amplius? D I. Quid aliud restet non video, nisi forte interior & superior aliqua vis sit vnde ista procedunt. M A. Non ego quæro quid suspicandum sit: quare si hæc quatuor genera ita tibi apparent, vt nullum aliud videas quod æque manifestũ sit, discernamus ea si placet ab in
C uicẽ, & videamus vtrũ singula esse sine mui
Numeri fontes rum fieri posse, vt in aliquo loco aliquis so nus existat huiusmodi morulis & dimensionibus verberans aẽrem, ve stillicidio, vel aliquo alio pulsu corporũ, vbi nullus asit auditor. Quod cũ sit, num præter illud primũ genus, cum ipse sonus hos numeros habet, nullũ horũ quatuor reperiť? D I. Nullum aliud video. M A. Quid iste alter qui est in sensu audiẽtis, potest ne esse, si nihil sonet? Nõ. n. quæro vtrum habeãt illæ aures vim pecipiẽdi si quicquã sonuerit, qua vtiq; nõ carent, si desit sonus. Nõ. n. & cum silentium est, nihil à surdis differunt, sed quæro vtrũ ipsos numeros habeãt, etiã si nihil sonet. Siquidẽ aliud est habere numeros, aliud posse sentire numerosum sonum. Nam & si sentientẽ corporis locum digito tãgas, quoties libet sentitur, toties sentiť tactu ille numerus: & cum sentiť, non eo caret sentiens. Et vtrum insit e iã tangente nullo, non sen sus ille, sed numerus, similiter quæriť. D I. Nõ facile dixerim carere sensum numeris talibus in se cõstitutis, etiã antequã aliquid sonet. Nõ enim aliter aut eorum mulcetur cõcinnitate, aut absurditate offenderetur. M A. Idipsum ergo quicquid est, quo aut annuimus, aut abhorremus, nõ ratione sed natura, cum aliquid sonat ipsius sensus numerum voco: Nõ enim tunc fit in auribus D meis, cum sonum audio, hæc vis approbãdi & improbandi. Aures quippe nõ aliter bonis sonis q̃ malis patent. Vide potius ne ista duo sint minime cõfundenda. Nã si versus quilibet modo correptius, modo ꝓductius pronunciẽť spatium tẽporis non idẽ teneat necesse est, quanuis eadẽ pedum ratione seruata. Vt ergo ipso suo genere aures mulceat, illa vis facit, qua cõcinna adsciscimus, & absurda respuimus. Vt aũt breuiore tempore sentiatur cum celerius, quàm cum tardius promitur, nõ interest aliquid nisi quan diu aures tangãtur sono. Affectio ergo hæc aurium cum tanguntur sono, nullo modo talis est, ac si non tangantur. Vt. n. differt audire ab eo quod est non audire, ita differt hanc vocem audire ab eo quod est alteram audire. Hæc igitur affectio nec vltra porrigitur, nec infra cohibetur, q̃n est mensura eius soni qui facit eam. Altera est ergo in iambo, altera in tribrachio, productior in productiore iãbo, correptior in correptiore, nulla in silẽtio. Quod si in numerosa voce sit, ẽt ipsa numerosa sit necesse est. Neque ei E se potest nisi cum adest effector eius sonus. Similis est enim vestigio in aqua impresso, quod neq; ante formatur quàm corpus imprefferis, neq; remanet cũ detraxeris. Naturalis autẽ illa vis quasi iudiciaria quæ auribus adest, non definit esse in silentio, nec nobis eam sonus inserit, sed ab ea potius, siue probandus, siuei mprobãdus excipiť. Quare ista duo, nisi fallor distinguenda sunt, & fatendũ numeros qui sunt in ipsa passione auriũ, cũ aliquid audiť, sono inferri, auferri silentio. Ex quo colligiť, numeros, qui sunt in ipso sono, posse esse sine istis qui sunt in eo quod est audire, cum hi sine illis esse non
Numeri num in vsu sint pronunciãtis sine numeris, i. memoria. Cap. 3. possint. D I. Assentior. M A. Attende igiť hoc tertium genus, quod est in ipso vsu & operatione pronunciantis. Et vide vtrũ possint esse hi numeri sine illis qui sunt in mẽmoria. Nam & taciti apud nosmetipsos possumus aliquos numeros cogitãdo peragere ea morã tpis, qua ẽt voce perageremus. Hos in quadam operatione animi esse manifestum est, quæ q̃n nullum edit sonũ, nihilq; passionis infert auribus, ostendit hoc genus sine illis duobus esse posse, quorum vnum in sono est, alterum in audiente q̃n audit. Sed vtrũ existeret nisi adiuuãte me-
F Numeri tertij. moria quærimus. Quanquam si anima hos numeros agit, quos in venarũ pulsu inuenimus, soluta quæstio est. Nã & in operatione hos esse manifestũ est, & nihil ad eos adiuuamur memoria. Quod si de his incertũ est, vtrũ operantis animæ sint, de istis certe, quos reciproco spiritu agimus, nulli dubiũ est, quin & tpum interuallis numeri sint, & eos sic anima operet, vt ẽt voluntate adhibita multis modis variari queant, nec tũ vt agantur vlla opus est memoria. D I. Videť mihi hoc genus sine tribus cæteris esse posse. Quãuis. n. pro tẽperatione corporum varios venarum pulsus, & respirationis interualla fieri non ambigã, tũ operante aĩa fieri, negare quis audeat? Qui cursus & si pro diuersitate corporum alijs celerior est, alijs tardior, nisi tũ absit aĩa, quæ id agat, nullus est. M A. Consydera igiť & quartũ genus, corum. s. numerorũ qui sunt in memoria.
Quarti numeri, qui memoriales dicũtur. Nã si eos recordatione depromimus, & cũ in alias cogitationes deserimus hos rursum relinquimus velut in suis secretis recondi-
G tos, non opinor occultum, eos esse posse si-
De sentibus iudi- ne cæteris, sed tũ nisi auditi vel cogitati nõ mã darentur memoriæ, & ideo quanquam illis desinentibus maneant, ijsdem tũ præcedentibus imprimuntur. M A. Non resistam tibi, & vellẽ iã quęrere, quod tandẽ horum

quatuor generum ꝑfectissimũ iudices, nisi cio natu
arbitrarer dum illa tractamus, nescio vnde rali.
apparuisse nobis quintum genus q̃d est in Cap. 4.
ipso naturali iudicio sentiendi, cum delecta- Numemur parilitate numerorum, vel cum in eis rorum
peccatur, offendimur. Non. n. cõtemno q̃d quinta
tibi vilum est sine quibusdã numeris in se differen
latẽtibus hoc sensum nostrum nullo modo tia.
agere potuisse. An forte ad istorũ quatuer
aliqd genus hanc tantã vim pertinere arbitraris? D I. Ego vero ab illis omnibus hoc Primi.
genus distinguendum puto. Siquidẽ aliud Secũdi.
est sonare q̃d corpori tribuiť, aliud audire Tertij.
q̃d in corpore aia de sonis patiť, aliud ope- Quarti.
rari numeros vel ꝑductius vel correptius, Quinti.
aliud ista meminisse, aliud de his omnibus, vel annuendo, vel abhorrendo quasi quodã naturali iure ferre sententiã. M A. Age nunc dic mihi quinque horum q̃d maxime excellat. D I. Hoc quintum puto. M A. Recte putas. non. n. de illis posset, nisi excelleret, iudicare. Sed rursus q̃ro, cæterorum H quatuor q̃d maxime probes? D I. Illud profecto q̃d est in memoria, quia video ibi diuturniores esse numeros, q̃ cum sonant vel cum audiuntur, vel cum aguntť. M A. Præponis ergo factos facientibus. Nã istos qui sunt in memoria, ab illis alijs imprimi pauloante dixisti. D I. Nollem ꝑponere. Sed rursus qũo non præponam diuturniora minus diuturnis non video. M A. Non te istud moueat. Non. n. sicut æterna tẽporalibus, ita ea q̃ diutius abolentur ijs, q̃ breuiore tpe transeunt, præferenda sunt. Quia & sanitas vnius diei profecto est melior, quam multorum dierum imbecillitas. Et si optanda optandis comparemus, melior est vnius diei fectio, quàm plurium scriptio, si eadem res vno die legatur q̃ pluribus scribitur. Ita numeri qui sunt in memoria, & si Compadiutius maneant, q̃ illi à quibus imprimun- rat, nutur, non eos tũ anteponere oportet eis, quos meros agimus non in corpore, sed in aĩa. Vtrique memo- .n. prætereunt, alij cessatione, alij obliuione. riales ter Sed illi quos operamur, ẽt nondum cessan- tijs, vel tibus nobis succesione sequentium videntť tertię dif auferri, dum primi secundis, & secundi ter- ferentiæ tijs, atq; ita deinceps priores posterioribus numero prætereundo concedunt locum, donec vlti- rum. mos perimat ipsa cessatio. Obliuione vero I plures simul numeri, quamuis paulatim absterguntur. Nam nec ipsi aliquandiu manent integri. Quod enim post annũ, verbi gratia, in memoria non inuenitur, etiã post

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnum diem iam minus est, sed non sentitur
ista diminutio. Non tamẽ falso ex eo conij-
citur, quia non vtique pridie quàm comple-
tur annus repente totum euolat. Vñ intelligi
datur, ab illo tẽpore quo inhæret memoriæ,
incipere labi. Hinc est illud qđ plerũq; dici-
mus, tenuiter memini, cum aliquid post tps
recordando repetimus, antequam planè totũ
excidat. Quapropter vtrunque hoc nume-
rorũ genus mortale est. Veruntamen facien-
tes factis iure anteponũtur. DI. Accipio &
probo. MA. Iam ergo tria reliqua intuere,
& eorum quoque quod sit optimum & cæte-
ris præferendum, edissere. DI. Non est hoc
facile. Nam ex illa regula qua factis facien-
tes oportet anteferre, cogor sonantibus nu-
meris palmã dare: hos.n. sentimus audientes,
& cum hos sentimus, hoc patimur. Hi ergo
faciunt eos qui sunt in aurium passione cum
audimus: hi autẽ rursus, quos sentiendo au-
K dimus & habemus faciũt alios in memoria,
quibus à se factis recte præferuntur. Sed hic
quia & sentire & meminisse aiæ est, nõ mo-
ueor si aliquid quod in aia sit, alicui quod itẽ
in ea sit, anteponam. Illud me conturbat,
qũo sonãtes numeri, qui certe corporei sunt,
vel quoquo modo in corpore magis laudan-
di sint, quam illi qui cum sentimus in ani-
ma esse reperiũtur. Sed rursus cõturbat qũo
non magis laudandi sint, cum hi faciant, illi
ab his fiant. MA. Mirare potius quomodo
facere aliquid in anima corpus potest. Hoc
enim fortasse non posset, si non peccato pri-
mo corpus illud quod nulla molestia & sum
ma facilitate animabat & gubernabat, in de-
terius commutatum, & corruptioni subij ce-
retur & morti: quod tamẽ habet sui generis
pulchritudinem, & eoipso dignitatem animę
satis commendat, cuius nec plaga & morbus
sine honore alicuius decoris meruit esse.
Quam plagã summa Dei sapientia, mirabili
& ineffabili sacramẽto dignata est assumere,
cum hominem sine peccato, nõ sine peccato-
ris conditione suscepit. Nam & nasci huma-
nitus, & pati & mori voluit. Nihil horum
L merito, sed excellentissima bonitate, vt nos
caueremus magis superbiam, qua dignissi-
me in ista cecidimus, q̃ contumelias quas in
dignus excepit, & animo ęquo mortem de-
bitam solueremus, si propter nos potuit etiã
indebitã sustinere: & quicquid sceretius aut
purgatius in tali sacramento à sanctis & me
lioribus intelligi potest. Ergo animã in car-
ne mortali operantem passionem corporum
sentire non mirum est. Nec quia ipsa est in
corpore melius putandum est omne quod in
ea fit, quàm omne qđ fit in corpore. Credo
enim tibi videri verum falso esse præponen-
dũ. DI. Quis dubitauerit? MA. Nũ uera
est arbor quã videmus in somnis? DI. Nul-
lo modo. MA. At eius forma in anima fit,
huius autem quam nunc videmus in corpo-
re facta ẽ. Quare cũ & verũ falso, & anima
corpore melior sit, verum in corpore melius
est quã falsum in anima. Sed ut hoc inquã-
tum verum, non inquantum in corpore fit,
melius est: ita illud inquantum falsum, non
inquantum in anima fit, fortasse est inferius
& deterius. Nisi quid habes ad hæc? DI.
Nihil equidem. MA. Audi aliud quod sit
ut puto vicinius. Neque.n. negabis, quod de-
cet, esse melius q̃ id quod nõ decet. DI. Im M
mo fateor. MA. At in qua veste decens est
mulier, in eadem virum indecentẽ esse pos-
se quis ambigat? DI. Et hoc manifestũ est.
MA. Quid ergo forma ista numerorũ de-
cet in sonis qui illabũtur auribus, & dedecet
in anima, cum eos sentiendo ac patiendo ha-
bet. Num magnopere mirandum est? DI.
Non opinor. MA. Quid ergo dubitamus
sonãtes numeros atque corporeos præpone-
re ijs qui ab ipsis fiunt, quanuis in anima
fiant, quæ corpore est melior, quia numeros
numeris & facientes factis, non corpus ani-
mæ præponimus? Corpora enim tanto me-
liora sunt, quanto numerosiora talibus nu-
meris. Anima vero istis quæ per corpus ac-
cipit, carendo fit melior, cum sese auertit à
carnalibus sensibus, & diuinis sapientiæ nu-
meris reformatur. Ita quippe in scriptutis
sanctis dicitur: Circumiui ego, vt scirem, &
considerarẽ & q̃rerem sapiẽtiã & numerũ: Eccles.
qđ nullo mõ arbitrandum est de his nume-
ris dictũ qbus ẽt flagitiosa theatra psonãt.
Sed de illis credo, quos non a corpore accipit
anima, sed acceptos etiam à summo deo ipsa
potius imprimit corpori. Quod quale sit, nõ
hoc loco est considerãdum. MA. Veruntã-
mẽ ne illud occurrat, arboris vitã meliorẽ esse
se quàm nostram, quoniam non accipit sen-
tiẽdo à corpore numeros, nullus.n. ei sensus
est: diligẽter cõsyderandum est, vtrum reue-
ra nihil sit aliud quod dicitur audire, niſi ali-
quid à corpore in anima fieri. Sed perabsur-
dũ est fabricatori corpori materiã quoquo
modo animam subdere. Nunquam enim
anima ẽ corpore deterior: & omnis materia
fabricatore deterior. Nullo modo igitur
anima

anima fabricatori corpori est subiecta mate-
ries. Esset autem si aliquos in ea numeros
corpus operaretur. Non ergo cum audimus
fiunt in anima numeri ab ijs, quos in sonis
cognosci mus. An aliquid renuis? DI. Quid
ergo quod in audiẽte contingit? MA. Quic-
quid illud sit quod fortasse inuenire aut ex-
plicare nõ possumus, num ad hoc ualebit ut
animã corpore meliorẽ esse dubitemus? Aut
cũ hoc fateamur, poterimusne operanti cor-
pori, & numeros imponenti eam subdere, ut
illud sit fabricans, hæc autem materies de
qua, & in qua numerosum aliquid fabriceẽ?
Quod si credimus, deteriorẽ illã credamus
necesse est. Quo quid miserius, quid detesta-
B bilius cred: potest? Quæ cum ita sint, conа-
bor equidem quãtum Deus adiuuare digna-
bitur, quidnam ibi lateat coniectare atq; dis-
ferere. Sed si hoc propter utriusque aut alte-
rius nostrum infirmitatẽ minus pro uolun-
tate successerit, uel nosipsi alias sereniores id
inuestigabimus, uel intelligẽtioribus inuesti-
ganda deferemus, uel æquo animo latere pa-
tiemur: non tamẽ ideo ista certiora de mani-
bus debemus amittere. DI. Tenebo istud in-
concussum si potuero, & tamẽ latebrã istam
non esse impenetrabilem nobis uelim. MA.
Cito dicã quid sentio. Tu uero aut sequere,
aut etiã præcede si ualebis, ubi me cunctari,
& hæsitare animaduerteris. Ego.n. ab anima
hoc corpis animari non puto, nisi intentione
facientis. Nec ab isto quicquã illam pati ar-
bitror, sed facere de illo, & in illo tanquam
subiecto diuinitus dominationi suæ. Aliquã-
do tamen cum facilitate, aliquando cũ diffi-
cultate operari, quãto p eius meritis magis
minus ue illi cedit natura corporea. Corpo-
ralia ergo quæcũq; huic corpori ingeruntur
aut obijciuntur extrinsecus, non in anima,
C sed in ipso corpore aliquid faciũt, quod operi
eius aut aduersetur, aut congruat. Ideoq; cũ
renititur aduersanti, & materiã sibi subiectã
in opis sui uias difficulter impingit, fit attẽ-
tior ex difficultate in actione, quæ difficultas
propter attẽtionem, cum eam non latet, sen-
tire dicitur, & hoc vocatur, dolor aut labor.
Cum autẽ congruit quod infertur aut adia-
cet: facile totum id uel ex eo quantum opus
est, in sui operis itinera traducit. Et ista eius
actio qua suum corpus conuenienti extrin-
secus corpori adiũgit, quoniã propter quid-
dam aduentitium attentius agitur non latet,
sed propter conuenientiã cũ uoluptate sentit.
At eã desunt ea quibus corporis detrimenta
reficiat, egestas consequitur, & hac actionis
difficultate cum fit attẽtior, & talis eius ope-
ratio non eam latet, fames aut sitis, aut tale
aliquid appellatur. Cum autẽ supersunt in-
gesta, & ex eorum onere nascitur difficultas
operandi, neq; hoc sine attẽtione fit, & cum
talis actio non latet, & cruditas sentitur, attẽ-
te etiam operatur cum eijcit superfluum, si
leniter, cum uoluptate: si aspere, cum dolore.
Morbidam quoque perturbationẽ corporis
attente agit, succurrere appetens labenti atq;
defluenti, & hac actione nõ latente morbos
& ægrotationes sentire dicitur. Et ne lõgum
faciã, uidetur mihi anima cum sentit in cor-
pore, non ab illo aliquid pati, sed in eius pas- D
sionibus attentius agere, & has actiones siue
faciles propter conuenientiam, siue difficiles
propter inconuenientiã, nõ eã latere: & hoc
totũ est quod sentire dicitur. Sed iste sensus
qui etiam dum nihil sentimus, inest tamen,
instrumentum est corporis, quod ea tẽperа-
tione agitur ab anima, ut in eo sit ad passio-
nes corporis cũ attentione agẽdas parаtior,
similia similibus ut adiũgat, repellatq; quod
noxiũ ẽ. Agit porro, ut opinor, luminosum
aliquid in oculis aereum, serenissimũ, & mo
bilissimum in auribus, caliginosum in nari-
bus, in ore humidum, in tactu terrenum, &
quasi lutulentum. Sed siue hac siue alia di-
stributione ista coniiciantur, agit hæc anima
cum quiete, si ea quæ insunt in unitate uali-
tudinis, quasi familiari quadam confessione
cohæserint. Cum autem adhibentur ea, quæ
nonnulla ut ita dicam alteritate corpus affi-
ciunt, & exerit attentiores actiones, suis qui-
busq; locis atq; instrumentis accõmodatas,
& tũc videre vel audire, vel olfacere, vel gu-
stare, vel tãgẽdo sentire dicit, quibus actio-
nibus cõgrua libẽter associat, & molestе ob-
sistit incõgruis. Has operationes passionibus
corporis puto animã exhibere cũ sentit, nõ E
easdẽ passiones recipere. Quapropter cũ de
sonorum numeris in præsentia quæratur, &
sensus auriũ uocetur in dubium, nõ oportet
per cætera diutius euagari. Reseramus itaq;
nos ad id de quo agitur, & uideamus utrum
sonus in auribus aliquid faciat. An tu id ne-
gabis? DI. Nihil minus. MA. Quid easdem
aures animatum membrum esse nonne con-
cedis? DI. Concedo. MA. Cum ergo ele-
mẽtum id quod in eo mẽbro simile est aeri,
moueatur aere percusso, animam illam, quæ
ante istum sonum uitali motu in silẽtio cor-
pus auriũ uegetabat, nũ putamus aut cessа-
re posse

re posse ab opere mouendi quod animat,aut eodē modo mouere commotum extrinsecus aerem auris suæ, quo mouebat antequā ille illaberetur sonus? DI. Nō uidetur mihi aliter. MA. Hoc ergo genus taliter mouere nonne fatendum est facere esse, non pati? DI. Ita est. MA. Non igitur absurde credimus motus suos animam uel actiones vel operationes,uel si quo alio nomine commodius significari possunt, non latere cum sentit. Hæ autem operationes, uel præcedentibus corporū passionibus adhibentur, ut sunt cum ille oculorum nostrorū lucē formæ interpellant,aut in aures influit sonus, aut naribus exhalationes palato sapores, cætero corpori quælibet solida & corpulēta admouentur extrinsecus, uel in ipso corpore de loco in locum migrat aliquid siue trāsit, uel totum ipsum corpus suo alienoue pondere mouet. Hæ sunt operationes,quas adhibet anima præcedentibus passionibus corporis, quæ delectant eam associantē,offendūt resistentē. Cū autē ab eisdē suis operationibus aliquid patit,à seipsa patit,nō à corpore, sed planè cū se accōmodat corpori:& ideo apud seipsam minus est, quia corpus semp minus quàm ipsa est. Conuersa ergo à domino suo ad seruum suum necessario deficit. Conuersa itē à seruo suo ad dominum suū, necessario proficit, & præbet eidē seruo facillimam uitā,& ꝓpterea minime operosam,& negotiosam, ad quā propter summā quietē nulla detorqueat attētio,sicut est affectio corporis quæ sanitas dicitur. Nulla quippe attētione nostra opus habet, non quia nihil tunc agit anima in corpore, sed qa nihil facilius agit. Nā in omnibus operibus nostris,tāto quisq; attentius, quāto difficilius operamur. Hæc autē sanitas tunc firmissima erit atq; certissima,cū pristinæ stabilitati, certo suo tēpore atq; ordine hoc corpus fuerit restitutū, quæ resurrectio eius antequam plenissime intelligatur,salubriter creditur. Oportet.n.animam,& regi à superiore,& regere inferiorē. Superior illa solus Deus est, inferior illa solum corpus,si ad omnem, & totā animā intēdas. Vt ergo tota esse sine domino,sic excellere sine seruo nō pōt. Vt aūt dñs eius magis est quàm ipsa,ita seruus eius minus. Quare intēta in dominum, intelligit æterna eius,& magis est, magisque est etiam ipse seruus in suo genere per illā. Neglecto autē domino intēta in seruum carnalē, quæ dicitur cōcupiscētia,sentit motus suos, quos illi exhibet, & minus est:nec tamē tantū minus,quātum ipse seruus,etiam cum maxime ęst in natura propria. Hoc autē delicto multo minus est quàm erat,cum ille ante delictū magis esset. Quocirca mortali iam & fragili, cū magna difficultate atq; attentione dominatur. Hinc illi error incurrit, ut uoluptatem corporis, quia eius attentioni cedit materies, pluris æstimet quàm ipsam sanitatem,cui attentione nulla opus est. Nec mirum si erumnis implicatur præponēs curam securitati. Cōuertenti autē se ad dominū,maior cura orit, ne auertatur, donec carnalium negociorum requiescat impetus effrenatus consuetudine diuturna, & tumultuosis recordationibus conuersioni eius sese inferēs:ita sedatis motibus suis, quibus in exteriora prouehebatur, agit ocium intrinsecus liberum,quod significatur sabbato, si cognoscit solum Deum esse dominum suum,cui uni summa libertate seruitur. Non autem illos carnales motus, ut cum libet exerit,ita etiā cum libet extinguit. Non enim sicut peccatum in eius potestate est,ita etiā pœna peccati. Magna quippe res est ipsa anima, nec ad opprimendos lasciues motus suos,idonea sibi remanet. Valētior.n. peccat, & post peccatum diuina lege facta imbecillior, minus potens est auferre quod fecit. Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christū dominum nostrū. Motus igitur animæ seruās impetum suum,& nōdum extinctus,in memoria esse dicitur:& cum in aliud intēditur animus, quasi nō inest animo pristinus motus,& reuera minor fit, antequam intercidat,quadā similiū uicinitate renouet. Sed uelim scire utrum te aduersus ista nihil moueat. DI. Probabiliter mihi dicere uideris, nec ausim resistere. MA. Cum igitur ipsum sentire mouere sit corpus aduersus illum motū,qui in eo factus est, nō existimas ideo nos nō sentire, cū ossa & ungues, & capilli secantur, nō quia ista in nobis omnino nō uiuunt.nō .n.aliter aut cōtinerentur aut nutrirentur,aut crescerēt,aut etiā uim suam in seminandā serendaue prole monstrarent: sed quia minus libero aere penetrantur,mobili scilicet elemēto, quàm ut motus ibi possit ab anima fieri tam celer quàm est ille, aduersus quē fit,cū sentire dicitur. Talis quędam uita cum in arboribus atque stirpibus cæteris esse intelligat,nullo modo eā nō solū nostræ quæ ratione etiam præpollet, sed ne ipsi quidem beluinę decet præponere. Aliud enim

enim est summa stoliditate,aliud summa sanitate corporis nihil sentire. Nā in altero instrumēta desunt,quę aduersus passiones corporis moueant,in altero ipsę passiones. DI. Probo & assentior. MA. Redi ergo mecum ad propositum, atq; responde de tribus illis generibus numerorū, quorū alterum in memoria est,alterum in sentiendo, alterum in sono,quodnā tibi uideatur excellere? DI. Sonū duobus illis postpono, quæ in anima sunt, & uiuunt quodammodo. Sed horum duorū quod prędtātius iudicē,incertus sum, nisi forte quoniam illos,qui sunt in actione, nō ob aliud præponēdos ijs qui sunt in memoria dixerā,nisi ꝙ illi facientes sunt,isti ab his facti: eadem ratione istos etiam qui dum audimus insunt in anima, oportet ijs antepone qui ab ijsdē in memoria fiunt, sicuti & dudum mihi uidebatur. MA. Non puto absurdā responsionē tuā. Sed quoniā disputatū est,hos etiam qui sunt in sentiendo numeros operationes esse animæ, qūo eos ab illis discernis, quos in actu esse animaduertimus etiā cum in silentio nō recordās agit aliquid anima per tēporalia spatia numerorum? An quod illi sunt mouentis sesę animę ad corpus suum,hi uero in audiendo mouentis sese animæ aduersus passiones corporis sui? DI. Accipio istā differentiā. MA. Quid in sententia manēdumne esse arbitraris,ut præstātiores illi iudicent,qui sunt ad corpus, quàm illi qui sunt aduersus passiones corporis? DI. Liberiores mihi uidētur illi, qui sunt in silentio, quàm ij qui non solum ad corpus, sed ad passiones etiam corporis exeruntur. MA. Distincta à nobis, & quibusdam meritorū gradibus ordinata uideo quinque genera numerorum,quibus si placet, imponamus congrua uocabula,ne in reliquo sermone pluribus uerbis quàm rebus uti necesse sit. DI. Placet uero. MA. Vocentur ergo primi iudiciales, secundi progressores, tertij occursores,quarti recordabiles, quinti sonātes. DI. Teneo, & his nominibus utar libētius. MA. Attende igitur deinceps,& dic mihi, quinam istorum immortales tibi uideantur, an oēs suis tēporibus labi atq; occidere existimas? DI. Iudiciales solos immortales puto. Cæteros uideo uel trāsire cū fiunt, uel de memoria obliuione deleri. MA. Tam certus es de istorum immortalitate,quàm certus es de interitu cæterorum, an diligentius, utrum uere hi immortales sint oportet quærere? DI. Quęramus sanè. MA. Dic ergo cū aliquanto correptius siue productius, dum seruiā tēporum legi, qua simplo ad duplū pedes cōueniunt,uersum pronuncio, nū offendo ulla fraude iudicium sensus tui? DI. Non omnino. MA. Quid sonus ille, qui correptioribus, & quasi fugacioribus syllabis ęditur,num potest plus tēporis occupare quàm sonat? DI. Qui potest? MA. Iudiciales ergo illi numeri, si uinculo temporis in tanto spatio tenerentur, quanto isti sonantes digesti sunt,possetne ad eorum sonantiū, qui paulo productius etiā iābica lege funduntur, aspirare iudicium? DI. Nullo modo. MA. Igitur apparet hos mora temporum, qui iudicando præsident,non teneri? DI. Prorsus apparet. MA. Recte annuis. Sed si nullo tēpore tenerētur,quātolibet productius legitimis interuallis iambicos proferrē,sonos nihilo minus ad iudicādum adhiberētur. Nunc uero si ęderem unā syllabā quanta mora peraguntur,ne multum dicā,tres passus incedētis,& aliā duplo,atque ita deinceps tā longos iambos ordinarē,simpli & dupli lex illa nihilominus seruaretur, nec tamē naturale illud iudicium his dimensionibus approbādis adhibere possemus. An tibi nō uidetur? DI. Negare non possum ita uideri. Nā mea quidē sententia res in aperto est. MA. Tenentur ergo, & hi iudiciales nonnullis finibus temporalium spatiorū, quos in iudicādo excedere nequeunt,& quicquid excedit hæc spatia, non assequuntur ut iudicent: atq; ita si tenētur qūo sint immortales nō uideo. DI. Nec ego uideo quid respondeā. Sed quanquā de immortalitate horum iam minus præsumā, non tamen quo pacto hinc mortales cōuincantur intelligo. Fieri enim potest ut quantacumque spatia iudicare possunt, semper id possint,quoniā nō sicut de cæteris, aut obliuione aboleri possunt,aut tandiu esse, uel intantum extendi,quādiu sonus pellitur,& inquātū extēduntur occursores,illi aut quādiu aguntur,uel quātum ꝓducuntur, quos progressores uocauimus. Nā utrique cum ipso tempore operationis suæ transeunt. Hi autē iudiciales utrum & in anima, nescio, in ipsa certe hominis natura manent, iudicaturi de oblatis,quāquā à certa breuitate usq; ad certā longitudinē uarientur, approbando in his numerosa,& pturbata dānando. MA. Saltem illud concedis alios homines citius offendi claudicantibus numeris, alios tardius, & plerosque non nisi ex comparatione integrorum iudicare uitiosos, cum illos, & illos audie-

Trium numero rū ordo. Cap. 6.

K

Numerorū nomina.

Numerus iudicialis. Cap. 7.

Universidad de Deusto Biblioteca

audierint. DI. Cõcedo. MA. Vnde tandem hãc differentiã putas existere, nisi aut natura,aut exercitatione, aut vtroque? DI. arbitror. MA. Quæro igit, vtrum possit aliquis aliquãto productiora interualla iudicare & approbare,quæ alius nõ possit? DI. Credo esse posse. MA. Quid ille q nõ põt si se exerceat cõgruẽter,nec adeo tardus sit, non ne poterit? DI. Poterit vero. MA. Num in tm possunt isti proficere ad ꝓductiora iudicãda,vt horarum,vel dierum vel ẽt mensium, annorumue dupla & simpla spatia,cum saltẽ somno impediant, sensu illo iudiciario possint cõprehendere,& tãquã illos iambos motionis nutibus approbare? DI. Nõ possunt. MA. Quid itaque non pũt,nisi quia vnicuique animanti in genere ꝓprio ꝓportione vniuersitatis sensus locorum tẽporumq; tributus est,vt quo corpus eius ꝓportione vniuersi corporis tm est,cuius pars est,& ætas eius ꝓportione vniuersi seculi tãta est cuius pars est:ita sensus eius actioni eius cõgruat, quam ꝓportione agit vniuersi motus cuius hæc pars est? Sic habendo oia magnus est hic mundus,qui sæpe in scripturis diuinis cœli & terræ nomẽ nuncupat,cuius oẽs partes si ꝓportione minuãtur,tãtus est,& si ꝓportione augeant, nihilominus tãtus est: quia nihil in spatijs locorum & tẽporum p seipsum magnum ẽ, sed ad aliquid breuius:& nihil rursus in his per seipsum breue est,sed ad aliqd maius. Quapropter si humanæ naturæ ad carnalis vitæ actiones talis sensus tributus est, quo maiora tẽporum spatia iudicare non possit q̃ interualla postulãt ad talis vitæ vsum ptinentia,qm talis hois natura mortalis est, etiam talẽ sensum mortalẽ puto. Nõ.n.frustra cõsuetudo quasi secunda, & quasi affabricata natura dicit. Videmus autẽ velut quosdam sensus nouos in iudicandis huiusce modi rebus corporeis cõsuetudine affectos,alia consuetudine deperire. Sed quoquo modo se habeant hi numeri iudiciales, eo certe præstant q dubitamus,vel difficile perue stigamus, vtrum mortales sint. De cæteris autẽ quatuor generibus nulla quæstio est, quin mortales sint,quorum etsi quosdã nõ comprehendant qa vltra ipsorum iura porrecti sunt,genera tm ipsa suo examini vendicant. Nã & illi progressores cum aliquã in corpore numerosam operationẽ appẽtunt,latẽter istorum iudicialium nutu modificantur. Quod enim nos vel ambulantes ab impari bus passibus, vel ꝓcutientes ab imparibus interuallis plagarum vel edẽtes vel bibẽtes ab imparibus malorum motibus,scalpentes denique ab imparibus vnguium ductibus, ne ꝓ multas alias operationes percurrã, & quod nos in qualibet attentione agendi aliquid ꝓ corporis mẽbra ab imparibus motibus refrenat & cohibet & quandã paritatem tacite imperat, idipsum est iudiciale nescio qd, quod cõditorem animalis insinuat deũ, quẽ certe decet credere authorẽ cõuenientiæ atq; cõcordiæ. Et illi occursores numeri,q certe nõ ꝓ suo nutu,sed ꝓ passionibus corporis agunt, inquantũ eorum interualla põt memoria custodire,intantũ his iudicialibus iudicãdi offerunt atq; iudicãtur. Numerus nanque iste q interuallis temporum cõstat, nisi adiuuemur in eo memoria, iudicari à nobis nullo pacto põt. Quãlibet enim breuis syllaba,cum & incipiat & desinat,alio tẽpore initium eius,& alio finis sonat. Tenditur ergo & ipsa quãtulocunque tẽporis interuallo, & ab initio suo ꝓ mediũ suum tendit ad finem. Ita ratio inuenit tam localia q̃ temporalia spatia infinitã diuisionem recipere, & idcirco nullius syllabæ cũ initio finis audit. In audiẽda itaque vel breuissima syllaba, nisi memoria nos adiuuet, vt eo momento tẽporis quo iam nõ initiũ, sed finis syllabæ sonat,maneat ille motus in animo q factus cum initium ipsum sonuit, nihil nos audisse possumus dicere. Hinc est illud ꝙ plerunque alia cogitatione occupati,corã loquentes nõ nobis videmur audisse: Nõ quia occursores illos numeros non agit tunc anima, cũ sine dubio sonus ad aures peruenit, & illa i passione corporis sui cessare nõ possit, nec possit nisi aliter moueri q̃ si illa non fieret:sed quia intentione in aliud subinde extinguit motionis impetus, qui si maneret i memoria, vtique maneret, vt nos & inueniremus & sentiremus audisse. Quod si de vna syllaba breui minus sequatur mens tardior,quod inuenit ratio,de duabus certe nemo dubitat, quin eas simul nulla anima possit audire. Non enim sonat secunda nisi prima desiterit: quod autem si mul sonare nõ potest,simul audire quis potest? Vt igitur nos ad capienda spatia locorum diffusio radiorum iuuat, q è breuibus pupillis in aperto emicant,& adeo sunt nostri corporis,vt quanquã sint in ꝓcul positis quas videmus, à nostra anima vegetentur: vt ergo effusione lucis adiuuamur ad capienda

Numeri mortales. Cap. 8.

capienda spacia locorum, ita memoria, quæ quasi lumen est temporalium spatiorum,quãtum in suo genere extendi quodãmodo põt, tantũ eorũdem spatiorum capit. Cũ aũt diutius aures pulsat sonus nullis distinctus articulis,& ab aliquo tandẽ fine,cõiunctus alter duplo, aut,ẽt tanto æditur spatio, attentione in succedentẽ ꝓpetuo sonũ,motus ille animi qui attentione ad ꝓteritũ & elapsum sonum cum trãsibat est factus,reprimitur, id est,nõ ita remanet in memoria. Quapropter iudiciales illi numeri, qui numerosis interuallis tẽporũ situs exceptis,progressoribus,quibus etiam ipsum progressum modificant,iudicare non possunt, nisi quos eis tanquam ministra memoria obtulerit,nonne ipsi existimãdi sunt ꝓ certum spaciũ tpis tendi? Sed interest,q̃bus temporum spacijs,vel excidat nobis,vel meminerimus qd iudicant. Siquidẽ nec in ipsis corporũ formis, quæ ad oculus pertinent,possemus rotũda vel quadrata,vel qcunq; alia solida, & determinata iudicare, & omnino sentire,nisi ex obliquo oculos verteremus. Cũ aũt alia pars aspicitur,si excederit quod est aspectũ in alia, frustratur omnino iudicantis intentio, qa & hoc aliqua mora temporis fit, Cui varietati opus est inuigilare memoriã. Recordabiles vero numeros multo euidentius est, quod eadem ipsa offerente memoria, iudicamus his iudicialibus. Nam si occursores,quantum ab ea offeruntur, tantum iudicantur, multo magis is ad quos tanquam repositos post alios intentiones reuocamur recordatione, in memoria viuere inueniunt. Quid.n.aliud agimus cum reuocamus nos in memoriã,nisi quodã modo quod reposuimus quærimus? Reccurrit autem in cogitationem occasione similiũ motus animi non extinctus, & hæc est, qnæ dicitur recordatio. Sic agimus numeros, vel in sola cogitatione, vel etiã in mẽbrorũ motu quos iam egimus aliquando. Inde aũt scimus non venisse,sed redisse illos in cogitationem,quia cum memoriæ mandarentur,cum difficultate repetebantur,& indigebamus alia qua præmonstratione vt sequerẽtur qua difficultate dẽpta,cum sese ipsi accõmodate volũtati offerũt,cõsequẽtes temporibus atq; ordine suo tam facile,ut qui uehemẽtius inhæserũt,ẽt aliunde cogitantibus nobis, iã quasi proprio nutuperagantur, non eos utique nouos esse sentimus. Est etiã aliud vnde nos sentire arbitror psentẽ motũ animi iã fuisse, quod est & recognoscere, dũ recentes motus eius actionis in qua sumus, cũ recordamur, qui certe uiuaciores sunt, cum recordabilibus atque iam sedatioribus quodã interiore lumine cõparamus,& talis agnitio, recognitio est,& recordatio. Iudicantur ergo,& recordabiles numeri ab his iudicialibus, nunq̃ soli, sed adiunctis actiuis aut occursoribus, aut utrisque qui eos tanquã è latebris suis in manifestũ producũt, & quasi redintegratos, qui iã abolebant,rursum recordantur. Ita cũ occursores intantum iudicentur, in quãtum eos memoria iudicãtium mouet, possunt uicissim, & recordabiles qui sunt in memoria occursoribus eos exhibentibus iudicari: ut hoc interfit,quod occursores ut iudicentur, quasi recentia eorum fugiẽtiũ uestigia offert memoria,recordabiles autẽ quãdo eos audiẽdo iudicamus, quasi eadẽ uestigia occursoribus transeuntibus reuiresc unt. Iam porro desonãtibus numeris quod opus est dicere,cum in occursoribus iudicentur si audiantur? Si uero ibi sonant ubi non audiuntur, quis dubitet eos à nobis non posse iudicari? Sanè ut in sonis per instrumẽtum aurium, ita in saltationibus cæterisque uisibilibus motibus quod ad temporales numeros attinet, eadem adiuuante memoria ijsdem numeris iudicialibus diiudicamus. Hęc cum ita sint, conemur,si possumus istos numeros iudiciales transcendere, & quæramus utrum sint superiores. In his enim quanquam spatia temporum iam minime uideamus,non tamen adhibentur nisi ad ea iudicanda, quæ in spatio tẽporis fiunt. Nec ipsa quidem omnia,sed quę possunt articulari memoriter. Nisi quid hẽs forte qd cõtra hæc uelis dicere. DI. Mouet me plurimũ istorũ iudicialiũ uis atq; potentia. Ipsi.n.mihi uident esse ad quos omnium sensuum ministeria referuntur. Itaque his excellentius utrum quicquam in numeris inueniri possit, ignoro. MA. Nihil deperit qd diligentius quęrimus. Aut.n.inueniemus superiores in anima humana,aut hos in ea summos esse firmabimus, si tamen illud clarueri t nullos in ea esse præstantiores. Aliud est enim non esse, aliud non posse inueniri, siue ab ullo homine, siue à nobis. Sed ego puto cum ille à nobis propositus uersus canitur, Deus creator omnium, nos & occursoribus illis numeris audire, & recordabilibus recognoscere, & progressoribus pronunciare,& his iudicialibus delectari, & nescio quibus aljis æstimare,& de ista delectatione,quæ quasi sententia est iudicialium

Alij numeri superioribus præstantiores. Cap. 9.

lium istorum, aliam secundum hos latentiorem, sed certiorē ferre possumus sentētiam. An tibi vnum atq; idē videtur delectari sensu, & æstimare ratione? DI. Diuersa esse fateor. Sed primo ipso moueor vocabulo, cur non potius isti vocētur iudiciales qbus inest ratio, quàm isti quibus inest delectatio. Deinde vereor ne nihil sit aliud ęstimatio ista rationis, quàm eorum de seipsis quædam diligentior iudicatio: vt nō alij sint numeri in delectatione, alij ratione, sed vni atque ijdē, alias iudicent de ijs quæ aguntur in corpore, cum eos, vt supra demonstratū est, offert memoria, alias de seipsis remotius à corpore atque syncerius. MA. De vocabulis quidē nihil satagas, res in potestate est: placito.n. non natura imponuntur. Quod autē eosdē esse arbitraris, nec duo genera numerorum hęc uis accipere, illud ni fallor, te rapit, q̄ eadem anima vtrunque agit. Sed animad-
L vertere te opus est, & in progressoribus eandem animam corpus mouere, vel ad corpus moueri, & in occursoribus hanc eandem passionibus eius ire obuiam, & in recordabilibus istam ipsam, donec quodammodo detumescant ipsis quasi fluctuare motionibus. Nos ergo in istis generibus numerandis, & distinguendis vnius naturæ, id est, animæ motus affectionesque despicimus. Quare si vt aliud est ad ea quæ corpus patitur moueri, quod fit in sentiendo: aliud mouere se ad corpus, quod fit in operando: aliud quod ex his motibus in anima factum est continere, qđ est meminisse: ita est aliud annuere vel renuere his motibus aut cum primitus exeriuntur, aut cū recordatione resuscitantur, qđ fit in delectatione cōuenientiæ, & offensione absurditatis talium motionū siue affectionum: & aliud est æstimare, vtrum recte, an secus ista delectāt, qđ fit ratiocinādo, necesse est fatea-
mur ita hæc esse duo gña, vt illa sunt tria. Et si recte nobis uisum est, nisi quibusdā numeris eēt ipse delectationis sensus imbutus, nullo modo cū potuisse annuere paribus interuallis, & pturbata respuere: recte etiam videri pōt ratio q̄ huic delectationi superimponi-
M tur, nullo modo sine quibusdam numeris viuacioribus, de numeris, quos infra se habet, posse iudicare. Quę si uera sunt, apparet inuenta esse in anima quinq; genera numerorum, quibus cum addideris corporales illos, quos sonantes vocauimus, sex genera numerorum disposita & ordinata cognosces. Iam nunc si placēt, illi qui nobis surrepserant ad principatum obtinēdum, sensuales nominētur, & iudicialium nomē qm̄ est honoratius, hi accipiant qui excellentiores cōperti sunt: quanquam & sonantium nomen mutādum putē, qm̄ si corporales vocētur, manifestius significabunt ēt illos qui sunt in saltatione, & in cætero motu visibili, si tamē ea quæ dicta sunt probas. DI. Probo sane. Nam & vera & manifesta mihi videntur. Horum etiam emendationem vocabulorum libēter accipio. MA. Age nunc aspice vim potentiamque rationis, quantum ex operibus eius aspicere possumus. Ipsa enim, vt id potissimum dicam quod ad huius operis susceptionem attinet, primo quid sit ipsa bona modulatio consyderauit, & eā in quodam motu libero, & ad suæ pulchritudinis finē conuersō esse perspexit. Deinde vidit in motibus corporū aliud esse quod breuitate & productione tpis variaretur, in quantum magis esset minusue diuturnum, aliud localium spatiorum percussionem in quibusdā gradibus celeritatis & tarditatis. Qua diuisione facta, illud quod in tpis mora esset, modestis interuallis, & humano sensui accommodatum articulatim varios efficere numeros, eorumq; genera, & ordinem vsq; ad modulos uersuū persecuta est. Postremo attendit quid in his moderandis, sentiēdis, retinendis, ageret ars, cuius caput ipsa esset: hosque omnes animales numeros à corporalibus seiunxit: seque ipsam hæc omnia neque animaduertere, neque distinguere, neque recte numerare sine quibusdā suis numeris potuisse congnouit; eosque cæteris inferioris ordinis iudiciaria quadā æstimatione præposuit. Et nunc ipsa sua delectatione, qua in tēporum momenta ppendit, & talibus numeris modificādis nutus suos exhibet, sic agit. Quid est qđ in sensibili numerositate diligimus? Num aliquid præter parilitatē quandā & æqualiter dimēsa interualla? An ille pyrrhichius pes siue spondeus, siue anapæstus, siue dactylus, siue proceleumaticus, siue dispondeus nos aliter delectaret, nisi partē suam parti alteri æquali diuisione conferret? Quid vero iābus, trocheus, tribrachus pulchritudinis haberēt, nisi quod minore sua parte maiorē suam partē in tantas duas æqualiter diuidunt? Iam porro sex temporum pedes, num aliunde blandius sonant atque festiuius, nisi quod vtraq; lege partiuntur, scilcet aut in duas æquales partes terna tēpora posidentes, aut in vnam simplā ex æqualibus partē & alterā duplam, id est,

id est, vt maior habeat bis minorē, & eo modo ab illa diuidatur æqualiter, duobus tempo
ribus quatuor tēpora in bina dimetiente atque secante. Quid illi quinum septenūque temporum pedes, vnde solutę orationi q̄ ver
sibus videntur aptiores, nisi q̄ eorum pars minor in partes æquales maiorem non diuidit? & hi tū ipsi vnde admittuntur in sui generis ordinem ad temporum numerositatē, nisi quia & in quinq; tēporibus tantas duas particulas habet pars minor, quantas maior tres, & in septem tanta tres minor, quantas maior quatuor. Ita in omnibus pedibus nulla pars minima est alicuius dimensionis articulo notata, cui non cęterę quantum possunt æqualitate consentiāt. Age in coniunctis pedibus, siue libera perpetuitate porrigatur ista
C in duo membra quadā lege sibimet cōgruentia tribuatur, sicut in versibus, qua tandē alia rē nisi æqualitate pes pedi amicus est? Vnde molossi & ionicorum syllaba media, quæ longa est, non sectione, sed motu ipso pronunciantis atque plaudētis in duo paria momenta distribui potest, vt ēt in terna tempora pes totus cōueniat, quando cæteris qui eodē mō diuiduntur, adiungitur: cur? nisi æqualitatis iure dominātę, q̄ scilicet ęqualibus lateribus suis, quæ binorum temporum sunt & ipsa sit duum temporū? Cur idē fieri in amphibracho non pt, quando cæteris quatuor temporum adiungitur, nisi quia tanta ibi non inuenitur æqualitas duplo medio, lateribus simplis? Cur in silentiorū interuallis nulla fraude sensus offenditur: nisi quia eidē iuri æqualitatis, ēt si nō sono, spatio tū temporis quod debetur exoluitur? Cur sequente silentio ēt breuis syllaba pro longa accipitur, non instituto, sed ipso naturali examine, qđ auribus præsidet, nisi quia in spatio temporis longiorē sonum coarctare in angustias eadē illa æqualitatis lege prohibemur? Itaq; syllabam vltra duo tempora producere, vt iā sono impleatur quod silentio impleri potest, admittit
D natura audiendi & tacendi. Vt autem minus q̄ duo tempora occupet syllaba dum restat spatium taciturnitatis, quędā fraus ęqualitatis est, quia minus q̄ in duobus esse æqualitas non potest. Iam vero in ipsa æqualitate membrorū qua variantur illi ambitus, quos Græci περίοδους vocant, versusq; figurantur, quo ad eandē æqualitatem secretius reditur, nisi vt in ambitu breuius membrum maiori æqualibus pedibus ad plausum conueniat, & in versu occultiore consyderatione numerorum, ea quæ in æqua mēbra iunguntur, vim æqualitatis habere inueniantur. Quærit ergo ratio, & carnalem animæ delectationem, quæ iudiciales partes sibi vendicabat, interrogat, cum ea spatiorum temporaliū numeris æqualitas mulceat, vtrū duæ syllabæ breues quascunque audierit vere sint æquales: an fieri possit, ut vna earum ędatur productius, non vsque ad longæ syllabæ modum, sed infra quantūlibet, quo tū excedat sociam suā? Nū negari pt fieri posse, eū hoc delectatio ista nō sentiat, & inæqualibus velut ęqualibus gaudeat, quo errore & inæqualitate qd turpius? Ex quo admonemur ab his auertere gaudium, quæ imitantur æqualitatem, & vtrum impleant, cōprehēdere nō possumus, E immo q̄ non impleant fortasse cōprehendimus. Et tū in quātum imitantur, pulchra esse in suo genere & ordine suo, negare nō possumus. Non ergo inhæreamus inferioribus Summa q̄ nos sumus, nosq; ipsos inter illa, quæ infra numero nos sint, & illa quæ supra nos sunt, ita Deo rū æqua & domino nostro opitulante ordinemus, vt litas, & inferioribus non offendamur, solis autem su- ex crea-
perioribus delectemur. Delectatio quippe tis æqua
quasi pondus est animę. Delectando ergo or litatibus
dinat animā. Vbi enim erit thesaurus tuus, inquirit. ibi erit & cor tuum: vbi delectatio, ibi thesau Cap. 11.
rus: vbi autem cor, ibi beatitudo aut miseria. Quæ vero superiora sunt, nisi illa in quibus summa, incōcussa, incōmutabilis, & æterna manet æqualitas? Vbi nullum est tēpus, quia nulla mutabilitas est, & vnde tempora fabricantur, & ordinantur & modificantur æternitatē imitantia, dū cœli conuersio ad diem redit, & cœlestia corpora ad idē reuocat, diebusq; & mensibus & annis & lustris, cęteriscque syderū ordinibus legibusq; æqualitatis & vnitatis & ordinationis obtemperat. Ita cœlestibus terrena subiecta, orbes temporū suorum numerosa successione quasi carmini vniuersitatis consociant. In quibus multa no F
bis vidēntur inordinata & perturbata, quia eorum ordini pro nostris meritis affluēti sumus, neścientes quid de nobis diuina prouidētia pulchrū gerat. Qm̄ si quis verbi gratia in amplissimarū pulcherrimarūq; ędiū vno aliquo angulo tanquā statua collocetur, pulchritudinē illius fabricæ sentire non poterit, cuius & ipse pars erit. Nec vniuersi exercitus ordinē miles in acie valet intueri. Et in quolibet poemate si quanto spatio syllabæ sonant,

sonant, tantũ viuerent atq; sentirent, nullo modo illa numerositas & contexti operis pulchritudo eis placeret, quã totã ꝓspicere atq; approbare non possent, cum de ipsis singulis prætereuntibus fabricata esset atq; ꝓfecta. Ita peccãte hominẽ ordinauit Deus turpem, nõ turpiter. Turpis.n. factus est voluntate, vniuersum amittẽdo, quod dei ꝓceptis obtemperãs possidebat, & ordinatus in parte est, ut q legẽ agere noluit, à lege agatur. Quicquid autẽ legitime, vtiq; iuste: & quicquid iuste, non vtiq; turpiter agitur: quia etiã in malis operibus nostris, dei opera bona sunt. Homo nanq; inquantũ homo est,
G aliquod bonum est. Adulterium ãt inquantum adulterium est, malum opus est. Plerũque autẽ de adulterio nascitur homo de malo scilicet hominis opere bonum opus dei. Quãobrẽ vt nos ad propositum, ꝓp quod hæc sunt dicta, referamus, hi numeri rationis pulchritudine præeminent, à quibus si prorsus abscinderemur, cum inclinamur ad corpus, progressores numeros sensuales nõ modificarent: qui rursus mouendis coporibus agunt sensibiles tẽporum pulchritudines: atq; ita sonãtibus obuij, etiã occursores numeri fabricantur, quos omnes impetus suos cadẽ anima excipiẽs, quasi multiplicat in seipsa, & recordabiles facit q̃ vis eius memoria dicitur, magnũ quoddã adiutorium in huius vitæ negocios issimis actibus. Hæc igitur memoria q̃cunque de motibus animi tenet, qui aduersus passiones corporis acti sunt φαντασίαι Græce vocãtur. Nec inuenio quid eas Latinæ malim vocare, quas pro cognitis habere atq; pro certis opinabilis uita est, constituta in ipso erroris introitu. Sed cum sibi isti motus occurrant, & tanq̃ diuersis & repugnantibus intentionis flatibus æstuant, alios ex aliis motus pariunt: non iam
H eos qui tenentur ex occursionibus passionũ corporis impressi sensibus, similes tamen tã quã imaginum imagines, q̃ phantasmata dici placuit. Aliter.n. cogito patrẽ meum quẽ
Differũt saepe vidi, aliter auum quẽ nunquã vidi. Ho phãtasia rum primũ phãtasia est, alterũ phãtasma. Il & phan lud in memoria inuenio, hoc in eo motu ani tasma. mi, qui ex ijs ortus est quos hẽt memoria. Quomodo autẽ oriãtur hæc, & inuenire & explicare difficile est. Arbitror tñ ꝙ si nunquam humana corpora vidisse, nullo modo ea possem uisibili specie cogitando figurare. Quod ãt ex eo quod uidi facio, memoria facio, & tamen aliud est in memoria inuenire phantasiã, aliud de memoria facere phantasma: q̃ omnia vis animæ potest. Sed uera ẽt phantasmata habere ꝓ cognitis sumus, error est. Quanq̃ sit in vtroq; genere quod nos nõ absurde scire dicamus, id est, sensisse nos talia, uel imaginari nos talia. Patrẽ deinque me habuisse & auum, nõ temere possũ dicere. Ipsos autẽ esse quos animus meus in phantasia vel in phantasmate tenet, dementissime dixerim. Sequuntur autem nonnulli phantasmata sua tam præcipites, vt nulla sit alia materies omnium falsarum opinionũ, quàm habere phantasias, uel phantasmata I procognitis, quæ cognoscuntur per sensum. Quare his potissimũ resistamus, nec eis ita mentẽ accõmodemus, ut dum in his est cogitatio, intelligentia ea cerni arbitremur. Cur ãt si huiusmodi numeri qui fiunt in anima rebus tẽporalibus dedita, habent sui generis pulchritudinẽ, quãuis eã trãseundo actitent inuideat huic pulchritudini diuina prouidentia, quæ de nostra pœnali mortalitate formatur, quã iustissima dei lege meruimus: in qua tamen nos non ita deseruit, vt non valeamus recurrere, & à carnalium sensuũ delectatione misericordia eius manum porrigente reuocari. Talis .n. delectatio vehementer infigit memoriæ quod trahit à lubricis sensibus. Hæc autem animę consuetudo facta in carne propter carnalem affectionem, in scripturis diuinis caro nominatur. Rom.8. Hæc menti obluctatur, cum iã dici põt Apostoli cum illud: Mente seruio legi dei, carne ãt legi peccati. Sed in talia mente suspensa atq; ibi fixa & manente etiam huius consuetudinis impetus frangitur, & paulatim repressus extinguitur. Maior.n. erat cum sequeremur, non tamen omnino nullus, sed certe minor est cum eum refrenamus: atque ita certis regressibus, ab omni lasciuiẽte motu, in quo defectus essentiæ est aiæ, delectatione in rationis numeros restituta, ad deũ tota vita nostra cõuertitur, dans corpori numeros sanitatis, non accipiens inde læti iã, quod corrupto exteriore homine, & eius in melius cõmutatione continget. Excipit autẽ memoria non solum carnales motus animi, de quibus numeris supra iam diximus, sed etiam spirituales, de quibus breuiter dicã. Quo enim simpliciores sunt, eo verborum minus, sed plurimum serenæ mentis desiderant. Aequalitatem illam quam in sensibilibus numeris nõ reperiebamus certã & manentem sed tamen adumbratã & prætereuntem

tem agnoscebamus, nusquam ꝓfecto appeteret animus nisi alicubi nota esset. Hæc autẽ alicubi non spatijs locorum & temporum, nam illa tument, & ista prætereunt. Vbi ergo censes, responde quẽso si potes? Nõ enim in corporum formis putas, quas liquido exa
mine æquales nunquam dicere audebis. Aut in temporum interuallis, in quibus similiter vtrum aliquid aliquanto quàm oportet productius vel correptius transeat, q̃d sensum fugiat ignoramus. Illam quippe æqualitatẽ quæro ubi esse arbitreris, quã intuẽtes cupi-
L mus æqualia esse quædã corpora uel corporum motus, & diligentius consyderantes eis fidere non audemus. DI. Ibi puto quod est corporibus excellẽtius, sed utrum in ipsa aia an etiam supra animam nescio. MA. Si ergo quæramus artem istã rhythmicam vel metricam, qua utuntur qui versus faciunt, putasne habere aliquos numeros, secũdũ quos fabricãt uersus? DI. Nihil aliud possum existimare. MA. Quicunque isti sunt numeri, prẽterire tibi videntur cum versibus, an manere? DI. Manere sanè. MA. Consentiendum est ergo ab aliquibus manentibus numeris ꝓtereuntes aliquos fabricari? DI. Cogit me superior ratio cõsentire. MA. Quid hanc artem, num aliud putas quàm affectionem quandam esse animi artificis? DI. Ita credo. MA. Credisne hanc affectionem ẽt esse in eo qui huius artis imperitus est? DI. Nullo modo. MA. Quid in illo qui est oblitus eam? DI. Nec in illo quidem, quia & ipse imperitus est, etiam si fuit peritus aliquando. MA. Quid si eum quisquã interrogãdo commemoret, remigrare ad eum pu
M tas illos numeros ab eoipso qui interrogat, an illum intrinsecus apud mentem suã moueri sed ad aliquid, vnde sibi quod amiserat redhibeat. DI. Apud semetipsum puto id agere. MA. Num etiam quæ corripiatur syllaba, quæue producatur si penitus excidit commoneri eum interrogando arbitrari, cũ hominum prisco placito & consuetudine, aljis minor, aljis maior mora syllabis data sit? Nã profecto si natura vel disciplina id fixum esset ac stabile, non recentioris temporis docti homines nõnullas produxissent, quas corripuerunt antiqui: vel corripuissent quas produxerunt. DI. Puto & hoc esse, quoniam inquantunuis quisque excidat, potest interrogatione commemorãte redire in memoriam. MA. Mirum si opinaris, quouis interrogãte posse te recordari quid ante annum cœnaueris. DI. Fateor me non posse, nec illum iam existimo de syllabis posse, quarũ spatia penitus ỏblitus est, interrogando admoneri. MA. Cur ita, nisi quia in hoc nomine quod Italia dicitur, prima syllaba ꝓ voluntate quorundam hominum corripiebatur, & nunc pro aliorũ volũtate producitur: ut aũt vnũ & duo nõ sint tria, & vt duo vni duplo non respõdeant, nullus mortuorũ potuit, nullus uiuorũ põt, nullus posterorũ A
poterit facere. DI. Nihil manifestius. MA. Quid si ergo isto modo quo de vno & duobus apertissime quæsiuimus, cætera oia, quæ ad illos numeros pertinent & ille interrogẽ q̃ nõ obluisscẽdo, sed qa nunq̃ didicit, imperitus est, nonne eum censes similiter hanc artem exceptis syllabis posse cognoscere? DI. Quis dubitauerit? MA. Quò igitur se etiã istum moturum putas, vt menti eius imprimãtur hi numeri, & illam faciant affectionẽ, quæ ars dicitur. An huic saltem ille interrogator eos dabit? DI. Ego modo etiam istum arbitror apud semetipsum agere, vt ea q̃ interrogantur, vera esse intelligat atque respõdeat. MA. Age nunc dic mihi, vtrum hi numeri de quibus sic quæritur, commutabiles esse tibi videantur? DI. Nullo modo. MA. Ergo æternos esse non negas? DI. Immo fateor. MA. Quid metus ille non fuberit, ne aliqua in eis nos æqualitas fallat? DI. Nihil mihi omnino est de istorũ æqualitate securius. MA. Vnde ergo credendum est animę tribui quod æternum est & incõmutabile, nisi ab vno æterno, & incommutabili Deo? DI. Non video quid aliud credi oporteat. MA. Quid tandem illud? Nõ- B
ne manifestum est eum, qui alio interrogante sese citius ad deum mouet, vt verum incommutabile intelligat: nisi eundem motũ suum in memoria teneat non posse ad intuẽdum illud verũ, nullo extrinsecus admonente reuocari? DI. Manifestum est. MA. Quæro ergo quonam iste ab huiuscemodi rerum contemplatione discedat, vt illum ad eam necesse sit memoria reuocari. An forte in aliud intentus animus tali reditu indigere putandus est? DI. Sic existimo. MA. Videamus si placet, quod tñ illud sit quo possit intendi, vt ab incommutabilis & summæ æqualitatis contemplatione auertatur. Nam tribus generibus amplius nihil video. Aut enim ad aliquid par atque ad eiusmodi aliud se intendit animus, cum hinc auertitur: aut ad superius, aut ad inferius? DI. De cæte-

ris duobus quærendum est. Nam quid sit superius æterna æqualitate non video. MA. Videsne illud obsecro, quidnam ei par esse possit, quod tñ aliud sit? DI. Ne id quidē video. MA. Restat ergo ut quæramus qd sit inferius. Sed nōne tibi prius ipsa anima occurrit, q̄ certe æqualitatem illā incōmutabilem esse cōfitetur, se autem cognoscit mutari eoipso quòd alias hanc, alias aliud intuet, & hoc modo aliud atq; aliud sequens varietatem tēporis operatur, q̄ in æternis & incō mutabilibus nulla est? DI. Assentior. MA. Hæc igitur affectio animæ vel motus, quo intelligit æterna, & his inferiora esse temporalia, etiam in seipsa, & hæc appetenda plus quæ superiora sunt, quàm illa quæ inferiora sunt nouit: nōne tibi prudētia videtur? DI. Nihil aliud videtur. MA. Quid illud, nūminus consyderandum putas, quod nondū in ea simul est æternis inhærere, cum iam in ea sit nosse his esse inhærendum? DI. Immo maxime id ut cōsideremus peto, & vnde accidat scire cupio. MA. Facile id videbis, si animaduerteris quibus rebus maxime aīum soleamus intendere, & magnam curā exhibere, nam eas opinor esse quas multum amamus. An tu alias opinaris? DI. Nullas equidem alias. MA. Dic oro te, Num possumus amare nisi pulchra? Nam etsi quidam videntur amare deformia, quos vulgo Græci σαπρόφιλους vocant, interest tamen quanto minus pulchra sint quàm illa q̄ pluD ribus placent. Nam ea neminem amare manifestum est, quorum fœditate sensus offenditur. DI. Ita est vt dicis. MA. Hæc igitur pulchra numero placēt, in quo iā ostēdimus æqualitatem appeti. Non enim hoc tantum in ea pulchritudine quæ ad aures pertinet, atque in motu corporum est, inuenit, sed in ipsis etiā visibilibus formis, in q̄bus iā usitatius dicitur pulchritudo. An aliud q̄ æqualitatem numerosam esse arbitraris, cum paria paribus bina membra respondēt: quæ autem singula sint, medium locum tenent, vt ad ea de vtraque parte paria interualla seruentur? DI. Non aliter puto. MA. Quid in ipsa luce visibili, quę omnium colorum habet principatum? Nam & color nos delectat in corporum formis. Quid ergo aliud in luce, & coloribus, nisi quod nostris oculis congruit appetimus? Etenim à nimio fulgore auersamur, & nimis obscura nolumus cernere, sicut a nimiū insonis & sonantibus abhorremus, & quasi susurrantia non amamus. Quod non in temporum interuallis est, sed in ipso sono, qui quasi lux est talium numerorum. Cui sic est contrarium silentium, vt coloribus tenebræ. In his ergo cū appetimus cōuenientia ꝓ naturæ nostrę mō, & incōueniē- E tia respuimus, q̄ alijs tñ animalibus cōuenire sentimus: nonne his etiā quodā æqualitatis iure lætamur, cum occultioribus modis paria paribus tributa esse cognoscimus? Hoc in odoribus & in saporibus, & in tāgēdi sensu aiaduertere licet, quæ longum est enucleatius persequi, sed explorare facillimū. Nihil enim est horum sensibiliū, quod nobis non æqualitate, aut similitudine placeat. Vbi aūt æqualitas aut similitudo, ibi numerositas. Nihil est quippe tā æquale aut simile quàm vnum, & vnum. Nisi aliquid habes ad hęc. DI. Oino assentior. NA. Quid superior illa tractio, nonne persuasit nobis agere hoc animam in corporibus, non a corporibus pati? DI. Persuasit sanè. MA. Amor igitur agēdi aduersus succedentes passiones corporis sui auertit animam a contēplatione æternorū, sensibilis voluptatis cura eius auocans intētione: Hoc autem agit occurforibus numeris. Auertit etiā amor de corporibus operandi, & inquietum facit, hoc aūt agit ꝓgressoribus numeris. Auertūt phantasiæ atque phātasmata. Et hoc agit recordabilibus F numeris. Auertit denique amor vanissimæ cogitationis talium rerū. Et hoc agit sensualibus numeris, q̄bus ia sunt quasi regulæ q̄dā artis imitatione gaudentes: & ex his curiositas nascitur ipso curæ nomine inimica securitati, & vanitatis inops veritatis q̄; Generalis vero amor actionis, quæ auertit a uero, a superbia proficiscitur, quo vitio Deum oppo- Vanitas nitur imitari quàm Deo seruire aīa maluit. Recte ergo itaque scriptum est in sanctis libris, Initium superbiæ hoīs ꝑpostatare a Deo, & initium oīs peccati superbia. Nō potuit aūt melius demōstrari q̄d sit superbia, q̄ in eo quod dictū est, Quid superbit terra & cinis, qm̄ in Eccli. 10 vita sua proiecit intima sua? Cum enim aīa per se ipsam nihil sit, nō enim aliter esset cōmutabilis, & pateretur defectum ab essentia. Cum ergo ipsa per se nihil sit, quicquid aūt illi esse est, a Deo sit, in ordine suo manens ipsius Dei præsentia vegetatur in mente atque conscientia. Itaq; hoc bonum habet intimum. Quādo vero superbia intumescit, hoc illi est in extima ꝓgredi, & vt ita dicā inane scere, q̄d est minus minusq; esse. Progredi aūt in extima, q̄d est aliud q̄ intima ꝓ[illegible] id

id est, longe a se facere Deum, non locorum spatio, sed mētis affectu. Iste autē aīæ appeG titus est sub se habere alias animas, non pecorū, quod diuino iure cōcessum est, sed rationales. i. proximas suas, & sub eadem lege socias atque consortes. De his autē appetit operari aīa superba, & tanto excellentior videtur hæc actio, q̄ illa de corporibus, quanto anima omnis omni corpore est melior. Sed operari de animis rationalibus, non per corpus, sed per seipsum, solus Deus potest. Peccatorum autem conditione fit, vt permittantur animæ de animis aliquid agere, significando eas mouētes per alterutra corpora, vel naturalibus signis, sicut est vultus, vel nutus: vel placitis, sicut sunt verba. Nā & iubentes vel suadentes signis agunt, & siquid est aliud præter iussionē & suasionē, quo animæ de animis vel cum animis aliquid agunt. Iure aūt secutum est, vt quæ superbia cæteris excellere cupierunt, nec suis partibus atq; corporibus sine difficultate & doloribus imperēt, partim stultæ in se, partim mortalibus mēbris aggrauatę. Et his igitur numeris & motibus, quibus aīæ ad aīas agunt, honores laudesq; appetendo auertūtur à perspectione puræ illius & syncerę veritatis. Solus enim honorat Deus animā beatam, faciēs in occulto corā se iuste & pie viH uētem. Motus igit quos exerit anima de hęrētibus sibi & subditis animis, progressoribus illis sunt similes. Agit enim tāquam de corpore suo. Illi autem motus quos exerit, aggregare sibi aliquas vel subdere cupiens, in occursorū numero deputanē. Agit. n. tāquam in sensibus id moliens, vt vnum secūfiat, quod velut extrinsecus admouetur, & quod non pōt repellatur. Et hos vtrosque motus excipit memoria, & recordabiles facit. Simili modo in phantasijs & phantasmatibus actionum taliū tumultuosissime exæstuans. Nec illi tanq̄ examinatores numeri desunt, q̄ sentiunt q̄d in his actibus commode siue incommode moueatur, quos item sensuales appellare non pigeat, quia sensibilia signa sunt, quibus hoc modo animæ ad aīas agunt. His tot & tantis intentionibus aīa implicata, quid mirū si à cōtēplatione veritatis auertitur? & quantum quidem ab his respirat videt illam. Sed quia nondum eas euicit, in illa manere non sinitur: ex quo fit vt nō simul habeat anima nosse in q̄bus cōsistendum sit, & posse cōsistere. Sed nunquid tu forte aliquid hēs aduersus hæc? DI. Nihil est quod contradicere audeam. MA. Quid ergo restat? An vt qm̄ sicut potuimus I inquinationem & aggrauationē aīæ consy- Ad Dei derauimus, videamus quæ nam illi actio diamorē uinitus imperetur, qua purgata atq; exonoīa referata reuolet ad quietem, intret in gaudium renda. domini sui? DI. Ita fiat. MA. Quid me Cap. 14. putas hinc diutius debere dicere, cum diuinæ scripturæ tot voluminibus, & tanta authoritate & sanctitate præditis, nihil nobiscū aliud agāt nisi vt diligamus Deū & dominum nr̄m ex toto corde, ex tota aia, & ex Matth. tota mente: & diligamus proximū nr̄m tā- 22. quam nosmetipsos? Ad hunc igitur finem si omnes illos humanæ actionis motus numerosque referamus, sine dubitatione mundabimur. An aliud existimas? DI. Nihil equidem aliud. Sed quàm hoc auditu breue est, tam factu difficile atque arduum. MA. Quid ergo facile est, an amare colores, & voces, & placentas, & rosas, & corpora leniter mollia? Hęccine amare facile est animę, in quibus nihil nisi æqualitatem ac similitudinem appetit, & paulo diligentius consyderans, vix eius extremā vmbrā vestigiūque cognoscit. Deum vero amare difficile K est, quæ inquantum potest, adhuc saucia, & sordida cogitans, nihil in eo inæquale, nihil sui dissimile nihil, discluſum locis, nihil variatum tempore suspicatur? An extruere moles ædificiorū & huiuscemodi operibus delectat extendi, in quibus quid nisi numeri placent? Nō enim aliud inuenio quod in his æquale ac similiter dicatur, qđ nō deridet ratio disciplinæ. Quod si ita est, cur ab illa verissima æqualitatis arce ad ista delabiē, & ruinis suis terrenas machinas erigit? Non. n. hoc promissum est ab illo q̄ fallere χρηστὸν. ignorat. Iugum. n. meum inquit leue est. La Mat. 11. boriosior est huius mundi amor. Quod. n. 1. Retra in illo aīa quærit constantiā scilicet æterni- Cap. 11. tatē q̄;, non inuenit, qm̄ rerū transitu cōplet 1. Ioā. 2. infima pulchritudo, & quod in illa imitatur constātiam, à summo Deo p animā traijcitur: quoniā prior est species tm̄modo tempore cōmutabilis, q̄ ea q̄ & tpe & locis. Sicut itaq; præceptū est animis à dño quid diligant, ita per Ioannem apostolum quid nō diligant, Nolite, inquit, diligere mundum: quia omnia, quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Sed qualis tibi homo videtur, qui omnes illos numeros qui sunt de corpore, & aduersus passiones corL

poris,& qui ex his memoria continentur,nõ ad carnalem voluptatem, sed ad salutem tm̃ corporis refert, omnesq; illos qui de adiunctis animis operant̃,vel qui adiungendas exeruntur, vel qui ex his inhærent memoriæ, non ad superbam excellentiam suam, sed ad ipsarum animarum vtilitatem redigit? Illis etiam qui in vtroque genere quasi moderatores exploratoresq; cæterorum transeuntiũ in sensu præsident, non ad superfluã vel pernicioſam curiositatem,sed ad necessariam ꝓbationem vel improbationem vtitur? Nonne & istos omnes numeros agit, & nullis eorum laqueis implicatur? Quandoquidem & salutem corporis, vt non impediatur elegit, & omnes actiones ad vtilitatem proximi reuocat, quam propter communis iuris naturæ vinculum tanquã seipsum diligere iustus est. DI. Magnum quendam virum & vere humanissimum prædicas. MA. Nõ igitur numeri qui sunt infra rationem,& in suo genere pulchri sunt,sed amor inferioris pulchritudinis animam polluit: quæ cum in illa non modo æqualitatem, de qua pro susceptо opere satis dictum est,sed etiam ordinem
M diligat,amisit ipsa ordinem suum. Nec tamẽ excesit ordinem rerum, quandoquidem ibi est,& ita est, vbi esse, & quomodo esse tales, ordinatissimum est. Aliud enim est tenere ordinem,aliud ordine teneri. Tenet ordinẽ seipsa tota diligens quod supra se est, id est, Deum: Socias autem animas tanquam seipsam. Hac quippe dilectionis virtute inferiora ordinat, nec ab inferioribus ordinatur. Quod autem illam sordidat, non est malũ, quia etiam corpus creatura Dei est, & ꝑcie sua quanuis infima decoratur,sed præ animę dignitate contemnitur: Sicut auri dignitas, etiam purgatissimi argenti commixtione sordescit. Quapropter quicunque de nostra quoque parili mortalitate numeri facti sunt, non eos abdicemus à fabricatione diuinæ prouidentiæ,cum sint in genere suo pulchri. Neque amemus eos, vt quasi perfruendo talibus beati efficiamur. His etenim quoniam temporales sunt,tanquam tabula in fluctibus, neque abijciendo quasi oneroſos,neque amplectendo quasi fundatos, sed bene vtendo carebimus. A dilectione autem proximi tanta quanta præcipitur, certissimus
A gradus sit nobis,ut inhæreamus Deo & non teneamur tantum ordinatione illius, sed nostrum etiam ordinem inconcussum certumq; teneamus. An fortasse ordinem non diligit anima illis etiam numeris sensualibus attestantibus? Vnde ergo primus pes est pyrrhichius, secundus iambus,tertius trochæus, & deinceps cæteri? Sed iure hoc dixeris rationem potius secutam esse, non sensum. Quid itaque illud? Nonne sensualibus numeris dandum est, quod cum tantum temporis occupent, verbi gratia,octo longæ syllabæ,quantum sedecim breues,in eodem tamẽ spacio breues,lõgis potius misceri expectãt? De quo sensu cũ ratio iudicat,& ei proceleumatici pedes esse æquales spondei pedibus renunciantur, nihil aliud hic valere inuenit, q̃ ordinationis potentiam: quia nec longæ syllabæ, nisi breuium comparatione longæ sunt, nec breues rursum breues sunt,nisi cõparatione longarum:ideoq; iambicus versus quãlibet productius pronunciatus, nõ amissa regula simpli,& dupli,nec nomen amittit. At ille versus qui pyrrhichijs pedibus constat,paulatim addita pronunciandi mora, fit repente spondaicus, si non grammaticam, sed musicam consulas. At vero si dactylicus, aut anapæsticus sit,quoniam longæ mixtarũ B breuium comparatione sentiuntur, qualibet mora pronũcietur,seruat nomen suũ. Quid additamenta sempedum? Non eadem lege in capite qua in fine seruanda, nec oĩa quanuis ad eundem plausum coaptentur,adhibenda. Quid duarum aliquando breuium, potius q̃ vnius longæ in fine positio, nonne ipso sensu modificantur? Nec in his æqualitatis numerus,cui nihil deperit, siue illud siue aliud sit,sed ordinis vinculũ reperitur. Longum est percurrere cætera ad eandem vim pertinentia in numeris temporum. Sed nempe etiam formas visibiles sensus ipse asperna tur, aut pronas vltra quam decet, aut capite deorsum, & similia in quibus non inæqualitas,manente partium parilitate,sed peruersitas improbatur. Postremo in omnibus sensibus & operibus nostris, cũ insolita pleraque, & hoc iniucũda quibusdam gradibus appetitui nostro conciliamus,& ea primo tolerabiliter,deinde libenter accipimus, nonne ordine conteximus voluptatem, & nisi priora medijs, & media postremis concorditer nexa sint,abhorremus? Quamobrem neque in voluptate carnali, neque in honoribus & C laudibus hominum, neque in eorum exploratione,quæ forinsecus corpus attingunt,nostra gaudia collocemus, habentes intimum Deum,vbi certum est incommutabile omne quod amamus. Ita fit, vt & cum assunt hæc tempo-

tpalia,non tñ eis implicemur, & sine sensu doloris q̃ extra corpus sunt absint. Ipsum ãt corpus,aut nullo, aut non graui sensu doloris adimatur,& reformãdũ naturæ suæ morte reddatur. Attẽtio nanq; animæ ad corporis partẽ inquieta negocia contrahit, & vniuersali lege neglecta priuati cuiusdã operis amor, quod ipsum tñ ab vniuersitate quam Deus regit,non põt alienari. Itaq; subditur
Mens legibus qui non amat leges. Sed si de rebus quomõ incorporeis & codẽ mõ se semper hñtibus, triũphat plurimum attentissime cogitãtes, siquos forde nume te illo tpe agimus numeros tpales in quoliris tẽpo- bet corporis motu,facili sane atq; vsitatissitalibus. mo,siue deãbulantes,siue psallentes prorsus Cap. 15. nobis ignorãtibus transeunt, quanuis nobis non agentibus nulli essent: si deniq; in ipsis nostris inanibus phantasmatibus cum occupati sumus,similiter ista ptereunt agentibus
1. Cor. nec sentientibus nobis:quanto magis,quan-
15. toq; constantius,cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem,& mortale hoc induerit immortalitatẽ.i. vt hoc quidem planius eloquar,cũ Deus viuificauerit mortalia corpo-
Rom.8. ra nostra,sicut Apostolus dicit,propter spiritum manentem in nobis: quanto ergo tunc magis in vnum Deũ & perspicuam intenti veritatẽ,vt dictũ est,facie ad faciem, numeros,quibus agimus corpora nulla inquietudine sentiemus & gaudebimus:nisi forte credendũ est, animã cũ de ijs q̃ propter ipsam bona sunt gaudere posit,de ijs ex quibus ipsa bona est,nõ posse gaudere. Sed hæc actio qua sese anima,opitulãte Deo & dño suo ab amore inferioris pulchritudinis extrahit, debellans atq; interficiens aduersus se multan tẽ consuetudinẽ suã,ea victoria triumphatura in semetipsa de potestatibus aeris huius, quibus inuidentibus & ꝓpedire cupientibus, euolat ad suam stabilitatem & firmamentũ Deũ,nonne tibi videtur ea esse virtus, q̃ tẽperantia dicitur? DI. Agnosco & intelligo.
MA. Quid porrò, cũ in hoc itinere proficit, iam æterna gaudia ꝑsentientem ac pene prehendentem,nũ amissio rerum temporalium,aut mors vlla deterret iã valentem di-
Phil. 1. cere:infirmioribus socijs. Bonum est mihi dissolui & esse cũ Christo,manere ãt in carE ne necessariũ propter vos? DI. Sic existimo.
MA. At ista eius affectio qua nullas aduersitates mortemve formidat;quid aliud q̃ fortitudo dicenda est? DI. Et hoc agnosco.
MA. Iam vero ipsa eius ordinatio qua nũli seruit nisi vni Deo, nulli coæquari nisi

Universidad de Deusto Biblioteca

purissimis animis,nulli dominari appetit nisi naturæ bestiali atq; corporeæ,q̃ tandẽ virtus tibi esse videtur? DI. Quis non intelligat hanc esse iustitiam? MA. Recte intelligis. Sed illud iã q̃ro,cum prudentiam superius eam esse constiterit inter nos, qua in- De quatelligit anima vbi ei consistendum sit, quo tuor virsese attollit per tẽperantiam.i. conuersionẽ tutibus,amoris in Deum,quæ charitas dicitur, & a- an &uersionẽ ab hoc seculo,quam etiã fortitudo quõ sint& iustitia comitantur: vtrũ existimes cũ ad in beasuæ dilectionis & conatus fructum perfecta tis.sanctificatione puenerit,perfecta & viuifica Cap. 16.tione illa corporis sui,& deletis de memoria phantasmatum turbis apud Deum ipsum solo Deo viuere cœperit,cũ impletum fuerit, quod diuinitus nobis hoc modo promittitur. Dilectissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus? Scimus cũ 1. Ioan. 3apparuerit, similes illi erimus, q̃m videbimus eũ sicuti est. Quæro ergo vtrum existimes has ibi virtutes quas cõmemorauimus etiam tunc futuras? DI. Non video quõ cum aduersa præterierint, quibus obluctantur,aut prudentia ibi esse possit,q̃ non eligit quid sequatur nisi in aduersis: aut tẽperantia,q̃ amorẽ non auertit nisi ab aduersis: aut fortitudo,q̃ non tolerat nisi aduersa: aut iustitia, quæ non appetit æquari beatissimis animis,& inferiori naturæ dominari nisi in aduersis.i.nondũ assecuta idipsum quod appetit. MA. Non, vsquequaq; absurda est responsio tua,& quibusdã doctis visum hoc esse non nego. Sed ego consulens libros, quos nulla antecellit authoritas, ita inuenio dictum esse,Gustate & videte,q̃m suauis est Psal. 33.dñs. Quod apostolus ẽt Petrus sic interpo- 1. Pet. 3.suit, Si tñ gustastis q̃m suauis est dominus. Hoc esse arbitror quod agitur in his virtutibus,quæ ipsa cõuersione animam purgant. Non enim amor temporalium rerum expugnaretur, nisi aliqua suauitate æternarum. Vbi autem ventum fuerit ad illud quod canitur, Filij aũt hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt: Et, inebriabuntur G ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, non iam gustatu suauem fore dominum dicit. Sed vides quæ inundatio & affluentia prædicetur fontis æterni, quam etiam ebrietas quædam consequitur: quo nomine mihi videtur mirabiliter significari obliuio illa secularium vanitatum atque phantasmatum. Contexit

deinde cætera & dicit. In lumine tuo uidebimus lumen. Prætende misericordiam tuam scientibus te. In lumine .s. Christo accipiendum, qui sapiẽtia Dei est, & lumen toties appellatur. Vbi ergo dicitur, & videbimus, & scientibus te, negari non potest futura ibi esse prudentia. An videri uerum bonum animæ, & sciri potest vbi nulla prudentia est? DI. Iam intelligo. MA. Quid? recti corde possunt esse sine iustitia? DI. Recognosco isto nomine crebrius significari iustitiam. MA. Quid ergo admonet aliud propheta idem consequenter cum canit, Et iustitiam tuam ijs qui recto sunt corde? DI. Manifestum est. MA. Age deinceps, recordare si placet satis nos superius tractasse superbia labi animam ad actiones quasdã potestatis suæ, & vniuersali lege neglecta in H agenda quædã priuata cecidisse, quod dicitur apostatare à Deo. DI. Memini vero. MA. Cum ergo id agit, ne vlterius id delectet aliquando, nonne tibi videtur amorem suum figere in Deum, & ab omni inquinamento tẽperatissime, & cautissime, & securissime uiuere? DI. Videtur sanè. MA. Vide etiam quẽadmodum id quoque adiungat propheta dicens, Non ueniat mihi pes superbiæ. Pedem enim appellans discessum lapsumue significat, à quo anima temperando inhærens Deo uiuit in æternum. DI. Accipio & sequor. MA. Restat igitur & fortitudo. Sed vt temperãtia contra lapsum qui est in libera voluntate, sic fortitudo contra uim valet, qua etiam cogi quis potest, si minus fortis sit ad ea quibus auertatur, & miserrimus iaceat. Hæc autẽ uis decenter in scripturis manus nomine significari solet. Qui porrò hãc vim, nisi peccatores conãtur inferre? Quod tunc per idipsum communitur anima, & custoditur firmamento Dei, vt hoc illi nullo modo undecunq; possit accidere, potentiam
I quandã stabilẽ, & ut ita dicã, impassibilẽ gerit, quæ nisi quid tibi displicet, rẽcte fortitudo nominatur, & eam dici arbitror, cum addo nominatur, & eam dici arbitror, cum addo iungitur, Neq; manus peccatorũ dimoueat me. Sed siue hoc, siue aliud in his uerbis intelligendum sit, tu negabis in illa perfectione ac beatitate animã constitutã, & conspicere ueritatem, & immaculatam manere, & nihil molestiæ pati posse, & uni Deo subdi, cæteris uero supereminere naturis? DI. Immo aliter eam perfectissimam, & beatissimam esse posse non uideo. MA. Hec ergo contemplatio, sanctificatio, impassibilitas, ordinatio eius, aut illæ quatuor virtutes perfectæ atq; consummatæ, aut de nominibus cum res cõ ueniant frustra laboremus, pro istis virtutibus, quibus constituta in laboribus vtit anima, tales quædã potentiæ in æterna vita sperandæ sunt. Nos tũ meminerimus, quod ad susceptam præsentẽ disputationẽ maxime pertinet, id agi per prouidentiã Dei, per quã cũcta creauit, & regit, ut & peccatrix, & erũnosa anima numeris agatur, & numeros agat usque ad infimam carnis corruptionem: qui certe numeri minus minusque pulchri esse possunt, penitus uero carere pulchritudine nõ possunt. Deus autẽ summe bonus, & summe iustus, nulli inuidet pulchritudini, quæ siue dãnatione animæ, siue regressione, siue permansione fabricatur. Numerus autem K & ab vno incipit, & æqualitate ac similitudine pulcher est, & ordine copulatur. Quamobrẽ quisquis fatetur nullam esse naturã, quę nõ ut sit quicquid est appetat vnitatẽ, suique similis inquantum potest esse conetur, atque ordinem proprium vel locis, vel tẽporibus vel incorporeo quodam libramento salutẽm suam teneat, debet fateri ab uno principio per æqualem illi ac similem speciem diuitijs bonitatis eius, qua inter se vnũ, & duo charissima, vt ita dicam, charitate iungũtur, omnia facta esse atque cõdita quęcunq; sunt, in quãtũcunq; sunt. Quare ille versus à nobis propositus, Deus creator omniũ, nõ solũ auribus sono numeroso, sed multo magis est aĩe sentẽtiæ sanitate, & ueritate gratissimus. Nisi forte mouet te tarditas eorũ ut mitius loquar, qui negãt de nihilo fieri posse aliqd, cum id omnipotẽs Deus fecisse dicatur. An vero faber põt rationabilibus numeris, qui sunt in arte eius, sensuales numeros, qui sunt in consuetudine eius operari: & sensualibus numeris progressores illos quibus membra in operando mouet, ad quos iam interualla tẽporum pertinent, & his rursus formas uisibiles de ligno fabricari, locorum interuallis L numerosas: & rerum natura Dei nutibus seruiens, ipsum lignum de terra, & cæteris elementis facere non potest, & ipsa extrema nõ poterat de nullo? Immo & arboris locales numeros, tẽporales numeri antecedãt necesse est. Nullũ.n. stirpium genus quod nõ certis pro suo semine dimẽsionibus tẽporum, & coalescat & germinet, & in auras emicet, & folia explicet, & roboretur, & siue fructus, siue ipsius ligni occultissimis numeris uim rursus seminis referat: quanto magis animalium

Cõtẽplatio prudentię, iungitur, Neq; manus peccatorũ dimoueat me. Sanctificatio tẽperãtię impassibilitas, fortitudinis, ordinatio iustitiæ.

lium corpora, in quibus interualla mẽbrorum numerosam parilitatem multo magis aspectibus offerũt. An ista de elemẽtis fieri pũt, & ipsa elementa nõ potuerunt fieri de nihilo? Quasi uero quicquã sit in eis vilius & abiectius q̃ terra est, q̃ primo generalem speciem corporis habet, in qua vanitas q̃dã & numeri & ordo conuincitur? Náque ab aliqua impertili nota in longitudinẽ necesse est porrigatur quælibet eius quantũus parua particula, tertiã latitudinẽ sumat, & quartã altitudinem qua corpus implet. Vñ ergo iste à primo vsque ad quartũ progressionis modus? vnde & æqualitas partium,
M quę & in longitudine, & latitudine & altitudine reperit? vnde cõrationalitas q̃dam? Ita.n. malui analogiã vocare, vt quã rationem habet longitudo ad impertilem notã, eandem latitudo ad lõgitudinem, & ad latitudinem habeat altitudo. Vnde quæso ista, nisi ab illo summo atque æterno principatu numerorũ, & similitudinis, & æqualitatis, & ordinis veniũt? Atq hæc si terræ ademeris, nihil erit. Quocirca ops Deus terrã fecit? & de nihilo terra facta est. Quid porro ipsa species, qua item à cæteris elementis terra discernitur? Nonne & vnum aliquid quantũ accepit ostentat, & nulla pars eius a toto est dissimilis, & earundẽ partiũ connexione atque cõcordia suo genere saluberrimã sedẽ infimã tenet? Cui superfunditur aquarũ natura, nitens & ipsa ad vnitatẽ speciosior & perlucidior propter maiorẽ similitudinẽ partiũ, & custodiens locũ ordinis & salutis suæ? Quid de aeris natura dicam, multo faciliore cõplexu ad vnitatẽ nitente, & tanto speciosiore, quanto speciosiores aq̃ sunt terris, quantoq̃; ad superiorẽ salutẽ alA tior terra nititur? Quid de cœli supremo ambitu, quo tota vniuersitas visibilium corporum terminatur, & summa in hoc genere species, ac saluberrima loci excellentia? Ista certa oĩa q̃ carnalis sensus ministerio numeramus, & q̃cunq; in eis sunt, locales numeros, q̃ videnẽ esse in aliquo statu, nisi p̃cedentibus intimis & in silentio temporalibus numeris q̃ sunt in motu, nec accipere illos possunt nec habere. Illos itidẽ tẽporũ interuallis agiles p̃cedit & modificat vitalis motus, seruiens domino rerum omnium, non temporum habens digesta interualla numerorum suorum, sed tempora ministrã te potentia, super quam rationales, & intellectuales numeri beatarũ animarum atq; sanctarum, legem ipsam Dei, sine qua fo iũ de arbore non cadit, & cui nostri capilli numerati sunt, nulla interposita natura excipientes, vsque ad terrena, & inferna iura transmittunt. Quæ potui & sicut potui de tantis tantillus tecum contuli. Sermonem autem hunc nostrum mandatũ literis siqui legunt sciant multo infirmioribus hæc esse scripta, quam sunt illi, qui vnius summi Dei consubstantialem & incommutabilem trinitatem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia duorum testamentorum authoritatem secuti uenerantur & colunt, ea credẽdo, sperando, & diligendo. Hi enim non scintillantibus humanis ratiocinationibus, sed validissimo, & flagrantissimo charitatis igne purgantur. Nos autem dum negligendos esse non existimamus quos hęretici rationis, & scientiæ fallaci pollicitatione decipiunt, tardius incedimus, consyderatione ipsarum viarum, quam sancti viri qui eam volando non dignantur attendere. Quod tamen facere non auderemus, nisi multos pios ecclesiæ catholicæ matris optime filios, qui puerilibus studijs loquẽdi ac disserendi facultatem quantum satis est consequuti essent, eadem refellendorum hæreticorum necessitate fecisse videremus.

Mat. 10. Conclusio opis.

Rom. 11. B

LIBRORVM DE MVSICA FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI CONTRA ACADEMICOS

Liber primus.

OVtinã Romaniane, hominẽ sibi aptum ita vicissim virtus fortunæ repugnãti posset auferre, vt ab ea sibi auferri neminẽ patitur: iã tibi profecto iniecisset manus, suiq; iuris te esse ꝓclamãs, & in bonorũ certissimorũ possessionẽ traducens, ne ꝓsperis quidem casibus seruire ꝑmitteret. Sed qm̃ ita cõparatũ est, siue pro meritis nostris, siue ꝓ necessitate naturæ ut diuinum animũ mortalibus inhærentem, nequaquam sapientiæ portus accipiat, vbi neque aduersante fortunæ flatu, neque secundante moueatur, nisi eò illum fortuna ipsa vel secunda, vel quasi aduersa ꝑducat: nihil ꝓte nobis aliud quàm vota restãt, q̃bus ab illo cui hæc curæ

C Romanianum inuitat ad uerã philosophiam. Cap. 1. 1. Re. 1.

1. Retra. Cap. 1.

sunt Deo si possumus impetremus: vt te tibi reddat, ita enim facile reddet & nobis, sinatq; mentem illam tuam, quæ respirationem iamdiu parturit, aliquando in auras veræ libertatis emergere. Etenim fortasse, quæ vulgo fortuna nominatur occulto quodam ordine regitur, nihilque aliud in rebus casum D vocemus, nisi cuius ratio & causa secreta est: nihilque seu commodi seu incommodi contingit in parte, quod non conueniat & congruat vniuerso. Quam sententiam vberrimarum doctrinarum oraculis æditam remo tamque longissime ab intellectu profanorũ, se demonstraturam veris amatoribus suis, ad quam te inuito, philosophia pollicetur. Quamobrem cum tibi tuo animo indigna multa accidunt, ne te ipse contemnas. Nam si diuina prouidentia pertenditur vsque ad nos quod minime dubitandum est, mihi crede, sic tecum agi oportet vt agitur: nam cum tanta quanta sæpe admiror indole tua, ab ineunte adolescentia adhuc infirma ratione, atque lapsante vestigio humanam vitam errorum omnium plenissimam ingrederis, excepit te circunfluentia diuitiarum, quæ illam ætatem atque animum quæ pulchra & honesta videbantur auide sequentem illecebrosis cœperat absorbere gurgitibus, nisi inde te fortunæ illi flatus, qui putantur aduersi, eripuissent penè mergentem. An vero si ædentem te munera vrsorum, & nunquam ibi antea visa spectacula ciuibus nostris, theatricus plausus semper prosperri- E mus accepisset: si stultorum hominum, quorum immensa turba est, conflatis & consentientibus vocibus ferreris ad cœlum: si nemo tibi auderet esse inimicus: si municipales tabulæ te non solum ciuium, sed etiam vicinorum patronum ære signarent, collocarentur statuæ, influerent honores, adderentur etiam potestates, quæ municipalem habitum supercrescerent: conuiuijs quotidianis mensæ opimæ strueretur: quod cuique esset necesse, quod cuiusque etiam delitiæ sitirent, indubitanter peterent, indubitanter haurirent, multa etiam non petentibus funderentur, resque ipsa familiaris diligenter à tuis fideliterque administrata, idoneam se tantis sumptibus paratam q; præberet. Tu interea viueres in ædificiorum exquisitissimis molibus, in nitore balnearum, in tesseris quas honestas non respuit, in venatibus, in conuuijs, in ore clientium, in ore ciuium, in ore denique populorum humanissimus, liberalissimus, mundissimus, fortunatissimus vt fuisti iactareris, quisquã tibi Romaniane beatæ alterius vitæ, quæ sola beata est, quisquam quæso mentionem facere auderet? Quisquam tibi persuadere posset non solum te fœlicem non esse, sed eo F maxime miserum, quo tibi minime videreris. Nunc vero quam te breuiter admonendum, tot & tanta quæ pertulisti aduersa fecerunt. Non enim tibi alienis exemplis persuadendum est quàm fluxa & fragilia, & plena calamitatũ sint omnia quæ bona mortales putant, cum ita ex aliqua parte bene expertus sis, vt ex te cæteris persuadere possimus. Illud ergo, illud tuum, quo semper decora & honesta desyderasti: quo te liberalem magis quàm diuitem esse maluisti: quo nunquam concupisti esse potentior quàm iustior, nunquam aduersitatibus improbitatibusque celsisti, illud ipsum inquam diuinum, quod in te nescio quo vitæ huius somno veternoque sopitum est, varijs illis durisque iactationibus secreta prouidentia excitare decreuit. Euigila, euigila, oro te multum: mihi crede, gratulaberis quod penè nullis prosperitatibus quibus tenentur incauti, mundi huius tibi dona blandita sunt. Quæ meipsum captare moliebantur quotidie illa cantantem, nisi me pectoris dolor ventosam professionem abiicere, & in philosophię gremium confugere coegisset. Ipsa me nunc in G otio, quod vehementer optauimus, nutrit, ac fouet: ipsa me penitus ab illa superstitione, in quam te mecum præcipitem dederam, liberauit: ipsa. n. docet, & vere docet nihil omnino colendum esse, totumq; contemni oportere, quicquid mortalibus oculis cernitur, quicquid vllus sensus attingit. Ipsa verissimum & secretissimum Deum perspicue se demonstraturam promittit, & iam iamque quasi per lucidas nubes ostentare dignatur. In hac mecum studiosissime viuit noster Licentius: ad eam totus à iuuenilibus illecebris voluptatibusq; conuersus est, ita vt eum non temere patri audeam imitandum proponere. Philosphia est. n. à cuius vberibus se nulla ætas quæretur excludi: ad quam auidius reciendam & hauriendam quò te incitarem, quanuis tuam sitim bene nouerim, gustum tamen mittere volui, quem tibi suauissimũ, & vt ita dicam, inductorium fore, peto ne frustra sperauerim. Nam disputationem quam inter se Trigetius & Licentius habuerunt, relatam in literas, tibi misi. Illum quoq; adolescentem,

lescentem, quasi ad detergendum fastidiũ disciplinarum aliquantum sibi vsurpasset militia, ita nobis magnarum honestarumq; artiũ ardentissimum edacissimumq; restituit. Pau H culis igitur diebus transactis, posteaquam in agro viuere cœperamus, cum eos ad studia hortans atque animans, vltra q̃ optauerã paratos & prorsus inhiãtes viderem, volui tentare pro ætate quid possent: præsertim cum Hortensius liber Ciceronis iam eos ex magna parte conciliasse philosophię videretur. Adhibito itaque notario, ne auræ laborẽ nostrum discerperent, nihil perire permisi. Sanè in hoc libro res & sententias illorũ, mea vero & Alipij etiã verba lecturus es. Cum igitur omnes hortatu meo vnum in locũ ad hoc cõgregati essemus, vbi opportunũ visum est, Nunquidnã dubitatis, inquam, verũ nos scire oportere? Minime, ait Trigetius, cæteriq; se vultu ipso approbasse significauerũt. Quid si, inquam, etiam non comprehẽso vero beati esse possimus, necessariã veri comprehẽsionem arbitramini? Hic Alipius, Huius quæstionis, inquit, iudicem me turius esse puto. Cum. n. iter mihi in vrbem sit cõstitutum, oportet me onere alicuius suscipiendę partis releuari, simul quod facilius iudicis partes q̃ cuiusquã defensoris cuipiam delegare possim. Quare dehinc pro alterutra parte ne à me quicquam expectetis. Quod ei cũ I concessum esset ab omnibus, & ego rogationẽ repetissem, Beati certe, inquit Trigetius, esse volumus, & si ad hanc rẽ possumus absque veritate peruenire, quærenda nobis veritas non est. Quid hoc ipsum, inquam? Existimatisne beatos nos esse posse, ẽt non inuenta veritate? Tunc Licentius, Possumus, inquit, si verum queramus. Hic cum ego cæterorũ sniam nutu flagitassem, Mouet me, inquit Nauigius, quod à Licentio dictum est. Potest. n. fortasse hoc ipsum esse beate viuere, in veritatis inquisitione viuere. Defini ergo, ait Trigetius, quid sit beata vita, vt ex eo colligam quid respondere conueniat. Quid censes, inquam, esse aliud beate viuere, nisi secundum id quod in homine optimum est viuere? Temere, inquit, verba non fundã, nam idipsum optimũ quid sit, definiẽdũ mihi abs te peto. Quis, inquã dubitauerit nihil aliud esse hominis optimũ, q̃ eam partem animi, cui dominanti obtẽperare conuenit cætera quæque, q̃ in homine sunt? Hæc aũt ne aliã postules definitionẽ, mens aut ratio dici põt. Quod si tibi non videtur, quære quomodo ipse definias vel beatam uitam, vel hominis optimum. Assentior, inquit. Quid ergo, K vt ad propositũ, inquã, redeamus, vt ne tibi nõ inuento vero beate posse viui, si tm̃ quæratur? Repeto, inquit, sniam illam meam: minime videtur. Vos, inquam, quid opinamini? Tum Licentius, Mihi prorsus, inquit, videt: nã maiores nostri, quos sapiẽtes beatosq; accepimus, eo solo quod verum quærebant, bene beateq́ vixerunt. Ago gratias, inquam, quod cum Alipio me iudicem fecistis, cui fateor inuidere iã cœperem. Q̃m igitur alteri vestrum vt, beatam vitã sola inuestigatione veritatis, alteri non nisi inuentione posse contingere. Nauigius autem pauloante ostẽdit in tuam Licenti partem se velle transire magnopere expecto quales sententiarum vestrarum patroni esse possitis. Res. n. magna est, et diligenti discussione dignissima. Si res magna est, ait Licentius, magnos viros desyderat. Noli quærere, inquã, præsertim in hac villa, quod vbiuis gẽtiũ reperire difficile est, sed potius explica, cur id quod abs te non temere, vt opinor, prolatum est, & qua tibi ratione videatur: nam & maxime res cũ à paruis quæruntur, magnos eos solent efficere.

Quoniã te, inquit, video magnopere nos L vrgere, vt aduersum inuicẽ disputemus, qd' Fœlicite vtiliter velle confido. Quæro cur beatus tas inue esse non possit, qui verũ quærit, ẽt si minime stigatio inueniat? Quia beatũ, inquit, Trigetius, vo- ne veri. lumus esse perfectum, in omnibus sapiẽtem. Cap. 3. Qui autem adhuc quærit, perfectus non est. Hũc igitur quomodo asseras beatũ, omnino non video. Et ille, Põt apud te, inquit, vincere authoritas maiorum? Non oĩum, inquit Trigetius. Quorũ tandem? Ille, eorum. s. qui sapientes fuerunt. Tum Licentius, Carneades, inquit, tibi sapiens non videtur? Ego ait, Græcus non sum, nescio Carneades iste qui fuerit. Quid, inquit Licentius, de illo nostro Cicerone, quid tandem existimas? Hic cum diu tacuisset. Sapiens fuit, inquit. Et ille, Ergo eius de hac re sententia habet apud te aliquid ponderis? Habet, inquit. Accipe igitur quæ sit, nam eam tibi excidisse arbitror. Placuit enim Ciceroni nostro, beatum esse qui veritatẽ inuestigat, ẽt si ad eius inuentionẽ non valeat peruenire. Vbi hoc, inquit, Cicero dixit? Et Licẽtius, Quis ignorat eũ affirmasse vehemẽter, nihil ab homine percipi posse, nihilq; remanere sapienti, nisi diligentissimã inquisitionẽ veritatis? Propterea, q̃ si in certis rebus esset assensus, etiã si fortas-

se veræ

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

M se veræ forent, liberari ab errore nõ posset, q̃ maxima est culpa sapientis. Quamobrem si & sapientẽ necessario beatum esse credendũ est, & veritatis sola inquisitio perfectum sapientiæ munus est, quid dubitamus existimare beatã vitã, ẽt per se ipsa inuestigatione veritatis posse contingere? Tum ille, Licetne tandẽ ad ea q̃ temere concessa sunt, redire rursum? Hic ego: Illi hoc non solent cõcedere (inquam) quos ad disputandum nõ inueniendi veri cupiditas, sed ingenij pueriis iactantia impellit. Itaq; apud me, pſertim cum adhuc nutriendi educandiq́; sitis, non solũ conceditur, sed etiam in præceptis habeatis volo, ad ea vos discutienda redire oportere, q̃ concesseritis incautius. Et Licentius: Nõ paruũ in philosophia profectũ puto, inquit, cũ in cõparatione recti veriq́; inueniendi contennitur à disputante victoria. Itaq; libenter obsequor præceptis & sententiæ tuæ, & Trigetium ad id quod se temere concesisse arbitratur, res.n.mei iuris est, redire permitto. Tũ Alipius: Suscepti à me officij nondũ partes esse vosmetipsi mecũ recognoscitis. Sed qm̃ id iandudũ dispositA fectio interrumpere me compellit, pro meo quoq; munere geminatã sibi potestatẽ parti ceps mecum iudicii non renuet vsq; in reditum meũ. Video.n.hoc vestrum certamen longius progressurum. Et cum discessisset, Quod, inquit Licentius, temere cõcesseras, profer. Et ille: Temere dedi, inquit, Ciceronem fuisse sapientem. Ergone Cicero sapiẽs nõ fuit, à quo in Latina lingua philosophia & inchoata est, & perfecta? Et si concedã, inquit, esse sapientem, non omnia tamen eius probo. At qui oportet multa eius alia refellas, vt non impudenter hoc de quo agitur, improbare videaris. Quid si hoc solum nõ recte sensisse illum affirmare paratus sum, vestra, vt opinor, nihil interest, nisi cuius ponderis ad id quod volo asserendum, rationes afferã. Perge, inquit ille. Quid.n. inquit, audeam contra eum, qui se Ciceronis aduer1.Retra cta. c.1. sarium profitetur? Hic Trigetius: Volo attẽdas, ait, tu iudex noster, quemadmodũ superius beatam vitam definieris: dixisti nanq; eum beatũ esse, qui secundũ eã partẽ animi uiuit, quam cæteris conuenit imperare. Tu aũt Licẽti volo vel nunc mihi concedas: iã .n. libertate, in quam maxime nos vendicaturã se philosophia pollicetur, iugum illud Bauthoritatis excusi, perfectũ nõ esse qui adhuc veritatẽ requirit. Tũ ille post diuturnũ silentiũ, Nõ concedo, inquit. Et Trigetius: Cur q̃so? explica. Istic sum.n. & habeo audire, quo pacto possit & perfectus homo esse, & adhuc q̃rere veritatẽ. Hic ille. Qui ad finẽ, inquit, nõ puenit, fateor quod perfectus non sit. Veritatẽ aũt illã solũ deum nosse arbitror: aut forte hominis animã, cũ hoc corpus, hoc est, tenebrosum carcerẽ dereliquerit. Hominis aũt finis est perfecte quærere veritatẽ. Perfectum .n. q̃rimus, sed tamen hominẽ. Et Trigetius. Non igitur põt beatus esse homo. Quo enim, cum id quod magnopere concupiscit, assequi nequeat? Põt aũt homo beate viuere, siquidẽ potest secundũ eam partẽ animi viuere quam dominari in homine fas est. Potest igitur verũ inuenire. Aut colligat se, & non concupiscat verũ, ne cum id assequi non potuerit, necessario miser sit. At hoc ipsum est beatũ hominis, ait ille, perfecte quærere veritatem: hoc est .n. peruenire ad finẽ, vltra quem non potest progredi. Quisquis ergo minus instanter q̃ oportet veritatẽ quærit, is ad finẽ hominis nõ peruenit. Quisquis aũt tantum quantũ homo potest ac debet, dat operã inueniẽdæ veritati, ẽt si eã non inueniat, beatus est. Totum.n. facit, quod vt faciat, ita natus est. Inuentio aũt si defuerit, id deerit quod natura non dedit. Postremò cũ hominem necesse sit aut beatũ esse, aut miserũ, nõne dementis est eũ qui dies noctesq́; quantũ potest, instat inuestigandæ veritati, miserum dicere? Beatus igitur erit. Deinde illa definitio mihi, vt arbitror, vberius suffragatur, nam si beatus est, sicuti est, qui secundum eam partem animi viuit, quã regnare cæteris conuenit, & hęc pars ratio dicitur, quęro vtrũ non secundũ rationem viuat, qui quærit perfecte veritatem? Quod si absurdum est, quid dubitamus beatũ hominẽ dicere sola ipsa inquisitione veritatis? Mihi, ait ille, nec secundum rationem viuere nec beatus omnino quisquis errat, videtur. Errat aũtẽ omnis qui semper quærit, nec inuenit. Vnde tibi vnum è duobus monstrandũ est, cẽ aut errantem beatum esse posse, aut eum, qui quod quęrit nunq̃ inuenit, non errare. Hic ille: Beatus errare non potest. Et cum diu siluisset: Non autem erat, inquit, cum quærit; quia vt non erret, quærit. Et Trigetius: Vt non erret quidẽ, inquit, quærit, sed errat cũ minime inuenit. Ita autem tibi pro futurum putasti, quod errare ille non vult quasi nemo erret inuitus, aut quisquam omnino

nino erret nisi inuitus. Tum ego, cũ ille diu cunctaretur quid responderet: Definiẽdum vobis est, inquã, quid sit error, facilius enim eius fines potestis videre, in quẽ iã penitus ingressi estis. Ego, inquit Licentius, definire aliquid idoneus nõ sum: quamuis errorem definire sit facilius q̃ finire. Ego, ait ille, desiErrare ſd ſit. niam quod mihi facillimum est, nõ ingenio, sed causa optima. Nam errare est vtiq; sem per quęrere, nũquam inuenire. Ego, inquit Licentius, si vel istam definitionem facile possem refellere, iamdudum causæ meæ nõ defuissem. Sed quoniam aut res ipsa per se ardua est, aut ita mihi apparet, peto, à vobis vt vsq; in crastinam lucem quæstio differatur, si nihil hodie quod respondeam reperire potuero, cũ id sedulo mecum ipse voluã. Quod cũ concedendũ putarẽ, non renuentibus cæteris, deambulatũ ire surreximus, nobisq́; inter nos multa variaq́; sermocinãtibus, ille in cogitatione defixus fuit. Quod Eluit, & nostro se sermoni miscere. Postea cũ iam aduesperasceret, in eundem conflictum redierãt: sed modũ imposui, persuasiq́; vt in aliũ diẽ differri paterẽtur. Inde ad balneas. Postridie autẽ cũ consedissemus: Proferte, inquã, quod heri cœperatis. Tũ Licentius: Distuleramus, inqt, disputationẽ nisi fallor, rogatu meo, cum erroris definitio difficillima mihi eẽt. Hic planè, inq̃, non erras, quod vt tibi omen sit ad reliqua, libenter optaue-1.Retra rim. Audi ergo, inquit, quod heri etiam nisi cta. c.1. intercessisses, protulissem: Error mihi videtur esse falsi pro vero approbatio. In quem nullo pacto incidit, qui veritatẽ q̃rẽdã sẽper existimat. Falsũ.n. probare non põt, qui probat nihil. Non igitur põt errare, beatus autẽ facillime esse potest. nam ne lõgius abeam, si nobisipsis, vt heri licuit, quotidie viuere liceret, nihil mihi occurrit cur nos beatos appellare dubitaremus. Viximus enim magna mentis tranquillitate, ab omni corporis labe animum vendicantes, & à cupiditatũ facibus longissime remoti, dãtes, quantũ homini licet, operam rationi: hoc est, secundum illã diuinã partẽ animi viuentes, quam beatã vitã esse hesterna inter nos definitio ne cõuenit: atq;, vt opinor, nihil inuenimus, sed tantũmodo quęsiuimus veritatẽ. Potest igitur sola inquisitione veritatis, ẽt si eam in Puenire minime possit, homini beata vita cõtingere. Nam definitio tua vide quęso quãta facilitate excludatur notione cõmuni. Etenim errare dixisti esse semper q̃rere, & nũquã inuenire. Quid si quisquam nihil q̃rat, & interrogatus, verbi gratia, vtrumnam modo dies sit, temere statimq́; noctem esse opinetur atq; respondeat? Nonne tibi videtur errare? Hoc igitur erroris genus vel immanissimũ, nõ cõplexa est definitio tua. Quid si etiam non errantes cõplexa est, potestne definitio vlla esse vitiosior? Nam siquis Alexandriam quærat, & ad eam recto pergat itinere, non opinor potes eũ errantem vocare. Quid si eandẽ viã varijs impeditus causis, longo agat tpe, & in ea morte pręueniatur, nonne & semper q̃siuit, & nunquã inuenit, nec tamen errauit? Non, inquit ille, semper quæsiuit. Recte dicis, ait Licentius, & bene admones. Inde enim prorsus nihil ad rem pertinet definitio tua: non enim ego beatũ esse dixi, qui semper quærat veritatẽ. Quod G ne fieri quidẽ po. est: Primo, quia non semper homo est: Deinde, quia, non ex quo tempore incipit esse homo, ex eo iam potest, ætate impediente, verum quærere. Aut si semper id putas dicendum si nihil tẽporis, quo iam querere potest, perire patitur, rursus tibi Alexandriã redeundũ est. Fac enim quẽquam, ex quo tempore iter agere vel ætate vel negocio sinitur, pergere occipere illam viam, atq; vt supra dixi, cum deuiet nusquã, antequam perueniat tamen vita excedere, multum profecto errabis, si tibi errasse iste videbitur, quanuis omni quo potuit tempore, nec quęrere desierit, nec inuenire potuerit quò pergebat. Quamobrem si & mea descriptio vera est, & secundum eam non errat ille qui perfecte quærit, quanuis non inueniat veritatem, beatusq́; est ob eam rẽ, quod secundum rationem viuit. Tua vero definitio & frustra est, & si nõ esset, nihil eã curare deberent, si ex eo solum quod ego definiui, satis causa firmata est. Cur quæso nõdum est ista inter nos quęstio dissoluta? Hic In inue-Trigetius: Dasne, inquit, lapientiam rectam stigatio-viam vitæ esse? Do, inquit, sine dubio: sed ta- ne veri men volo mihi sapientiam definias, vt sciã fœlici-vtrum quæ mihi eadẽ & tibi esse videatur. tas.ca.5. Et ille: Parũ tibi, ait, videtur definita hoc ip H so quod nũc interrogatus es? Etiã quod volui concesisti. Si.n non fallor, nõ falso recta via vitæ sapientia nominatur. Tũ Licẽtius: Nihil mihi tam ridiculũ, q̃ ista definitio videtur, inquit. Fortasse, ait ille. Pedetentim tamen quæso, vt ratio præueniat risum tuum: nihil enim est fœdius risu, irrisione dignisi

mus

mo. Quid enim? ait ille, nonne fateris vitæ mortem esse contrariã? Fateor, ait. Mihi igitur, inquit ille, via vitæ nulla magis videtur, q̃ ea qua quisq; pergit, ne in mortem incidat. Assentiebatur Trigetius. Ergo si uiator quispiam, diuerticulum vitans, quod à latronibus obsideri audierit, recta ire pergat, atq; ita euadat interitum, nonne & viam vitæ & rectam secutus est: & eam sapientiam nominat nemo? Quomodo igitur omnis recta vitæ via sapientia est? Concesi enim esse, sed non solam. Definitio autẽ nihil complecti debuit, quod esset alienum. Itaque rursus defini, si placet, quid tibi videtur esse sapientia? Diu ille tacuit, Deinde: En, inquit, iterum definio, si hoc tu nunquam finire statuisti, Sapientia est via recta, quæ ad veritatem ducit. Similiter, & hoc, inquit ille,
Aen. 1. refellitur: nam cum apud Virgilium Aeneæ
I dictum est à matre: Perge modo, & qua te ducit via dirige gressum, sequens hanc viam ad id quod dictum erat, id est, ad verum peruenit. Contende modo, si placet, vbi pedẽ ille incedens posuit, sapientiam posse dici: quanquam stulte prorsus istam descriptionem tuam effringere conor, nam causam meam nullatenus adiuuat. Etenim sapientiã non ipsam veritatem, sed viam quæ ad eam ducat esse dixisti. Quisquis ergo hac vtitur via, sapientia profecto vtitur: & qui sapientia vtitur, sapiens sit necesse est. Sapiens igitur erit ille, qui perfecte quæsierit veritatẽ, & si ad eam nondum peruenerit: nam via quæ ducit ad veritatem, nulla vti opinor, intelligitur melius q̃ diligens inquisitio veritatis. Hac igitur sola via vtens iam iste sapiens erit. At nemo sapiens miser: omnis autem homo aut miser aut beatus. Beatum igitur faciet non tantum inuentio, sed ipsa per se inuestigatio veritatis. Tum ille arridens: Merito mihi, inquit, ista contingunt, dum aduersario in re non necessaria fidenter assentior: quasi vero ego sim magnus definitor, aut quicquam in disputãdo magis
K superuacaneum putem. Quis enim modus erit, si ego rursus velim definiri abs te aliquid? & rursus eiusdem definitionis verba, & consequentium item sigillatim omnia, fingens quod nihil intelligam, definire flagitẽ? Nam quid planissimum non meo iure definire cogam, si iure à me sapientiæ definitio postulatur? Cuius n. verbi in animis nostris apertiorem notionem natura esse voluit q̃ sapientiæ? Sed nescio quomodo cum mentis nostræ veluti portum notio ipsa reliquerit, & verborum sibi quasi vela tetẽderit, occurrant statim calumniarum mille naufragia. Quamobrem aut definitio sapientiæ ne requiratur, aut iudex noster in eius patrocinium dignetur descendere. Tum ego, cum iã stylũ nox impediret, & quasi de integro magnum quiddã differendum videre oboriri, in alium diem distuli: nam disputare cœperamus sole iam in occasum declinante, diesq; penè totus cum in rebus rusticis ordinandis, tum in recensione primi libri Virgilij peractus fuit. Deinde vt altera dies mox illuxit, ita. n. res erant pridie constitutæ vt largũ esset ocium, statim peragendum negocium susceptum est. Tum ego: Heri postula Veratius (inquã) Trigeti, vt à iudicis munere ad pientis sapientiæ patrocinium descẽderem: quasi ve quiquam in sermone vestro aduersariũ Cap. 4
sapientia pateretur, aut te eam defendente. L
ita laboraret, vt maius implorare deberet auxilium. Nam neq; inter vos aliud quæritur dum natum est, q̃ quid sit sapientia, in quo eam vestrum neuter oppugnat, quia vterq; desiderat. Neq; si tu in definienda sapiẽtia defecisse te putas, propterea reliqua defensio sententiæ tuæ tibi deferenda est. Itaq; à me nihil aliud habebis q̃ definitionẽ sapientiæ, quæ nec mea nec noua est, sed & priscorum hominũ, & quam nos miror non recordari. Spiendo
Non enim nunc primum auditis sapientiã quid
esse rerum humanarum diuinarumq; scientiam. Hic Licentius, quem post istam definitionem diu putabam quæsiturũ esse quid diceret, subiecit statim: Cur ergo non quæso sapientiam vocamus flagitiosissimum illum hominem, quem ipsi bene nouimus per innumera scorta solere dissolui: Albicerium Albicerium dico illum, qui apud Carthaginẽ multos an rideret nos cõsulentibus mira q̃dam & certa rũdit? Innumerabilia cõmemorare possem, nisi & apud eos loquerer qui experti sunt, & paucis nunc satis sit ad id quod volo. Nonne eo clearium (mihi autẽ dicebat) cum domi nõ M inueniretur, tuo iussu percunctatus, non solũ quid q̃reretur, verumetiam nominatim cuius res esset, & vbi lateret, citissime verissi meq; respondit? Itẽ me psente, omitto illud quod in eo quod rogabat, nihil oĩno falsus est: sed cũ puer qui nũmos ferebat, certã cortis partẽ cum ad eũ pergeremus, furatus esset, oẽs sibi numerari iussit, coegitq; illum ante oculos nostros quos abstulerat reddere, priusquam omnino ipsum aut eosdem num-

nummos vidisset, aut quantum sibi ablatũ fuerit audisset è nobis. Quid quod doctissimum & clarissimum virũ Flaccianum mirari solitum esse abs te accepimus? Qui cũ de fundo emendo esset locutus, ad illum diuinũ rem ita detulit, vt quid egisset, si potis esset, ediceret. Atq; ille statim non modo negocij genus, sed ẽt, in quo ille vehementer clamabat admirans, ipsum fundi nomẽ pronunciauit, cum ita esset absurdũ, vt vix eius Flaccianus ipse meminisset. Iam illud sine stupore animi non queo dicere, quod amico nostro discipulo tuo sese volenti exagita
A re, flagitantiq́; insolenter, vt diceret quod se cum ipse tacitus volueret, Vergilij versum eum cogitaret respondit. Cum ille obstupefactus negare nõ posset, perrexit q̃rere quisnam versus esset. Nec Albicerius, qui Grãmatici scholã vix trãsiens vidisset aliq̃n, versum ipsum securus & garrulus canere dubitanit. Nũ igitur aut res humanę erãt, de quibus ille cõsulebaĩ, aut sine rerum diuinarũ scientia eã certa consulentibus & vera respondit, aut vtrunq; absurdũ est? Nã & humanæ res nihil sunt aliud q̃ res hoĩum, vt argẽtum, nũmi, fundus, postremo ipsa ẽt cogitatio. Et res diuinas quis nõ recte arbitretur esse, per quas homini diuinatio ipsa contingit? Sapiens ergo fuit Albicerius, si sapiẽtiã rerum humanarũ diuinarumq́; scientiã
esse illa definitione concedimus. Hic ille.
Philoso phia qd Cap. 7. Primo, inquit, ego sciẽtiã nõ appello, in qua ille qui eã profitetur, aliquãdo fallitur. Sciẽtia. n. non solum cõprehensis, sed ita, cõprehensis rebus constat, vt neq; in ea quisq̃ errare, nec quibuslibet aduersantibus impulsus nutare debeat. Vnde verissime à quibusdã philosophis dicitur, in nullo eã posse nisi in sapiente inueniri, qui non modo perceptum habere debet id quod tuetur ac sequitur, verumetiam incõcussum tenere. Sci
B mus autẽ illum quẽ cõmemorasti, multa sæpe falsa dixisse, quod non solum aliis mihi referentibus cõperi, sed præsens aliquando ipse percepi. Eumne igitur scientẽ vocẽ, cũ sæpe falsa dixerit, quẽ non vocarẽ, si constãter vera dixisset? Hoc me de haruspicibus & de auguribus, & de his omnibus qui sydera consulunt, & de coniectoribus dixisse putatote. Aut aliquem ex hoc genere homi num proferte si potestis, qui consultus nunquam de responsis suis dubitauerit, nunq̃ postremo falsa responderit. Nã de vatibus nihil mihi puto esse laborandũ, qui mẽte lo quuntur aliena. Deinde res humanas esse vt concedam res hominũ, quicquam tu existimas nostrum esse, quod nobis vel dare vel eripere casus potest? Aut cum rerũ humanarum scientia dicitur, ea dicitur, qua quis q̃ nouit vel quot, vel quales fundos habeamus: quid auri, quid argenti, quidq́; deinde alienorum carminum cogitemus? Illa est humanarum rerũ scientia, quæ nouit lumen prudentiæ, tẽperantiæ decus, fortitudinis robur, iustitiæ sanctitatẽ. Hæc. n. sunt q̃ nullã fortunã metuentes, vere nostra dicere 2. Retra
audemus: quæ si Albicerius ille didicisset, ctа. ca. 1.
nunq̃, mihi crede, tã luxiorose deformiterque vixisset. Quod autẽ dixit, quẽ versum C
volueret aĩo ille à quo consulebatur, neque hoc puto inter res nostras esse numerandũ: Non quo negem honestissimas disciplinas ad possessionẽ quandã nostri animi pertinere, sed quia versum alienũ ẽt imperitissimis canere ac pronunciare cõcessum est. Ideoq́; talia cum in memoriã nostrã incurrerint, nõ mirum est si sentiri possunt ab huius aeris animalibus quibusdam vilissimis, quos demones vocant, à quibus nos superari acumine ac subtilitate sensuum posse concedo, ratione autẽ nego. Atq; id fieri nescio quo modo secretissimo atq; à nostris sensibus remotissimo. Non. n. si miramur apiculam melle posito, nescio qua sagacitate, qua hominẽ vincit, inde auolare, ideo eam nobis prẽponere, aut saltem comparare debemus. Itaque vellẽ magis iste Albicerius, ab eo q̃ discere cuperet, interrogatus ipsa metra docuissẽt, vel coactus à quopiã consultorũ, de re sibi statim proposita versus proprios ceciniſſet. Quod eundem Flaccianum sæpe dixisse soles cõmemorare, cum illud diuinationis genus magna mẽtis altitudine derideret atq; despiceret, idq́; nescio cui abiectissimæ animulæ, sic. n. dicebat, tribueret, quo ille
quasi spũ admonitus vel inflatus, hæc rũde- D
re solitus esset. Quærebat. n. vir ille doctissimus ab ijs qui talia mirarẽtur, nũ Grãmaticã vel Musicã vel Geometriam Albicerius posset docere? Quis ãt illũ nosset & nõ istorũ oium imperitissimũ fateretur? Quãobrẽ ad extremũ hortabatur, vt animos suos ij q̃ talia didicissent, illi diuinationi sine dubitatione præferrent, darentq́; operam his disciplinis instituere atque adminiculari suam mentem, quibus aeream istam inuisibilium animantium naturam transilire, & eam superuolare contingit. Iam res diuinæ, cum
omni-

Hariolis an sa pientes, & quid sit sapiens. Cap. 9.

omnibus concedentibus, meliores augustiores sque multo quàm humanę sint, quo pacto ille eas assequi poterat, qui quid esset ipse nesciebat? Nisi forte existimas sydera, quę quotidie contemplamur, magnum quiddam esse in comparatione verisimi, & secretisimi Dei, quem raro fortasse intellectus, sensus autem nullus attingit, hæc autę præsto sunt

1. Retracta. Cap. 1.

oculis nostris. Nec ista igitur sunt illa diuina, qualia se sola scire sapientia profitetur. Cætera autem quibus isti, nescio qui, diuinãtes, uel ad vanam iactãtiam, uel ad quæstum abutuntur, quæ syderibus profecto viliora sunt. Nõ igitur Albicerius rerũ humanarũ ac diuinarum sentẽtiæ particeps fuit, frustraque abs te isto modo definitio nostra tentata est. Postremo cũ quicquid præter res humanas atq; diuinas est, nos vilisimũ ducere, & omnino contẽnere oporteat, quæro in quibus rebus quęrat ille tuus sapiens ueritatẽ? In diuinis, ait ille, Nam virtus etiã in homine sine dubitatione diuina est. Has igitur Albicerius iã sciebat, quas tuus sapiens semper inquiret? Tum Licentius diuinas, ait & ille nouerat, sed & non eas quæ à sapiente q̃rendæ sunt. Quis enim non euertat omnem loquendi consuetudinem, si ei diuinationem cõcedat, & adimat res diuinas, è quibus diuinatio nominata est? Quare illa vestra definitio, ni fallor, nescio quid aliud quod ad sapiẽtiã nõ pertineret, includit. Tũ Trigetius, Definitionẽ istã, inquit, defendet si libebit, ille qui protulit. Nũc mihi tu volo respõdeas, vt tandem ad id quod agitur, ueniamus. Istic sum, inquit ille. Dasne, ait, Albicerium scisse verũ? Do, inquit. Melior igitur tuo sapiente. Nullo modo ait ille, Nã quod genus ueri sapiens inquirit, non solum ille delirus hariolus, sed ne ipse quidẽ sapiens dum in hoc corpore uiuit assequitur: quod tamen tãtum est, vt multo sit prętstabilius hoc semper quęrere, quàm illud aliquando inuenire. Necesse est, ait Trigetius, vt mihi in augustijs definitio illa subueniat. Quæ si propterea tibi vitiosa est, quia complexa est eum quẽ nõ possumus vocare sapientem, quæro vtrum eam probes, si sapientiam rerum humanarum diuinarumq; scientiã dicamus, sed earum, quę ad beatam vitam pertineãt. Est, inquit ille, & ista sapientia, sed non sola: vnde superior definitio mouasit alienum, hæc autẽ proprium deserunt: quare illa auaritiæ, ista stultitiæ coargui potest. Etenim vt ipse iam explicẽ definitionem quod sentio, sapientiã mihi videtur esse, rerum humanarum, diuinarumq; quæ ad beatam uitam pertineant non scientia solum, sed etiam diligens inquisitio. Quam descriptionẽ si partiri uelis, prima pars, quæ scientiam tenet, Dei est, hæc autem quæ inquisitione contenta est, hominis. Illa igitur Deus, hac autẽ homo beatus est. Tum ille. Miror, inquit, sapiẽtẽ tuum quomodo asseris frustra operã consumere. Quomodo inquit Licentius, frustra, cum tantam mercedẽ conquirat? Nã hoc ipso quo quærit, sapiẽs est, & quo sapiens, eo beatus. Cũ ab omnibus inuolucris corporis mentẽ quãtũ potest euoluit, & seipsum in semetipsum colligit, cum se nõ permittit cupiditatibus laniandum, sed in se atque in Deum semper trãquillus intendit, vt & hic, quod beatum esse supra inter nos conuenit, ratione perfruatur, & extremo die vitæ ad id quod concupiuit, adipiscendum reperiatur paratus, fruaturque merito diuina beatitudine, qui humana sit ante perfruitus. Tum ego, cum Trigetius quod sibi esset respondendum diu quæreret, non puto inquam Licenti etiam argumẽta huic defutura, si eum ociose quærere permittamus? Quid enim ei quouis loco defuit ad respondendum? Nã primo ipse ociose intulit, qm̃ de beata vita quæstio nata est, & beatum solum necesse est esse sapientem, siquidẽ stultitia etiam stultorum iudicio misera est, perfectum sapientem esse debere, non autẽ perfectum esse qui adhuc uerum quid sit inquirit, vnde ne beatum quidem. Cui loco tu cũmolem authoritatis obijceres, modeste aliquantum Ciceronis nomine perturbatus, tamẽ se statim erexit, & generosa quadã cõtumacia in verticẽ libertatis exilijt, rursumq; arripuit quod erat de manibus violenter excussum: quæsiuitq; abs te vtrũ tibi perfectus qui adhuc quæreret videretur: ut si fatereris non esse perfectum, ad caput recurreret, demonstraretque si posset per aliã definitionẽ perfectum esse hominẽ, qui secundum legem mẽtis vitam gubernaret, ac per hoc, beatum nisi perfectũ esse non posse. A quo te laqueo cum expedisses cautius quàm putabã, & perfectum hominẽ diceres, inquisitorẽ diligẽtissimum veritatis, ipsaq; illa definitione, qua beatam uitam illam demum esse dixeramus, quæ secundum rationẽ ageretur, tu præfidẽtius apertiusque pugnasses, & ille tibi planè reposuit: nam occupauit præsidium tuum, vnde pulsus omnino summam rerum amiseras, ni te induciæ reparassent. Vbi enim accem

Sapiẽtiæ descriptio.

cem locauerunt Academici, quorum tueris sententiam, nisi in erroris definitionẽ? Quę tibi nisi noctu fortasse per somniũ rediret in mentem, iam quid responderes nõ habebas, cum in exponenda Ciceronis sententia idip sum tuipse ante commemoraueris. Deinde uentum est ad definitionem sapientiæ, quam I cum tanta calliditate labefactare conareris, ut tua furta nec ipse auxiliator tuus Albicerius hariolus fortasse comprehenderet, quãta tibi uigilantia, quantis uiribus restitit, q̃ te penè inuoluit atq; depressit: nisi postremo te tua definitione noua tutareris, diceresq; humanam esse sapientiam inquisitionem ueritatis, ex qua propter animi tranquillitatem beata uita contingeret. Huic iste sententiæ non respondebit, præsertim si in proroganda die uel parte quæ restat, reddi sibi gratiam postulabit. Sed ne longum faciamus, iam si placet sermo iste claudatur, in quo immorari etiam superfluum puto. Tractata enim res est pro suscepto negocio satis quæ post pauca omnino posset uerba finiri, nisi exercere uos uellem, neruosq; uestros & studia, quæ mihi magna est cura, explorare: nam cum instituissem uos ad quærendam veritatem magnopere hortari, cœperam ex uobis quærere quantum in ea momenti poneretis: omnes autem pro fuistis tantum, ut plus non desiderem. Nam cum beati esse cupiamus, siue id fieri non potest nisi inuenta, siue non nisi diligenter quæsita ueritate: postpositis cæteris omnibus rebus, nobis si beati esse uolumus, perquirenda est. Quamobrem iam istam, ut dixi, disputationem terminemus, & relatam in literas mittamus Licenti potissimum patri tuo, cuius erga philosophiam iam prorsus animum teneo. Sed adhuc quæ admittat quæro fortunam. Incendi autem in hæc studia uehementius poterit, cum te ipsum iã intentum mecum sic uiuere, non audiendo solum, verumetiam legendo ista cognouerit. Tibi autem si, ut sentio, Academici placent, uires ad eos defendendos ualidiores para, nam illos ego accusare decreui. Quæ cum essent dicta, prandium paratum esse annunciatum est, atque surreximus.

***

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis episcopi, contra Academicos, Liber secundus.

SI q̃ necesse est, disciplina atq; scia sapiẽtię uacuũ esse nõ posse sapientẽ, tã eã necesse esset inuenire dũ q̃ritur, ois ꝓfecto Academicorũ uel calũnia uel ptinacia, uel perui catia, uel, ut ego interdũ arbitror, cõgrua illi tpi ratio, simul cũ ipso tpe & cũ ipsius Carneadis Ciceronisq; corporibus sepulta foret. Sed quia siue uitæ huius multis uarijsq; iactãtibus Romaniane, ut in eodẽ te probas, si ue ingeniorũ quodã stupore uel socordia uel tarditate torpẽtiũ, siue desp ratione inueniẽdi, quia non q̃ facile oculis ista lux tã facile mẽtibus sapiẽtię sydus oboritur, siue ẽt, q̃ error populorũ est, falsa opinione inuẽtæ à se ueritatis, nec diligenter hoies q̃runt, siqui q̃rũt, & à q̃rendi uoluntate auertũtur, euenit ut sciẽtia raro paucisq; ꝓueniat. Eoq; fit ut Academicorũ arma, qm̃ cũ eis ad manus uenitur, nec mediocribus uiris, sed acutis & bñ eruditis, inuicta & quasi Vulcania uideanť. Quãobrẽ cõtra illos fluctus procellasq; fortunæ, cũ obnitẽdũ remis qualiũcunq; uirtutũ, tũ in primis diuinũ auxiliũ omni deuotione atq; pietate implorandũ est, ũt intẽtio cõstantissima bonorũ studiorũ teneat cursũ suũ à quo eã nullus casus excutiat, quo minus illã philosophiæ tutissimus iucundissimusq; portus accipiat. Hæc prima tua causa est, hinc tibi metuo, hinc te cupio liberari, hinc (si mõ dignus sim qui impetrẽ) quotidianis uotis auras tibi ꝓsperas orare nõ cesso, oro ãt ipsã summi dei uirtutẽ atq; sapientiã. Quid est n. aliud, quem mysteria nobis tradũt Dei filiũ? Multũ ãt me adiuuabis ꝓ te deprecantẽ, si nõ nos exaudiri posse despe res, nitarisq; nobiscũ & tu, nõ solũ uotis, sed ẽt uoluntate atq; illa tua naturali mentis altitudine propter quã te q̃ro, qua singulariter delector, quã semper admiror, q̃ in te, proh nephas, illis rerũ domesticarũ nubibus quasi fulmẽ inuoluitur, & multos ac penè omnes latet. Me autem & alium uel tertium familiarissimos tuos latere non potest, qui sæpe non solum attentius audiuimus murmura tua, sed etiam nonnulla fulgura fulminibus propria conspeximus. Quis enim, ut cætera pro tempore taceam & unum commemorem, quis inquam tam subito unquã tũ intonuit, tantũq; lumine mẽtis emicuit, ut sub

1. Retracta. Cap. 1.

vt sub vno fremitu rationis & quodã coruscamine tẽperantiæ,vno die illa pridie sæuissima penitus libido moreretur? Ergone nõ erumpet aliqñ ista virtus,& multorũ desperantium risus in horrorem stuporẽq; conuertet,& locuta in terris quasi quædã futurorũ signa, rursus proiecta totius corporis onere recurret in cœlum? Ergone Augusti nus de Romaniano frustra ista dixit? Non sinet ille cui me totum dedi,quem nunc re-
Romanianum ad verã philosophiam hortat. Cap. 1. cognoscere aliquantulũ cœpi. Ergo aggredere mecũ philosophiã. Hic est quicquid te anxiũ sæpe atq; dubitantẽ mirabiliter solet mouere. Non.n.metuo aut à socordia morum,aut à tarditate ingenij tui. Quis.n.te quando aliquantum respirare cõcessum est, in sermonibus nostris vigilantior:quis acutior apparuit? Egone tibi gratiam non repensabo? An fortasse paululum debeo? Tu me adolescentulũ pauperẽ,ad peregrina studia pergẽtem,& domo, & sumptu & (quod plus est) animo excepisti. Tu patre orbatũ amicitia consolatus es,hortatione animasti,
6. Confes.ca.4. ope adiuuisti. Tu in nostro ipso municipio, fauore,familiaritate,cõmunicatione domus
B tuæ penè tecũ clarũ primatemq; me fecisti.
2. Confes.ca.3. Tu Carthaginẽ illustrioris professionis gratia remeantem,cum tibi soli & meorũ nulli consiliũ meum spemq; aperuissẽ,quãuis ali quantum illo tibi insito, quia ibi iã docebã, patriæ amore cunctatus es tamen vbi euncere adolescentis cupiditatem ad ea q̃ uidebantur meliora tendentis nequiuisti, ex dehortatore in adiutorem mira beneuolentiæ moderatione conuersus es. Tu necessariis omnibus iter adminiculasti meũ. Tu ibidẽ rursus,qui cunabula, & quasi nidum studiorũ meorum foueras, iam volare audentis sustentasti rudimenta. Tu etiã cum te absente atq; ignorante nauigassem,nonnihil succensens, quod non tecum communicassem vt solerem,atq; aliud quiduis q̃ contumaciam suspicans,mansisti inconcussus in amicitia: nec plus ante oculos tuos liberi deserti à magistro,q̃ nostrę mentis penetralia puritasq; versata est. Postremò quicq̃d de ocio meo gaudeo,quod à superfluarum cupiditatum vinculis euolaui, quod depositis oneribus mortuarum curarum,respiro,resipisco, redeo ad me,quod quæro intentissimus veri-
C tatẽ,quod inuenire iam ingredior,quod me ad ipsum summum bonũ peruenturum esse confido,tu animasti,tu impulisti,tu fecisti. Cuius autem minister fueris, plus adhuc fide concepi q̃ ratione comprehendi. Nã cũ præsens psenti tibi exposuissem interiores motus animi, mei vehementerq; ac sæpius assererem,nullã mihi videri prosperã fortunam,nisi quæ ocium philosophandi daret, nullam beatam vitã,nisi qua in philosophia viueretur: sed me tanto meorũ onere, quorum ex officio meo vita penderet, multisq; necessitatibus,vel vani mei pudoris, vel ineptæ meorum miseriæ refrenari: tam magno es elatus gaudio, tam sancto huius vitæ inflammatus ardore,vt te diceres,si tu ab illarum importunarum litium vinculis aliquo modo eximeris,omnia mea vincula ẽt patrimonij tui mecum participatione rupturũ. Itaq; cum admoto nobis fomite discessissẽs, nunq̃ cessauimus inhiantes in philosophiã, atq; illã vitam,quæ inter nos placuit atque couuenit. prorsus nihil aliud cogitare: atq; id constanter quidẽ,sed forte minus acriter agebamus,putabamus tamen satis nos agere. Et quoniam nondum aderat ea flamma, quæ summa nos arreptura erat, illam, qua D lenta ęstuabamus,arbitrabamur vel esse maximã. Cum ecce tibi quidem pleni, vt ait Celsinus,bonas res Arabicas vbi exhalarũt in nos,vbi illæ flammulæ instillarunt pretiosissimi vnguenti guttas paucissimas, incredibile Romaniane,incredibile,& ultra q̃ de me fortasse & tu credis (quid amplius dicam?) etiam mihi ipsi de meipso incredibile incendium concitarunt. Quis me tunc honor,quæ hominum pompa,quæ inanis fama cupiditas, quod deniq; huius mortalis vitæ fermentum atq; retinaculum commouebat? Prorsus totus in me cursim redibã. Respexi tamen, confiteor, quasi de itinere in illã religionem, quæ pueris nobis insita est,& medullitus implicata. Verum autem ipsa me ad se nescientẽ rapiebat. Itaq; rituans,properans,hæsitans arripio Apostoli Paulum:neque enim vere isti,inquam, tanta potuissent vixissentq; ita, vt eos vixisse manifestũ est,si eorum literæ atq; rationes huic tanto bono aduersarentur. Perlegi totum intentissime atq; castissime. Tunc vero quantulocunq; iam lumine asperso,tanta se mihi philosophiæ facies aperuit, vt non dicam tibi,qui eius incognitæ famæ semper arsisti,sed si ipsi aduersario tuo, à quo nescio utrum plus exercearis q̃ impediaris,eã E demonstrare potuissem, ne ille & Baias, & amœna pomeria, & delicata nitidaq; conuiuia,& domesticos histriones,postremo quic quid

quid eum acriter commouet in quascunque delitias,abiiciens & relinquẽs, ad huius pulchritudinem blandus amator & sanctus,mirans, anhelans, æstuans aduolaret. Habet enim & ille quod confitendum est, quoddam decus animi,vel potius decoris quasi seminarium, quod erumpere in verã pulchritudinem nitens,tortuose ac deformiter inter scabra vitiorum,& inter opinionum fallaciũ dumeta frondescit: tamen non cessat frondescere, & paucis acute ac diligenter in densa intuentibus quantum sinitur eminere. Inde est illa hospitalitas, inde in conuiuiis multa humanitatis condimenta, inde ipsa elegãtia, nitor,mundissima facies rerum omnium, & vndique cuncta profundens adumbratæ ve-
Philocalia et philosophia. Cap.3. nustatis vrbanitas. Philocalia vulgo ista dicitur. Ne contemnas nomen hoc ex vulgi nomine. nã philocalia, & philosophia propè similiter cognominatæ sunt, & quasi gentiles inter se videri volunt & sunt. Quid
F est enim philosophia?amor sapientiæ. Quid philocalia? amor pulchritudinis. Quære de Græcis. Quid ergo sapientia, nonne ipsa vera est pulchritudo? Germanæ igitur istæ
1. Retra sunt prorsus,& eodem parẽte procreatę: sed
ct.ca.1. illa visco libidinis detracta cœlo suo, & inclusa cauea populari, viciniam tamen nominis tenuit, ad commonẽdum aucupem ne illam contemnat. Hanc igitur sine pennis sordidatam,& egentem, volitãs libere soror sæpe agnoscit,sed raro liberat:non enim philocalia ista vnde genus ducat agnoscit,nisi philosophia. Quam totam fabulam (nam subito Aesopus factus sum) Licentius tibi carmine suauius indicabit, poeta est enim penè perfectus. Ergo ille, si veram pulchritudinem, cuius falsę amator est, sanatis renudatisque paululum oculis posset intueri,quanta voluptate philosophiæ gremio se inuolueret? Quomodo ibi te cognitum sicut verum fratrem amplecteretur? Miraris hæc, & forsitan rides. Quid si hæc explicarem vt volebam? Quid si saltem vox,si adhuc facies videri à te non potest,ipsius philosophię posset
G audiri? Mirareris profecto,sed non rideres, non desperares. Crede mihi,de nullo desperandum est,de talibus autem minime. Omnino sunt exempla,facile euadit, facile reuolat hoc genus auium, multis inclusis multũ mirantibus. Sed ad nos redeam,nos inquam Romaniane, philosophemur: reddam tibi gratiam,filius tuus cœpit iam philosophari. Ego eum reprimo, vt disciplinis necessariis prius excultus vigentior & firmior insurgat, quarum te ne metuas expertem. Si bene te noui,aures tibi liberas tãtum opto. Nam de indole quid dicam? Vtinam nõ tã rara esset in hoibus,quàm certe est in te. Restãt duo vitia,et impedimẽta inueniẽdę veritatis,à quibus tibi non multũ timeo, timeo tamẽ,ne te conténas atq; inuenturum esse desperes, aut certe ne inuenisse te credas. Quorũ primũ si tamẽ inest,ista tibi disputatio fortasse detrahet. Sæpius enim succesisti Academicis, eo quidẽ grauius quo minus eruditus esses, sed in eo libentius quod veritatis amore illiciebaris. Itaque iam cum Alipio,te fautore,cõfligam, & tibi facile persuadebo quod volo, probabiliter tamen. Nã ipsum verũ non videbis,nisi in philosophiã totus intraueris. Illud autẽ alterũ quod te fortasse aliquid inue- H
nisse præsumis, quãuis à nobis iam quęrens dubitansq; discesseris,tamen siquid superstitionis in animũ reuolutum est.ciicietur pro- De vera
fecto, vel cumtibi aliquam inter nos disputationẽ de religione misero,vel cum præsens ne religiotecum multa contulero. Ego.n.nunc aliud Cap.7.
nihil ago quàm me ipse purgo à vanis perniciosisq; opinionibus. Itaq; nõ dubito melius mihi esse quàm tibi est. Vnũ tãtum est vnde 1. Retrainuideã fortunæ tuæ, quod solus frueris Lu- cta.ca.1.
ciniano meo. An & tu inuides q̃a dixi meo? Sed quid dixi aliud quàm tuo, & omniũ q̃cũq; vnũ sumus? De quo tamẽ vt subuenias desyderio meo,quid te rogem? Tu teipsum pro me roga quantum scis,quia debes. Sed nunc ambobus dico, cauete nequid vos nosse arbitremini, nisi quod ita didiceritis, saltẽ vt nostis,vnum,duo,tria,quatuor simul collecta in summa fieri decem. Sed item cauete ne uos in philosophia veritatem aut non cognituros, aut nullo modo ita posse cognosci arbitremini. Nam mihi vel potius illi cre- Matth.7
dite,qui ait. Quærite & inuenietis,nec cognitionem desperandam esse, & manifestiorem futuram quàm sunt illi numeri. Nunc ad propositum veniamus. Iam enim sero eœpi metuere,ne hoc principium modum exce I
deret, & non est leue. Nam modus proculdubio diuinus est,sed fefellerit cum dulciter ducit,ero cautior cum sapiens fuero.

Post pristinum sermonem,quẽ in primũ Repetũt
librum contulimus, septem ferè diebus à di- in prio-
sputando fuimus ocioſi,cum tres tantũ Ver- re libr.di
gilij libros,post primũ recenseremus,atq; ut sputata.
in tẽpore congruere videbatur tractaremus. Cap.4.
Quo tamẽ opere Licẽtius in poeticũ studiũ

Universidad de Deusto Biblioteca

sic inflammatus est,vt aliquantum mihi etiã reprimendus videretur. Ita enim ab hac intentione, ad nullam se rem deuocari libenter ferebat. Tandem tamen ad retractãdam quam distuleramus de Academicis quæstionẽ, cum à me quantum potui lumen philosophiæ laudaretur,nõ inuitus accesit,& forte dies ita serenus effulserat,vt nulli prorsus rei magis quàm serenandis animis nostris congruere videretur. Maturius itaq; solito lectos reliquimus, paululumq; cum rusticis egimus,qđ tẽpus vrgebat. Tũ Alipius,Antequã vos,inquit,audiã de Academicis disputãtes,volo mihi legat sermo ille vester quem dicitis me absente perfectum. Nõ enim possum aliter cum inde huius disceptationis occasio nata sit,in audiendis vobis, non aut errare,aut certe laborare. Quod cum factum esset, & in eo penè totum antemeridianum tempus consumptum videremus, redire ab agro qui deambulantes nos acceperat, domũ instituimus. Et Licentius. Quæso,inquit, ante prandium mihi breuiter totam Academicorum sententiam exponẽdo repetere ne graueris, nequid in ea me fugiat, quod pro partibus meis sit. Faciam,inquam,& eo libẽtius quo hac re cogitans parum prandeas. Ne inquit ille,istinc securus sis. Nã & multos, & maxime patrẽ meum sæpe animaduerti,eo edaciorem quo refertior curis esset. Deinde, tu quoque de istis metris cogitãtem non sic expertus es, vt cura mea mensa secura sit. Quod quidem apud meipsum mirari soleo. Quid.n.sibi vult,quod tunc cibũ pertinacius appetimus cum in aliud intẽdimus animum? Aut quid est qđ manibus,& dẽtibus nostris, occupatis nobis, animus imperiosus sit? Audi potius, inquam, de Academicis quod rogaueras,ne te metra ista voluẽ tẽ,non solum in epulis sine metro,sed etiam in quęstionibus patiar. Si quid autẽ pro mea parte occultabo, ꝓdet Alipius. Bona fide tua opus est,inquit Alipius. Nam si metuẽdum est ne aliquid occultes, à me deprẽhendi difficile posse arbitror eum, à quo me ista didicisse nullus,qui me nouit ignorat, præsertim cum in prodendo vero nõ magis victoriæ q̃ ꝺ tuo cõsulturus sis. Agã,inquã,bona fide, qm̃ de iure præscribis. Nam & Academicis placuit nec homini sententiam posse contingere earum duntaxat rerum, quæ ad philosophiam pertinent: nam cætera curare se Carneades negabat, & tñ hoiem posse esse sapientẽ,sapientisq; totum munus, vt abs te quoq; Licenti illo sermone dissertum est, in conquisitione veri explicari. Ex quo cõsici, vt nulli etiam rei sapiens assentiatur: errat.n. necesse est (quod sapienti nefas est) si assentiatur rebus incertis. Et omnia incerta esse non dicebant solum,verumetiam copiosissimis rõnibus affirmabãt. Sed verum nõ posse comprehendi, ex illa Stoici Zenonis de definitione arripuisse videbantur, qui ait ad verũ percipi posse, quod ita esset animo impressum ex eo vnde esset,vt esse nõ posset ex eo unde non esset. Quod breuius planiusq; sic dicitur, his signis verum posse cõprehendi,quę signa,non potest habere quod falsum est. Hoc prorsus non posse inueniri,vehemẽtissime vt conuincerent incubuerunt. Inde Academicorum dissensiones philosophorum, inde sensuum fallacię, inde somnia furoresque, inde pseudomeni, & foritæ in illius causæ patrocinio viguerunt. Et cum ab eodem Zenone accepissent nihil esse turpius quàm opinari, consentire fecerũt callidissime,vt si nihil percipi posset, falsum & esset opinatio turpissima, nihil vnquam cum sapiens approbaret. Hinc eis inuidia magna conflata est: videbatur .n. consequens,ut nihil ageret qui nihil approbaret. Vnde dormientem semper, & officiorum oĩum desertorẽ sapientẽ suum Academici describere vibantur,quẽ nihil approbare censebãt. Hinc illi inducto quodã probabili, quod etiã verisimile noĩabant, nullo modo cessare sapientem ab officijs asserebant, cum haberet quid sequeretur. Veritas autem siue propter naturæ tenebras quasdam, siue propter similitudinẽ rerũ vel obruta vel confusa latitaret. Quanuis & ipsam refrenationem, & quasi suspensionem assensionis magnam prorsus rationem actionem sapientis esse dicebant. Videor mihi breuiter totum vt voluisti exposuisse, nihilque recepisse à præscriptione Alipi tuã: id est,egisse,vt dicitur, bona fide. Si enim aliquid vel non ita vt est dixi, uel forte non A dixi,nihil voluntate à me factũ est. Bona ergo fides est ex animi sn̄ia. Homini.n.homo falsus docẽdus, fallax cauendus debet uideri. Quorum prius magistrũ bonũ, posterius discipulum cautum desyderat. Tũ Alipius, Gratũ,inquit,habeo,cũ & Licẽtio à te satisfactum est,& me onere impositio reuelasti. Non .n. magis tibi verendum erat, ne quid explorãdi mei causa minus à te diceret (Nã alio modo qui fieri poterat?) quàm mihi,si in quoquã te prodere fuisset necesse. Quare faxis,vt illud qđ deest,nõ tã percunctationi, quàm ipsi percunctanti de differentia nouæ ac veteris Academiæ, ne te pigeat exponere. Prorsus,inquam,fateor, piget. Quare beneficium dederis (nam & hoc quod commemoras,ad rem maxime pertinẽre negare non possum) si me paululum cõquiescente, apud me distinguere ista noĩa,& causam nouæ Acedemiæ aperire volueris. Crederem, inquit, me quoque à prandio te auocare voluisse,ni te magis a Licentio territum dudũ putarẽ,& eius postulatio ita nobis præscripsisset, vt ei ante prandium quicquid huius inuolutionis esset,expediretur. Et cum reliqua dicere tenderet,mater nostra (nã domi iam eramus) ita nos trudere in prandiũ cœpit,vt verba faciendi locus non esset. Deinde cũ tñ alimentorum accepissemus quãtum compescendæ fami satis esset, ad pratũ regressis nobis,Alipius paream,inquit, sententiæ tuæ,nec ausim recusare. Si.n.nihil me fugerit,gratulabor cum doctrinæ tuæ, tum ẽt memorię meę. At si in quoquam fortasse aberrauero, recurabis id,vt deinceps hmõi delegationem non ꝓtimescam. Nouæ Academiæ dissidium non tã contra veterẽ conceptum,q̃ contra Stoicos arbitror esse commotum. Nec vero dissidium est putãdum, siquidem à Zenone illatam nouã quæstionem dissolui discutiq; oportebat: nam de non percipienda, quanuis nullis conflictationibus agitata,incolens tamen etiam veterum Academicorum mentes sententia non impudenter existimata est. Quod ẽt ipsius Socratis Platonisq; ac reliquorum veterũ authoritate ꝓbatu facile est,qui se hactenus crediderunt ab errore posse defendi, si se assensioni non temere commisissent. Quanuis propriam de hac re disputationẽ in scholas suas non introduxerint, nec ab illis enucleate aliquando quæsitum sit, percipi, nec ne veritas possit. Qđ cũ Zeno rude ac nouum intulisset, contenderetq; nihil percipi posse, nisi quod verum ita esset,vt dissimilibus notis à falso discerneretur, neque opinationem subeundam esse sapienti, atque id Archesilas audire, negauit huiusmodi quicquam posse ab homine reperiri, neque illius opinionis naufragio sapientis cõmittendam esse vitam. Vnde ẽt conclusit, nulli rei esse assentiendum. Verũ cum ita res se haberet, vt vetus Academia magis aucta q̃ oppugnata videretur, extitit Philonis auditor Antiochus, qui vt nonnullis visum est gloriæ cupidior quam veritatis, in simultatẽ adduxit Academiæ utriusque sententias. Dicebat enim rem insolitam & ab opinione veterum remotissimam Academicos nouos conatus inducere. In quam rem veterũ physicorum aliorumq; magnorum philosophorum implorabat fidem: ipsos ẽt Academicos oppugnans, qui se verisimile contenderent,tequi,cum ipsum verum se ignorare faterentur. Multaque argumẽta collegerat, quibus nunc superledẽdum arbitror. Nihil tñ magis defendebat, q̃ percipere posse sapientem. Hanc puto inter Academicos nouos ac veteres controuersiam fuisse. Quę si secus se habet, vt Licentium plenissime informes pro vtroque postulauerim. Si vero ita est,vt dicere potui,susceptã disputationẽ peragite. Tum ego,quãdiu inquã Licẽti,in isto nostro longiore, q̃ putabã sermone cõquiescis? Audisti q̃ sint Academici tui? At ille verecunde arridens,& aliquantulũ hac cõpellatione turbatior, Pœnitet me,inquit, tantopere affirmasse contra Trigetium,beata vitam in veritatis inquisitione consistere. Nam me ista quæstio ita perturbat,vt vix non miser sim, qui certe vobis siquid humanitatis geritis videor miserandus. Sed quid me ipse ineptus crucio? Aut quid exhorreo tãta causæ bonitate subnixus? Prorsus non cedam,nisi veritati. Placent ne inq̃, tibi noui Academici? Plurimũ inquit. Ergo verum videntur tibi dicere? Tum ille cũ nã esset assensurus, arrisione Alipij cautior factus hæsit aliquantulum. Et deinde, Repete, inquit,rogatiunculam. Verum ne,inquam, tibi vident Academici dicere? Et rursus cũ diu tacuisset, Vtrum,ait,verũ sit nescio,probabile est tñ. Neque.n.plus video quod sequar. Probabile,inquã, scisne ab ipsis etiam verisimile nominari? Ita,inquit,videt. Ergo inquã,verisimilis est Academicorum sentẽtia. Ita,inquit. Iam quæso attende,inq̃,diligẽtius. Si quisq̃ fratrem tuum visum patris tui similẽ esse affirmet,ipsumq; tuũ patrem non nouerit,nonne tibi insanus,aut ineptus videbitur? Et hic diu tacuit. Tũ ait,Non mihi hoc videtur absurdum. Cui ego cum respondere cœpissem, Expecta,inquit, quæso paululũ. Ac post arridẽs,dic mihi ait,oro te, Ianne certus es de victoria tua? Tũ ego,Fac me,inq̃, certũ ee,non ideo tñ tu causam tuã debes deserere, præsertim cũ hæc inter nos disputatio susceptа sit exercendi tui causa, & ad elimandum animũ prouocandi. Nũqd nã, inquit, aut Academicos legi,aut tot

Apud Ciceronem Cap. 4.

Cõfer. Cap. 4.

B Academica nostra, & vetera. Cap. 6. vide Cicer. Acadẽmicas quæstiones. Lib. 2.

Ex Ciceronis Academicis quæstionibus.

C

D

Contra nouos Academicos. Cap. 7.

E

disciplinis eruditus sum,quibus tu ad me instructus aduentas. Academicos, inquã,nec illi legerant à quibus primo sententia ista defensa est. Eruditio autẽ displinarumque copia si te deficit,non vsque adeo tũ ingenium tuum esse debet inualidũ, vt nullo facto impetu pauciſsimis verbis rogationibusq; succumbas. Illud.n.iam vereri cœpi,ne tibi citius,quam volo succedat Alipius,quo aduersario nõ ita securus deãbulabo. Ego utinam, inquit ille,iam vincar, vt aliquando vos audiã dissentes,& quod plus est,videam:quo mihi spectaculo nihil põt fœlicius exhiberi. Nã qm placuit nobis ista fundere potius q̃ effundere, siquidẽ ore prorumpentia stylo excipitis,nec in terram,vt dicitur, cadere sinitis,legere ẽt vos licebit. Sed nescio quomodo cum admouentur oculis idem ipsi, quos inter sermo æditur, bona disputatio si non vtilius, at certe lætius perfundit animum. Gratum habemus, inquam. Sed repentina ista gaudia tua temere illam sentẽtiam euadere coegerunt, qua dixisti,nullum tibi spectaculum exhiberi posse fœlicius. Quid? si enim illum patrem tuum, quo profecto nemo philosophiam est post tam lõgam sitim haustur us ardentius,nobiscum ista quærentem ac dissentem videbis,cum ego me fortunatiorem nunquam putabo,quid te tandẽ sentire ac dicere conuenit? Hic vero ille aliquantum lachrymauit, & vbi loqui potuit, porrecta manu cœlũ suspiciens, Et quando ego,inquit, Deus hoc videbo, nihil est de te desperandum: Hic cum penè omnes ab intentione disputationis remitti in lachrymas
G cœpissemus,obluctans mecũ,& vix me colligens, Age potius,inquam,& in vires tuas redi, quas vt congereres vnde patronus Academiæ futurus,lõge ante monueram,nõ opinor,ideo vt modo Ante tubã tremor occupet artus, vt visendæ alienę pugnæ desiderio,tã cito te optes esse captiuum. Hinc Trigetius, vbi satis attendit iã vultus nostros serenatos. Quidni iste optet,inquit,homo tã sanctus, vt hoc ei Deus ante vota concesserit? Crede iã Licenti: nam qui non inuenis quid respondeas & adhuc, vt uincare optas, paruæ fidei mihi videris. Arrisimus. Tũ Licentius, Loquare beatus, inquit,non inueniendo verum,sed certè non quærẽdo. Qua hilaritate aduleſcentulorum cum essemus lętiores. Attende,inquã,rogationẽ,& in viã redi firmior & valentior,si potes. En assum, inquit,quantũ possum. Quid.n.si ille fratris mei visor fama cõpertũ habeat eum esse similẽ patris? potest ne insanus aut ineptus esse,si credit? Stultusne, inquã, saltẽ dici põt? Non continuo,inquit, nisi se id scire cõtenderit. Nam si vt probabile sequitur quod crebra fama iactauit, nullius temeritatis argui pt. Tum ego,Rẽ ipsam paulisper consyderemus,& quasi ante oculos constituamus. Ecce fac illũ nescio quẽ hoiem,quem desciri H bimus esse præsentẽ: aduenit alicunde frater tuus. Ibi iste,Cuius hic puer filius? Respondetur, Cuiusdam Romaniani. At hic,quam patri similis est quã ad me hoc non temere fama detulerat. Hic tu vel quis alius? Nosti .n.Romanianũ bone homo? Nõ noui,inq;, tũ similis eius mihi vr̃. Poterit ne quisquã risum tenere? nullo mõ,inquit. Ergo,inquã, quid sequaẽ vides. Iamdudũ,inquit, video. Sed tũ istam conclusionem abs te audire volo,oportet enim alere incipias quem cepisti. Quidni,inquam,concludã, Ipsa res clamat similiter ridendos esse Academicos tuos,qui se in vita verisimilitudinem sequi dicunt,cũ ipsum verũ quid sit ignorẽt. Tum Trigetius, Longe mihi,inquit, videtur dissimilis Academicorum cautio ab huius quem describisti ineptia. Illi enim rationibus assequuntur,quod dicunt esse verisimile: iste autem ineptus famam secutus est, cuius authoritate nihil est vilius. Quasi vero,inquam, non ineptior esset,si diceret,partem quidem eius minime noui,nec fama comperi q̃ sit similis patris,& mihi tantum similis uidetur. Ineptior certe, inquit. Sed quorsum ista? Quia tales,inquam, sunt,qui dicunt,verum quidẽ non nouimus,sed hoc quod videmus I eius quod non nouimus simile est. Probabile,inqt,illi dicũt. Cui ego, Quomodo istud dicis? An negas eos verisimile dicere? Et ille inquit,Ego ob hoc dicere volui, vt illã similitudinem excluderem. Videbatur.n. mihi fãma improbe irruisse in quæstionem vestrã, cum Academici ne oculis quidem credant humanis,nedum famæ mille quidem,vt poetæ fingunt, sed monstruosis tamen luminibus. Nam quis ego tandem sum Academiæ defensor? An in quæstione ista inuidetis securitati meæ? En habes Alipium, cuius aduentus nobis quæso ferias dederit, Quem te iamdudum non frustra formidare arbitramur. Tum facto silentio, oculos ambo in Alipium contulerunt. Tum ille,Vellem inquit quidẽ,vt meæ vires patiũtur,auxiliari aliquatenus partibus vestris, nisi mihi omnem

Versus Vergilij.

omen vestrũ terrori esset. Sed hanc formidi
1.Retra ctã.ca.1. nẽ ni me spes fefellerit,facile fugiã. Simul.n. solatur me, q̃ præsens Academicorũ oppugnator, onus Trigetij victi penè subierit,
K & nunc eum victorem vestra confessione probabile est. Illud magis vereor,ne & deserti officij negligentiã, & inuasi impudentiã deuitare non possim. Nõ enim vos oblitos credo iudicis mihi munus fuisse delatũ. Hic Trigetius. Illud inquit aliud, hoc autem aliud est, quare quæsumus, vt te aliqñ patiare priuatum. Non renuerim ait, nedũ impudentiã,vel negligentiam uitare cupio, in superbiæ,quo vitio nihil est immanius,la queos incidam, si honorẽ mihi à vobis concessum diutius,q̃ permittitis teneam. Proin
Verum inueniri posse. de velim mihi exponas bone accusator Academicorum officium tuum in quorũ defen-
Cap. 9. sione hos oppugnes. Metuo.n.ne Academicos refellens, Academicum te probare velis. Accusatorum,inquam vt opinor, duo genera esse bene nosti. Non.n.si à Cicerone modestissime dictum est,ita eum Verris esse accusatorem, vt Siculorum defensor esset: propterea necesse est eum,qui aliquem accusat,
Cicero i Verrẽ actione prima. habere alterum quem defendat. Et ille,Saltẽ habesne tu quicquam, in quo sententia tua iam fundata constiterit? Facile est,inquam, huic rogationi respondere, mihi præsertim,
L cui repentina non est. Iam hoc totum mecum egi, & diu multumq; versaui animo. Quamobrem audi Alipi, quod vt arbitror, iam optime scis: Non ego istam disputationem disputandi gratia susceptam volo, satis sit, q̃ cum istis adoleſcentulis præluſimus, vbi libenter nobiscum philosophia,quasi iocata est. Quare auferantur de manibus nostris fabellæ pueriles. De vita nostra,de moribus,de animo res agitur. Qui se superaturum inimicitias omnium fallaciarum, & veritate comprehensa,quasi in regionem suæ originis rediens,triumphaturum de libidinibus,atq; ita temperantia velut coniuge accepta regnaturum esse præsumit, securior redi
1.Retra ctã.ca.1. turus in cœlum. Vides quid dicam? Tollamus de medio iam cuncta ista Arma acrifa-cienda viro:ne quicquam minus semper o-
Hemistichium Maronis. 8. ptaui,q̃ inter eos qui secum multũ vixerũt, multumq; sermocinati sunt oriri aliquid, vnde nouus quasi conflictus exurgat. Sed propter memoriam quæ infida custos est ex cogitatorum,referri in literas volui,quod inter vos sæpe pertractauimus,simul ut isti adoleſcentes & in hac attendere discerent & aggredi ac subire tentarent. Tu'ne ergo ne- M
scis,nihil me certum adhuc habere quod sentiam,sed ab eo quærendo Academicorũ argumentis atq; disputationibus impediri? Nescio.n.qũo fecerunt in animo quandam probabilitatem, vt ab eorum verbo nondũ recedam,q̃ homo verum inuenire non possit. Vnde piger & prsus segnis effectus erã, nec q̃rere audebam, quod acutissimis & doctissimis uiris inuenire non licuit. Nisi ergo prius tam mihi persuasero verum posse inueniri,q̃ sibi illi non posse persuaserunt,nõ audebo quærere,nec habeo aliquid quod defendam. Itaq; istam interrogationem remoue si placet, & potius discutiamus inter nos, q̃ sagaciter possumus,vtrum nam possit verum inueniri. Et pro parte mea uideor mihi habere iã multa, Ea sunt ãt quibus cõtra rationẽ Academicorũ niti molior. Inter quos & me modo interim nihil distat,nisi quod illis probabile visum est, non posse inueniri veritatẽ, mihi autẽ inueniri posse probabile est. Nã ignoratio veri,aut mihi si illi fingebant,peculiaris est, aut certe vtrisque cõis. Verba Academicorũ peculiaria.ca.1.
Tum Alipius,Iam,inquit,securus incedam: uideo.n.te non tam accusatorem,q̃ adiutorẽ fore. Itaque ne longius abeamus, uideamus quæso prius,ne per hanc quæstionẽ, in qua succesisse uideor ijs qui tibi cesserũt,in uerbi controuersiam decidamus, quod teipso in A
sinuatione ex authoritate illa Tulliana turpissimum esse sæpe confesi sumus. Cum.n. ni fallor Licentius placusse sibi diceret, de probabilitate Academicorum sententiam, subiecisti quod ille haud dubie confirmauit, sciretne hanc ab eisdem etiã uerisimilitudinem nominari. Et bene noui, siquidem ex te mihi nota sunt,non absq; te esse Academicorum placita. Quę cum,ut dixi,animo tuo infixa sint,quæ verba fecteris,ignoro. Non est ista,inquam,mihi crede,verborum,sed rerũ ipsarum magna controuersia. Non enim illos uiros eos fuisse arbitror, qui rebus nescirent noia imponere, sed mihi hæc uocabula videntur elegisse,& ad occultandam tardioribus,& ad significandã vigilantioribus seu tentiam suam. Quod quare & qũo mihi videatur exponam, cum prius illa discussero, q̃ ab eis tanq̃ cognitionis humanæ inimicis dicta hoies putant. Itaq; perlibenter habeo huc usq; hodie nostrũ processisse sermonẽ, vt satis quid inter nos quæreretur, aperteq; constaret. Nã illi mihi videtur graues omnino ac prudẽtes uiri fuisse. Siquid ãt est quod

nunc disputauimus,aduersus eos erit,q Academicos inuentioni veritatis aduersatos fuisse crediderunt. Et ne me territum putes,ét contra eos ipsos non inuitus armabor, si nõ
B occultandæ sententiæ suę causa, nec ab eis temere pollutis mentibus, & quasi prophanis quædam veritatis sacra proderentur, sed ex animo illa quę in eorum libris legimus, defenderunt. Quod hodie facerem,nisi nos solis occasus iam domũ redire cõpelleret. Ha
Probabile qd sit. ctenus illo die disputatum est. Postridie autem quanuis non minus blãdus tranquil-
Ca.11. lusque dies illuxisset, vix etiam domesticis negocijs euoluti sumus. Nam magnam eius partem in epistolarum maxime scriptione cõsumpseramus. Et cum iam duæ horæ vix reliquę forẽt,ad pratum processimus. Nam inuitabat cœli nimia serenitas, placuitq; vt ne ipsum quidẽ quod restiterat tẽpus perire pateremur. Itaque cum ad arborem solitam ventũ esset,& mansissemus loco, Velim vos, inquam, adolescentuli, quoniã non est hodie magna res aggrediẽda,in memoriã mihi reuocetis, qũo hesterno die rogatiunculæ q̃ vos turbauit, Alipius respõderit. Hic Licentius, Tã breue est, inquit, vt nihil negocij sit hoc recordari: quãm leue sit autẽ tu videris.
Nam, vt opinor, vetuit te, res cum cõstaret,
C de verbis mouere qõnẽ. Et ego, Hoc ipsum, inquam, quid sit, quamue habeat uim satis animaduertistis? Videor, inquit, mihi videre quid sit, sed quæso tu id paulisper exponas.
Verbis non esse immorãdum cũ res constat. Nam sæpe abs te audiui, turpe esse disputantibus in verborum quæstione immorari, cũ certamen nullũ de rebus remãserit. Sed hoc subtilius est, q̃ ut explicãdũ à me debeat flagitari. Audite ergo, inquam, quid sit uos: Id probabile vel verisimile Academici vocant, quod nos ad agendum sine assensione potest inuitare. Sine assẽsione aũt dico, vt id quod agimus non opinemur verum esse aut non id scire arbitremur, agamus tamen. Vt verbi causa, utrum hesterna nocte tam liquida ac pura hodie tã lætus sol exoriturus esset, si nos quispiã rogaret, credo quod nos id scire negaremus, diceremus tamen ita videri. Talia, inquit Academicus, mihi videnti omnia quę probabilia vel verisimilia putaui nominanda, quę tu si alio nomine vis uocare, nihil repugno. Satis enim mihi est, te iam bene accepisse quid dicam, id est, quibus rebus hæc nomina imponam. Non enim vocabulorum opificem, sed rerũ inqui
D sitorem decet esse sapientẽ. Satisne intelle xistis, qũo mihi ludicra illa, quibus vos agitabam, de manibus excussa sit? Hic cum ambo se intellexisse respondissent, vultuque ipso responsionem postularent meã: Quid putatis inquam, Ciceronem cuius hæc verba sunt, inopem fuisse Latinæ linguæ, vt minus apta rebus, quas sentiebat nomina imponeret? Tũ Trigetius, Iam, inquit, placet nobis, cum res nota sit, de verbis nullas calumnias cõmouere. Quare vide potius qd huic respondeas, qui nos liberauit in quos tu impulsus tẽtas iterũ irruere. Et Licentius. Mane ait, quęso, nã mihi sublucet nescio quid, quo videam non tibi tam facile tantum argumentũ eripi debuisse. Et cũ defixus in cogitatione siluisset aliquãtulũ, Rogo, inquit, ni hil mihi esse videtur absurdius, q̃ dicere se verisimile sequi eum qui verũ quid sit ignoret, nec illa me tua similitudo conturbat. Nã recte ego interrogatus, utrum ex ista temperie cœli nulla in crastinum pluuia cogatur, respõdeo esse uerisimile, q me nõ nego nosse aliquid ueri. Nam scio arborem istam modo argenteam fieri non posse, multaque talia vera non impudenter me scire dico, quorum video esse similia ea quę verisimilia nomino. Tu uero Carneades, vel quædam alia Græca pestis, vt nostris parcam: quid enim dubitem in hanc partem transire ad eum, cui captiuus debeor iure victoriæ? Tu ergo cum te nihil veri scire dicas, vnde hoc verisimile sequeris? At nomem ei non potui aliud imponere. Quid ergo nobis disputandum est cum eo qui nec loqui potest? Non ego, inquit Alipius, perfugas metuam, quanto minus ille Carneades, in quem nescio vtrum iuuenili, an puerili leuitate commotus, maledicta potius, quàm aliquid telũ putasti esse iaciendum. Nam illi quidem ad roborandam sententiã suã, q̃ sæpetenus probabili ratione fundata fuit, hoc interim aduersum te facile suffecerit, ita nos à veri inuẽtione procul esse positos, vt tu tibi ipsi magno argumento esse possis, qui ita una interrogatiuncula loco motus es, ut ubi tibi stãdum esset penitus ignorares. Sed hæc atque scientiam tuam, quam tibi impressam de hac arbore pauloante confessus es, in aliud tempus differamus. Quanuis enim iam alias partes delegeris, tamẽ sedulo docẽdus es, quid pauloante dixerim. Nondum enim, ut opinor, in quæstione, qua utrũ inueniri uerum possit quæritur, progressi fueramus: sed illud tãtum in ipso vestibulo defensionis meæ præscribendũ putaui, in quo te lapsum prostratumq; prospexerã, hoc est, vtrũ verisimile, an probabile, aut si quo alio nomine appellari pt, p si Academici sat esse dicant, quærendum non esse. Nam si tu optimus iã inuentor veritatis tibi videris, nihil ad me. Postea si ingratus non fueris huic patrocinio meo, cadẽ fortasse me docebis. Hic ego cũ verecundè Licentius Alipij impetum formidaret, omnia potius, inquã, Alipi loqui maluisti, q̃ quemadmodũ nobis cum ijs qui loqui nesciant disputãdũ sit. Et ille: Q̃m olim tum mihi tum orbis notũ est, & nunc tua professione satis indicas te loquendi peritũ esse, velim explices vtilitatem primo huius inquisitionis tuæ, quæ aut superflua est, vt opinor, & ei multo magis respondere superfluum est: aut si cõmoda visa fuerit, & à me explicari nequierit, precario abs te impetrẽ, vt magistri officiũ ne grauere. Meministi, inquam, heri me esse pollicitũ de istis vocabulis post acturũ. Et nunc ille sol admonet,
G vt quæ ludicra pueris proposui redigã in cistas, præsertim cum ea ordinãdi iam potius q̃ vendẽdi gratia proponã. Nunc anteq̃ sty lũ nostrũ tenebræ occupẽt, q̃ patronæ Academicorum solẽt esse, volo inter nos hodie plenissime constet, ad quam quæstionẽ nobis explicandã mane surgendũ sit. Itaq; responde quæso, Vtrum tibi videantur Academici habuisse certã de veritate sniam, & eam temerè ignotis, vel nõ purgatis animis
p̃dere noluisse. An vero ita senserint, vt eorum disputationes se habent? Tũ ille. Quid illis animi fuerit, inquit, non temere confirmabo. Nam quantũ ex libris colligi datur, tu melius nosti, quæ in verba sniam suam promere soleant. Me aũt de meipso si consulis, inuentum nondũ verũ esse puto. Addo
H et, quod de Academicis flagitabas, nec posse inueniri me putare, non solũ inolita, quã semper ferè animaduertisti opinione mea, sed ẽt authoritate magnorũ excellentiũque philosophorum, quibus nos p̃bere colla siue imbecillitas nostra, siue sagacitas ipsorum vtra quam nihil iam inueniri posse credendum est, nescio qũo me compellit. Hoc est inquam, quod volui. Nam verebar ne cum tibi quoq; id videretur quod mihi, disputatio nostra manca remaneret, nullo existente, qui ex altera parte rem venire in manus
I cogeret, vt diligenter quantum possumus versaretur. Itaq; si id euenisset, paratus erã te rogare, vt Academicorum partes ita sustineres, quasi tibi non solum disputasse, sed ẽt sensisse viderentur verum non posse comprehendi. Quæritur ergo inter nos vtrũ illorũ argumentis probabile sit nihil percipi posse, ac nulli rei esse assentiendũ. Quod si obtinueris, cedã libenter. Si aũt demonstrare potuero multo esse probabilius, & posse ad veritatem peruenire sapientẽ, & assensionem non semper esse cohibendam, nihil habebis, vt opinor, cur non te in meam sniam transire patiaris. Quod cum illis placuisset, & eis qui aderant, iam vespere obumbrati domum reuertimus.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI CONTRA ACADEMICOS

Liber Tertius.

Quis sapiẽs iuxta Academicos. I Cap. 1.

VM post illum sermonem, quẽ secundus liber continet, alio die consedissemus in balneis, nã erat tristior, q̃ vt ad pratum liberet descendere, sic exorsus sum. Arbitror vos iã satis aãduertisse qua de re inter nos discutienda qõ constituta sit. Sed antequã ad partes meas veniam, quę ad eã pertinent explicandã, pauca quæso de spe, de vita, de instituto nostro non ab re abhorten
K tia libenter audiatis. Negocium nostrũ non leue, aut superfluũ, sed necessariũ ac summũ esse arbitror, magnopere quærere veritatẽ: hoc inter me atque Alipium conuenit. Nã & cæteri philosophi sapientem suum eã inuenisse putauerunt, & Academici sapienti suo summo conatu inueniendã esse professi sunt, idq; illum agere sedulo. Sed quoniam, vel lateret obrutã, vel cõfusa nõ emineret, ad agendam vitam id eum sequi, quod p̃babile ac verisimile occurreret. Id ẽt vestra pristina disceptatione confectum est. Nam tum alter inuenta veritate beatum fieri asseruerit hoiem, alter vero tñ diligẽter quæsita, nulli nostrũ dubiũ est, nihil esse à nobis huic negocio p̃ponendũ. Quamobrem qua liter nobis q̃so hesternũ diem videntur duxisse? Vobis quidẽ in studijs vestris viuere licuit. Nã & tu Trigeti Virgilij te carmini bus oblectasti, & Licentius fingendis versibus vacauit, quorũ amore ita perculsus est, vt p̃p eum maxime mihi istũ sermonẽ inferendũ putarẽ, quo in eius aĩo philosophia, nunc.n. tempus est, maiorem partem, non

Universidad de Deusto Biblioteca

modo q̃ poetica, sed quæuis alia disciplina sibi vsurpet ac vendicet. Sed q̃so uos, nõne miserti nostri estis, cũ pridie ita cubitũ issemus, ut ad dilatã qõnem & ꝓrsus ad nihil aliud surgeret, ꝙ tanta de re familiari necessario peragẽda extiterũt, vt his penitus occupati vix duas extremas diei horas in nosmetipsos respirare possemus? Quare semper fuit sententia mea, sapienti iã homini nihil opus esse: ut aũt sapiens fiat, plurimũ necessariã esse fortunã: nisi q̃d aliud videt Alipio. Tũ ille, quãtũ iuris, inquit, fortunę tribuas, nondũ bene noui. Nã si ad contemnẽdã fortunã, fortuna ipsa opus eẽ arbitraris, me quoq; comitem in hanc sententiam do tibi. Sin fortunæ nihil aliud concedis, q̃ ea quæ corporis necessitati nõ pũt nisi ipsa volente suppetere, non ita sentio: Aut enim licet eadem repugnante atque inuita, nondum sapienti, cupido tantum sapientiæ ea sumere, quæ vitæ necessaria confitemur, aut concedendum est etiã in omni sapientis vita eam dominari, cũ & ipse sapiens ijs, q̃ corpori necessaria sunt, non indigere non possit. Dicis ergo, inquã, fortunam esse necessariam studioso sapientiæ, sapienti vero negas. Nõ ab re est eadem repetere, inquit. Itaque nunc etiam abs te quæro, vtrum fortunam ad seipsam contemnendã aliquid iuuare existimas. Quod si arbitraris dico sapientiæ cupidum magnopere indigere fortuna. Arbitror, inquã, siquidẽ ꝑ illã erit talis qualis eam possit contemnere: nec absurdum est. Nam sic etiam paruis nobis vbera necessaria sunt, q̃bus efficitur, vt sine his postea uiuere, ac ualere possimus. Sententias ait nras si animi cõceptio nõ dissonat, cõcordare mihi liquet: nisi forte differendum cuiquam videtur quòd vel fortunę, vel verbũ nõ ipsa vbera, seu fortuna, sed alia res quædã nos faciat contẽptores. Nihil magnũ est, inq̃, alio simili uti. Nã ut sine naui, vel alio quolibet uehiculo, aut oino, ne vel ipsum Dædalum timeam, sine vllis ad hanc rem accommodatis instrumentis, aut aliqua occultiore potentia Aegeum mare nemo trãsmittit, quãuis nihil aliud, quàm puenire ꝓponat, quod cũ euenerit, illa oĩa quibus euectus est, paratus sit abijcere atque contemnere: ita q̃squis ad sapiẽtiæ portũ, & quasi firmissimũ & quietissimum solum puenire voluerit, qm̃, vt alia omittam, si cæcus ac surdus fuerit, non põt, quod positũ est in ptãte fortunæ necessariã mihi videtur ad id quod

An fortuna sapiẽti necessaria. Cap. 2.

1. Retracta. Cap. 1.

L

M

concupiuit habere fortunam. Quod cum obtinuerit, quãuis putetur indigere quibusdam rebus ad corporis ualetudinem pertinẽtibus, illud tũ constat, nõ his opus esse, ut sapiẽs sit, sed ut inter hoies uiuat. Immo, ait ille, si cæcus ac surdus sit, & sapientiã adipiscendam, & ipsam vitã propter quã sapientia quæritur, mea sententia, iure contemnit. Tũ, inq̃, cum ipsa uita nostra, qua hic uiuimus sit in potestate fortunæ, nec nisi uiuẽs quisq; sapiens fieri possit, nõne fatendũ est opus esse eius fauore, quo ad sapientiam peruehamur? Sed cum sapientia, inquit, non nisi uiuentibus sit necessaria, remotaq̃ vita nulla sit indigentia sapientię, nihil in ꝓpaganda vita pertimesco fortunam. Etenim qa viuo, propterea volo sapientiã: non ꝙ sapiẽtiã desidero, volo uitã. Vñ fortuna si mihi abstulerit vitã, aufert causam quærendæ sapientiæ. Nihil igitur habeo, cur ut fiam sapiens, aut fauorem optẽ fortunæ, aut impedimenta formidẽ, nisi alia fortasse ꝓtulerit. Tũ ego, Nõ igit censes sapiẽtiæ studiosum, posse à fortuna ne ad sapientiã pueniat, impediri ẽt si ei non auferat vitam? Non arbitror, inquit. Volo, inq̃, mihi paululũ apias, q̃d tibi inter sapientẽ & philosophũ differre videatur. Sapientem à studioso, ait, nulla re rum. differre arbitror, nisi ꝙ quarũ rerũ in sapiẽte q̃dam habitus inest, earũ est in studioso Differe sola flagrantia. Quæ sunt tandem istæ res? sapiẽs & inquam. Nam mihi nihil aliud videtur interesse, nisi quòd alter scit sapiẽtiã, alter scire desiderat. Si sciẽtiã, inquit, modesto fine determinas, ipsam rem planius elocutus es. Quoquo mõ, inq̃, ea determinẽ, illud omnibus placuit, scientiam falsarum rerum esse nõ posse. In hoc mihi inquit, illa visa fuit obijcienda præscriptio, ne inconsiderata cõsensione mea facile in principalis illius q̃stionis cãpis tua equitaret oratio. Planè, inquã, mihi nihil ubi equitare possem reliquisti. Nam, nisi fallor, quod iamdudũ melior ad ipsum finẽ peruenimus. Si enim, ut subtiliter vereq́; dixisti, nihil inter sapiẽtię studiosum & sapientem interest, nisi quòd iste amat, ille autem habet sapientiæ disciplinã, vnde etiam nomen ipsum, id est, habitum quendam exprimere non cũctatus es: nemo autem habere disciplinam põt in aio qui nihil didicit: nihil autem didicit qui nihil nouit, & nosse falsum nemo põt. Nouit igit sapiens veritatem, quã disciplinã sapiẽtiæ habere in aio, id est, habitum iã ipse confessus es. Nescio inquit, cuius impudentiæ sim, si habitum inquisitionis diuinarum humanarumq́ rerum esse in sapiente confessum me negare voluero, Sed quid tibi videatur inuentorum probabilium habitus non esse, non video. Concedis mihi, inquam, falsa neminem scire? Facile quidem, inquit. Dic iam si potes, inquam, sapientem nescire sapientiam. Quid enim ait, hoc limite vniuersa concludis, vt videri sibi non possit, comprehendisse se sapientiã? Da, inq̃, dexteram. Nam si meministi, hoc est, quod heri me dixi effecturum, quod nunc non à me concluſum, sed à te vltro mihi oblatum esse gaudeo. Nam cũ inter me & Academicos hoc interesse dixissem, quòd illis probabile visum est, veritatem non posse cõprehendi: mihi autem nondum quidẽ à me inuentam, inueniri tamen posse à sapiente videat: nunc tu cũ mea interrogatione vrgeris, vtrũ sapiens nesciat sapientiã, videt sibi scire, dixisti. Quid tũ postea? inqt. Quia si videtur sibi, inquam, scire sapientiam, non ti videtur nihil scire posse sapientem. Aut si sapientia nihil est, volo affirmes. Crederem vere, inquit, ad calcem nos finemq́; venisse, sed repente cum dexteras interposuisti, disiunctissimos nos esse, & in longum progressos video: uidelicet quòd hesterno die à nobis nulla alia quæstio cõstituta videbatur, nisi quòd sapientem ad comprehensionem veri puenire posse affirmãte te ego negaueram, nũc vero nihil aliud me opinor concessisse tibi, q̃ videri posse sapienti ꝓbabilium rerum se consecutum esse sapiẽtiam: quam tũ sapientiam in inuestigatione diuinarum humanarumq́ rerum me constituisse nulli nr̃m arbitror dubium. Non, inquã, ideo qa inuoluis euolueris. Videris. n. iam mihi exercendi tui causa disputare. Et qa bene nosti istos adolescentulos vix adhuc posse discernere quæ acute ac subtiliter d serũtur, tanq̃ iudicũ abuteris ignorãtia, vt v[illegible] quatumlibet loqui nullo liceat reclamante. Nam pauloãte dixisti, cum quærerẽ vtrum sciret sapiens sapiẽtiam, scire sibi videri. Cui vero videtur sapientẽ scire sapientiam, non vtique videtur nihil scire sapientem. Hoc. n. contendi non põt, nisi quisquã dicere audeat, nihil esse sapientiam. Ex quo fit, vt iam hoc tibi, quod etiam mihi videatur, sapientem nonnihil scire: & tibi opinor, cui placet, videri sapiẽti sapientẽ scire sapiẽtiam. Tũ ille, Non magis me ingeniũ exercere velle q̃ te arbitror, & id miror: non. n. tibi vlla in hãc rem exercitatione opus est. Nam mihi adhuc fortasse cæco videtur interesse inter videri sibi scire, & scire: & inter sapientiã quæ in inuestigatione posita est, & veritatem. Quæ à nobis cũ alterutra dicãtur, sibi quemadmodum quadrent non inuenio. Tum ego, cum iam ad prandium vocaremur, non, inquam, mihi ꝙ tũ reniteris displicet. Aut. n. ambo nescimus quid loquamur, & danda est opera, ne tã turpes simus, aut vnus nostrum, quid itẽ relinquere atq; negligere nõ minus turpe est. Sed post meridianas horas rediemus ad inuicem. Mihi enim cũ videretur iam nos ad calcem peruenisse, pugnos etiã miscuisti. Hic cum arrisissent, discessimus. Et cum redissemus, inuenimus Licentiũ, cui nunq̃ sitienti Helicon subuenisset, excogitãdis versibus inhiãtem. Nam de medio penè prandio, quanuis scit. nostri prandij idẽ initiũ qui finis fuit, clam surrexerat, nihilq́ue biberat. Cui ego, Optoqdem, inq̃, tibi, vt istam poeticã quã cõcupisti, complectaris aliquando. Nõ quod me nimis delectet ista perfectio, sed quod video te tantum exarsisse, vt nisi fastidio euadere ab hoc amore nõ possis, quod euenire post perfectionem facile solet. Deinde cum sis bene canorus, malim auribus nostris inculces tuos versus, q̃ vt in illis Græcis Tragœdijs, more auicularum, quas in caueis inclusas videmus, verba quæ non intelligis, cãtes. Admoneo tamen, vt pergas potum si voles, & ad scholã redeas nostrã si tũ aliquid iã de te Hortẽsius & philosophia meretur, cui dulcissimas primitias iam nõ illo sermone libasti, qui te vehementius q̃ ista poetica incenderat ad magnarũ & vere fructuosarum rerũ scientiam. Sed dum ad istarũ disciplinarum, quibus excoluntur animi circulũ reuocare vos cupio, metuo ne vobis labyrinthus fiat, & propè me pœnitet ab illo te impetu repressisse. Erubuit ille, discessitq́; vt biberet. Nã & multũ sitiebat, & occasio dabatur euitãdi me, plura fortasse atq; asperiora dicturum. Et cũ redisset intentis omnibus, sic cœpi. Itane est Alipi, vt inter nos de re iam, ut mihi videt, manifestissima non conueniat? Non mirum est, inquit, si quod tibi in prõptu esse asseris, mihi obscurum sit. Siquidẽ pleraq; manifesta possint alijs manifestiora, & itẽ obscura q̃dã nonnullis obscuriora esse. Nã si & hoc tibi vere manifestũ est, mihi erde, esse aliũ quenq̃,

C

D

E

Sapiens non est qui nihil Cap. 4.

F

cui

cui & hoc manifestius sit: & item alium cui meū obscurum obscurius sit. Sed ne me pugnacem diutius putes, obsecrauerim, vt hoc manifestum manifestius edisseras. Attende, inquam, quæso diligenter, & quasi sepositā paululum respondendi curā. Si enim bene me atq; te noui, facile data opera clarebit quod dico, & alter alteri cito persuadebit. Dixistine tandem, an fortasse obsurduerā, videri sapienti se scire sapientiam? Annuit. Omittamus, inquā, paululum istum sapientē. Tu ipse sapiens es an non? Nihil, inquit, minus. Volo tū, inquā respōdeas mihi, quid ipse sentias de sapiente Academico, vtrumnam tibi videatur scire sapientiam? Vtrū sibi, inquit, scire videatur, an sciat, vnumne, an diuersum putas? Metuo.n.ne hęc confusio cuiquam nostrum suffugiū pbeat. Hoc est, inquā, tuscum illud iurgium quod dici solet, cum quæstioni intentatæ non eius solutio, sed alterius obiectio videtur mederi. Quod etiam poeta noster (vt me aliquantum Licentij auribus dedam) decenter in Bucolico carmine hoc rusticanum & planè pastoriciū esse iudicauit, cum alter alterum interrogat vbi cœli spatiū non amplius q̄ tres vlnas pateat: ille āt, Dic quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores. Quod quæso Alipi ne in villa nobis licere arbitreris. Certe vel istæ balneolæ aliq̄ decoris gymnasiorū faciant recordationem: ad id si placet quod rogo, respōde. Videturne tibi sapiens Academicorum scire sapientiam? Ne verba verbis referendo, inquit, in longū eamus, vī videri sibi scire. Videtur ergo, inH quā, tibi nescire? Non enim ego quæro quid tibi videatur videri sapienti, sed vtrum tibi videatur sapiens scire sapientiam. Potes, vt opinor, hic aut aiere, aut negare. O vtinam, inquit, aut ita mihi facile esset vt tibi, aut ita tibi difficile vt mihi, nec tam molestus esses, nec in his quicquam sperares. Nam cū me interrogares, quid mihi de Academico sapiēte uideatur, respōdi, videri mihi quod videatur sibi scire sapientiā, ne aut temere me scire affirmarē, aut illum nō minus temere scire dicerem. Pro magno, inq̄, beneficio mihi obsecro concedas primo, vt ad id quod ego, non ad id quod tute interrogas respondere digneris. Deinde vt spem meā, quā tibi non minus curæ, quàm mihi tuā esse certo scio, nunc paululū omittas. Certe si me ista interrogatione decepero, cito transibo in tuā partē, controuersiamq́; finiemus. Postremo vt pulsa nescio qua solicitudine, qua te tangi video, diligentius animaduertas, quo facile intelligas quid mihi abs te responderi velim. Dixisti enim ideo te non aut aiere, aut negare, quod vtiq; faciendum est ad id quod rogo, ne temere te scire dicas quod nescis: quasi vero ego quid scias quæsierim, & non I quid tibi videatur. Itaq; nunc idem planius (si tamen planius dici potest) interrogabo, Videturne tibi scire sapientiam sapiens, an non videtur? Si inueniri, inquit, sapiens qualem ratio prodit, queat: potest mihi videri scire sapientiam. Ratio igitur, inq̄, talem tibi prodit esse sapientē, qui sapiētiā nō ignoret. Et recte istuc. Non.n.aliter decebat videri tibi. Quæro ergo iam, vtrum possit sapiēs inueniri? Si enim potest, potest etiam scire sapientiam, omnisq; quæstio inter nos dissoluta est. Si autem non posse dicis, iam non quæretur vtrum sapiens aliquid sciat, sed vtrum sapiens quisquā esse possit. Quo cōstituto, iam recedendum erit ab Academicis, & tecum ista quæstio quantum valemus diligēter cauteq́; uersanda. Nam illis placuit, vel potius visum est, & esse posse hominem sapientem, & tamen in hominem scientiam cadere non posse. Quare illi sapientem nihil scire affirmarunt. Tibi autem videtur scire sapientiam, quod non est vtiq; nihil scire. Simul enim placuit inter nos quod etiam inter oēs veteres, interq́; ipsos Academicos scire falli neminem posse: vnde illud iam restat, vt aut contendas nihil esse sapientiam, aut talem sapiētem ab Academicis describi, quam ratio non habeat, fatearis. Et his omissis K consentias vt quæramus, vtrum possit homini talis prouenire sapientia, qualē prodit ratio. Non enim aliam debemus, aut possumus recte vocare sapientiam. Etsi concedam, inquit, quod te magnopere niti video, sciri à sapiente sapientiam, & aliquid inter nos deprehensum quod sapiens possit percipere, tū nequaquam mihi occurrit Academicorum labefacta omnis intentio. Prospicio enim defensionis eis locum non minimū reseruatū, nec illam assensionis suspensionem esse præcisam, cum hoc ipso causæ suæ deesse non possint, quo conuictos putas. Dicent.n. vsque adeo nihil comprehendi, nulliq́; rei assensionē præbendā, vt & ēt hoc de nihilo percipiendo, quod tota sibi penè uita vsq; ad te probabiliter persuaserāt, nūc ista cōclusione sibi extortū sit: vt siue tūc, siue nunc huius argumēti uis tarditate ingenij mei, siue re uera suo

suo robore inuicta sit, eos loco mouere non possit, cū audacter affirmare adhuc valeant, ne nunc quidem illi rei consentiendum esse. Forte enim aliquando contra hoc quoque nōnihil uel à se, vel à quopiam reperiri posse, quod acute probabiliterq́; dicat: suāq́; imaginē, & quasi speculum quoddā in Proteo illo animaduerti oportere, qui traditur eo solere capi quo minime caperetur, inuesti
L Proteus de quo Virgi. 4. Georgi. Lib. 2. de ordine. Cap. 15. gatoresq́; eius nunquam eundē tenuisse, nisi indice aliquiusmodi numine. Quod si assit, & illā nobis veritatē, quæ tantū curæ est demonstrare dignetur, ego quoq; vel ipsis inuitis, quod minime reor, illos superatos esse cōfitebor. Bene habet, inquā, prorsus nihil amplius optaui. Nā videte quæso, bona mihi q̄ & quāta prouenerint. Primū est quod Academici iā sic cōuicti esse dicūtur, ut nihil eis restet ad defensionē, nisi, quod fieri non pōt. Quis.n. hoc aut intelligere ullo modo, aut credere valeat, cū qui victus sit, eo ipso quo victus est, victorē se esse gloriari? Deinde siquid iā remanet cum his cōflictionis, nō ex eo est quod dicūt, nihil sciri posse, sed eo qđ nulli rei assentiendum esse cōtēdunt. Nunc itaq; cōcordes sumus. Nā vt mihi, ita etiā illis videtur, sapiētē scire sapientiā. Sed tamen ab assensione illi temperandum monent. Videri enim sibi tātum dicunt: scire autē nullo mō, quasi ego me scire profitear. Mihi quoque videri istud dico: sum enim stultus, ut etiam ipsi si nesciunt sapientiam. Approbare autem nos debere aliquid puto, id est, veritatē. De quo eos consulo vtrum negent, id M est, vtrum eis placeat veritati assentiendū nō esse. Nunquam hoc dicent, sed eam non inueniri asseuerabunt. Ergo et hic ex nonnulla parte socium me tenent, quod utrisq́; non displicet, atque adeo necessario placet, consentiendum esse veritati. Sed quis eā demonstrabit inquiunt? Vbi ego cum illis non curabo certare, satis mihi est quod iā probabile non est, nihil scire sapientem, ne rem absurdissimam dicere cogantur, aut nihil esse sapientiam, aut sapientiam nescire sapientem.

Veritatē nisi diuina ope non perspici. Cap. 6.

Quis autem verum possit ostendere, abs te Alipi dictum est, à quo ne dissentiam magnopere mihi laborandū est. Etenim numen aliquod aiūt solum posse ostendere homini quid sit verum, cum breuiter, tum etiam pie. Nihil itaque in hoc sermone nostro libētius audiui, nihil grauius, nihil probabilius, & si id numē, vt confido asit, nihil verius. Nam
Virgil. & Proteus ille quāta abs te mētis altitudine commemoratus, quanta intentione in optimum philosophiæ genus. Proteus enim ille, vt vos adolescētes nō penitus Poetas à philosophia contēnendos esse videatis, in imaginē veritatis inducitur. Veritatis, inquā, Proteus in carminibus ostentat sustinetque personā, quam obtinere nemo potest, si falsis imaginibus deceptus comprehensionis nodos vel laxauerit vel dimiserit. Sunt enim istæ imagines, quę consuetudine rerum corporalium per istos quibus ad necessaria huius vitę vtimur sensus, nos etiam cum veritas tenetur, & quasi habetur in manibus, decipere atque illudere moliuntur. Hoc ergo tertium bonum mihi accidit, quod non inuenio quanti æstimem. Mecum enim familiarissimus amicus meus, non solum de probabilitate humanæ vitę, uerumetiam de ipsa religione cōcordat, quod est veri amici manifestissimum iudicium. Siquidem amicitia rectissimè atq; sanctissime definita est, rerum humanarum, & diuinarum cum beneuolentia, & charitate consensio. Tamen ne aut Academicorū argumenta quasdā nebulas videātur offundere, aut doctissimorum virorū authoritati, inter quos maxime Tullius non mouere nos non potest, superbe nōnullis resistere videamur, si uobis placet, prius pauca contra eos disserā, quibus videtur disputationes illæ aduersari veritati. Deinde ut mihi videtur, ostendā quæ causa fuerit Academicis occultandæ sententiæ suæ. Itaque Alipi quanuis te totum in meis partibus videam, tamē suscipe pro his paululū, mihiq́; respōde. Quoniā hodie, inquit, auspicato, vt aiūt, processisti, nō impediā plenissimā uictoriā tuam, & partes illas iā securius, quo abs te imponuntur tentabo susc ipere: si tamen hoc quod interrogationibus te acturum esse significas, in oratione perpetuā (si tibi cōmodum est) malis cōuertere ne vere ut pertinax aduersarius, quod à tua humanitate longissimū est, minutis illis telis abs te iam captiuus excrucier. Atque ego cū & illos hoc expectare animaduerterē, quasi aliud ingressus exordium, morē, inquam, vobis geram. Et quanuis post illum laborē scholę Rhetoricę in hac me leui armatura nonnihil requieturum esse presumpserā, vt interrogando ista potius agerē quàm dicendo, tamen quia, & paucissimi sumus, vt clamare mihi contra valitudinē meā non sit necesse, & istum stylum causa eiusdē salutis quasi auriga moderatoreq́; sermonis mei esse voluit, ne cōcitatius rapiar animo q̄

Universidad de Deusto Biblioteca

cura corporis poscit,perpetua,vt vultis, ora
tione audite quid sentiam. Sed primo illud
videamus quale sit,vnde amatores Academicorum gloriari nimium solent. Nam
est in libris Ciceronis, quos in huius causæ patrocinium scripsit, locus quidam,vt
mihi videtur, mira vrbanitate conditus,vt
C nonnullis aũt ẽt firmitate roboratus. Difficile est prorsus,vt quanq̃ nõ moueat, quod
ibi dictu est,Academico sapienti ab omnib.
Tullius de Academicis. cæterarũ sectarũ,qui sibi sapientes viderentur,secũdas partes dari, cũ primas sibi quẽque vendicare necesse sit. Ex quo posse probabiliter confici,eũ recte primũ esse iudicio
suo,qui omnium cæterorũ iudicio sit secundus. Fac.n.verbi causa,Stoicũ adesse sapientẽ,nã contra eos potissimũ Academicorum
exarsit ingeniũ. Ergo Zeno vel Chrysippus
si interrogẽtur,quid sit sapiens, respondebit
eũ esse quẽ ipse descripserit. Contra,Epicurus,vel quis alius aduersariorũ negabit,suũque potius peritissimũ voluptatũ aucupẽ sapientẽ esse contẽdet. Inde ad iurgiũ,Clamat
Zeno,& tota illa porticus tumultuatur,hominẽ natũ ad nihil esse aliud q̃ honestatẽ:
ipsam suo splẽdore in se animos ducere nullo prorsus commodo extrinsecus posito, &
quasi lenocinante mercede: voluptatẽq̃; illã Epicuri solis inter se pecoribus esse communẽ, in quorum societatem & hominem
& sapientẽ trudere nefas esse. Contra, ille
D conuocata de hortulis in auxilium, quasi libera turba temulẽtorum,quærentiũ tũ quẽ
incõptis vnguibus bacchantes asperoq̃; ore
discerpant,voluptatis nomẽ,suauitatẽ,quietẽ, teste populo exaggerans, instat acriter,
vt nisi ea beatus nemo esse posse videatur.
in quorũ rixam si Academicus incurrerit,
vtrosque audiet trahentes se ad suas partes:
sed si in illos aut in istos concesserit, ab eis
quos deserit insanus,imperitus, temerariusque clamitabitur. Itaq; cum & hac & illac
aurem diligenter admouerit, interrogatus
quid ei videatur, dubitare se dicet. Roga
nunc Stoicum, qui sit melior. Epicurusne
qui delirare illum clamat, an Academicus
qui sibi adhuc de re tanta deliberandũ esse
pronunciat? Nemo dubitat Academicũ prę
latum iri. Rursus te ad illũ conuerte,& quæ
re quem magis amet, Zenonẽ, à quo bestia
nominatur,an Archesilam, à quo audit. Tu
fortasse verũ dicis, sed requirã diligentius.
Nonne apertum est totã illam porticũ insanã, Academicos aũt præ illis modestos, cautosq; homines videri Epicuro? Ita peræq;
propè de omnibus sectis copiosissime Cicero iucundissimũ legentibus quasi spectaculũ præbet,velut ostendens nullũ illorũ esse,
qui non cũ sibi primas partes dederit, quod
necesse est,secundas ei dicat dare,quẽ nõ repugnare,sed dubitare conspexerit. In quo
ego nihil aduersabor, nec ei Syllæ auferam
gloriã. Videat sanè quibuslibet Cicero hic
non iocatus, sed inania & ventosa quędam,
quod ab ipsorum Græculorum leuitate nõ
abhorret,sequi & colligere voluisse. Quid
.n.me impedit? Qui si huic vanitati resistere velim facile ostendã quanto minus malũ
sit indoctum esse q̃ indocibilem. Vnde fit,vt
cũ se ille Academicus iactanticulus quasi discipulũ singulis dederit,nemoq; illi quod se
scire putat persuadere potuerit, magna illorũ postea consensione rideatur. Iã.n.quisq;
aliũ quemlibet aduersariorũ suorũ nihil dicisse,hunc vero nihil posse discere iudicabit. Ex quo deinceps de omnium scholis nõ
ferulis quod esset deformius q̃ molestius,
sed illorũ palliatorũ clauis & fustibus proijcietur. Non.n.magnum negocium erit, contra communem pestẽ velut Herculea quædã postulare auxilia Cynicorũ. Si autẽ ităbi
lissima gloria cũ his certare libeat, quod philosophanti mihi iam quidem sed nondum
sapienti faciliore venia concedendum est,
quid habebunt, quod possint refellere? Ecce enim faciamus me atq; Academicum in
illas lites philosophorũ irruisse,omnes prorsus assint. Exponant breuiter pro tẽpore sententias suas. Quæratur de Carneade quid
sentiat. Dubitare se dices. Itaq; illum singuli præferãt cæteris. Ergo omnes omnibus,
magna nimirũ atq; latissima gloria. Quis
istum nolit imitari? Et ego itaq; interrogatus,idem respondebo,par erit laus. Ea igitur
gloria gaudet sapiens, in qua illi stultus æquatur? Quid si eum etiã facile superat? Nihilne agit pudor? Nam istum Academicum
iam de iudicio discedentem tenebo. Quippe
auidior huiusmodi victoriæ stultitia est. Ergo eo retento, prodã iudicibus quod ignorant. Et dicam, Ego viri optimi hoc cũ isto
commune habeo, quod dubitat quis vestrũ
verum sequatur. Sed habemus etiam proprias sententias, de quibus peto iudicetis.
Nam mihi incertum est quidem, quamuis
audierim decreta vestra, vbi sit verum. Sed
ideo quòd qui sit in vobis sapiens ignoro.
Iste autem etiam ipsum sapientem negat
aliquid

aliquid scire,ne ipsam quidem,vnde sapiens
G dicitur,sapientiam. Quis non videat palma
illa cuius sit? Nã si hoc aduersarius meus dixerit,vincam gloria. Si autem erubescens cõ
Non est verũ mihi perci- pi posse. Cap. 9. fessus fuerit sapientem scire sapientiam, vincam sententia. Sed ab hoc iam litigioso tribunali secedamus in aliquẽ locum, vbi nobis
nulla turba molesta sit, atq; vtinam in ipsam scholã Platonis, quæ nomen ex eo dicitur accepisse, q̃ à populo sit secreta, hic iam
non de gloria,quod leue ac puerile est,sed de
ipsa vita,& de aliqua spe animi beati, quantũ inter nos possumus, disseramus. Negant
Academici sciri aliquid posse. Vnde hoc vobis placuit studiosissimi homines atq; doctissimi? Mouit nos,inquiunt,definitione Zenonis. Cur quæso? Nam si vera est, nonnihil
veri nouit,qui vel ipsam nouit. Sin falsa, nõ
debuit constantissimos cõmouere. Sed videamus quid ait Zeno. Tale.s.visum comprehẽdi & percipi posse, quale cũ falso non haberet signa communia. Hoccine te mouit homo Platonice,vt omnibus viribus ab spe discendi studiosos retraheres, vt totũ negociũ
philosophandi adiuuante quodam etiã mentis ingemiscendo torpore desereret? Sed quo
modo illum non permoueret, si & nihil tale
H non potest? Hoc si ita est, dicẽdũ potius erat
non posse in hominem cadere sapientiã, q̃ sapientẽ nescire cur viuat,nescire quemadmodum viuat,nescire vtrum viuat. Postremo
quo peruersius magisq; delirum & insanũ
dici nihil põt,simul & sapientem esse,& ignorare sapientiam. Quid enim est durius, hominem non posse esse sapientem, an sapientẽ
nescire sapientiã? Nihil hinc disputandũ est,
si res ipsa ita posita satis non est ad dijudicãdum. Sed illud forte si diceretur, penitus homines à philosophando auerterentur: nunc
uero inducendi sunt sapientiæ dulcissimo ac
sanctissimo nomine, vt cum contrita ætate
nihil didicerint,postea te summis execrationibus prosequantur, quẽ relictis saltẽ uoluptatibus corporis ad animi tormenta sunt secuti. Sed videamus per quem potius à philophia deterreantur. Per eumne qui dixit, Audi amice,philosophia non ipsa sapientia, sed
studiũ sapientiæ uocatur, ad quam te si contuleris, non quidem dum hic viuis sapiens
eris: est enim apud deum sapientia, nec peruenire homini potest: sed cum te tali studio
satis exercueris atque mundaueris, aius tuus
ea post hanc uitam.i.cum homo esse desieris
facile perfruetur? An per eũ qui dixerit,Venite mortales ad philosophiam,magnus hic I
fructus est. Quid enim homini sapientia
charius? Venite igitur vt sapientes sitis, &
sapientiam nesciatis? Non, inquit, à me ita
dicetur. Hoc est decipere: nam nihil aliud
apud te inuenietur. Ita fit vt si hoc dixeris,
fugiant tanq̃ insanum. Si alio modo ad hoc
adduxeris,facias insanos. Sed credamus pp
utranq; sententiam, æque homines nolle philosophari. Si aliquid philosophiæ perniciosum Zenonis definitio dicere cogebat,mi homo,idne homini dicendum fuit, unde se doleret, an id unde te derideret? Tũ quod Zeno definiuit,quantum stulti possumus discutiamus. Id uisum ait posse comprehendi,
quod si appareret, ut falsum apparere non
posset. Manifestũ est nihil aliud in perceptio
nẽ uenire. Hoc & ego,inquit Archesilas, ui- Archesilas.
deo,& hoc ipso docco nihil percipi. Non.n
tale aliquid inueniri potest fortasse abs te at
que ab aliis stultis. At à sapiente,cur non potest? Quanq̃ & ipsi stulto nihil responderi
posse arbitror,si tibi dicat,ut illo memorabili acumine tuo hãc ipsam Zenonis definitio
nẽ refellas,& ostendas eam etiam falsam esse
posse: quod si non potueris, hanc ipsam quã K
percipias habes: si aũt refelleris, unde à percipiendo impediaris, non habes. Ego eam
refelli posse non uideo, & omnino uerisimã iudico. Itaq; cum eam scio, quanuis sim
stultus,nonnihil scio. Sed fac illã cedere uer
sutiæ tuæ. Vtar cõplexione securissima. Aut
.n.uera est,aut falsa. Si uera,bene teneo: si falsa,potest aliquid percipi, etiam si habeat cõmunia signa cum falso. Vnde,inquit,potest?
Verissime igitur Zeno definiuit,nec ei quisquis vel in hoc consensit,errauit. An paruæ
laudis & synceritatis definitionem putabimus,quæ contra eos,qui erãt aduersum perceptionẽ multa dicturi,cum designaret quale esset quod percipi posset, seipsam talẽ esse
monstrauit? Itaq; cõprehensibilibus rebus
& definitio est,& exẽplum. Vtrũ ait ẽt ipsa
uera sit nescio. Et quia est probabilis,ideo sequens eam ostendo nihil esse tale quale illa
expressit posse cõprehendi. Ostẽdis fortasse
pter ipsam,& uides,ut arbitror, quid sequatur. Quod si etiã eius incerti sumus,nec ita
nos deserit scientia. Scimus.n. aut ueram esse aut falsam, non igitur nihil scimus. Quanquã nunquam efficiet, ut ingratus sim,prorsus ego illam definitionem uerisimam iudico. Aut enim possunt percipi falsa, quod L
uche-

vehementius Academici timent: & reuera absurdū est. Aut nec ea possunt, quæ sunt falsis similia. Vnde illa definitio uera est. Sed iā cætera videamus. Quanuis hæc, nisi fallor, nō possint ad uictoriam satis esse, non tamen ēt fortasse ad victoriæ satietatē. Duo sunt quæ Academicis dicuntur, contra quæ vt valemus venire instituimus. Nihil posse percipi.

Sciri nihil in rerū natura.

Cap. 10. Et nulli rei debere assentiri. De assentiendo mox nunc, alias pauca de perceptione dicemus. Nihilne prorsus dicitis posse comprehendi? Hic euigilauit Carneades, nam nemo istorum minus alte q̄ ille dormiuit, & circunspexit rerum euidentiam. Itaq; credo secum ipse, vt sit, loquens. Ergone, ait, Carneades dicturus es nescire te vtrum homo sis, an formica? aut de te Chrysippus triūphauit? Dicamus ea nos scire, quæ inter philosophos inquirūtur, cætera ad nos non pertinere: vt si in luce titubauero quotidiana & vulgari, ad illas imperitorum tenebras prouocem, vbi soli quidam diuini oculi vident. Qui me etiam si palpitantē atq; cadentem aspexerint, cæcis prodere nequeant, præ

Carneades.

M sertim arrogantibus, & quos doceri aliquid pudeat. Laute quidē ò Græca industria succincta & parata procedis, sed non respicis illam definitionē & inuentū esse philosophi, & in uestibulo philosophiæ fixam atq; fundatam. Quā si succidere tentabis, rediet bipēnis in crura: illa.n. labefactata, non solum potest aliquid percipi, sed ēt id pōt quod similimum falso est, si eam non audebis euertere. Est enim latibulum tuum vnde in incautos transire cupientes vehemens erumpis atque exilis: aliquis te Hercules in tua spelunca tanq̄ semihominem Cacum suffocabit, & eiusdē molibus opprimet, docens aliquid esse in philosophia, quod tanq̄ simile falso incertum abs te fieri non possit. Certe ad alia properabā, hoc quisquis vrget, teipsum Carneades magna afficit contumelia, quem à me veluti mortuum putat vbicunq;, aut vndecunq; posse superari. Si autem non putat, immisericors est, qui me passim deserere præsidia & tecum in cāpo certare cogit. In quem descendere cum cœpissem, solo tuo nomine territus pedem retuli, & de superiore loco nescio quid iaculatus sum: quod vtrū ad te

A peruenerit, uel quid egerit, uiderint sub quorum examine dimicamus. Sed quid metuo ineptus? Si bene memini, mortuus es, nec iā ꝓ sepulchro tuo iure pugnat Alipius, facile me cōtra umbrā tuā Deus adiuuabit. Nihil ais in philosophia posse percipi. Et ut orationem tuā large lateq́; diffundas, arripis rixas dissensionesq́; philosophorum, & eas tibi cōtra illos arma ministrare arbitraris. Quō enim inter Democritum & superiores physicos de uno mundo, & innumerabilibus liteé dijudicabimus, cum inter ipsum hæredemq́; eius Epicurum concordia manere nequiuerit? Nam iste luxuriosus cum Atomos quasi ancillulas suas, id est, corpuscula, quæ in tenebris lætus amplectitur, non tenere uiam suā, sed in alienos limites passim & sponte declinare permittit, totum patrimoniū ēt per iurgia dissipauit. Hoc uero nihil ad me attinet. Si enim ad sapientiam pertinet horum aliquid scire, id non potest latere sapientē. Si āt aliud quiddā est, sapientiam illā scit sapiens, ista contēnit. Tū ego qui longe adhuc absū vel à uicinitate sapientis, in istis physicis nō nihil scio. Certum.n. habeo, aut unum esse mundum, aut non unum: Et si non unum, aut finiti numeri, aut infiniti. Istam sententiam Carneades falsæ esse similē docebat. Itē scio mundū istū nostrū, aut natura corporū, aut aliqua prouidentia sic esse dispositum, eumq́; aut semper fuisse & fore, aut cœpisse esse minime desiturum, aut ortum ex tpe nō habere, sed habiturum esse finem, aut & manere cœpisse, & non perpetuo esse mansurū: Et innumerabilia physica hoc mō noui. Vera enim sunt ista disiuncta, nec similitudine aliqua falsis ea potest quisquam confundere. Sed assume aliquid ait Academicus. Nolo. Nam hoc est dicere: Relinque quod scis, dic quod nescis? Sed pēdet sententia. Melius certe pendet, q̄ cadit. Nēpe plena est, nempe iā potest, aut falsa, aut vera nominari. Hanc ergo me scire dico. Tu qui nec philosophiam pertinere ista negas, & eorum sciri nihil posse asseris, ostende me ista nescire: dic istas disiunctiones aut falsas esse, aut aliquid cōmune habere cum falso, per quod discerni omnino non possunt. Vnde, inquit, scis esse istum mundum, si sensus falluntur? Nunquam rationes uestræ ita vim sensuum refellere potuerunt, vt conuinceretis nobis nihil videri: nec omnino ausi estis aliquando ista tentare, sed posse aliud esse ac uidetur, uehemēter persuadere incubuistis. Ego itaq; hoc totum, qualecunq; est, quod nos continet atq; alit, hoc inquam quod oculis meis apparet, à meque sentitur habere terram & cœlum, aut quasi terram, & quasi cœlū, mundū uoco. Si dicis nihil mihi uideri, nūquā errabo. Is.n.

Sensus nō fallūt. Cap. 11.

C

errat,

errat, qui quod sibi videtur temere probat. Posse enim falsum videri à sentientibus dicitis, nihil videri nō dicitis. Prorsus enim eis disputationis causa tolletur, vbi regnare voslibet, si non falsum nihil scimus, sed etiā nihil nobis videtur. Si autem hoc quod mihi videtur negas mundum esse, de nomine controuersiam facis, cū id a me dixerim mundū vocari. Etiam ne, inquies, si dormis, mundus est iste, quem vides? Iam dictū est quicquid tale mihi videtur, mundum appello. Sed si cum solum placet mundum vocare, qui videtur à vigilantibus, vel etiam à sanis, illud contende si potes, eos qui dormiunt ac furiunt, non in mundo furere atq; dormire. Quamobrem hoc dico, istam totā coporum molem atq; machinā in qua sumus, siue dormientes, siue furentes, siue vigilantes, siue sani, aut vnam esse, aut non esse vnā. Edissere

D quomodo posit ista esse falsa sententia. Si enim dormio, fieri potest vt nihil dixerim: aut si etiam ore dormientis verba, vt solet, euaserunt, potest fieri vt non hic, non ita sedens, non istis audientibus dixerim: Vt autem hoc falsum sit, non potest. Nec ego me illud percepisse dico, quod vigilem. Potes in. dicere, hoc mihi etiam dormienti videri potuisse, ideoq́; hoc potest esse falso simillimū. Si autem vnus, aut sex mundi sunt, septem mundos esse, quoquo modo affectus sim, manifestum est: Et id me scire non impudenter affirmo. Quare vel hanc connexionē, vel illas superius disiūctiones, doce somno, aut furore, aut vanitate sensuum posse esse falsas, & me si expergefactus ista meminero, victū esse concedam. Credo enim iam satis liquere quæ per somnium & dementiam falsa videantur, ea scilicet, quæ ad corporis sensus pertinent. Nā ter terna nouē esse, & quadratum & intelligibilium numerorum necesse est, vel genere humano stertēte, sit verū: quā quā etiā pro ipsis sensibus multa posse dici video, quæ ab Academicis reprehensa nō in

E uenimus. Credo enim sensus non accusari, vel quod imaginationes falsas furentes patiantur, vel quod falsa in somnis videmus. Si enim vera vigilantibus atq; sanis renunciarunt, nihil ad eos, quid sibi animus dormientis insanientisq́; confingat. Restat vt quæratur, vtrum cum ipsi renunciant, verū renuncient. Age si dicat Epicureus quispiam, nihil habeo quod de sensibus conquerar. Iniustū est enim ab eis exigere plus q̄ possunt: quicquid autē possunt videre oculi verū vident: Ergone verum est, quod de remo in aqua vident? Prorsus verum. Nam causa accedente quare ita videretur, si demersus vnda remus rectus appareret, magis oculos meos falsæ renūciationis arguerem. Non.n. viderent quod talibus existentibus causis videndum fuit. Quid multis opus est? Hoc de turrium motu hoc de pennulis auium, hoc de cæteris innumerabilibus dici pōt. Ego tamen fallor si assentiar, ait quispiam. Noli plus assentire, q̄ vt ita tibi apparere persuadeas, & nulla deceptio est. Nō enim video qūo refellat Academicus eū qui dicit: hoc mihi candidū videri scio, hoc auditum meū delectari scio, hoc mihi iucunde olere scio, hoc mihi sapere dulciter scio, hoc mihi esse frigidum scio. Dic po F tius utrum per se amaræ sint oleastri frōdes, quas caper tam pertinaciter appetit. O hominem improbum, Nōne est caper ipse modestior? Nescio quales pecori sint, mihi tū amaræ sunt. Quid quæris amplius? Sed est fortasse aliquis etiam hominum, cui non sint amaræ. Tendis enim in molestiā? Nunquid nā ego amaras esse oībus hoibus dixi: Mihi dixi, & hoc non semper affirmo. Quid si.n. alias alia causa, nunc dulce quippiā, nūc amarū in ore sentiatur? Illud dico, posse hominē cum aliquid gustat: bona fide iurare se scire palato suo illud suaue esse, uel contra, nec ulla calumnia Græca ab ista scientia posse deduci. Quis enim tam impudens sit, qui mihi cum delectatione aliquid liguriēti dicat, Fortasse non gustas, sed hoc somnium est? Nunquidnam resisto? Sed me tamen illud in somnis etiam delectaret. Quare illud quod me scire dixi, nulla confundit similitudo falsorū. Et Epicureus uel Cyrenaici, & alia multa fortasse pro sensibus dicant, contra quæ nihil dictum esse ab Academicis accepi. Sed quid ad me? Si uolunt ista, & si possunt (etiā me fauente) rescindant. Quicquid enim contra sensus ab eis disputatur, non contra omnes philosophos ualet. Sunt .n. qui ista omnia quæ corporis sensu accipit animus opi- G nionem posse gignere confitentur, scientiam uero negant. Quam tamen uolunt intelligē tia contineri, remotamq; a sensibus in mente uiuere. Et forte in eorum numero est sapiens ille quē q̄rimus. Sed de hoc alias. Nūc ad reliqua pgamus quę ꝓpter ista quę iam dicta sunt, paucis (nisi fallor) explicabimus. Quid enim de moribus inquirentem, uel iu uat uel impedit corporis sensus? Nisi uerō illos ipsos, qui summum hominis uerum bonum

Rōnes de somnijs reiellit. Cap. 12.

bonum in uoluptate posuere, nihil impedit aut columbę collum, aut uox incerta, aut grauę pondus homini quod camelis leue est, aut alia sexcenta, quo minus dicant eo quo delectari se scire, uel eo quo offenduntur offendi, quod refelli posse non uideo. Eum commouebunt qui finem boni mente complecti
2. Retract. ca. 1. tur. Quid horum tu eligis? Siquid mihi uideatur, quæris, in mente arbitror esse summum hominis bonum. Sed nunc de scientia quærimus. Ergo interroga sapientem, qui non potest ignorare sapientiam, mihi tamen tardo illi atq; stulto licet interim scire boni humani finem, in quo inhabitet beata uita, aut nullum esse, aut in animo esse, aut in corpore, aut in utroq;. Hoc me, si potes, nesci-
H re conuince, quod notissimæ illæ uestræ rationes nullo modo faciunt. Quod si non potest, non enim reperies cui falso simile sit, egone concludere dubitabo, recte mihi uideri scire sapientem quicquid in philosophia uerum est, cum ego inde tam multa uera cognouerim? Sed metuit fortasse ne summum bonum eligat dormiens. Nihil periculi est, cum euigilabit, repudiabit si displicet: tenebit, si placet. Quis enim eum recte uituperabit, qui falsum uidit in somnis? Aut fortasse illud formidabis, ne dormiens amittat sapientiam, si pro ueris falsa probauerit? Hoc iam ne dormiens quidem audet somniare, vt sapientę uigilantem uocet, neget si dormiat. Hæc etiam de furore dici possunt. Sed in alia festinat oratio. Hæc tamen sine conclusione securissima non relinquo. At enim amittitur furore sapientia, & iam non erit sapiēs, quem verum ignorare clamatis: aut scientia eius manet in intellectu, etiam si pars animi cætera id quod accepit à sensibus uelut in somnis imaginetur. Restat dialectica, quā certe sapiens bene nouit, nec falsum scire quisMulta pcipi do cet diale ctica. quam potest. Si vero eam nescit, non pertinet ad sapientiam eius cognitio, sine qua esse sapiens potuit, & superfluo vtrum uera sit, positiue percipi quærimus. Hic fortasse aliCap. 13. I quis mihi dicat: Soles prodere tu stulte quid noueris. An de dialectica nihil scire potuisti? Ego uero plura q̄ de quauis parte philosophiæ. Nam primo omnes illas propositiones quibus supra vsus sum, veras esse ista me docuit. Deinde per istam noui alia multa uera. Sed quam multa sint, numerate si potestis. Si quatuor in mundo elementa sunt, non sunt quinq;. Si sol vnus est, non sunt duo. Non potest vna anima & mori & esse immortalis. Non potest homo simul & beatus & miser esse. Non hic & sol lucet, & nox est. Aut vigilamus nūc, aut dormimus: aut corpus est, quod mihi videre uideor, aut non est corpus. Hæc & alia multa, quæ commemorare longissimum est, per istam didici uera esse, quoquo modo sese habeant sensus nostri in se. Ipsa uero docuit me, si cuius eorum quæ per connexionem modo proposui pars antecedens assumpta fuerit, trahere necessario id quod annexum est. Ea uero quæ per repugnantiam, uel disiunctionem à me sunt enunciata, hanc habere naturam, ut cū auferuntur cętera, siue unum, siue plura sint, restat aliquod, quod eorum ablatione firmetur. Docuit etiam me, cū de re constat, propter quam uerba dicunt, de uerbis non debere contendi. Et quisquis id faciat, si imperitia faciat, docendum esse: si malitia, deserendum. Si doceri non potest monendum ut aliquid aliud potius agat, q̄ tēpus in superfluis operamq; consumat: si non obtemperat, negligendum. De captiosis autem atq; fallacibus ratiunculis breue præceptum est: si male concedendo inferuntur, ad ea quæ concessa sunt esse redeundum. Si uerum falsumq; in una conclusione conligunt, accipiendum in de quod intelligitur: quod explicari non potest, relinquendum. Si autem modus in aliquibus rebus latet penitus hominem, scientiam eius non esse quærendam. Hęc quidem habeo à dialectica, & alia multa quæ commemorare non est necesse. Neq; enim debeo ingrātus existere. Verum ille sapiens aut hæc negligit, aut si profecto dialectica ipsa scientia ueritatis est, sic illam nouit, ut istorum mendacissimam calumniam, si uerum est: si falsum est: uerum est, contemnendo, & non miserando enecet. Hæc de perceptione satis esse propterea puto, quia de assentiendo cum L
dicere cœpero, tota ibi rursum causa uersabi- Sapiens
tur. Iam ergo ad eam partem ueniamus in vt sapiē
qua dubitare adhuc uidetur Alipius. Et pri- tia cui
mo idipsum perspiciamus quale sit, quod te sentiam
acutissime atq; cautissime mouet. Nam si pietia
tot tantisq; rationibus roboratam (hoc.n. sentiam
dixisti) Academicorum sententiam, qua opor-
eis placuit, nihil scire sapientem, hoc tuum Cap. 14
labefactat inuentum quo cogimur conferri
multo esse probabilius sapientem scire sapiē
tiam, magis est assensio cohibenda. Hoc.n. ipso ostenditur nihil quamlibet copiosissimis subtilissimisq; argumentis posse suaderi, cui non ex parte contraria, si adsit ingenium

nium, non minus acriter, vel fortasse acrius
Aenei. 2 resistatur. Eo fit, vt cum sit victus Academicus, vicerit. O vtinam vincatur, nunquam efficiet quauis arte Pelasga, vt simul à me uictus victorque discedat. Certe nihil aliud inueniatur, quod aduersum ista dici possit, & vltro me victum esse profitear. Nō.n. de gloria cōparanda, sed de inueniēda veritate tractamus. Mihi satis est quoquo modo molē istā transcendere, quæ intrantibus ad philosophum sese opponit, & nescio quibus receptaculis tenebras tegens talē esse philosophiā totā minatur, nihilq;, in ea lucis inuētū iri sperare permittit. Quid autē amplius de-
M siderem, nihil habeo, si iam probabile est, nonnihil scire sapientem. Nō enim alia causa verisimile videbatur eum assensionē lusti nere debere, nisi quia erat verisimile nihil posse cōprehendi. Quo sublato, percipit.n. sapiens, vel ipsam vt iam concedit sapientiā, nulla iam causa remanebit cur non assentiatur sapiens vel ipsi sapientiæ. Est.n. sine dubitatione monstruosius, sapientē non approbare sapientiam, quàm sapiētē nescire sapiētiā. Nam quęso, paululum quasi ante oculos tale spectaculum constituamus si possumus, rixam quandam sapientis, & sapiētiæ. Quid aliud dicit sapientia, quàm se esse sapientiā? At contra iste: Non credo, inquit. Quis ait sapientię, non credo te esse sapientiā? Quis, nisi is cum quo illa loqui potuit, & in quo habitare dignata est, scilicet sapiens. Ite nunc & me quærite qui cum Academicis pugnē, habetis iam nouum certamen, sapiens & sapientia secum pugnant. Sapiens nō vult cōsentire sapiētię, ego vobiscū securus expecto. Quis enim non credat inuictam esse sapientiam? Tamen nos aliqua cōplexione muniamus. Aut enim in hoc certamine Academicus vincet sapientiam, & à me vincetur, quia non erit sapiens: aut ab ea superabitur, & sa-
A pientem sapientiæ consentire docebimus. Aut igitur sapiens Academicus non est, aut nonnulli rei sapiens assentietur: nisi forte quem dicere puduit sapientem nescire sapientiam, sapientem non consentire sapientiæ dicere non pudebit. At si iam verisimile est cadere in sapientem, vel ipsius sapientię perceptionem, & nulla causa est, cur non ei quod potest percipi assentiatur, video quod volebam esse verisimile, sapientem scilicet assensurum esse sapientiæ. Si quæres vbi inueniat ipsam sapientiam, respondebo in semetipso. Si dicis eum nescire quod habeat, redis ad illud absurdum, sapientem nescire sapientiam. Si sapientem ipsum negas posse inueniri, non iam cum Academicis, sed te cum quisquis hoc sentis sermone alio disseremus. Illi enim cum hæc disputant, de sapiente profecto disputant. Clamat Cicero, Cicero seipsum magnum esse opinatorem, sed de sa- in Hor-
piēte se quærere. Quod si adhuc vos adole- tensio.
scentes ignotum habetis, Certe in Hortēsio legistis. Si igitur nec certi est quicquam, nec opinari sapientis est, nihil vnquā sapiens approbabit: vnde manifestum est, eos de sapiente illis suis disputationibus, contra quas nitimur, quærere. Ergo arbitror ego sapienti B
certam esse sapientiam, ideſt sapientem percepisse sapientiam. Et ob hoc eum non opinari cum assentitur sapientię. Assentitur .n. ei rei, quam si non percepisset, sapiens non esset. Nec isti quenquam non debere assentiri, nisi rebus quę non possunt percipi, affirmāt. Non autem sapientia nihil est. Cū igitur & scit sapientiam, & assentitur sapientiæ, neque nihil scit, neque nulli rei sapiens assentitur, q̄d amplius vultis? An de illo errore aliquid quærimus, quem dicunt penitus euitari, si in nullam rē animum declinet assensio? Errat enim inquiunt, quisquis non solū rē falsam, sed etiam dubiam, quāuis vera sit, approbat. Nihil autem quod dubium non sit inuenio. At inuenit sapiens, vt dicebamus, ipsam sapientiam. Sed hinc iam vultis fortasse me Minus
discedere. Non sunt facile securissima relin- errat as-
quenda, cum versutissimis hoibus agimus, sentiens,
morem tū vobis geram. Sed quid hic dicā? quā su-
quid, quidnā? illud nimirum vetus dicēdum spendēs
est, vbi & ipsi habent quod dicant. Quid.n. sentētiā.
faciam, quem de castris meis foras truditis: Cap. 15.
num implorabo auxilia doctiorū, cum quibus si superare nequeo, minus pudebit fortasse superari? Iaciam igitur quibus viribus possum fumosum quidē iam, & scabrum, sed C
nisi fallor, validissimū telum. Qui nihil approbat, nihil agit. O hominem rusticum. Et vbi est ,pbabile? Vbi est verisimile? Hoc uolebatis. Audistisne vt sonant scuta Græcanica? Exceptum est enim quod robustissimum quidē. Sed qua manu iaculati sumus? Et nihil mihi potētius isti mei suggerunt, nec aliquid, vt video, vulneris fecimus. Conuertā me ad ea quæ villa, & ager ministrat, onerāt me potius maiora, q̄ præparant: Nam cum ociosus diu cogitassem in isto rure quonammodo possit istuc probabile ac verisimile actus nros ab errore defendere, primo visum

est mihi, vt solet videri cum ista vendebam, belle tectum & munitum. Deinde vbi totũ cautius circunspexi, visus sum mihi uidisse vnum aditũ quà in securos error irrueret. Non.n.solum puto eum errare, q̃ falsam vitam sequitur, sed ẽt eum qui veram non sequitur. Faciamus.n.duos viatores ad vnum locum tendentes, quorũ alter instituerit nulli credere, alter nimis credulus sit. Ventum est ad aliquod biuium, hic ille credulus pastori q̃ aderat, vel cuipiã rusticano: salue frugi homo: Dic quæso quà bene in illũ locum
D pergatur? Rñdetur: Si hac ibis, nihil errabis. Et ille ad comitem: Verum dicit, hac eamus. Ridet vir cautissimus, & tam cito assensum facetissime illudit, atq; interea illo discedente in biuio figitur: Et iam incipit videri turpe cessare, cum ecce ex alio viæ cornu lautus quidã & vrbanus equo insidens eminet, & propinquare occipit; Gratulatur iste aduenienti, & salutato indicat propositũ, quærit viã, dicit ẽt remansionis suæ causam, quo beneuolentiorẽ reddat, pastori eum pferens.
πλήνος ipoltor. Ille aũt casu planus erat de ijs quos Sarmadacos iam vulgus vocat. Tenuit suum morem homo pessimus etiam gratis: Hac perge ait, nã ego inde venio. Decepit, atq; abijt. Sed q̃n iste deciperetur? Non enim monstratione istam tanq̃ uerã, inquit, approbo, sed quia est verisimilis. Et hic ociosum esse, nec honestum, nec vtile est, hac eam. Interea ille quia assentiendo iam errauit, tam cito existi mans vera esse verba pastoris, in loco illo quo tendebat iam se reficiebat: iste autẽ non errans, siquidem probabile sequitur, circumit syluas nescio quas, nec iã cui locus ille notus sit, ad quem uenire proposuerat, inuenit. Vere vobis dicam, cum ista cogitarẽ risum tenere non potui, fieri per Academicorum verba nescio qũo, vt erret ille qui uerã viã vel casu tenet: ille autẽ q̃ p auios mõtes
E ꝓbabiliter ductus est, nec petitam regionem inuenit, non videatur errare. Vt.n.temerariam consensionem iure condemnẽ, facilius ambo errant, q̃ iste non errat. Hinc iam aduersum ista verba vigilantior, ipsa facta hominum & mores cõsiderare cœpi. Tũ uero tam multa mihi & tam capitalia in istos venerunt in mentem, ut iam non riderem, sed partim stomacharer, partim dolerem hoïes doctissimos, & acutissimos in tanta scelera
Facere q̃ uidetur pro- sententiarum & flagitia deuolutos. Certe enim nõ fortasse omnis qui errat, peccat, omnis tñ qui peccat, aut errare conceditur, aut aliquid peius. Quid si ergo aliquis adolescentium cum hos audierit, dicentes: Turpe est errare, & ideo nulli rei consentire debemus: Sed tamen cum agit quisq; quod ei videtur probabile, nec peccat, nec errat. Illud tamen meminerit, quicquid occurrit, vel animo, vel sensibus, non pro vero esse approbãdum. Id igitur audiens adolescens, insidiabitur pudicitiæ uxoris alienę. Te te cõsulo Marce Tulli, de adolescẽtium moribus vitaq̃ tractamus, cui educandæ atque instituendæ oẽs illæ literæ tuæ vigilauerunt. Quid aliud dicturus es, quàm non tibi esse probabile, ut id faciat adolescens? At illi probabile est. Nam si ex alieno probabili viuimus, nec tu debuisti administrare rempublicam, quia Epicuro visum est nõ esse faciendũ. Adulterabit igit ille iuuenis coniugẽ alienã. Qui deprehensus si fuerit, vbi te inueniet a quo defendat, quanq̃ ẽt si inueniat, q̃d dicturus es? Negabis ꝓfecto. Quid si tam clarũ est, ut frustra inficiere? Persuadebis nimirum tanquam in cumano gymnasio atq; adeo Neapolitano, nihil eũ peccasse, immo ẽt nec errasse q̃dẽ. Non.n.faciendum esse adulterium ꝓ vero sibi persuasit, probabile sibi occurrit, secutus est, fecit: aut fortasse non fecit, sed fecisse sibi visus est. Iste autẽ maritus homo fatuus, perturbat oĩa litibus, pro uxoris castitate proclamans, cum qua forte nunc dormit, & nescit. Hoc illi iudices si intellexerint, aut negligẽt Academicos, & tanquam crimen verisimũ punient: aut eisdem obtemperantes, verisimiliter hominẽ probabiliterq̃ damnabũt, ut iam quid agat iste patronus prorsus ignoret. Cui.n.succensẽat non habebit, cum omnes se nihil errasse dicant, quando non assentiẽtes id quod visum est, probabile fecerint. Ponet igitur personã patroni, & philosophi consolatoris suscipiet: ita facile adolescenti, quia iam tantum in Academia ꝓfecerit persuadebit, vt se tanquam in somnis putet esse damnatum. Sed uos me iocari arbitramini? Libet deierare per omne diuinum, nescire me prorsus quomodo iste peccauerit si quis quis id egerit quod probabile videt, non peccat: nisi forte in totum aliud esse dicunt errare, aliud peccare, seq; illis prẽceptis egisse ne erremus, peccare autem nihil magnum esse dixisse. Taceo de homicidijs, parricidijs, sacrilegijs, oĩbusq̃ omnino, quæ fieri aut cogitari possunt flagitijs, aut facinoribus, quę paucis verbis, &, quod est grauius, apud sapientissimos judices, defenduntur. Nihil consen-

sensi, & ideo non erraui. Quomodo aũt nõ faceré, quod ꝓbabile visum est? Qui autẽ non putant ista probabiliter posse persuaderi, legant orationẽ Catilinę, qua patrię parricidium, quo vno continent oĩa scelera, ꝓsuasit. Iam illud quis non ridet? Ipsi dicũt nihil se in agẽdo sequi nisi probabile, & quęrunt magnopere veritatem, cum eis sit probabile non posse inueniri. O mirũ monstrũ. Sed hoc omittamus, minus id ad nos, minus ad vitę nostrę discrimẽ, minus ad fortunarum periculum pertinet. Illud est capitale, illud formidolosum, illud optimo cuique metuendum, quod nefas omne, si hęc ratio probabilis erit, cum probabile cuiquam visum fuerit esse faciendum, tantum nulli quasi vero assentiatur, non solum sine sceleris, sed ẽt sine erroris uituperatione cõmittãt. Quid ergo? Hoc illi non viderunt: Immo fortissime prudentissimeq̃; viderunt, nec mihi vllo pacto tãtum arrogauerim, vt Marcum Tullium aliqua ex parte sequar industria, vigilantia, ingenio, doctrina: cui tñ asserenti, nihil scire posse hominẽ, qui hoc solũ diceret, scio ita videri mihi, vnde id refelleret, non haberet. Quid igitur placuit tantis viris perpetuis, & pertinacibus contentionibus agere, ne in quenquã cadere veri scientia visus deretur? Audite iam paulo attentius, nõ q̃d sciam, sed quid existimem: Hoc.n.ad vltimũ reseruabam, ut explicarem, si possem quale mihi videatur esse totum Academicorum consilium. Plato vir sapientissimus & eruditissimus tẽporũ suorum, qui & ita locutus est, ut quæcunq; diceret, magna fierent, & ea locutus est, vt quomodocũq; diceret, parua non fierent, dicitur post mortẽ Socratis magistri sui, quem singulariter dilexerat, à Pythagoreis etiã multa didicisse. Pythagoras autem Græca philosophia non contentus, q̃ tunc aut penè nulla erat, aut certe oculti ssima, post q̃ commotus Pherecydæ cuiusdam Syri disputationibus, immortalem esse animum credidit, multos sapientes etiam longe lateq̃ peregrinatus audierat. Igitur Plato adijciẽs lepori subtilitatiq̃; Socraticæ quam in moralibus habuit, naturaliũ diuinarũq̃; rerũ peritiã, quã ab eis quos memoraui diligenter acceperat, subiungensq̃ quasi formatricem illarum partiũ iudicemq̃; dialecticam, q̃ aut ipsa esset, aut sine qua sapientia omnino esse nõ posset, perfectam dicitur cõposuisse philosophiæ disciplinam, de qua nunc differere tempus non est. Sat est.n.ad id quod volo, Platonẽ sensisse duos esse mũdos, vnum intelligibilem, in quo ipsa veritas habitaret, istum aũt sensibilem, quẽ manifestum est nos visu tactuque sentire. Itaque illum verum, hunc verisimilem, & ad illius imaginem factũ. Et ideo de illo in ea q̃ se cognosceret aĩa velut expoliri & quasi serenari veritatem: de hoc aũt in stultorum animis non sciẽtiam, sed opinionem posse generari.

Quicquid tamen ageretur in hoc mundo, per eas virtutes, quas ciuiles vocabat, aliarũ verarum virtutum similes, q̃ nisi paucis sapientibus ignotæ essent, non posse nisi verisimile nominari. Hæc & alia huiusmodi mihi videntur inter successores eius quantum poterant esse seruata, & pro mysterijs custodita. Non.n.aut facile ista percipiuntur, nisi ab eis qui se ab omnibus vitijs mundantes, in aliam quandam plusquam humanam cõsuetudinem uendicauerint, aut non grauiter peccat quisquis ea sciens quoslibet homines docere voluerit. Itaque Zenonem principẽ Stoicorum, cum iam quibusdã auditis & creditis, in scholam relictã à Platone uenisset, quam tunc Polemo retinebat, suspectum habitum suspicor, nec talem visum nec Platonica illa velut sacrosancta decreta facile ꝓdi committiq̃ deberent, priusquam didicisset ea, quæ in illã scholã ab alijs accepta detulerat. Moritur Polemo, succedit ei Archesilas Zenonis quidem condiscipulus, sed sub Polemonis magisterio. Quamobrem cum Zeno sua quadam de mundo, & maxime de anima, propter quam vera philosophia vigilat, sentẽtia delectaretur, dicẽs eã esse mortalẽ, nec quidquam esse præter hunc sensibilẽ mundum, nihilq̃ue in eo agi, nisi corpore; nam & deum ipsum ignem putabat: prudentissime atq; vtilissime mihi videtur Archesilas, cum illud late serperet malũ occultasse penitus Academiæ sententiã, & quasi aurũ inueniendum quandoque posteris obruisse. Quare cum in falsas opiniones ruere turba sit pronior, & consuetudine corporum omnia esse corporea facillime, sed noxie credatur, instituit vir acutissimus, atq; humanissimus dedocere potius, quos patiebat male doctos, q̃ docere, quos dociles nõ arbitrabatur. Inde illa omnia nata sunt, q̃ nouæ Academiæ tribuuntur, quia eorum necessitatem veteres nõ habebant. Quod si Zeno expergefactus esset aliq̃n, & vidisset, neq; q̃dquã comprehendi posse, nisi quale ipse definiebat, neque tale aliquid in corporibus posse

Salustius in Catilinario.

Cap. 17.

1. Retract. Cap. 1.

In Timæo.

Opinio Platonis ponens duos mũdos.

K

1. Retract. Cap. 1.

Opinio Zenonis de Deo, anima et mundo.

L

Universidad de Deusto Biblioteca

inueniri, quibus ille tribuebat omnia, olim prorsus hoc genus disputationum, quod magna necessitate flagrauerat, fuisset extinctũ. Sed Zeno imagine constantiæ deceptus, vt
M ipsis Academicis videbatur, nec mihi etiam non videẽ, pertinax fuit, fidesq; illa corporum pernitiosa quoquo modo potuit peruixit in Chrysippũ, qui ei quàm maxime poterat, magnas vires latius se diffundendi dabat, nisi ex illa parte Carneades acrior & vigilantior superioribus cæteris ita restitisset, vt mirer illã opinionẽ aliquid ẽt postea valuisse. Nãq; Carneades primo illã velut calũniandi impudẽtiã, qua videbat Archesilã nõ mediocriter infamatũ, deposuit, ne cõtra omnia velle dicere quasi ostẽtationis causa videretur: Sed ipsos proprie sibi Stoicos, atque Chrysippũ euellendos euertendosque
Quomodo ꝓbabile i ductum ab Academicis. Cap. 18. 1. Retra. Cap. 1. proposuit. Deinde cũ undique premeretur, si nulli rei esset assensus, nihil acturum esse sapientem. O hominem mirum, atque adeo non mirũ: ab ipsis. n. Platonis fontibus profluebat. Attẽdit sapiẽter quales illi actiones ꝓbarẽt, easq; nescio quarum verarũ similes videns, id quod in hoc mundo ad agẽdum sequeretur, verisimile nominauit. Cui
A enim esset simile, & perite norat, & prudenter tegebat, idque etiam probabile appellabat. Probat. n. bene imaginem, quisquis eius intuetur exẽplum. Quomodo enim approbat sapiens, aut quomodo simile sequitur veri, cum ipsum uerum quid sit ignoret? Ergo illi norant, & approbabant falsa, in quibus imitationem laudabilem rerũ uerarum animaduertebant. Sed quia hoc tanquã prophanis, nec fas nec facile erat ostendere, reliquerunt, posteris, & quibus illo tempore potuerunt signum quoddã sententię suę. Illos aũt bene dialecticos de verbis mouere quæstionem insultantes irridentesque prohibebant. Ob hoc dicit Carneades ẽt tertiæ Academiæ princeps atq; author fuisse. Deinde in nostrum Tullium cõflictio ista durauit, iam planè saucia, & vltimo spiritu Latinas literas inflatura. Nam nihil mihi videtur inflatius, quàm tam multa copiosissime atque ornatissime dicere non ita sentientem.
Antiochus aschaloni ta ex uetere academia Fœneum vocat, Quibus tamen ventis fœneus ille Platonicus Antiochus satis, vt mihi uidetur, dissipatus atque dispersus est. Nam Epicureorum greges in animis delitiosorum populorum aprica stabula posuerunt. Quippe Antiochus Philonis auditor hominis quãtum arbitror circunspectissimi, qui iam veluti aperire cedentibus hostibus portas cœperat, & ad Platonis authoritatem Academiam legesque reuocare: quanquam & Metrodorus id antea facere tentauerat, qui primus dicitur esse confessus, non de recto placuisse Academicis nihil posse comprehendi, sed necessario contra Stoicos huiusmodi eos arma sumpsisse. Igitur Antiochus, vt institueram dicere, auditis Philone Academico, & Mnesarcho Stoico, in Academiam ueterem quasi uacuam defensoribus, & quasi nullo hoste securam, velut adiutor, & cuius irrepserat, nescio quid inferens mali de Stoicorũ cineribus, quod Platonis adyta violaret. Sed huic arreptis iterum illis armis & Philon restitit donec moreretur, & omnes eius reliquias Tullius noster oppressit, se uiuo impatiens labefactari, vel contaminari quicquid amauisset. Adeo post illa tempora non longo interuallo omni peruicacia pertinaciaque demortua, osque illud Platonis qđ in philosophia purgatissimum & lucidissimum, dimotis nubibus erroris emicuit, maxime in Plotino, qui platonicus philosophus ita eius similis iudicatus est, vt simul eos vixisse, tantum autem interesso temporis, vt in hoc ille reuixisse putandus sit. Itaque nunc philosophos non ferè
C videmus, nisi aut Cynicos, aut Peripateticos, aut Platonicos. Et Cynicos quidem, quia eos uitæ quædam delectat libertas, atque licentia. Quod autem ad eruditionem, doctrinamque attinet, & mores quibus consulitur animæ, quia non defuerunt acutissimi, & solertissimi uiri, qui docerent disputationibus suis Aristotelem ac Platonem ita sibi concinere, vt imperitis minusque attentis dissentire uideantur, multis quidem seculis multisque contentionibus, sed tamen eliquata est, vt opinor, una ueerissimæ philosophiæ disciplina. Non enim est ista huius mundi philosophia, quam sacro nostra meritissime detestantur, sed alterius intelligibilis: cui animas multiformibus erroris tenebris cęcatas, & altissimis à corpore sordibus oblitas, nunquam ista ratio subtilissima reuocaret, nisi summus Deus populari quadam clementia diuini intellectus authoritatem usque ad ipsum corpus humanum declinaret, atque submitteret, cuius non solum præceptis, sed etiã factis excitatæ animæ redire in semetipsas, & resipiscere patriam, etiam sine disputationum concertatione potuissent.

Hoc

quod nihil hãc solidi.

Mnesarchus, & Dardanus Antiochi athenæ Stoicorũ princeps.

1. Retra. Cap. 1.

D Hoc mihi de Academicis interim probabiliter, vt potui persuasi. Quod si falsum est, nihil ad me, cui satis est iam non arbitrari non posse ab homine inueniri veritatem. Quisquis autem putat hoc sensisse Academicos, ipsum Ciceronem audiat. Ait enim illis morem fuisse occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam, nisi qui secum ad senectutem usque vixissent, aperire consueuisse. Quæ sit autem ista, Deus viderit, eam tamen arbitror Platonis fuisse. Sed ut breuiter accipiatis omne propositum meum, quoquo modo se habet humana sapientia, eam me video nondum percepisse. Sed cum tricesimum, & tertium ætatis annum agam, non me arbitror desperare debere eam me quandoque adepturum. Contemptis tamen cæteris omnibus, quæ bona mortales putant, huic inuestigandæ inseruire proposui. A quo me negocio quoniam rationes Academicorum non leuiter deterrebant, satis, vt arbitror, contra eas ista disputatione muniti sumus. Nulli autem dubium est gemino pondere nos impelli ad discendum, authoritatis atE que rationis. Mihi autem certum est nusquam prorsus à Christi authoritate discedere. Non enim reperio valentiorem. Quod autẽ subtilissima ratione persequendum est, ita enim iam sum affectus, vt quid sit verum non credendo solum, sed etiam intelligendo apprehendere impatienter desyderem, apud Platonicos me interim quod sacris literis non repugnat reperturum esse confido. Hic postquam sermonis finem me fecisse aspexerunt, quanquam iam erat nox, & aliquid etiam lucerna illata scriptum erat, tamen illi adolescentes intentissime expectabant, vtrum Alipius vel alio die se responsurum esse promitteret. Tum ille: Nihil mihi aliquando, inquit, tam ex sententia proueniisse affirmare paratus sum, quàm quod hodierna disputatione discedo superatus, nec istam meam tantum puto debere esse lætitiam. Communicabo ergo eam vobiscum concertatores mei vel iudices nostri. Quandoquidem isto
F se pacto à suis posteris vinci, ipsi etiam fortasse Academici optarunt. Quid enim uobis hoc sermonis lepore iucundius, quid sententiarum grauitate perpensius, quid beneuolentia promptius, quid doctrina peritius videri aut exhiberi posset? Prorsus æquaquam digne admirari possum, quòd tam facete aspera, tam fortiter desperata, tam moderate conuicta, tã dilucide obscura tractata sunt. Quare iam socij mei expectationem vestrã, qua me ad respodẽdum prouocatis, certiore spe mecum ad discendum conuertite. Habemus ducem qui nos in ipsa veritatis arcana Deo iam monstrãte perducat. Hic ego, cum illi puerili quodam studio, quòd Alipius rursurus non videbatur, quasi fraudatos vultu se ostenderent, inuidetis, inquam arridens, plausibus meis. Sed quoniam de Alipij constantia iam securus, nihil eum timeo, vt vos quoque mihi gratias agatis, instruo vos aduersus illum, qui 1. Retra tantum intentionem vestræ expectationis sta. ca. 1. offendit. Legite Academicos, & cum ibi victorem (quid enim facilius) istarum nugarum Ciceronem inueneritis, cogatur iste à uobis hunc nostrum sermonem contra illa inuicta defendere. Hanc tibi Alipi duram mercedem pro mea falsa laude restituo. Hic cum arrisissent, finem tantæ conflictationis vtrum firmissimum nescio, modestius tamẽ & citius quàm sperauerat fecimus.

G

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de ordine Liber primus.

Hoc opus accuratiore stylo elaborauit.

ODinem rerum Zenobi consequi ac tenere cuique prorium, tũ vero vniuersitatis quo coercetur ac regitur hic mundus, vel videre vel pandere difficillimum hominibus atque rarissimum est. Huc accedit, quòd etiam siquis hæc possit, non aliud quoq; valet efficere, vt dignum auditorem tam diuinis obscurisque rebus, vel vitæ merito, vel habitu quodam eruditionis inueniat. Nec tamen quicquam est, quod magis auide expectant quæq; optima ingenia, magisq; audire ac discere studeant, qui scopulos vitæ huius, & procellas velut erecto quãtũ licet capite inspiciunt, quàm quomodo fiat, vt & Deus humana curet, & tanta in humanis rebus peruersitas vsquequaq; dif- H fusa sit, vt non diuinæ, sed ne seruili quidem cuipiam procurationi, si ei tanta potestas daretur, tribuenda esse videatur. Quamobrem, illud quasi necessarium ijs qui-

Omnia diuina prouidentia regi. Cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus talia sunt curæ credendum dimittitur, aut diuinam prouidẽtiam non vsque in hæc vltima & ima pertendi, aut certe mala omnia Dei voluntate committi. Vtrunq; impium,sed magis posterius. Quãquam enim desertum Deo quicquam credere, cum imperitissimum, tum etiam periculosissimum animo sit, tamen in ipsis hominibus nemo quenquam non potuisse aliquid criminatus est. Negligẽtiæ vero vituperatio multo est, quàm malitiæ crudelitatisque purgatior. Itaque velut compellitur ratio tenere non immemor pietatis, aut ista terrena nõ posse à diuinis administrari,aut negligi atque contemni potius, q̃ ita gubernari, vt omnis de Deo sit mitis atque inculpanda conquestio. Sed quis tam cæcus est mente, vt quicquam in mouẽdis corporibus rationis, quod præter humanam dispositionem ac voluntatem est, diuinæ potentiæ moderationiq̃ dare dubitet: nisi forte aut casibus tam rata subtiliq̃ dimẽsione, vel minutissimorum quorumq̃ animalium membra fingantur, aut quod casu quis negat, possit nisi ratione factum fateri: aut vero per vniuersam naturam,quod in singulis quibusque rebus nihil arte humana saragẽte ordinatum miramur, alienare à secretissimo maiestatis arbitrio vllis nugis vanæ opinionis audebimus. At enim hoc ipsum est plenius quæstionum, quod membra pulicis dispositа mire atque distincta sunt, cum interea humana vita innumerabilium perturbationum inconstantia versetur & fluctuet.Sed hoc pacto,siquis tam minutum cerneret, vt in vermiculato pauimento,nihil vltra vnius tessellæ modulum acies eius valeret ambire, vituperaret artificem velut ordinationis & compositionis ignarum: eo quod varietatem lapillorũ perturbatam putaret, à quo illa emblemata in vnius pulchritudinis faciem congruentia simul cerni collustrariq̃ non possent. Nihil.n.aliud minus eruditis hominibus accidit, qui vniuersarum rerum coaptationem atq; concentum imbecilla mente complecti & considerare non valentes, siquid eos offenderit, quia fuæ cogitationi magnũ est, magnam rebus putant inhærere fœditatem. Cuius erroris maxima causa est,quod homo sibiipsi est incognitus. Qui tamen vt se noscat, magna opus habet consuetudine recedendi à sensibus, & animum in seipsum colligendi atque in seipso retinendi.

1. Retr. Cap.3. Quod ij tantum assequuntur qui plagas quasdam opinionum, quas vitæ quotidianæ cursus infligit,aut solitudine inurunt, aut liberalibus medicant disciplinis. Ita enim animus sibi redditus, quæ sit pulchritudo vniuersitatis intelligit, quæ profecto ab vno cognominata est. Ideircoque illam videre nõ licet animæ,quæ in multa procedit,sectaturque auiditate pauperiem, quam nescit sola segregatione multitudinis posse vitari. Multitudinem autem non hominũ dico,sed omnium q̃ sensus attingit. Nec mirere quod eo egestatem patitur magis, quo magis appetit plura complecti. Vt.n.in circulo quantũuis amplo vnum est medium quo cuncta conuergunt, quod centrum geometræ vocant, & quanuis totius ambitus partes innumerabiliter secari queant, nihil tamen est præter illud vnum, quo cætera pariliter dimetiantur, & quod omnibus quasi quodam æqualitatis iure dominetur. Hinc vero in quamlibet partẽ si egredi velis, eo mittũtur omnia quo in plura pgitur. Sic animus à seipso fusus immẽsitate quadã diuerberatur, & vera mendicitate conteritur, cũ eum natura sua cogit vbique vnũ quærere,& multitudo inuenire non finit. Sed & hæc q̃ dixi qualia sint, & quæ causa extet erroris animarum, quoque mõ & in vnum congruãt atq; perfecta sint cuncta,& tũ peccata fugiẽda fiat, assequeris profecto mi Zenobi. Sic.n.mihi notũ est ingeniũ tuũ,& pulchritudinis omnimodæ amator animus, sine libidinis immoderatione atq; sordibus. Quod signum in te futuræ sapientiæ perniciosis cupiditatibus diuino iure præscribit, ne tuam causam deseras falsis voluptatibus illectus, qua ſua rication nihil turpius & periculosius inueniri potest. Assequeris ergo ista,mihi crede, cũ eruditioni operã dederis, qua purgat & excolitur animus, nullo mõ ante idoneus, cui diuina semina cõmittant. Quod totũ cuiusmodi sit & quẽ flagitet ordinẽ,q̃ due studiosis & bonis ratio promittat,qualemq̃; vitã nos uiuamus charissimi tui, & quem frutũ de liberali ocio carpamus: hi te libri satis,vt opinor,edocebũt,noſe tuo nobis q̃ no M
B stra elaboratione dulciores, præsertim si te in ipsum ordinẽ,de quo ad te scribo, meliora eligens inserere atque coaptare volueris. Nã cum stomachi dolor scholã me deserere coegisset,qui iam ut scis, ẽt sine vlla tali necessitate in philosophiam confugere moliebar,statim me contuli ad villam familiarissimi nostri Verecundi. Quid dicã eo libẽter

cap. 6. & lib. 9. cap.3. L.1.contra Academicos cap.1. Persona dialogi. Occasio disputationis. Cap. 3. 1.Retra. cta.ca.3. 1.Retra. cta.ca.3. Cap.3. Lib.1. Contra. Lib.2. cap.2. Contra. Lib.2.

Nosti optime hoïs,cũ in oẽs, tũ uero in nos beneuolentiã singularem. Ibi differebamus inter nos quæcunq; videbantur vtilia, adhibito sanè stylo quo cuncta exciperentur,qd̃ videbam conducere valetudini meæ. Cum enim nonnulla loquendi cura detineret,nulla inter disputandum irrepebat immoderata contentio. Simul etiã siquid nostrum literis mandare placuisset, nec aliter dicendi necessitas,nec labor recordationis esset. Agebant autem ista mecum Alipius & Nauigius frater meus,& Licentius repente admirabiliter poeticæ deditus. Trigetium item nobis militia reddiderat, qui tãquam veteranus adamauit historiam. Etiam in libris nonnihil habeamus. Sed nocte quadam cum euigilassem de more,mecumq̃; ipse tacitus agitarem quæ in mentem nescio vnde veniebãt. Nam id mihi amor inueniendi veri iam in
A consuetudinem uerterat,ut aut primam,si tales curæ inerant, aut certe vltimam dimidiã tamen ferè noctis partem peruigil quodcunque cogitarem: nec me patiebar adolescentiũ lucubrationibus à meipso auocari: quia & illi per totum diem tantum agebant, ut nimium mihi videretur, si aliquid ẽt noctium in studiorum labore vsurparent, & id à me ipsi quoq; præceptum habebant, vt aliquid & præter codices secum agerent, & apud sese habitare consuefacerent animum. Ergo, vt dixi, vigilabam. Cum ecce aquæ sonus ponè balneas,q̃ præterfluebat, eduxit me in aures,& aĩaduersus est solito attentius. Mirum admodum mihi videbatur, q̃ nunc clarius,nunc pressius eadem aqua strepebat silicibus irruens, Cœpi à me q̃rere, quænam causa esset. Fateor nihil occurrebat: cũ Licentius lecto suo importunos percusso iuxta ligno sorices terruit, sesq̃; vigilãtem hoc modo indicauit. Cui ego, Animaduertisti, inq̃, Licenti. Nã uideo tibi musam tuã lumen ad lucubrandum accendisse, qũo canalis iste inconstanter sonet? Iã, inquit, mihi hoc non est nouũ. Nã desiderio serenitatis cũ expergefactus aliq̃n aurẽ admouissem,ne imber instrueret, hoc agebat aqua ista quod
B nunc. Approbauit Trigetius. Nã & ipse in eodẽ conclaui lecto suo cubans vigilabat nobis nescientibus: erant enim tenebræ, quod in Italia etiam, pecuniosis propè necesse est. Ergo vbi vidi scholam nostrã quanta cunq; aderat, nam & Alipius & Nauigius in vrbẽ ierant,ẽt illis horis non sopitam, & me cursus ille aquarum aliquid de se dicere admonebat. Quidnam,vobis,inquam,videtur esse causæ, q̃ sic alternat hic sonus? Nõ enim quenq̃ putamus his horis vel transitu,vel re aliqua lauanda toties illum meatũ interpellare. Quid putas,inquit Licentius, nisi alicubi folia cuiuscemodi quæ autumno perpetuo copioseq̃; decidunt, angustijs canalis intertrusa euinci aliq̃n atq; cedere: Vbi autem vnda quæ vrgebat pertransierit, rursum colligi atq; stipari: aut aliquid aliud vario casu foliorum natantium fieri, quod ad illum fluxum nunc refrenãdum, nunc emittẽdum similiter valeat? Visum est mihi probabile aliud nõ habenti, confessusq̃; sum laudans ingeniũ eius, nihil me inuenisse cum C
diu quæsissem,cur ita esset. Tum interposito modico silentio,merito inq̃, tu nihil mirabaris, & apud Calliopem te intus tenebas. Merito,inquit,ille. Sed modo planè dedisti mihi magnum mirari. Quidnam hoc est:inquam? Quod tu,inquit,ita miratus es. Vnde .n.solet,inq̃,oboriri admiratio, aut q̃ huius vitij mater est,nisi res insolita, pter manifestum causarum ordinẽ? Et ille, Pręter manifestũ inquit, accipio, nã præter ordinẽ nihil mihi fieri videtur. Hic ego erectior spe alacriore,q̃ soleo esse cum aliquid ab his requiro, quod rem tantam & tam subito heri pene ad ista conuersus adolescentis animus cõcepisset; nulla vnquam de his rebus inter nos antea quæstione agitata. Bene, inquam bene, sed prorsus bene multum sensisti,multum ausus es: Hoc,mihi crede, longo interuallo transcendis Heliconem, ad cuius verticem tanquam ad cœlum peruenire conaris. Sed peruellẽ adesses huic sententiæ, nam eam labefactare tentabo. Sine, inquit, modo me mihi,quæso te, nã valde in aliud intendi animum. Hic ego nonnihil metuens,ne studio poeticæ pœnitus prouolutus à philosophia longe raperetur: Irritor inquam, abs te Ouidi,
versus istos tuos omni metrorum genere cã li. metatando & vlulando insectari, q̃ inter te atq; morf. 3.
veritatẽ inmaniorem murum,q̃ inter amã- D
tes tuos conãtur erigere: Nam in se illi vel Lepide
inolita rimula respirabant. Pyramum.n.ille allusit ad
tum canere instituerat. Quod cum seuerio-parietẽ
re q̃ putabat voce dixissem,subticuit aliquã p cuius
tulum. Et ego iã reliqueram cœpta,& ad me rimã col
redieram,ne frustra occupare præoccupatũ loquebã
atque inepte vellem. Tum ille, Egomet tur amã
meo iudicio quasi sorex, inquit, non dictũ tes. In
est commodius apud Terentium q̃ nunc di Eunuci à me de me potest. Sed sanè illud vltimũ cho.

fortasse in contrariũ vertetur. Quod enim ait ille, hodie perij, ego hodie forte inueniar. Nam si nõ contemnitis quod superstitiosi solent ẽt de muribus augurari, si ego illum murem, vel soricem, qui me tibi vigilãtem detulit, strepitu meo commonui, siquid sapit redire in cubile suũ secũq; cõquiescere, cur non egoipse isto strepitu vocis tuæ commouear philosophari potius q̃ cãtare? Nam illa est, vt tibi quotidie probanti iam cœpi credere, vera & inconcussa nostra habitatio. Quare si tibi molestum nõ est atq; id fieri debere arbitraris, roga qđ vis: Defendam quantum possum ordinem rerum, nihilq; præter ordinem fieri posse asseram. Tantũ.n.eum animo imbibi atq; hausi, vt
E etiam si me quisquam in disputatione superarit, hoc nulli temeritati, sed rerum ordini tribuã. Neq;.n.res ipsa, sed Licentius superabitur. Ego rursum gaudens eis me re-
Animus sentit nihil omnino sine causa fieri. stitui. Tum Trigetio: Quid, inquam, tibi videtur? Faueo quidem, inquit, ordini plurimum, sed incertus sum tamen, & rem tantã diligentissime discuti cupio. Fauorẽ, inquã, tuum ille ergo paries habeat: Nã quod incertus es, etiam cum Licentio ac meipso tibi puto esse cõmune. Prorsus, ait Licentius, ego huius sniæ certus sum. Quid.n.dubitẽ parietem, cuius mentionẽ fecisti, antequam planè se erexerit diruere? Non.n. vere poetica tm̃ me auertere à philosophia potest, quantum inueniendi veri diffidentia. Tum Trigetius gaudentibus verbis: Habemus, inquit, iam quod plus est, Licentium non Academicum: Eos.n.ille studiosissime defendere solebat. Hæc modo, inquit, omitte quęso ne me hoc vafrum quiddam & captaCap.4.
F torium à nescio qua diuina re, quæ mihi ostentare se cœpit, & cui me inhiantem suspendẽdo, detorqueat atque dirumpat. Hic ego multo vberius cernens abundare lætitias meas, q̃ vel optare aliq̃ ausus sum, versum istum gestiẽs effudi: Sic pater ille Deũ faciat sic altus Apollo, Incipias: perducet.n. ipse, si sequimur quò nos ire iubet, atq; vbi ponere sedem, qui dat mõ auguriũ, nostrisq; illabit animis. Nec.n.altus Apollo est, qui in speluncis, in mõtibus, in nemoribus nidore thuris pecudũq; calamitate concitatus implet insanos, sed alius profecto est, alius ille altus veridicus, atq; ipsa (quid.n. verbis ambiã) veritas. Cuius vates sunt qcunq; pñt esse sapiẽtes. Ergo aggrediamur Licẽti freti pietate cultores, & vestigijs nostris ignẽ pernicioſum fumoſarũ cupiditatũ opprimamus. Hic iã inquit, interroga oro te si posim hoc tm̃ nescio quid explicare & tuis verbis & meis. Hoc ipsum inquam, mihi responde, primo vnde tibi videatur aqua ista non temere sic, sed ordine influere. Nã quod illa ligneolis canalibus superlabitur, & ducitur vsque in vsus nostros, p̃t ad ordinem pertinere. Factum est.n.ab hoibus ratione vtentibus, vt vno eius itinere simul & biberent & lauarent, & pro locorum opportunitatibus cõsequens erat vt ita fieret. Quod vero illa, vt dicis folia sic inciderũt, vt hoc quod admirati sumus eueniret, quo
G tandem rerum ordine, ac nũ potius casu factum putabimus? Quasi vero, inquit ille, aliter atq; ceciderunt debuisse, aut potuisse cadere cuiquam videri p̃t, serenissime intuenti nihil posse fieri sine causa. Quid iam vis persequar situs arborum atq; ramorum, ipsumq; pondus quantum natura folijs imposuit: quid aeris, vel mobilitatẽ qua volitãt, vel mollicie qua descendũt, variosq; lapsus ꝑ affectione cœli, ꝑ onere, pro figuris suis, cæterisq; innumerabilibus atq; obscurioribus causis, quid me attinet quærere? Latent ista sensus nostros, penitus latent: Illud tm̃ quod aggressæ q̃ni satis est, nescio quo animum non latet, nihil fieri sine causa. Pót.n. ociosus percontator pergere quærere, q̃ cau-
sa erat, vt ibi arbores ponerentur? Respondebo, secutos esse hoies vber terræ. Quid si fructuosæ arbores non sunt, ac temere natæ sunt? Et hic rñdebo, vos parũ videre. Nã temerariam, q̃ illas genuit nequaq̃ esse naturã. Quid plura? Aut aliquid sine causa fieri docear, aut nihil fieri, nisi certo causarũ ordine credite. Cui ego: Licet, inq̃ me ocio
H sum percontatorẽ voces, vix enim possum non esse, qui expugnaui, ne cum Pyramo & Thysbe colloquereris, pergã tamen quęre-re abs te: Natura ista, q̃uis viderim ordinatã, cui bono, vt de cæteris rebus innumerabilibus taceam, istas ipsas arbores, q̃ fructus non afferunt, procreauit? At illo cogitante quid diceret, ait Trigetius: Nunquidnam vsus arbustorũ in solis fructibus præbetur hoibus? Quanta sunt alia, quæ vmbra, quæ lignis, postremo q̃ ipsis frondibus seu folijs fiant? Noli obsecro, inquit ille, iterrogationibus eius hæc reddere. Inumerabilia sunt enim quæ proferri pñt, ex q̃bus nulla est hominibus vtilitas, aut certe ita latet, vel imbecilla est, vt ab hoibus præsertim nobis erui

erui defendiue non possit. Ipse potius nos doceat, qũo aliquid fiat quod non causa ꝑcesserit. Post, inquam, ista videbimus. Non enim iam me necesse est esse doctorem, cum tu qui tantæ rei te certum esse professus es, adhuc me nihil docueris minimum discere cupientem, & ꝑꝑ hoc solum dies noctesq; vigilãtem. Quo me mittis, inquit? An quia
I leuius te sequor, q̃ ista folia ventos, quibus in profluentem aquam iaciuntur, vt eis cadere parũ sit, nisi ẽt trahãtur. Nã quid aliud erit cũ Licentius & Augustinũ, & ea q̃ sunt i media philosophia docet? Noli obsecro, inquam, aut te tm̃ abijcere, aut me extollere. Nam & ego in philosophia puer sum, & nõ nimis curo cum interrogo per quem mihi ille respondeat, qui me quotidie querulum accipit. Cuius te quidem credo qñque uatẽ futurum: Neq; hoc qñque forsitan longum est. Sed tamẽ alij quoq; multum sepositi ab hmõi studijs docere aliquid possunt, cũ differentium societati, quasi vinculis interrogationum coarctantur. Idem ãt aliquid nõ est nihil. An non vides (tuo.n.simile vtar libentius) illa ipsa folia quæ feruntur ventis, quæ vndis innatant, resistere aliquantũ præcipitanti se flumini, & de rerum ordine homines cõmonere, si tamen hoc quod abste defenditur, verum est? Hic ille lecto etiã exiliẽs præ lętitia, Quis neget deus magne, inquit, te cũcta ordine rationis administrare? Quàm se oſa tenent, q̃ ratis succesionibus in nodos suos vrgentur, quanta & quã multa facta sunt, vt hæc loqueremur, quanta fiunt, vt te inueniamus, Vnde.n. hoc ipsum, nisi ex rerũ ordine manat & ducitur,
K quod cuigilauimus, quod illum sonum aduertisti, quod quæsisti tecum causam, ꝙ tu causam tantillæ rei non inuenisti? Sorex etiam prodiuit, vt ego vigilans ꝓdar. Postremo tuus ẽt ipse sermo te fortasse id nõ agente, nõ enim cuiquã in ptãte est, quid veniat, in mentem, sic nescio qũo circũagitur, ut à me ipse docear, quid tibi debeam respõdere. Nanq; oro te si hæc quæ à nobis dicta sunt literis, vt instituisti, mandata peruagentur paulo latius ad hominum famam, nonne ita res magna videbitur, vt de illa consultus aliquis vates magnus, aut Chaldęus respondere debuerit, multo ante q̃ euenerit? Quod si respondisset, ita diuinus diceretur, ita efferretur laudibus hominum, vt tũ ex eo nemo quærere auderet, cur folium ex arbore ceciderit, aut vtrum mus oberrans iacenti homini molestus fuerit? Nunquidnam.n.talia futura quisquam illorum aut per se dixit ali quando, aut à consultore coactus est dicere? Ãtqui si futurum quendã librum non ignobilem diceret, & id necessario euenturum videret, non.n. posset aliter diuinare profecto quicquid voltatio foliorum in agro, quicquid vilissima bestiola in domo facit, tã sunt in rerum ordine necessaria q̃ illæ literæ. Iis enim verbis fiunt, quæ sine illis præcedentibus vilissimis rebus, nec in mẽtẽ uenire possent, nec ore procedere posterisq; mandari. L
Quare iam rogo, nemo ex me quærat, cur quidque fiat. Satis est nihil fieri, nihil gigni, quod non aliqua causa genuerit ac mouerit.

Hic apparet te, inquã, nescire adolescens Ordo omq̃ multa & à qualibus viris contra diuinationem dicta sint. Sed respondenunc, non vtrum fiat aliquid sine causa, nam id iã videoCap.6. te nolle respondere: sed ordo iste susceptus tuus bonumne quicquam, an malum tibi esse videatur. Et ille submurmurans, Nõ, inquit, sic rogasti, vt vnum è duobus queam respondere. Video hic.n. quandã medietatẽ. aliàs, sub Nã ordo mihi, nec bonũ, nec malũ videtur. morans. Quid saltem cẽses, inquam, ordini esse contrarium? Nihil, ait ille. Nam qũo esse contrarium quicquam p̃t ei rei, quæ totũ occupauit, totum obtinuit? Quod.n.erit ordini cõtrariũ, necesse erit esse ꝑter ordinẽ. Nihil ãt esse ꝑter ordinẽ video. Nihil igitur ordini oportet putare eẽ cõtrarium. Ergone ait Trigetius, cõtrarius ordini error nõ est? Nullo modo, inquit. Nam neminem vi-
M deo errare sine causa. Causarum autem series ordine includitur. Et error ipse non solum gignitur causa, sed etiam gignit aliquid cuius causa fit. Quãobrem, quo extra ordinem nõ est, eo non p̃t ordini esse cõtrarius. Et cũ tacuisset Trigetius, egoque meipsum non caperem gaudio, ꝙ videbam adolescentem charissimi amici filiũ ẽt meum fieri, nec hoc solũ, verum in amicum quoque iam mihi surgere atq; grandescere, & cuius studiũ vel in mediocres literas desperaueram, quasi despecta possessione sua toto impetu in mediam venire philosophiam. Quod dum tacitus miror & exæstuo in gratulationem, subito ille, quasi mente quadam correptus exclamat, O si possem dicere quod volo. Rogo vbi vbi estis verba? succurrite, & bona & mala sunt in ordine. Credite si vultis. Nam qũo id explicẽ, nescio. Ego mirabar Deus nõ & tacebã. Trigetius aũt vbi vidit hominem diligit

mala, licet ad ordinẽ pertineant. Cap. 7.

paululum quasi digesta ebrietate affabilem factum redditumq; colloquio. Absurdum, inquit, mihi videtur Licenti & planè alienũ à veritate quod dicis. Sed quæso patiare me paululum, nec perturbes clamitando. Dic quod vis, ait ille: Non.n.metuo ne me auferas ab eo quod video ac penè teneo. Vtinã, inquit, ab eo quẽ defendis ordine deuius nõ sis, nõ tãta in deũ feraris (vt mitius loquar) incuria. Quid.n.potuit dici magis impium, q̃ etiã mala ordine contineri? Certe enim deus amat ordinem. Vere amat, ait ille, ab ipso manat, & cum ipso est. Et si quid põt de re tñ alta conuenientius dici, cogita quæso ipse tecũ. Nec.n.sum idoneus qui te ista nunc doceam. Quid cogitem? inquit Trigetius. Accipio prorsus quod dicis, satisq; mihi est in eo quod intelligo. Certe enim & mala dixisti ordine contineri, & ipsum ordinẽ manare à summo deo atq; ab eo diligi. Ex quo sequitur, vt & mala sint à summo deo, & mala deus diligat. In qua cõclusione timui Licentio. At ille ingemiscens difficultate uerborũ, nec omnino q̃rens quid rũderet, sed quẽadmodũ quod respondendũ erat promeret. Nõ diligit deus mala, inquit, nec ob aliud nisi quia ordinis nõ est, vt deus mala diligat. Et ordinẽ ideo multũ diligit, quia per eũ non diligit mala. At vero ipsa mala qui possunt non esse in ordine, cũ deus illa non diligat: Nã iste ipse est malorũ ordo, vt non diligantur à deo. An paruus rerum ordo tibi videtur, ut & bona deus diligat, & non diligat mala? Ita nec p̃ter ordinẽ sunt
A
B mala q̃ non diligit deus, ipsum tñ ordinem diligit. hoc ipsum.n.diligit diligere bona, & non diligere mala, quod est magni ordinis, & diuinæ dispositionis. Qui ordo atq; dispositio quia vniuersitatis congruentiam ipsa distinctione custodit, fit vt mala etiam esse necesse sit. Ita quasi ex antithetis quodãmodo, quod nobis ẽt in oratione iucundũ est. i. ex contrariis omniũ simul rerum pulchritudo figuratur. Post hoc interfiluit modice. Et repente sese erigens quã Trigetius lectũ habebat. Nã quæro ex te quæso, inquit, iustusne sit deus? Tacebat ille, nimis vt postea retulit admirans & horrens subito condiscipuli & familiaris sui afflatũ noua inspiratione sermonem. Quo tacente, ille ita secutus est. Si.n.deum iustũ non esse responderis,
2. de ordine. Cap. 7.
tu videris quod agas, qui me dudum impietatis arguebas. Si aũt vt nobis traditur, nosq; ipsius ordinis necessitate sentimus, iustus est deus, sua cuiq; distribuendo vtiq; iustus est. Quæ ãt distributio dici potest, vbi distinctio nulla est? Aut quæ distinctio si bona sunt omnia? Quidve præter ordinẽ reperiri potest, si dei iustitia bonorũ malorumq; meritis sua cuiq; redduntur? Iustũ aũt deũ oẽs fatemur. Totũ igitur ordine includitur. C
Quibus dictis resilit è strato, & iã lenior voce cũ ei verbũ nemo faceret. Nihilne mihi, inquit, vel tu qui compulisti ad ista respondes? Cui ego: Noua nunc religio istæc in te incesit, cedo inq̃. Sed quod videbitur per diem respondebo, qui mihi iã videtur redire, nisi lunæ est ille, qui fenestris fulgor induitur. Simul & tacendũ est, ne tanta bona tua Licenti absorbeat obliuio. Quando.n. nostræ literæ non sibi hæc mandari flagitẽt? Dicã planè tibi quod sentio, disputabo aduersum te quantum possum: non enim mihi si me viceris maior triumphus dari potest. Si autem vel calliditati vel acuto cuidam errori hominum, quorum partes suscipere tentabo, cesserit imbecillitas tua, quæ minus pasta eruditione disciplinarum tm̃ deum forte sustinere non poterit, res te ipsa cõmonebit, q̃tæ tibi vires vt in eũ firmior redeas parandæ sint. Simul quia & istã disputationem nostram elimatius volo prouenire, nõ enim eam grossis auribus debeo. Nã Zenobius noster multa mecũ sæpe de rerum ordine contulit, cui alta percunctanti nunq̃ satisfacere potui, seu propter obscuritatẽ rerũ, seu propter temporum angustias. Crebrarũ autem ille procrastinationũ vsq; adeo impatiens fuit, vt me quo diligentius & copiosius respondere cogerer, etiam carmine prouocaret, & bono carmine, vnde illum magis ames. Sed neq; tunc tibi legi potuit ab istarum rerum studio remotissimo, neq; nunc põt. Nã profectio eius tam repentina & perturbata fuit tumulto illo, vt nihil istorũ venire nobis in mentem potuerit: nã id relinquere mihi responsuro statuerat: & multa concurrunt cur ei sermo iste mittatur. Primũ est, quia debetur. Deinde, quia cuiusmodi nunc uitã ducamus, ẽt sic indicari eius in nos beneuolentiæ decet. Postremò, quod in gaudio de spe tua nemini cedit. Nã & cũ p̃sens esset pro familiaritate patris tui, vel potius oĩum nostrum, multũ solicitus erat, ne ingenij tui q̃dam scintillę, quas diligenter animaduertebat, nõ tã cõflarẽtur cura mea, q̃ tua extinguerentur incuria. Et cũ te poeti cæ quoq; studiosũ eẽ cognouerit, sic gratulabitur,

Universidad de Deusto Biblioteca

bitur, vt eum mihi gestientem videre iã videar. Nihil mihi quidem gratius facies, inquit, sed siue mobilitatem meã & puerilẽ leuitatem rideb̃is, siue aliquo iure diuino nutu, & ordine fit in nobis, non vobis dubitem dicere, pigrior sum ad illa merra subito effectus, alia longe nescio quid mihi nunc luce resplenduit. Pulchrior est philosophia (fateor) q̃ Thysbe, q̃ Pyramus, q̃ illa Venus & Cupido, talesq; omnimodi amores. Et cum suspirio gratias Christo agebat. Accepi ego hæc, quid dicã libenter, aut quid nõ dicã? Accipiat quisq; vt volet, nihil curo nisi quod forte immodice gaudebã. Interea post paululum dies sese aperuit, surrexerunt illi, & ego ibi lachrymãs multa oraui. Cũ audio Licentiũ succinentẽ illud propheticũ læte atq; garrule: Deus virtutũ conuerte nos, & ostende faciẽ tuã & salui erimus. Quod pridie post cœnã cũ ad requisita naturæ foras exisset, paulo clarius cecinit, q̃ vt mater nostra ferre posset, quod illo loco talia cõtinuo repetita canerentur. Nihil.n. aliud dicebat, quoniã ipsum cantilenæ modum nuper hauserat, & amabat, ut fit, melos inusitatum. Obiurgauit eũ religiosissima vt scis fœmina, ob hoc ipsum quod inconueniens locus cantico esset. Tũ ille dixerat iocans. Quasi vero siquis me hic inimicus includeret, non erat deus exauditurus vocem meã. Ergo mane cũ regressus esset solus, nã vterq; ob eãdẽ causam, processerat, accesit ad lectulũ meũ. Verum dic mihi, inquit, ita fiat nobis quod vis, quid de me existimes. Atq; ego adolescẽtis dextram apprehẽdens, quid inq̃ existimẽ sentis, credis, intelligis. Neq;.n.arbitror te frustra heri tãdiu ceciniss̃e, vt virtutũ deus cõuerso tibi se oñdat. At ille cum admiratione recordatus, magnũ, inquit, dicis & verũ. Non.n.meipsum parũ mouet qd̃ mõ tã ægre auocabar à nugis illis carminis mei, & iã redire ad eas piget & pudet, ita totos in q̃dã magna & mira subuehor. Nonne hoc est, vere in deũ conuerti? Simul & illud gaudeo qd̃ frustra mihi scrupulus superstitionis injectus est, qd̃ tali loco talia cãtitabam. Mihi, inq̃, neq; hoc displicet, & ad illũ ordinẽ puto pertinere, vt ẽt hinc aliq̃d diceremus. Nã illi cãtico, & locũ ipsum, quo illa offensa est, & noctẽ cõgruere video. A quibus.n. rebus putas nos orare vt cõuertamur ad deũ, eiusque faciẽ videamus, nisi à quodã cæno corporis atq; sordibus, & itẽ à tenebris quibus nos error inuoluit? Aut quidẽ est aliud conuerti, nisi ab immoderatione vitiorũ, virtute ac tẽperantia in sese attolli? Quidve aliud est dei facies, q̃ ipsa cui suspiramus, & cui nos amare mundos pulchrosq; reddimus veritas? Melius dici nõ põt, inquit, exclamans. Deinde suppressius quasi ad aurẽ, vide q̃so quanta occurrerunt vt credã erga nos aliq̃d iã prosperiore ordine fieri. Si ordinẽ, inq̃, cu 1. Retras, redeundũ tibi est ad illos uersus. Nã eru Cap. 3.
ditio disciplinarũ liberalium modesta sanè atq; succincta, & alacriores & perseuerantiores & cõptiores exhibet amatores amplectẽdæ ueritati, ut & ardentius appetant, & constantius insequantur, & inhæreãt postremo dulcius, Quæ uocatur Licenti beata uita? Qua nom nata, oẽs sese erigunt, & quasi attendunt in manus, utrum habeas quod dare possis egentibus uarijsq; morbis impeditis. Quibus sapientia cum præcipere cœperit, ut medicum perferant, seq: cũ aliqua patientia curari sinant, in pannos suos recidunt. Quorũ concalefactione tabificati, scabiem uoluptatũ erumnosarũ scalpuntlibentius, q̃ vel ut monita medici paululũ dura, & morbis onerosa perpetiendo atq; subeundo valetudini sanorum luciq; reddantur. Itaq; illo summi dei nomine ac sensu tanq̃ stipe cõ
H tenti uiuunt miseri, uiuunt tamen. Alios aũt 1. Retrauiros, uel ut uerius loquamur, alias animas ẽta. dum hoc corpus agunt, iam thalamo suo di- Cap. 3.
gnas coniunx ille optimus ac pulcherrimus quærit, quibus non uiuere, sed beate uiuere satis sit. Vade ergo interim ad illas Musas. 1. Retra
Veruntamen scis quid te facere uelim? Iube ẽta. ca. 3.
ait quod placet. Vbi se, inquã, Pyramus & illa eius supra semineẽ, ut cantaturus es, interemerint, in dolore ipso, quo tuũ carmen vehementius inflammari decet, habes cõmodissimam opportunitatem. Arripe illius fœdæ libidinis & incendiorum uenenatorum execrationẽ, quibus miserãda illa cõtingũt. Deinde totus attollere in laudẽ puri & sinceri amoris quo animæ doratæ disciplinis, & uirtute formosæ copulantur intellectui per philosophiã, & non solũ mortẽ fugiunt, verumetiã vita beatissima perfruuntur. Hic ille tacitus ac diu considerationi nutans, nudato capite absc̃sit. Deinde ego quoq; surrexi, redditisq; deo quotidianis uotis, ire cœperamus in balneas. Ille enim locus nobis, cũ cælo tristi in agro eẽ minime poteramus, aptus ad disputandum & familiaris fuit. Cũ ecce ante fores aduertimus gallos gallinaceos ineuntes pugnam nimis acrem. Libuit

atten-

I attẽdere. Quid.n.non ambiunt,quà nõ peragrant oculi amãtum, nequid inde innuat pulchritudo rõnis cuncta scia, & nescientia modificantis,& gubernantis, quæ inhiantes sibi sectatores suos trahit quacũq; atq; vbicunque sectari iubes.Nam vnde aut ubi nõ potest signum dare? Vt in eiusdẽ ipsis gallis erat videre,intẽta proiectius capita, inflatas comas,vehementes ictus, cautissimas euitationes,& in omni motu animalium rationis expertium nihil nõ decorũ, qppe alia rõne desuper oia moderãte:Postremo legẽ ipsam victoris,superbum cãtũ, & mẽbra in vnum quasi orbem collecta velut in fastum dominationis. Signum autem victi, elatas à ceruice pennulas & in uoce atque motu deforme totum, & eoipso naturæ legibus nescio qũo cõcinnum,& pulchrum.Multa quærebamus.Cur si omnes,cur pp dominationẽ in subiectas sibi fœminas,cur deinde nos ipsa pugnæ facies aliquantum,& præter altiorem istam consyderationem duceret in voluptatem spectaculi?Quid in nobis esset qđ
1.Retra- à sensibus remotum multa quereret. Quid
cta.ca.3. rursum quod ipsorum sensuum inuitatione
K caperetur. Dicebamus nobisipsis, Vbi non lex?Vbi non meliori debitũ imperium?Vbi non vmbra constãtiæ? Vbi non imitatio uerisimæ illius pulchritudinis? Vbi non modus? Atq; inde admoniti ut spectãdi modus esset,perreximus quò propositũ erat.Atque ibi vt potuimus sanè diligenter, nam & recentes res erant,& qñ poterant tam insignia trium studiosorum memoriã effugere? omnia nostræ lucubrationis opuscula in hãc libelli partem cõtulimus. Nihilq; à me aliud actũ est illo die vt valitudini parcerem, nisi quod ante cœnam cum ipsis dimidium volumen Virgilij audire quotidie solitus erã, nihil nobis vbiq; aliud quàm rerum modũ consyderantibus. Quem nõ probare nemo potest, sentire aũt cũ quisq; aliquid studiose
Ordo agit difficillimum atq; rarissimum. De-
dux ad inde postridie bene mane alacres ad solitum
Deum. locum conuenimus, in eoq; concedimus.
Cap.9. Et ego attentissime ambobus: Hic esto, inquam, Licenti quantum potes, & tu quidem Trigeti,nec.n. parua res agitur,De ordine quærimus: Quid ego nunc quasi in schola illa vnde me quoquo modo euasisse gaudeo constitutus,copiose atque ornate vo
L bis ordinem laudem? Accipite si vultis,immo facite vt velitis, quo neq; quicquam de huius laude breuius, neq; vt mihi videt verius dici põt, Ordo est quẽ si tenuerimus in vita,perducet ad Deum, & quẽ nisi tenuerimus in vita,non peruenietmus ad Deũ. Peruenturos aũt nos iam, nisi me aius de vobis fallit,præsumimus,& speramus. Diligẽtissime igitur inter nos ista q̃stio versari debet, atq; dissolui.Vellem adessent cæteri,qui nobiscũ his negociis solẽt interesse. Vellem si fieri posset non istos tm̃,sed oẽs saltem familiares nostros, quorũ semper admiror ingenium nunc mecũ habere q̃ vos estis intentos,aut certe ipsum tm̃ Zenobium,quem de hac re tanta molientem nunquam pro eius magnitudine ociosum accepi. Sed quia id non euenit,legẽt literas nostras,qm̃ instituimus iam de istis rebus verba non perdere, resq́ ipsas à memoria fugaces, scriptorum quasi vinculo quo reducantur innectere. Et sic fortasse ordo ipse poscebat,qui eorum procurauit absentiã. Nam & vos profecto in rem tantam, quia solis perferẽda imponitur,nobis erectiore aio insurgitis,& cum illi legerint qui nobis maxima cura sunt, siquid M
eos mouerit ad contradicendum, alias nobis
disputationes disputatio ista procreabit,seq;
ipsa successio sermonum in ordinem inseret
disciplinę. Sed nunc vt promiseram Licentio quantum res patitur aduersabor, qui totam causam iam penè confecit, si posit eam
defensionis muro stabiliter firmeq; vallare.

Hic vbi eos silentio,vultu,oculis,suspen- *Ordo*
sione, atq; immobilitate membrorum,& *rei quid.*
magnitudine satis cõmotos,& audiẽdi desy- *Capua.*
derio inflammatos esse conspexi, ergo, inquã,Licẽti si tibi videtur, collige in te q̃qd
viriũ potes,elima quicquid habes acuminis,
& ordo iste quid sit, definitione cõplectere.
Tum ille vbi se ad definiẽdum cogi audiuit,
quasi aqua frigida aspersus exhorruit,& turbatiore vultu me intuens, atque vt fit ipsa
trepidatione subridẽs. Quid hoc ẽ rei,quod
quasi tibi videor,inquit,annuere,nescio quo
aduentitio spiritu me credis inflatum? Statimq́ sese animans, aut fortasse ait aliquid
mecũ est.Paululumq; siluit, vt in definitione quicquid illi de ordine notionis erat conducereť.Deinde erectior,Ordo est,inquit,p
quẽ agunt oia q̃ Deus cõstituit. Quid ipse
Deus,inquã,non tibi videt agi ordine? Pror- A
sus,inquit,videtur. Ergo agit Deus,ait Tri-
getius. Et ille:Quid.n.inquit, Christũ Deũ
negas, qui & ordine ad nos venit,& à patre
deo missum esse se dicit?Si igit deus Christũ *Ioan. 6.*
ordine ad nos misit,& Deum Christum esse
non

non negamus,non solũ agit omnia, sed agit ordine ẽt deus. Hic Trigetius addubitans: Nescio,inquit, qũo istud accipiã.Deum.n. quando nominamus non quasi mentibus ip se Christus occurrit, sed pater. Ille autẽ tunc occurrit, quando dei filium nominamus. Bellam rem facis,inquit, Licẽtius.Negabimus ergo dei filium deum esse?Hic ille, cum ei respondere periculosum videretur, tũ se coegit atq; ait,Et hic quidem deus est, sed tamen proprie patrẽ deũ dicimus. Cui ego,Cohibe te potius, inquã. Non.n.filius improprie deus dicitur. At Trigetius religione cõmotus, cum ẽt verba sua scripta esse nollet,vrgebat Licentius vt manerent,puerorum.s.more, vel potius hominum. proh nephas penè omnium, quasi vero gloriandi causa inter nos illud ageretur. Cuius motũ animi cum obiurgarem grauioribus verbis, erubuit:qua eius perturbatione animaduerti ridentẽ lætantemq́; Trigetium.Et ambo- B
bus: Itane agitis,inquam? Nonne vos mouet quibus vitiorum molibus atq; imperitiæ tenebris premamur & cooperiamur? Hæccine est illa pauloante vestra de qua ineptus lætabar attentio, & in deũ veritatẽq́; surrectio? O si uideretis vel tã lippientibus oculis q̃ ego in quibus periculis iaceamus, cuius morbi dementiã risus iste indicet. O si videretis, q̃ cito, q̃ statim,quantoq́; productius eum verteretis in fletus. Miseri,nescitis vbi simus? Demersos quidem esse animos omnium stultorum indoctorumq́; cõmane est,sed non vno atq; eodem modo demersis opem sapientia & manum porrigit. Alij sunt credite,alij sunt,qui sursum vocãtur,alij qui in profunda laxantur. Nolite obsecro vos geminare mihi miserias. Satis mihi sint vulnera mea,quæ vt sanentur, penè quotidianis fletibus deũ rogãs,indignioremtũ esse me qui tam cito saner q̃ volo sæpe memetipse conuinco. Nolite obsecro si quid mihi amoris, siquid necessitudinis debetis,si intelligitis quantũ vos diligã, quãti faciam,quantũ me cura exagitet morum ve strorũ,si dignus sum quem non negligatis,si deniq; deo teste non mẽtior, nihil me plus mihi optare q̃ vobis,rependite mihi benefi- C
ciũ.Et si me magistrũ libenter vocatis, reddite mihi mercedẽ. Boni estote. Hic vbi ne plura dicerem lachrymæ mihi modũ imposuerunt, Licentius modestissime ferẽs quod omnia scribebãtur. Quid.n.ait,fecimus oro te? Adhuc,inquã,nec fateris saltẽ peccatum tuum? Tu nescis in illa schola grauiter me stomachari solitum, quod vsqueadeo pueri non vtilitate atq; decore disciplinarum, sed inanissimæ laudis amore ducerentur, vt quosdam etiã aliena verba recitare non puderet,exciperentq́; plausus: eò ingemiscendũ malum ab eisdem ipsis,quorum erant illa quæ recitabant. Ita vos quanuis nihil unquam (vt opinor) tale feceritis, tũ & in philosophiam,& in eam vitam quã me tandem occupasse lætor, æmulationis tabificæ atque inanis iactantiæ vltimam,sed nocentiorẽ cęteris omnibus pestẽ introducere ac prosemi nare conamini: & fortasse: quia uos ab ista vanitate morboq́; deterreo, pigriores eritis ad studia doctrinæ,& ab ardore ventosæ famæ repercussi,in torporẽ inertiæ cõgelabitis:Me miserũ,si necesse erit tales ẽt nũc perpeti, à quibus vitia decedere sine aliorum viD
tiorum successione nõ possunt. Probabis, ait Licentius, q̃ purgatiores futuri simus. Modo illud obsecramus per omnia q̃ diligis vt ignotũ nobis velis, atq; illa omnia deleri iubeas,simul vt parcas ẽt tabulis, quas iam non habemus.Non.n.aliquid in libros trãslatum est eorum quæ à nobis multa dissertata sunt. Prorsus inquit Trigetius, maneat nostra pœna,vt ea ipsa quæ nos illicit fama flagello proprio à suo amore deterreat. Vt .n.solis amicis & familiaribus nostris literæ istæ innotescant,non parũ desudabimus. Assensus est ille. Atq; interea mater ingressa Mundi
est,q̃siuitq́; à nobis quid promouissemus,nã tm̃ phi-
& ei quæstio nota erat. Cuius & ingressum losophia
& rogationem cũ scribi nostro more iussis- sacris li-
sem,Quid agitis,inquit,Nunquidnã in illis teris ta-
quos legitis libris etiã fœminas unquã audi xatur.
ui in hoc genus disputationis inductas? Cui Cap.11.
ego.Non valde curo,inquam, superborum imperitorumq́; iudicia,q̃ similiter in legẽdos libros atq; in salutãdos homines irruũt. Non.n.cogitant quales ipsi,sed qualibus in- 1. Retra-
duti uestibus sint, & quanta pompa rerum cta.ca.3.
fortunæq́; præfulgeant. Isti enim in literis
non multũ attendunt,aut unde sit quæstio, E
aut quò peruenire differentes moliantur, quidve ab eis explicatum atq; confectũ sit. In quibus tũ quia nõnulli reperiuntur quorũ animi cõtẽnendi non sunt,aspersi sunt.n. quibusdã cõdimentis humanitatis, & facile per aureas depictasq́; ianuas ad sacrosancta philosophiæ penetralia perducũtur, satis eis fecerunt & maiores nostri, quorũ libros tibi nobis legentibus notos esse video. Et his tempo-

De beata vita in præfatione.

tpibus,vt omittam cæteros,vir & ingenio & eloquentia & ipsis insignibus muneribus fortunæ,& quod ante omnia est, mente pręstantissimus Theodorus,quem bene ipse nosti,id agit,vt & nunc & apud posteros nullum genus hominũ de literis nostrorum tpm iure conqueratur.Mei aũt libri siquorũ forte manus tetigerint,lectoq; meo nomine non dixerint,iste quis est,codicẽq; proiecerint:sed vel curiosi vel nimium studiosi contempta vilitate liminis intrare perrexerint:me tecũ philosophantem non molestę ferent,nec quenquã istorum quorũ meis literis sermo miscetur, fortasse contemnent. Sunt enim non solũ liberi,quod cuiuis disciplinæ liberali,nedũ philosophiæ satis est,sed summo apud suos loco
F nati. Doctissimorum aũt hominum literæ etiam sutores philosophatos,& multo viliora fortunarũ genera continent. Qui tamen tanta ingenij virtutisq; luce fulserunt,vt bona sua cum qualibet hutuscemodi nobilitate nullo modo uellent,ẽt si possent, vlla conditione mutare.Nec deerit,mihi crede tale hominũ genus,cui plus placeat hoc ipsum quia mecum philosopharis,q̃ siquid hic aliud aut iucunditatis aut grauitatis inuenerit. Nam & fœminæ sunt apud veteres philosophatæ, & philosophia tua mihi plurimum placet. Nam nequid mater ignores, hoc Græcum verbum,quod philosophia nominatur,Latinè amor sapientiæ dicitur. Vnde etiam diuinæ scripturæ,quas vehementer amplecteris,
Col.2. nõ omnino philosophos,sed philosophos hu
1.Retra- ius mundi euitandos atq; irridendos esse prę
cta.ca.3. cipiunt. Esse aũt alium mundũ ab istis oculis remotissimum,quem paucorũ sanorum intellectus intuetur,satis Christus ipse significat,qui non dicit,Regnum meum non est de
Ioã. 18. mundo:sed, Regnum meum nõ de hoc mundo.Nã quisquis omnẽ philosophiam fugiendam putat,nihil nos vult aliud q̃ non amare sapientiam. Contemnerem te igitur in his literis meis, si sapientiam non amares: non
G autem contemnerem,si eam mediocriter amares,multo minus si tantum quantum ego amares sapientiã. Nunc cum eã multo plus q̃ meipsum diligas, & nouerim quantũ me diligas,cumq; in ea tantum profeceris, vt iã nec cuiusuis incommodi fortuiti, nec ipsius mortis,quod viris doctissimis difficillimum est,horrore deterrearis, q̃ summam philosophiæ arcem omnes esse cõfitentur,egone me non libenter tibi ẽt discipulũ dabo? Hic illa cum blande ac religiose nunq̃ me tñ mentitum esse dixisset,& viderem tam multa nos verba fudisse,vt neq; scribenda nõ essent, & iam libri modus esset, neque tabulæ reliquæ forent,placuit qõnem differri, simul vt meo stomacho parcerem. Nam eũ plusq̃ vellem cõmouerant ea q̃ mihi euomẽda in illos adolescentes necessario visa sunt. Sed cum abire cœpissemus,Memento, inquit Licentius, q̃ multa,& q̃ necessaria nobis abs te accipienda per occultissimum illũ diuinumq; ordinem etiam te nesciente subministrentur. Video,inquam & ingratus deo non sum,vosq; ipsos qui hęc aduertitis ob id ipsum præsumo fore meliores. Hoc fuit tantum illo die negocium meum.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE ORDINE

Liber Secundus.

INterpositis Deinde pauculis diebus, venit Alipius,& exorto sole clarissimo, inui tauit cœli nitor, & quantũ Ordina in illis locis hyeme poterat, definitus blanda temperies in pratũ expendi descendere,quo sæpius & familiarius vtebatur.Nobiscum erat ẽt mater nostra, cuius mur.Nobiscum erat ẽt mater nostra, cuius ingenium, in res diuinas inflammatum animum,cũ antea conuictu diuturno & diligenti consideratione perspexeram: tum vero in De beata quadam disputatione non paruæ rei, quam la uita, die natali meo cum conuiuis habui, atq; in narratio libellum contuli, tanta mihi mens eius appa ne pro ruerat,vt nihil aptius verę philosophiæ videretur. Itaq; institueram cum abundaret o- spuacio, agere vt colloquio nostro non deesset, nis. Quod in primo etiã huius operis libro abs te cognitum est. Cum igitur memorato in loco vt commode potuimus consedissemus, I ego illis duobus adolescentibus, quantus vobis,inquam, succensuerim pueriliter de magnis rebus agentibus, tamen mihi videtur non sine ordine propitio deo accidisse, quod in sermone quo vos ab ista leuitate detrahebam,tps ita consumptum est, vt res tanta ad Alipij aduentum dilata videatur. Quapropter quoniam ei iam quæstionẽ notissimam feci, & quantũ in ea processerimus, ostendi, paratusne,es Licenti causam quam suscepisti ex illa tua definitione defendere? Nam mememinisse me arbitror te ordinem esse dixisse per quem deus ageret omnia. Paratus sum,

sum,inquit,quantum valeo. Quo ergo,inquam,agit ordine omnia deus? Itane vt etiam se ordine agat,an præter eum ordinem ab eo cætera gubernantur? Vbi omnia bona sunt,inquit,ordo non est. Est enim summa æqualitas, quæ ordinem nihil desyderat. Negas,inquam,apud deum omnia bona esse? Non nego,inquit. Conficitur,inquam, neq; deum,neque illa quæ apud deum sunt ordine administrari. Concedebat. Nunquidnam,inquam, omnia bona nihil tibi videntur esse? Immo ait ipsa vere sunt. Vbi
K est ergo, inquam, illud tuum quod dixisti, omnia quæ sunt ordine administrari,nihilq; omnino esse quod ab ordine separatim sit? Sed sunt,inquit, etiam mala per quæ factum est, vt & bona ordo concludat. Nam sola bona non ordine reguntur, sed simul bona & mala. Cum autem dicimus, omnia quæ sunt, non solum vtique bona dicimus. Ex quo fit vt omnia simul quæ Deus administrat, ordine administrentur. Cui ego, Quæ administrantur & aguntur videntur tibi moueri, an immobilia putas esse? Ista, inquit, quæ in hoc fiunt mundo fateor moueri. Reliqua, inquam, negas? Quæ sunt cum deo,inquit,non mouentur,reliqua omnia moueri arbitror. Cum igitur ea quæ cũ Deo sunt,inquam,non moueri putas,cætera autem concedis moueri,ostendis omnia,quę mouentur non esse cum Deo.Repete hoc ipsum,inquit,paulo planius. Quod non mihi visus est difficultate intelligendi fieri voluisse. sed quærendi spatio, quo inueniret quid responderet. Dixisti, inquam, ea quæ cum deo sunt non moueri,cætera autem moueri. Si ergo hæc quæ mouentur non moueren-
L tur si essent cum deo, quoniam omnia,quæ sunt cum deo negas moueri, restat vt præter deum sint quæ mouentur. Quibus dictis adhuc tacebat:cum tandem, videtur mihi, inquit,quod & in hoc mundo siqua non mouentur,cum deo sunt. Nihil hoc ad me, inquam. Fateris.n.vt opinor non omnia, quæ in hoc mundo sunt non moueri. Ex quo conficitur non omnia mundi huius esse cũ deo. Fateor,inquit,non omnia. Ergo est aliquid sine deo. Non,inquit. Cum deo sunt igitur omnia. Hic cunctabundus. Quæso,inquit, illud non dixerim, quod sine deo nihil sit. Nam prorsus omnia, quæ mouentur non mihi videntur esse cum deo. Sine deo est,inquã,igitur cœlum hoc, quod moueri nemo ambigit. Non est, inquit, sine deo cœlum. Ergo est aliquid cum deo quod moueatur. Non possum,inquit,vt volo explicare quod sentio: Tamen quid moliar dicere, peto vt non expectatis verbis meis, sagacissime si potestis intelligatis. Nam & sine Deo mihi nihil videtur esse, & quod cum deo est rursum videtur inconcussum manere. Cœlum autẽ dicere sine Deo esse non possum, non solum quod nihil sine deo arbitror, sed quod cœlũ putem habere aliquid quod non mouetur, quod vere,aut deus est, aut cum deo, quan- Cũ Deo uis ipsum cœlum non dubitem uerti ac mo- esse quid ueri. Defini ergo,inquam,si placet,quid sit sit. ca.2. esse cũ Deo,& quid sit esse sine deo. Si enim M de verbis inter nos controuersia est,facile cõtemnetur,dũmodo rem ipsam quam concepisti mente videamus. Odi ego,inquit,definire. Quid ergo faciemus, inquam? Tu, inquit,defini q̃so. Nam facilius est mihi videre in alterius definitione quod non probẽ, q̃ quicquam bene definiendo explicare.Geram tibi morem, inquam. Videtur tibi id esse cum deo,quod ab eo regitur atque administratur? Non,ait ille,hoc animo conceperam, cum dicebam ea quæ non mouentur esse cum deo. Vide ergo, inquam,vtrum hæc tibi saltem definitio placeat, Cum deo est, quicquid intelligit deum. Concedo, inquit. Quid ergo,inquam,sapiens tibi Deum intelligere non videtur? Videtur,inquit.cum ergo sapientes non solum in vna domo,aut vrbe,sed etiam per immensa regionum peregrinando,nauigandoq; moueantur,qũo erit verum,quicquid enm deo est non moueri? Risum mihi, inquit,mouisti, quasi ego quod sapiens facit dixerim esse cum Deo. Cum deo est,sed illud quod nouit. Non nouit,inquã, sapiens codicem suum,pallium, tunicam,supellectilem siquam habet,cæteraq; id genus quæ stulti etiam bene nouerunt. Fateor,inquit,nosse tunicam & nosse pallium, non esse cum deo. Hoc ergo, inquam, dicis, non omne quod nouit sapiens esse cum Deo, sed tamen quicquid sapientis cum Deo est, id nosse sapientem. Optime,inquit.Nam quic A quid sensu isto corporis nouit, non est cum deo, sed illud quod animo præcipit. Plus ẽt fortasse audeo dicere,sed tamen dicã. Vobis .n.existimatoribus,aut confirmer, aut discã. Quisquis enim ea sola nouit, quæ corporis sensus attingit, non solum cum Deo esse nõ mihi videtur, sed ne secum quidem.Hic cũ Trigetium animaduertissem in eo vultu vt nescio quid velle dicere videretur, sed verecundia

cundia eum, ne quasi in alienum locum irrueret, contineri, feci potestem iam tacente Licentio vt promeret, siquid vellet. At ille, Ista, inquit, quæ ad sensus corporis pertinẽt, prorsus nemo mihi videtur nosse. Aliud est enim sentire, aliud nosse. Quare siquid noui mus, solo intellectu contineri puto, & eo solo posse comprehendi. Ex quo fit, vt si illud est cum Deo, quod intelligendo sapiens nouit, totum quod nouit sapiens possit esse cũ
B Deo. quod cum Licentius approbasset, subiecit aliud quod nullo pacto possem contẽnere. Ait enim, Sapiens prorsus ipse cum deo est, nam & seipsum intelligit sapiens. Quod conficitur & ex eo, quod a te accepi, id esse cum deo quod intelligit Deũ, & ex eo quod à nobis dictum est, id esse cum Deo quod à
1. Retra sapiente intelligitur. Sed hanc eis partem p
cta. ca. 3. quam istis vtitur sensibus, non enim puto ei connumerandam esse, cum sapientem vocamus, fateor me nescire, nec omnino cuiusmodi sit, suspicari. Negas ergo, inquam, non solum ex corpore & anima, sed etiam ex anima tota constare sapientem. Siquidem partem istam qua vtitur sensibus, animæ esse negare dementis est. Non enim ipsi oculi vel aures, sed nescio quid aliud per oculos sentit. Ipsum autem sentire, si non damus intellectu, non damus alicui parti animæ. Restat vt corpori tribuatur, quo absurdius dici nihil videtur. Anima, inquit, sapientis perpurgata virtutibus, & iam cohærens Deo sapientis etiam nomine digna est, nec quicquã eius aliud decet appellare sapientem: sed tamen quasi quædam, vt ita dicam, sordes atq; exuuiæ, quibus se ille mũdauit, & quasi subC traxit in seipsum, ei animæ seruiunt. Vel si tota hæc anima dicenda est, ei certe parti animæ seruiunt atq; subiectæ sunt quam solam sapientem nominari decet. In qua parte subiecta etiam ipsam memoriam puto habita-
1. Retra re. Vtitur ergo hac sapiens quasi seruo, vt
cta. ca. 3. hæc ei iubeat, easq; iam domito atq; substrato metas legis imponat, vt dum istis sensibus vtitur propter illa quæ iam non sapienti, sed sibi sunt necessaria, non se audeat extollere, nec superbire domino, nec ijs ipsis quæ ad se pertinent passim atq; immoderate vti. Ad illam enim vilissimam partẽ possunt ea pertinere, quæ prætereunt. Quibus autem est memoria necessaria, nisi prætereuntibus & quasi fugientibus rebus? Ille igitur sapiens amplectitur deum, eoq; perfruitur qui semper manet, nec expectatur, vt sit, nec metuitur ne desit, sed eoipso quo vere est semper est præsens. Curat autem immobilis, & in se manens serui sui quodammodo peculium, vt eo tanquam frugi & diligẽs famulus bene vtatur, parceq; custodiat. Quam sententiam eius cum admiratione considerans, recordatus sum idipsum aliquã do me breuiter illo audiente dixisse. Tum arridens, Gratias age, inquam, Licenti huic seruo tuo, qui tibi nisi aliquid de peculio suo ministraret, nunc fortasse quid promeres, D non haberes. Nam si ad eam partem memoria pertinet quæ se velut famulam bonæ mẽti regendam concedit, ipsa nunc adiutus es, mihi crede, vt hoc diceres. Ergo antequam ad illum ordinem redeam, nonne tibi videtur, vel propter talia, id est, propter honestas ac necessarias disciplinas, memoria opus esse sapienti? Quid, inquit memoria opus est, cũ 1. Retra
cta. ca. 3. omnes suas res præsentes habeat ac teneat? Non enim vel in ipso sensu, ad id quod ante oculos nostros est, in auxilium nobis vocamus memoriam. Sapienti ergo ante illos interiores intellectus oculos habenti omnia id est deum ipsum fixe immobiliterq; intuenti, cum quo sunt omnia, quæ intellectus videt ac possidet, quid opus est quæso memoria? Mihi autem vt opus esset ad hæc quæ abs te audieram retinenda, nondum sum illius famuli dominus, sed ei modo seruio, modo pugno vt non seruiam, & quasi me audeo asserere in libertatem meam. Et si forte aliquãdo impero, atq; obtemperat mihi, facitq; sæpe putare quod vicerim, in alijs rursus rebus ita se erigit vt eius sub pedibus miser iaceam. Quamobrem quando de sapiente quærimus, me nolo nominES. Nec E me, inquam. Sed tamen nunquidnam sapiẽs iste fuos potest deserere, aut vllo pacto cum hoc corpus agit, in quo istum famulum suã lege deiunctum tenet, relinquet officium beneficia tribuendi quibus potest, & maxime quod ab eo vehementissime flagitatur, sapiẽtiam ipsam docendi? Quod cum facit, vt cõgrue doceat, minusq; ineptus sit, præparat sæpe aliquid quod ex dispositione eloquatur ac disputet, quod nisi memoriæ commendauerit, pereat necesse est. Ergo aut officia beneuolentiæ negabis esse sapientis: aut consiteberis res aliquas sapientis memoria custodiri: aut fortasse aliquid suarum rerum non propter se quidem, sed propter suos sibi tamen necessarios commendat seruandum illi famulo, vt ille tanquam sobrius & ex optima do-

ma domini disciplina, non quidẽ custodiat, nisi propter stultos ad sapiẽtiam perducendos, sed quod ei tũ ille custodiendũ imperarit. Nec oĩno huic, inquit, cõmẽdari quicq; arbitor à sapiente: siquidẽ ille semper Deo infixus est, siue tacitus, siue cum hominibus
F loquens: sed ille seruus iam bene institutus diligenter seruat quod interdum disputanti dño suggerat, & ei tanq; iustissimo gratũ faciat officium suum, sub cuius se videt potestate viuere. Et hoc facit non quasi ratiocinãdo, sed summa illa lege summoq; ordine præscribente. Nihil, inquã, nunc resisto rationibus tuis, vt quod suscepimus potius pertagatur. De isto vero diligẽter quẽadmodũ sese habeat (non enim parua res est, aut tam paruo sermone contenta) uidebimus alias, cum Deus ipse opportunitatẽ ordine dederit. Definitũ est autem quid sit esse cum Deo. Et cum à me dictum esset, id esse cum Deo quod intelligit Deum: vos ẽt plus adieciſtis, vt ibi sint etiam illa quæ intelliguntur à sapiente. Qua in re multum me mouet, quomodo subito cũ Deo stultitiam collocaueritis. Nã si cũ Deo sunt quæcunq; intelligit sapiẽs, nec nisi intellectã stultitiã effugere potest, erit etiam, quod dictu nephas est, pestis illa cum Deo. Qua conclusione commoti, cum in silentio se aliquantum tenuissent. Rũdeat, inquit Trigetius, etiam ille, de cuius aduẽtu ad istam disputationẽ oportunissimo nõ nos puto temere gratulatos. Tũ Alipius, Deus meliora, inquit, huccine mihi tandem tãtum meum silentium parabatur? Sed irrupta iam quies est. Verum nunc enitar huic utcunq; rogationi satisfacere, cum
G mihi prius uel in futurum prospexero, & à vobis impetrauero vt à me amplius ista responsione nihil flagitetis. Nullo mõ, inquã, est Alipi beneuolẽtię atq; humanitatis tuæ vocem tuam sermoni nostro etiã desideratã negare. Sed perge modo, quod instituisti, effice, cætera vt iam sese habet ordo ille proueniet. Aeque mihi de ordine, inquit, sunt sperãda meliora, in cuius assertione interim me substituere voluistis. Sed ni fallor ob hoc stultitiam Deo ista tua conclusione abis copulatã putasti, quod vniuersa q̃ intelligit sapiens cũ deo esse dixerunt. Sed id quatenus accipiendum sit nunc omitto, tuam illam ratiocinationem paululum libet aduertere. Dixisti quippe. Nam si cum Deo sunt quęcunq; intelligit sapiens, nec nisi intellectã stultitiã affugere põt. Quasi vero illud obscurũ sit, anteq̃ stultitiam quisq; vitet, sapiẽtis eum nomine nõ esse censendũ. Et dictum est, à sapiente intellecta esse cũ Deo. Cum igit euitandæ stultitiæ gratia eandem stultitiã quisq; intelligit, nõdũ est sapiẽs. Cũ aũt sapiẽs fuerit, nõ inter ea q̃ ille intelligit, stultitia numerãda est. Quamobrem qm̃ ea H
coniuncta sunt Deo, quæ iam sapiens intelligit, recte à Deo stultitia secernit. Acute quidem inquam, vt soles Alipi respondisti, sed tanquam in alienas trusus angustias. Tamẽ quia ut arbitor adhuc mecũ stultus esse dignaris, quid faciemus si aliquem nanciscamur sapientem qui nos tanto malo docendo ac disputando libenter liberet? Nam nihil eum prius quantum arbitror deprecaturus sum, nisi ut mihi ostendat, q̃ sit, quid sit, qualis sit omnino stultitia. De te enim non facile affirmauerim, me tamen tantũ & tandiu detinet, quantum & quandiu à me nõ intelligitur. Dicturus est ergo ille te authore, vt hoc vos docerem, quando stultus eram, ad me uenire debuistis, modo autẽ vos vestri magistri esse poteritis. Nã ego iam stultitiã non intelligo. Quod quidẽ ab eo si audirẽ, non vererer admonere hominem vt comes nobis fieret, simulque magistrum aliũ quæreremus. Vt enim plene stultitiam non intelligo, video tamẽ nihil respõsione hac esse stultius. Sed pudebit eũ fortasse ita nos aut requirere, aut seq. Disputabit ergo & exagerabit copiosissime stultitiæ mala. Nos aũt bene nobis prouidẽtes aut audiemus attente hominem nescientem quę loquatur, aut I
credemus eum, id quod non intelligit, scire, aut adhuc Deo susceptorum tuorum ratione stultitia copulata est. Nihil autem superiorum est quod video posse defendi. Restat igitur, quod non vultis, extremum. Nunquam te, inquit, inuidum senseram. Nam si Honora
ab istis, ut dicis, susceptis quicquam honorarium qđ
rij, ut solet, accepissem, dum ratiocinationis honoris
huius nimium tenax es, id eis modo reddecausa da
re cogerer. Quare, vel hoc contẽti sint, quod tur.
me tecum laborante non parũ eis ad excogitandũ tẽporis dedi: vel si victi patroni nulla quidẽ sua culpa consilio libenter auscultãt, & in hoc iã tibi cedant, & sint in cæteris cautiores. Nõ cõtemnam, inquam, quod in tua defensione Trigetius nescio quid etiã perstrepens dicere cupiebat, faciamq; bona tua venia, nam fortasse non bene instructus es, q̃ recẽs huic negocio superuenisti, ut remoto patrocinio ipsos causam suã perapẽtes

audiam patiẽter,vt cœperam. Tum Trigetius Licentio prorsus absente. Quomodo vultis, inquit, accipite, & ridete stultitiam meam. Non mihi videtur debere dici intellectus quo intelligitur ipsa stultitia,quę non intelligendi vel sola vel maxima causa est.

K Non facile, inquam, recuso istud accipere. Quanuis enim me multum moueat quod sentit Alipius, quomodo recte possit quisq; docere qualis sit res, quam non intelligit, quantãq; mẽti afferat perniciem, quod mẽte non videt. Nam id vtique attẽdens,quod tu dixisti,dicere est veritus,cum ei sit ista ẽt de doctorum libris nota sententia:tamẽ sensum ipsum considerans corporis, nam & ipso anima utitur, & ipsi soli est cum intellectu qualiscunq; collatio, adducor vt dicam

1.Retra. Cap.3. neminẽ posse videre tenebras. Quamobrẽ si menti, hoc est intelligere, quod sensui videre,& licet quisque oculis apertis sanis purisque possit videre, tamẽ tenebras non potest: non absurde dicitur intelligi non posse stultitia. Nã nullas alias mẽtis tenebras nominamus. Nec iã illud mouebit qũo stultitia possit nõ intellecta vitari. Vt.n. oculis tenebras vitamus eoipso quo nolumus nõ videre: sic quisquis volet vitare stultitiam,nõ eam conetur intelligere,sed ea quę pñt intelligi, per hanc se non intelligere doleat:eãq; sibi esse præsentẽ,nõ quo ipsam magis intelligit, sed quo alia minus intelligit, sentiat.

L Sed ad ordinem redeamus vt nobis aliquando reddatur Licentius. Illud enim iam ex vobis requiro, vtrum quęcunq; agit stultus,ordine uobis agere videatur. Nam videte, rogatio quos laqueos habeat. Si ordine dixeritis,vbi erit illa definitio. Ordo est quo Deus agit omnia quę sunt, si etiam stultus, quæ agit, agit ordine? Si autem ordo non est in ijs quæ aguntur ab stulto, erit aliquid quod ordo non teneat. Neutrum autẽ vultis, videte quæso, ne cuncta ipsius ordinis defensione turbetis. Hic item Trigetius. Nã ille alter adhuc omnino absens erat. Facile,est inquit,huic quidẽ respõdere complexioni tuæ,sed me in præsentia similitudo deficit,qua sententiã meam video asseri illustrariq; debere. Tamen dicã quod sentio,facies.n.tu quod pauloante fecisti. Non enim illa cõmemoratio tenebrarum ad id quod à me inuolutum, & prolatum erat parum nobis attulit luminis. Namque omnis vita stultorum quanuis per eosipsos minime cõstans minimeq; ordinata sit, per diuinã tũ prouidẽtiam necessario rerum ordine includitur, & quasi quibusdã locis illa ineffabili,& sempiterna lege dispositis nullo modo esse finitur vbi esse non debet. Ita fit vt angusto animo ipsam solam quisque considerans, veluti magna repercussus fœditate auersetur. Si autem mentis oculos erigens atque diffundens, simul vniuersa collustret,nihil nõ ordinatũ suisq; semper veluti sedibus distinctũ dispositũq; reperiret. Quàm magna,inquam,quàm mira mihi per vos deus ille,atque ipse,vt magis magisq; credere adducor, rerũ nescio quis occultus ordo rũdet. Ná ea dicitis,quę nec quomodo dicantur non visa, nec quomodo ea videatis intelligo, ita ea & vera & alta esse suspicor. Simile aũt aliquod in istam sententiam tu fortasse vnum requirebas. At mihi iã occurrunt innumerabilia, quæ me ad consentiendum prorsus trahunt. Quid.n.carnifice tetrius? Quid illo animo truculentius atq; dirius? At inter ipsas leges locum necessariũ tenet,& in bene moderatę ciuitatis ordinem inseritur, estq; suo animo nocens, ordine autem alieno, pœna nocentium. Quid sordidius, quid inanius, dedecoris, & turpitudinis plenius meretricibus, lenonibus,cęterisque hoc genus pestibus dici potest? Aufer meretrices de rebus humanis,turbaueris oĩa libidinibus. Cõstitue matronarũ loco,labe ac dedecore dehonestaueris. Sic igitur hoc genus hominum per suos mores impurissimum vita, per ordinis leges conditione vilissimũ. Nonne in corporibus animantium quędã membra si sola attendas non possis attendere,tamen ea naturæ ordo, nec quia necessaria sunt, deesse voluit, nec, quia indecora,eminere permisit. Quæ tamẽ deformia suos locos tenendo, meliorẽ locũ concessere melioribus. Quid nobis suauius, quid in agro villaque spectaculo congruentius fuit pugna illa conflictuq; gallinaceorũ gallorum cuius superiore libro fecimus mẽtionem? Quid abiectius tũ deformitate subiecti vidimus? Et per ipsam tamen eiusdem certaminis perfectior pulchritudo prouenerat. Talia credo sunt oĩa,sed oculos quærũt. Solœcismos, & barbarismos quos vocant, poetæ adamauerunt, quæ schemata, & metaplasmos mutatis appellare nominibus,quàm manifesta vitia fugere maluerunt. Detrahe tamen ista carminibus,suauissima condimẽta desiderabimus. Congere multa in vnum locum,totum acre, putridum,rancidum fastidibo. Transfer in liberam forensemq; dictionem

Universidad de Deusto Biblioteca

Etiã de formia faciunt ad decorem vniuersi. Cap.4.

Quo modo dñs errori, credẽtiũ ex nullo ordine peri. Cap.5.

Supra.

M

B

C

A

D

1. Retr. Cap.3.

E

F

cturum. Sed redi ad nos (quæso) Licēti, atq; hic totus fac vt assis, tibi.n. dico. Nam definitionem meam tu probasti, qua dictum est, quid sit esse cum Deo, cū quo mentē sapientis manere immobilem, me quātum assequi valeo docere voluisti. Sed illud me moueat, quō cum iste sapiēs quandiu inter hoīes viuit in corpore esse non negetur, quo pacto fiat, vt eius corpore huc atque illuc uagante mens immobilis maneat. Isto enim modo potes dicere, cum mouetur nauis, homines qui in ea sunt non moueri, quanuis ab ipsis eam possideri gubernarique fateamur. Etenim si sola eam cogitatione regerent, facerentque ire quò vellent, tamen cum ea moueatur, nō possunt illi, qui ibidem constituti sunt non moueri. Non, ait Licentius, animus ita est in corpore vt corpus imperet aīo. Neq; hoc ego dico, inquam, sed etiam eques non ita est in equo, vt ei equus imperet, & tamen quanuis quò velit ire equū agat, equo moto moueatur necesse est. Potest, inquit, sedere ipse immobilis. Cogis nos inquā definire quid sit moueri, quod si potes facias. Volo prorsus, inquit, maneat (queso) beneficium tuū, nā manet, postulatio mea: et ne me rursus interroges vtrum mihi definire placeat, quando id facere potuero, ipse ꝓfitebor. Quæ cū dicta essent, puer de domo cui dederamus id negocij, cucurrit ad nos, & horam prandij esse nunciauit. Tum ego, Quid sit, inquam, moueri, non definire nos puer iste, sed ipsis oculis cogit ostendere. Eamus igit̄, & de isto loco in alium locum transeamus nā nihil est aliud (nisi fallor) moueri. Hic cū arrisissent, discessimus. At vbi refecimus corpora, qm̄ cœlū obduxerat nubes, solito loco in balneo consedimus. Atque ego, Concedis ergo, inquam, Licenti, nihil esse aliud motum quàm de loco in locū trāsitū? Concedo, inquit. Cōcedis ergo, inquā, neminē in eo loco esse, in quo nō fuerat, & motū nō fuisse? Nō intelligo, inquit. Siquid, inquā in alio loco fuit dudū: & nunc in alio est, motū esse cōcedis? Assentiebaꝫ. Ergo, inquā, posset alicuius sapiētis viuū corpus hic modo nobiscū esse, vt aīus hinc abesset? Posset, inquit. Etiamne inquā, si nobiscum colloqueretur, & nos aliquid doceret? Etiam si, inquit, nos ipsam doceret sapiētiam, non illum dicerē nobiscum esse, sed secum. Non igitur in corpore, inquam. Non, inquit. Cui ego, Corpus illud qđ careat aīo, nonne mortuū fateris, cū ego viuum proposuerim? Nescio, inquit, quo explicem: nam & corpus hoīs viuū esse non posse video, si animus in eo non sit, & non possum dicere, vbi sit corpus sapientis, non eius animum esse cū Deo. Ego, inquam, faciam vt hoc explices, Fortasse.n. quia vbiq; Deus est, quoquò ierit sapiens, inuenit Deū, cū quo esse possit. Ita fit, vt posimus & non negare illum de loco in locum transire, quod est moueri, & tamē semper esse cū Deo. Fateor, inquit corpus illud de loco in locū transitū facere, sed mētē ipsam nego, cui nomen sapientis impositum est. Nunc interim tibi cedo, inquā, ne res obscurissima & diutius diligentiusq; tractāda impediat in præsentia propositū nostrū. Sed illud videamus, qm̄ definitum est à nobis quid sit esse cū Deo vtrum posimus etiā scire quid sit esse sine Deo, quāuis iā manifestum esse arbitror. Nā credo videri tibi eos qui cū Deo nō sunt, esse sine Deo. Si possent, inquit, mihi uerba suppetere, dicerē fortasse qđ tibi non displiceret. Sed peto perferas infantiam meam, resq; ipsas, vt te decet, veloci mente præripias. Nā & isti nec cū Deo mihi videnī esse, & à Deo tū haberi. Itaq; nō possum eos sine Deo esse dicere, quos Deus hēre. Cum Deo itē non dico, quia ipsi non habēt Deum. Siquidē Deū habere iā inter nos prisdē in sermone illo quem die natali tuo iucūdissimum habuimus, placuit nihil aliud esse quàm Deo perfrui. Sed fateor me formidare ista cōtraria, qūo quisq; nec sine Deo sit, nec cum Deo. Non te moueāt ista, inquā. Nam vbi res conuenit, quis non uerba cōtemnat? Quare iam ad illā tandem ordinis definitionem redeamus. Nam ordinē esse dixisti quo Deus agit omnia. Nihil autem, vt video, nō agit Deus: nam inde visum tibi est nihil prēter ordinem posse inueniri. Manet, inquit, sentētia mea, sed iā video quid sis dicturus, vtrum Deus agat, quę non bene agi confitemur. Optime, inquam, prorsus oculū in mētē iecisti. Sed vt vidisti qđ essem dicturus, ita peto videas quid respōdendum sit. Atque ille nutās capite atque humeris. Turbamur, inquit. Et huic forte qōni mater superuenerat. Atque ille post aliquantulū silentiū petijt, vt à me hocipsum rursus interrogaret. Cui loco superius à Trigetio fuisse responsum non oīno animaduerterat. Tum ego: & Quid, inquā, vel cur tibi repetam? Actum, aiunt, ne agas. Quare moneo potius vt ea quæ supra dicta sunt, vel legere cures, si audire nequisti. Quam quidē absentiam à sermone nostro animi tui non ęgre tuli, diuque

Mēs sapiētis immobilis. Cap. 6.

G

H

ita esse te pertuli, vt neque illa impedirem, quæ tecum intentus remotusq; à nobis pro te agebas, & ea persequerer, quæ te amittere stylus iste non sineret. Nunc illud quæro, quod nondū discutere diligenti ratione tentauimus. Nam vt primum nobis istā de ordine quæstionem nescio quis ordo peperit, memini te dixisse hanc esse iustitiam Dei, q̄ separat inter bonos & malos, & sua cuique tribuit. Nam nulla est, quantū sentio, manifestior iustitiæ definitio: Itaque respondeas velim, vtrum tibi videatur aliqñ deum non fuisse iustū. Nunquā, inquit. Si ergo semper, inquam, Deus iustus, semper bonū & malū fuerunt. Prorsus inquit mater nihil aliud video quod sequatur. Non.n. iudiciū Dei fuit ullum qñ malum non fuit: nec si aliquādo bonis & malis sua cuique non tribuit, potest videri iustus fuisse. Cui Licentius: Ergo dicendū nobis censes, inquit, semper malum fuisse. Non audeo, inquit illa, dicere. Quid, inquam, ergo dicemus? Si Deus ideo iustus est, quia iudicat inter bonos & malos, quādo non erat malū, non erat iustus. Hic illis tacentibus animaduerti Trigetium respōdere velle, atq; permisi. At ille: Prorsus, inquit, erat Deus iustus. Poterat.n. bonū, inquit, malūq; secernere, si extitisset, & ex eoipso quo poterat, iustus erat. Non.n. cum dicimus, Ciceronem prudenter inuestigasse coniurationē Catilinæ, temperanter nullo corruptum fuisse præmio, quo parceret malis, iuste illos summo supplicio senatus authoritate mactasse, fortiter sustinuisse omnia tela inimicorum, & molē, vt ipse dixit, inuidiæ, non in eo fuissent virtutes istæ, nisi Catilina reipub. tantam perniciem comparasset. Virtus enim per seipsam nō per aliquod hmōi opus considerāda est & in homine, quanto magis in Deo? si tū in angustijs rerum atq; verborum cōponere illis ista quoquo mō permittitur: nam vt intelligamus, quia Deus semper iustus fuit, qñ extitit malum quod à bono seiungeret, nihil distulit sua cuique distribuere. non enim tunc ei erat discenda iustitia, sed tunc ea, vtendum, quia semper habuit. Quod cum & Licentius & mater in tanta necessitate approbassent, quid, inquā, dicis Licenti? Vbi est quod tam magnopere asseruisti, nihil præter ordinem fieri? Quod enim factum est, vt malum nasceretur, non vtique Dei ordine factum est: sed cum esset natū, Dei ordine inclusum est. Et ille admirans ac moleste ferēs, quod tā repente bona causa esset lapsa de manibus, Prorsus, inq̄t, ex illo dico cœpisse ordinem ex quo malū esse cœpit. Ergo, inquam, vt esset ipsum malum non ordine factum est, si postquam malum ortum est, ordo esse cœpit. Sed semper erat ordo apud Deū: & aut semper fuit nihil quod dī malū: aut si aliqñ inuenitur cœpisse, quia ordo ipse aut bonus est, aut ex bono est, nunq̄ aliqd sine ordine fuit, nec erit aliquando. Quanuis & nescio quid potius occurrit, sed illa cōsuetudine obliuionis elapsum est: quod credo ordine contigisse pro merito, vel gradu, vel ordine vitæ. Nescio quō mihi, inquit, effugit, quam nunc sperno sniam: non.n. debui dicere postquam malū natum est, cœpisse ordinem: sed vt illa iustitia, de qua Trigetius disseruit, ita & ordinē fuisse apud Deum: sed ad vsum eius non venisse, nisi postq̄ mala esse cœperūt. Eodem, inquam, relaberis. Illud.n quod minime uis inconcussum manet: nam siue apud Deum fuit ordo, siue ex illo tempore esse cœpit, ex quo ēt malum, tamē malum illud præter ordinem natum est. Quod si concedis, fateris aliquid ꝓter ordinē posse fieri, quod causam tuā debilitat ac detruncat. Si āt non cōcedis, incipit Dei ordine natū malū videri, & malorū authorem Deum fateberis. Quo sacrilegio mihi detestabilius nihil occurrit. Qđ cum siue non intelligenti, siue dissimulanti se intellexisse versarem sæpius, & reuoluerē, nihil habuit quod diceret, & se silētio dedit. Tum mater: Ego, inquit, non puto nihil potuisse præter Dei ordinem fieri, quia ipsum malum qđ natū est, nullo mō Dei ordine natum est, sed illa iustitia id inordinatū esse non finit, & in sibi meritum ordinē redegit & cōpulit. Hic ego cum oēs cernerem studiosissime ac pro suis quenq; viribus Deum ꝗrere, sed ipsum de quo agebamus ordinem non tenere, quo ad illius ineffabilis maiestatis intelligentiā peruenitur: Oro uos, inquā, si, vt video, multū diligitis ordinem, ne nos præposteros & inordinatos esse patiamini. Quanquam.n. occultissima ratio se demonstraturam polliceatur, nihil præter diuinū ordinem fieri: tñ si quempiam ludi magistrū audiremus, conantem docere puerū syllabas, quem prius literas nemo docuisset, nō dicō ridendum tanquam stultū, sed vinciendum tanquam furiosum putaremus, non ob aliud, vt opinor, nisi quod docendi ordinem non teneret. At multa talia & imperitos, q̄ à doctis reprehendantur ac derideantur, &

I. de ordine. Cap. 7.

I

M

1. Retr. Cap. 3.

A

B

dementes hoīes, quę nec ſtultorum iudiciū fugiunt, facere nemo ambigit: & tū etiā iſtaoia, quæ fatemur eſſe peruerſa, non eſſe præter diuinum ordinem, alta quædā, & à multitudinis vel ſuſpitione remotiſsima diſciplina, ſe ita ſtudioſis, & Deum atq; animas tantū amantibus manifeſtaturā eſſe promittit, ut non nobis ſummæ numerorum poſſint eſſe certiores. Hęc autē diſciplina ipſa Dei lex eſt, quæ apud eū fixa, & incōcuſſa ſemper manēs, in ſapientes animas quaſi transcribit, vt tanto ſe ſciant uiuere melius, tātoq; ſublimius, quātò & perfectius eā cōplantur intelligendo, & viuendo cuſtodiūt diligentius. Hæc igitur diſciplina eis, qui illam noſſe deſiderant, ſimul geminum ordinem ſequi iubet: cuius vna pars vitæ altera eruditionis eſt. Adoleſcētibus ergo ſtudioſis eius ita viuēdum eſt, vt à venereis rebus, ab illecebris ventris & gutturis, ab immodeſto corporis cultu, & ornatu, ab inanibus negocijs ludorum, à torpore ſomni atque pigritię, ab ęmulatione, obtrectatione, inuidētia, ab honorum poteſtatumque ambitionibus, ab ipſius etiā laudis immodica cupiditate ſe abſtineant. Amorem autem pecuniæ totius ſuę ſpei certiſsimum venenum eſſe credant: nihil eneruiter faciāt, nihil audacter. In peccatis aūt ſuorum vel pellant omnino irā, uel ita frenēt, vt ſit pulſæ ſimilis: neminem oderint, nulla vitia nō curare velint. Magnopere obſeruēt cū vindicant, ne nimiū ſit: cū ignoſcunt, ne parū. Nihil puniāt qđ non valeat ad melius: nihil indulgeant, quod vertat in peius. Suos putent oēs, in quos ſibi poteſtas data fuerit. Ita ſeruiant, vt eis dñari pudeat: ita dñentur, vt eis ſeruire delectet. In alienorum aūt peccatis moleſti nō ſint inuito. Inimicitias vitent cautiſsime, ferant ęquiſsime, ſiniant citiſsime. In omni vero contractu atq; conuerſatione cum hoibus, ſatis eſt ſeruare vnū hoc vulgare puerbiū: Nemini faciant, quod pati nolunt. Rēpublicā nolint adminiſtrare, niſi perfecti. Perfici autem vel intra ætatē ſenatoriā feſtinent, vel certe intra iuuentutem. Sed quiſquis ſero ad iſta ſe cōuerterit, non arbitreī nihil ſibi eſſe pręceptum: nā vtiq; facilius decocta ætate ſeruabit. In omni autē vita, loco, tpe, amicos aut habeant, aut habere inſtent. Obſequantur dignis etiam non hoc expectantibus. Superbos minus curēt, minime ſint. Apte cōgruēterque viuāt. Deum colant, cogitēt, quærāt, fide, ſpe, charitate ſubnixi. Optent tranquillitatē, atq; certum curſum ſtudijs ſuis, ōmniumq; ſociorū, et ſibi quibuſq; poſſunt mētem bonam, pacatamq; vitam. Sequitur vt dicam quomodo ſtudioſi erudiri debeāt, qui, ſicut dictum eſt, viuere inſtituerunt. Ad diſcendum item neceſſerio dupliciter ducimur, authoritate atq; ratione. Tępore authoritas, re autē ratio prior eſt. Aliud eſt enim quod in agendo anteponitur, aliud qđ pluris in appetendo æſtimatur. Itaq; quamquam bonorum authoritas imperitæ multitudini videatur eſſe ſalubrior, ratio vero aptior eruditis tamen: quia nullus hominum niſi ex imperito peritus fit, nullus autem imperitus nouit qualem ſe debeat præbere docentibus, & quali vita eſſe docilis poſsit, cuenit, vt omnibus bona magna, & occulta diſcere cupientibus, non aperiat niſi authoritas ianuā. Quam quiſq; ingreſſus ſine vlla dubitatione vitæ optimæ præcepta ſectatur: per quę cum docilis factus fuerit, tū demū diſcet, & quanta ratione prædita ſint ea ipſa, quę ſecutus eſt ante rōnē, & quid ſit ipſa ratio, quàm poſt authoritatis cunabula firmus & idoneus iā ſequitur atq; cōprehendit, & quid intellectus, in quo vniuerſa ſunt, vel ipſa potius vniuerſa: et quid pręter vniuerſa vniuerſorū principiū. Ad quā cognit onē in hac vita peruenire pauci, ultra quā vero etiā poſt hanc vitā nemo progredi poteſt. Qui autem ſola authoritate contenti, bonis tm moribus rectisq; votis conſtanter operā dederint, aut contemnentes, aut non valentes diſciplinis liberalibus atque optimis eruditi, beatos eos quidē, cum inter homines viuūt, neſcio quo appellem: tamē inconcuſſe credo. mox vt hoc corpus reliquerint, eos quò bene magis minuſue vixerunt, eo facilius aut difficilius liberari. Authoritas tamen partim diuina eſt, partim humana: Sed vera, firma, ſumma ea eſt, quæ diuina nominatur. In qua metuenda eſt aeriorum animalium mira fallacia, quæ per rerum ad iſtos ſenſus corporis pertinentiū quaſdā diuinationes, nonnullasque potentias decipere animas facillime conſueuerunt, aut perituraru fortunarum curioſas, aut fragiliū cupidas poteſtatū, aut inaniū formidoloſas miraculorū. Illa ergo authoritas diuina dicenda eſt, quę nō ſolum in ſenſibilibus ſignis trāſcēdit oēm humanā facultatem, ſed & ipſum hominē agēs, oſtendit ei quouſq; ſe propter ipſum deprecſerit: & non teneri ſenſibus, quibus videntur illa miranda ſed ad intellectū iubet euolare: ſimul

Lex q̄ in Deo diſciplina eſt ui tæ.

Cap. 8. Cic. de le. primo. Vita pborū.

D

1. Retra. Cap. 3.

1. Retra. Cap. 3.

1. Retra. Cap. 3.

. ſimul demonſtrās & quāta hic poſsit, & cur hæc faciat, & quàm paruipendat. Doceat. n. oportet, & factis poteſtatem ſuam, & humilitate clementiam, & præceptione naturam, quę omnia ſacris, quibus initiamur, ſecretius firmiusque tradūtur. In quibus bonorū vita facillime non diſputationum ambagibus, ſed myſteriorum authoritate purgatur. Humana vero authoritas plerumq; fallit: In eis tū iure videt excellere qui quantū imperitorū ſenſus capit, multa dāt indicia doctrinarum ſuarum, & non viuunt aliter, q̄ viuendū eſſe præcipiunt. Quibus ſi aliqua etiam fortunæ munera acceſſerint, quorum appareant vſu magni, contēptuq; maiores, difficillimū omnino eſt, vt eis quiſq; viuendi præcepta dantibus credēs recte vitupareī. Hic Alipius: Permagna, inquit, vitæ imago abs te ante oculos noſtros, cum plene, tū breuiter conſti tuta eſt: Cui quanuis quotidianis pręceptis tuis inhiemus, tamen nos hodie cupidiores flagrantioresq; reddidiſti. Ad quam, ſi fieri poſſet, nō ſolum nos, verumetiā cunctos homines iā peruenire, & eidē inhærere cuperē, vt hæc ſicuti auditu mirabilia, ita eſſent imitatione facilia. Nam neſcio quomodo, quod vtinam vel à nobis procul abſit, animus humanus dum hęc audiendo, cœleſtia diuina ac prorſus vera eſſe proclamet, in appetendo aliter ſe gerit, vt mihi veriſsimum videatur aut diuinos homines, aut nō ſine diuina ope ſic uiuere. Cui ego: Hæc pręcepta viuendi, quæ tibi, vt ſemper, plurimum placēt Alipi, quanuis hic meis verbis pro tępore expreſſa ſint, non tamē à me inuēta eſſe optime ſcis. His. n. magnorum hominum, & penè diuinorum libri pleniſsimi ſunt: qđ nō propter te dicendum mihi putaui, ſed propter iſtos adoleſcentes, ne in eis quaſi authoritatem meam iure contēmnāt. Nam mihi omnino illos nolo credere, niſi docenti, rationemque reddēti propter quos pro rerū magnitudine concitādos, ēt te arbitror iſtum interpoſuiſſe ſermonem: non. n. tibi ſunt ad ſequendum iſta difficilia, quæ tanta rapuiſti auiditate, tāntoque in ea naturæ admirabilis impetu ingreſſus es, vt ego tibi verborū, tu mihi rerū magiſter effectus ſis. Non. n. eſt modo vlla cauſa mētiendi, aut ſaltē occaſio: nam neq; te falſa laude ſtudioſiorē fieri puto, & ij aſſunt, qui vtrunq; nouerunt, & ei ſermo iſte mittetur, cui noſtrum nullus ignotus eſt. Bonos autē viros, deditosq; optimis moribus ſi nō aliter ſentis atq; dixiſti, pauciores te arbitror eſſe credere, q̄ mihi probabile eſt: ſed multi penitus latent te. Item multorum non latētium, ea ipſa, quæ mira ſunt, latent: in animo enim ſunt iſta: qui neque ſenſu accipi poteſt, et plerunque dum congruere vult vitiorum hominum colloquijs, ea dicit, quę haud probare videatur. Multa etiā facit non libenter, propter aut vitandum odium hominum, aut ineptiā fugiendā, quod nos audientes aut uidentes difficile aliter exiſtimamus, quàm ſenſus iſte renunciat. Eoq; fit, vt multos nō tales eſſe credamus, quales & ſeipſi & eos ſui familiares nouerūt. Quod tibi ex amicorum noſtrorum quibuſdam magnis animi bonis, quę nos ſoli ſcimus, perſuadeas velim. Nā error iſte non minima hac cauſa nititur, quod nō pauci ſe ſubito ad bonā vitam mirādamq; conueniunt: & donec aliquibus clarioribus factis innoteſcant, quales erant, eſſe creduntē. Nā ne longius abeā, quis iſtos adoleſcentes, qui antea nouerat, facile credat tam ſtudioſe magna quærere, tantas repēte in hac ætate indixiſſe inimicitias voluptatibus? Ergo hanc opinionem pellamus ex animo: nam & illud diuinum auxiliū, quod vt decebat religioſe in vltimo ſermonis tui poſuiſti, latius quàm nonnulli opinantur, vltra officium clementię ſuæ per vniuerſos populos agit. Sed ad diſputationis noſtrę, ſi placet, ordinem redeamus: & quoniam de authoritate ſatis dictū eſt, videamus quid ſibi ratio velit. Ratio eſt mentis motio, ea quæ diſcuntur diſtinguendi, & cōnectendi potens: qua duce vti ad Deum intelligendum, vel ipſam, quæ aut in nobis: aut vſquequaque eſt, animam, rariſsimū omnino genus hominum poteſt: non ob aliud, niſi quia in iſtorū ſenſuum negocia progreſſo redire in ſemetipſum cuique difficile eſt. Itaq; cū in rebus ipſis fallacibus rōne totum agere homines moliantur, quid ſit ipſa ratio, et qualis ſit, niſi perpauci prorſus ignorant. Mirū videt, ſed tamen ſe ita res habet. Satis eſt hoc dixiſſe in præſentia: nam ſi vobis rem tantam ſicut intelligenda eſt, nunc oſtendere cupiam, tā ineptus ſim, quàm arrogās, ſi vel me illam iam percepiſſe profitear. Tamen quantū dignata eſt in res quę nobis notæ videntur, procedere, indagemus eam, ſi poſſumus, interim, prout ſuſceptus ſermo deſyderat. At primū videamus vbi hoc verbū, quod ratio uocatur, frequentari ſolet: nam illud nos mouere maxime debet, quod ipſe homo à veteribus definitus eſt, Homo eſt animal rationi-

1. Retra. Cap. 3.

Ratio quid, & huius in ſenſibilibus ve- ſtigia.

Cap. 11.

1. Retra. Cap. 3.

Homi- nis defi- nitio.

rationale mortale. Hic genere posito, quòd animal dictū est, videmus additas duas differentias,quibus credo admonēdus erat homo,& quò sibi redeundum esset,& unde fugiendum. Nam vt progressus animę usque ad mortalia lapsus est,ita regressus esse in rationem debet. Vno verbo à bestijs, quod rationale:& alio à diuinis separatur,quod mortale dicitur. Illud igitur nisi tenuerit,bestia erit:hinc nisi se auerterit,diuina nō erit. Sed qm̄ solent doctissimi viri qd inter rationale ac irrationale intersit, acute subtiliterq; discernere, nullo modo est id quod instituimus negligendū.nam rationale esse dixerūt, quod ratione vteret vel vti posset:rationabile aūt,quod rōne factum esset aut dictū. Itaque has balneas rōnabiles possumus dicere, nostrūq; sermonem: rationales aūt vel illū q has fecit,vel nos q loquimur. Ergo procedit ratio ab aīa rationali: scilicet in ea q̄ vel fiunt rationabilia,vel dicūtur. Duo ergo video, in quibus potentia visque rationis poscit ipsis etiā sensibus admoueri,opera hominum quę videtur, & verba quæ audiuntur. In utroque autem vritur mēs gemino nuncio pro corporis necessitate: vno qui oculorum est,altero qui aurium. Itaque cum aliquid videmus cōgruentibus sibi partibus figuratum, nō absurde dicimus rationabiliter apparere. Itemq; cū aliquid bene concinere audimus,nō dubitamus dicere quod rōnabiliter sonat. Nemo aūt non rideatur,si dixerit,Rationabiliter olet, aut rationabiliter sapit, aut rationabiliter molle est, nisi forte in ijs,quæ propter aliquid ab hominibus procurata sunt,ut ita olerent,vel saperent, vel feruerent, vel quid aliud. Vt siquis locum, vnde grauibus odoribus serpentes fugantur rationabiliter dicat ita olere, causam intuēs quare sit factum: aut poculū quod medicus cōfecerit, rōnabiliter amarū esse vel dulce: aut quod tēperari languido solitū iusserit calere rōnabiliter,aut tepere. Nemo aūt hortū ingressus, & rosam naribus admouens, audet ita dicere q̄ rationabiliter fragrat: nec si medicus illam vt olfaceret iusserit. Tunc .n.præceptū vel datū illud rationabiliter,nō tū olere rationabiliter, dicīt:nec propterea, quia naturalis ille odor est. Nā quāuis à coquo pulmentum cōdiatur,rationabiliter cōditum possumus dicere: rationabiliter autē sapere, cum causa extrinsecus nulla sit, sed præsenti satis fiat voluptati,nullo modo ipsa loquēdi consuetudine dicitur. Si enim quæratur de illlo cui poculum medicus dederit, cur id dulciter sentire debuerit, aliud infert propter qd̄ ita est.i.morbi genus, quod iam non illo sensu est,sed aliter sese habet in corpore. Si autem rogetur liguriens aliquid,gulæ stimulo concitatus,cur ita dulce sit,& respondeat,quia libet,aut quia delector: nemo illud dicet rationabiliter dulce, nisi forte illius delectatio alicui rei sit necessaria, & illud quod mandit ob hoc ita confectum. Tenemus, quātum inuestigare potuimus,quędam vestigia rationis in sensibus,& quod ad visum atque auditum pertinet,in ipsa etiam voluptate. Alij vero sensus non in uoluptate sua, sed propter aliquid aliud solent hoc nomen exigere: id autem est rationalis animantis factū propter aliquē finē. Sed ad oculos quod pertinet, in quo congruētia partiū rationabilis dicitur, pulchrum appellari solet. Quod vero ad aures,quando rōnabilē concentum dicimus cantumq; numerosum rationabiliter esse compositum suauitas vocaī proprio iā nomine. Sed neq; in pulchris rebus cū nos color illicit, neq; in auriū suauitate cū pulsa chorda quasi liq de sonat atque pure,rōnabile illud dicere solemus. Restat ergo ut in istorum sensuum voluptate, id ad rationem pertinere fateamur, vbi quędam dimensio est atque modulatio. Itaq; in hoc ipso ædificio singula bene cōsiderantes, non possumus non offendi. quod vnū ostiū uidemus in latere,alterum propè in medio, & nec tamen in medio collocatum. Quippe in rebus fabricatis,nulla cogēte necessitate,miqua dimensio partiū facere ipsi aspectui uelut quandam uidetur iniuriam. Quod aūt intus tres fenestræ,vna in medio,duę à lateribus paribus interuallis solis lumen infundunt,quàm nos delectat diligētius intuētes, quamque in se animum rapit,manifesta res est,nec multis verbis vobis aperiēda. Vū ipsi architecti iā suo verbo,rationē istā vocāt: & partes discorditer collocatas, dicunt non habere rationem. Quod latè patet,ac penè in omnes artes operaque humana difunditur. Iam in carminibus, in quibus item dicimus esse rationē ad voluptatē auriū ptinētem, qs nō sentiat dimēsionē esse totius huius suauitatis opificem? Sed histrione saltante, cum bene spectantibus gestus illi oēs signa sint rerum, quāuis mēbrorum numerosus quidā motus oculos eadē illa dimēsione delectet, dicitur tū rationabilis illa saltatio,quod bene aliquid significet,& ostendat, excepta sensuum voluptate. Non.n.si pēnatā Venerē faciat,& Cupidinem pallıatum: quāuis id mira mēbrorū motione atq; collocatione depingat, oculos videt offendere, sed per oculos animum,cui rerum signa illa monstrantur: nam oculi offenderentur, si non pulchre moueretur. Hoc enim pertinebat ad sensum,in quo anima eoipso qd̄ mixta est corpori, percipit voluptatem. Aliud ergo sensus, aliud per sensum: nam sensum mulcet pulcher motus, per sensum autem animum solum pulchra in motu significatio. Hoc etiam in auribus facilius aduertitur: nam quicquid iucunde sonat, illud libet, atque ipsum auditum illicit:quod aūt p eundē sonum bene significatur, nuncio quidem aurium, sed ad solam mētem refertur. Itaque cum audimus illos versus:

Quid tīn Oceano properēt se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet. Aliter metra laudamus, aliterque sententiam: nec sub eodem intellectū dicimus, rationabiliter sonat, & rationabiliter dictū est. Ergo iam tria genera sunt rerum, in quibus illud rationabile apparet. Vnum est in factis ad aliquem finem relatis, alterum in dicendo,tertium in delectando. Primum nos admonet nihil temere facere:secundum recte docere: vltimū beate contemplari. In moribus est illud superius, hæc aūtē duo in disciplinis,de quibus nūc agimus. Namque illud quod in nobis est rōnale.i.quod rōne vtitur, & rationabilia vel facit vel sequitur, quia naturali quodā vinculo in eorū societate astringebat, cum quibus illi erat ratio ipsa communis, nec homini homo firmissime sociari posset,nisi colloquerētur,atque ita sibi mentes suas cogitationesque quasi refunderent,vidit esse imponēda rebus vocabula, id est,significātes quosdam sonos:ut qm̄ sentire animos suos nō poterāt,ad eos sibi copulandos sensu quasi interprete vterentur. Sed audiri absentiū verba non poterant,ergo illa ratio peperit literas, notatis omnibus oris ac linguæ sonis,atque discretis. Nihil autem horū facere poterat,si multitudo rerum sine quodam defixo termino infinite patere videretur. Ergo utilitas numerādi magna necessitate animaduersa est. Quibus duobus repertis,nata est illa librariorum & calculonū professio, velut quædā Grammaticæ infantia,quam Varro literationē vocat:græce aūt quomodo appelletur nō satis in præsenti reperio, colo. Progressa deinde ratio animaduertit eosdē oris sonos qbus loqueremur, & quos literis iam signauerat alios esse,qui moderato varie hiatu,quasi enodati ac simplices saucibus sine ulla collisione defluerent:alios diuerso pressu oris, tenere tamen aliquem sonum: extremos autem qui nisi adiuncti sibi primis erumpere non valerent. Itaque literas hoc ordine, quo expositæ sunt, vocales, semiuocales,& mutas noiauit. Deinde syllabas notauit:deinde verba in octo genera,formasque digesta sunt. Omnisque illorū motus,integritas,iunctura, perite subtiliterque distincta sunt. Inde iam numerorum & dimensionis non immemor adiecit animū in ipsas vocum & syllabarum varias moras,atque inde spatia temporis alia duplicia, alia simplicia esse cōperit,quibus lōgæ breuesq; syllabę tēderent. Notauit ēt ista,& in regulas certas disposuit. Poterat iam pfecta esse Grāmatica, sed quia ipso nomine profiteri se literas clamat, vnde etiā latine literatura dicit factū est, vt q̄cquid dignum memoria literis mādaret, ad eā necessario pertineret. Itaq; unum quidem nomen,sed res infinita multiplex, curarum plenior q̄ iucunditatis aut veritatis, huic disciplinæ accesit Historia, non tam ipsis Historicis quàm Grāmaticis laborioſa. Quis.n.ferat imperitū videri hoiem,q̄ volasse Dædalū nō audierit:mē dacē illum qui finxerit, stultum qui crediderit, impudentem qui interrogauerit non videri? Aut,in quo nros familiares grauiter miserari soleo,qui si non responderint, quid vocata sit mater Euryali, accusanē inscitiæ: cum ipsi eos, à quibus ea rogantur,vanos & ineptos, nec curiosos audeant appellare?

Illa igitur ratione perfecta dispositaque Grammatica, admonita est quęrere atq; attendere hanc ipsam vim, quæ pepererit artem. Nam ea definiendo,distribuendo, colligendo nō solū digesserat atq; ordinauerat, verum ab omni etiam falsitatis irreptione nō defenderat. Quando ergo transiret ad alia fabricanda,nisi ipsa sua prius quasi quædam machinamenta, & instrumēta distingueret, & notaret, digereret, proderetque ipsam disciplinam disciplinarum, quam Dialecticā uocant? Hæc docet docere,hæc docet discere: in hac sei ipsa ratio demonstrat atque aperit quæ sit,quid velit,quid valeat. Scit scire:sola scientes facere,nō solum vult,sed etiam pōt. Verū quoniā plerunq; stulti homines ad ea quæ suadentur recte, vtiliter, & honeste, non ipsam synceriſsimam, quam rarus animus

syllabarum, et verborum. E

Occasio historiæ. F

Ver. Aen. 9. eam vultortā ex Priamo, nec nodefenderat minat tū Dialecti ces, & rhetorices inuentio. Cap.13.

Universidad de Deusto. Biblioteca

Gimus videt,veritatẽ,sed proprios sensus consuetudinemque sectantur,oportebat eos nõ doceri solum quantum queunt, sed sæpe & maxime commoneri. Hanc suam partẽ quę id ageret, necessitatis plenioré q̃ puritatis, refertissimo gremio delitiarũ, quas populo spargat, ut ad vtilitatem suam dignetur adduci, vocauit Rhetoricã. Hactenus pars illa,q̃ in significãdo rõnabilis dicit, studijs liberalibus disciplinisq; promota est. Hinc se illa ratio ad ipsarum rerũ diuinarum beatissimã contemplationẽ rapere voluit. Sed ne de alto caderet, quæsiuit gradus, atq; ipsa sibi viam per suas possessiones ordinéq; molita est. Desiderabat.n.pulchritudinem: quã ne sola & simplex posset sine istis oculis intueri,impediebãt à sensibus. Itaq; in eos ipsos paululum aciem torsit, qui veritatem sese habere clamantes, festinantem ad alia pergere,importuno strepitu reuocabant. Et primo ab auribus cœpit, quia dicebant ipsa verba sua esse, quibus iam & Grãmaticam, & Dialecticã, & Rhetoricã fecerat. At ista potentissima secernẽdi cito vidit quid inter sonum,& id cuius signũ esset,distaret. Intellexit nihil aliud ad auriũ iuditiũ pertinere, H q̃ sonum,eumque esse triplicem, Aut in voce animantis,aut in eo quod flatus in organis faceret,aut in eo quod pulsu æderet. Ad primũ pertinere Tragœdos,vel Comœdos vel choros cuiuscemodi,atq; oẽs omnino,q voce propria canerent. Secundũ tibijs,& similibus instrumẽtis deputari. Tertio dari citharas,lyras,cymbala, atque oẽ quod percutiendo canorum esset. Videbat autẽ hanc materiã esse vilissimã,nisi certa dimensione temporum,& acuminis grauitatisq; moderata varietate soni figurarentur. Recognouit hinc esse illa semina,quæ in Grãmatica, cum syllabas diligenti consideratione versaret,pedes,& accentus vocauerat. Et quia in ipsis verbis breuitates,& longitudines syllabarum propè æquali multitudine sparsas in oratione attendere facile fuit,tentauit pedes illos in ordines certos disponere atque coniungere:& in eo primo sensum ipm secuta,moderatos impressit articulos, q̃ & cæsa & membra nominauit. Et ne lõgius pedum cursus ꝓlueretur,q̃ eius iudicium posset sustinere,modũ statuit uñ reuerteret, & ab eo ipso versum vocauit. Quod autẽ non esset certo fine moderatum,sed tñ rõnabiliter ordinatis pedibus curreret,rhytmi noie notauit, qui latine nihil aliud q̃ numerus dici potuit. Sic ab eã poetę geniti sunt. In quibus cum videret nõ solum sonorum, sed ẽt verborum rerumq; magna momenta,plurimũ eos honorauit, eisq; tribuit quorum vellẽt rõnabilium mẽdaciorũ potestatẽ. Et qm̃ de prima illa disciplina stirpem ducebant iudices in eo Grãmaticos esse permisit. In hoc igitur quarto gradu,siue in rhythmis,siue in ipsa modulatione intelligebat regnare numeros, totumq; perficere. Inspexit diligentissime cuiusmodi essent,reperiebat diuinos & sempiternos, præsertim quod ipsis auxiliantibus omnia superiora contexuerat. Et iam tolerãbat ægerrime splẽdorem illorum atque serenitatem,corporea vocum materia decolorari. Et quoniã illud quod mẽs videt, semper est præsens,& immortale approbat, cuius generis numeri apparebant:sonus aũt quia sensibilis res est, præterfluit in ꝑteritũ tẽpus,imprimiturq́ memoriæ rationabili mẽdacio iam poetis fauente ratione querendum,nequid propagini similiter inesset, Iouis & memoriæ filias Musas esse confictum est. Vnde ista disciplina sensus intellectusq; particeps Musicę nomẽ inuenit. Hinc est profecta in oculorum opes,& terram cœlũque collustrans,sensit nihil aliud q̃ pulchritudinẽ sibi placere,& in pulchritudine figuras, & in figuris dimensiones,& in dimẽsionibus numeros. quæsiuitq; ipsa secũ,vtrum ibi talis linea talisq; rotũditas, vel quælibet alia forma & figura esset,qualẽ intelligentia contineret. Longe deteriorẽ inuenit,& nulla ex parte quod uiderẽt oculi cum eo quod mentis cerneret,comparandũ. Hæc quoq; distincta & disposita, in disciplinã redegit, appellauitq; Geometriã. Motus eã cœli multum mouebat,& ad se diligẽter cõsiderandũ inuitabat. Etiam ibi per constantissimas tẽporum vices,per astrorum ratos definitosq; cursus, ꝑ interuallorũ spatia moderata intellexit nihil aliud q̃ illã dimensionẽ numerosq; dominari. Quæ similiter definiẽdo ac secernendo in ordinem nectens Astrologiã genuit,magnum religiosis argumentum,tormentumq́ curiosis. In his igitur omnibus disciplinis occurrebãt ei oía numerosa,q̃ tñ in illis dimensionibus manifestius eminebant, quas in se ipsa cogitando atq; voluendo intuebatur verissimas. In his autem, q̃ sentiuntur, umbras earum potius atq; vestigia recolebat: Hic se multum erexit,multũq; ꝑsumpsit: ita ausa est immortalẽ aiam comprobare. Tractauit omnia diligenter, percepit

percepit prorsus se plurimum posse:& quicquid posset,numeris posse. Mouit eam quod dam miraculum, & suspicari cœpit seipsam fortasse numerum esse eumipsum, quo cuncta numerarentur:aut si id non esset, ibi tñ eũ esse,quò peruenire satageret. Hunc vero totis viribus comprehendit,qui iã vniuersę veritatis index futurus, ille cuius mentionẽ fecit Alipius, cũ de Academicis q̃reremus, quasi Proteus in manibus erat. Imagines.n. falsæ rerum earum quas numeramus, ab illo occultissimo quo numeramus defluentes, in sese rapiũt cogitationẽ, & sæpe illũ,cũ iã tenetur,elabi faciunt. Quibus si quisq; non cesserit, & omnia quæ per tot disciplinas late varieq; diffusa sunt, ad vnum quoddam simplex verum certumq́; redegerit, eruditi nomine dignissimus, non temere iã q̃rit illa diuina,nõ iã credenda solũ,verumetiã contẽplanda,intelligẽda,atq; retinenda. Quisquis aũt vel adhuc seruus cupiditatũ, & inhians rebus pereũtibus, vel iam ista fugiẽs, castęq; viuens, nesciens tamen quid sit nihil,quid informis materia, quid formarum exanime,quid corpus,quid species in corpore,quid locus,quid tempus,quid in loco,q̃d in tempore,q̃d motus secundum locũ, quid motus non secundum locũ,quid stabilis motus,quid sit æuum, & quid sit nec in loco esse nec nusquã,& quid sit præter tẽpus, & sẽper esse,quid sit nusquã esse, & nusquã non esse:& nunquã esse,& nunquã nõ esse. Quis quis ergo ista nescius, nõ dico de summo illo deo, qui scitur melius nesciendo, sed de anima ipsa sua q̃rere ac disputare voluerit, tñ errabit, quantum errari plurimũ potest: facilius autem cognoscet ista, qui numeros simplices atq; intelligibiles cõprehenderit. Porrò istos comprehendet, qui & ingenio valens, & priuilegio ætatis, aut cuiuslibet fœlicitatis ociosus,& studio vehementer incensus,memoratum disciplinarum ordinem quantũ satis est, fuerit persecutus. Cũ.n. artes illæ omnes liberales, partim ad vsum vitæ, partim ad cognitionem rerum contemplationemq; discantur, vsum earum assequi difficilimũ est nisi ei, qui ab ipsa puritia ingenioſissimus, institãtissime atq; cõstãtissime operã dederit. Quid vero ex illis ad id quod arduas quęrimus opus est? Nec te, q̃so mater, hæc velut rerũ immensa quędã sylua deterreat. Etenim quędã de omnibus eligentur numero pauciſsima,id est,potentissimã, cognitionẽ, nõ autem multis quidem arduã. Tibi tamẽ, cuius ingeniũ quotidie mihi nouum est, & cuius animum vel ætate vel admirabili temperantia remotissimũ ab omnibus nugis, & à magna labe corporis emergentẽ,in se multum surrexisse cognosco, tam erunt facilia quam difficilia tardissimis, miserrimęq; viuentibus. Si enim dicã te facile ad eũ sermonem peruenturam, qui locutionis & linguę vitio careat, profecto mentiar. Me.n.ipsum, cui magna necessitas fuit ista perdiscere,adhuc in multis verborũ sonis Itali exagitant, & à me vicissim,quod ad ipsum sonum attinet, reprehenduntur. Aliud est.n.esse arte, aliud gente securum. Soloecismos autẽ quos dicimus,fortasse quisq; doctus diligenter attendens in oratione mea reperiat:non enim defuit qui mihi nonnulla huiusmodi vitia ipsum Ciceronem feciſse peritissime persuaserit. Barbarismorũ autẽ genus nostris tẽporibus tale compertum est, vt & ipsa eius ratio barbara videatur,qua Roma seruata est. Sed tu contemptis iſtis vel puerilibus rebus, vel ad te non pertinentibus, ita grãmaticæ penè diuinã vim naturãq; cognoscis,vt eius animam tenuisse, corpus reliquisse disertis videaris. Hoc etiã de cæteris huiusmodi artibus dixerim:quas si penitus fortasse contemnis,admoneo te,quantum filius audeo,quantumq; permittis,vt fidem istã tuã,quã venerãdis mysterijs percepisti,firme cauteq́; custodias: deinde vt in hac vita atq; moribus constanter vigilãterq́; permaneas. De rebus aũt obscurissimis,& tamẽ diuinis, qũo deus & nihil mali faciat,& si omnipotens, & tanta mala fiant: & cui bono mundum fecerit, qui non erat indigus: & vtrum semper fuerit malũ, an tẽpore cœperit:& si semp fuit, vtrũ sub conditione dei fuerit:& si fuit,vtrũ ẽt iste mundus sẽper fuerit, in quo illud malũ diuino ordine dominaretur: si autem hic mundus aliquando esse cœpit,quomodo antequàm esset, potestate dei malum tenebatur: & quid opus erat mundũ fabricari, quo malũ quod iã dei potestas frenabat, ad pœnas animarũ includeretur. Si aũt fuit tẽpus, quo sub dei dominio malũ non erat,quid subito accidit quod per æterna retro tempora non acciderat. In deo enim nouum extitisse consilium, ne dicã impium, ineptissimũ est dicere. Si autem importunum fuisse,& quasi improbum malum deo dicimus, quod nonnulli existimant, iam nemo doctus risum tenebit,nemo nõ succensebit indoctus. Quid enim potuit deo nocere mali, nescio quæ,

illa

Triplex sonus.

Augusti. frequenter cuiuscemodi pro qualibuscũque.

Versus unde.

Rhythmus.

1.Retract.ca.3.

Musica, & poetica.

Cap.14.

1.Retract.ca.3.

Disciplinæ liberales efficiũt inquisitiores.

1.Retract.ca.6.

Geometria, & Astronomia.

Cap.15.

Disciplinis.

Cap.17.

illa natura? Si.n.dicũt non potuisse,fabricãdi mundi causa non erit: si potuisse dicunt, expiabile nefas est, deum violabilẽ credere: nec ita saltem, vt vel virtute prouiderit, ne sua substantia violaretur. Nanq; animã pœnas hic pendere fatentur, cũ inter eius & dei substantiã nihil velint omnino distare. Si ãt istum mundũ non factũ dicamus: impiũ est atq; ingratũ credere,ne illud sequatur,quod Quo or Deus eum non fabricarit. Ergo de his atque dine aia huiusmodi rebus,aut ordine illo eruditionis, prouehi aut nullo modo quicquam requirendũ est. tur ad co Et ne quisquam latissimum aliquid nos cõgnitionẽ plexos esse arbitretur, hoc dico planius atq; sui & ip- breuius. Ad istarum rerũ cognitionẽ nesius vni- minem aspirare debere sine ulla quasi dupli tatis. ci scientia bonæ disputationis potentiæq; nu Cap. 18. merorum. Si quis etiam hoc plurimum putat, solus numeros optime nouerit aut solam Dialecticam. Si & hoc infinitum est,tñ perfecte sciat quid sit vnum in numeris, quantumq; valeat, nondum illa summa lege summoq; ordine rerum omnium,sed in ijs quæ quotidie passim sentimus, atq; agimus. Excipit enim hanc eruditionem iam ipsa philosophiæ disciplina, & in ea nihil plus inueniet q̃ quid sit vnum,sed longe altius longeq; ei uinius. Cuius duplex quæstio est. Vna de anima, Altera de deo. Prima efficit ut nosmetipsos nouerimus,altera ut originem nostrã. Illa nobis dulcior, ista elatior: illa nos dignos beat; vita,beatos hæc facit. Prima est illa discentibus,ista iã doctis. Hic est ordo studiorum sapientiæ, per quẽ fit quisq; idoneus ad intelligendum ordinem rerum .i. ad dignoscendos duos mundos,& ipsum parentem vniuersitatis,cuius nulla scientia est in aia,nisi scire qũo eum nesciat. Hũc igitur ordinẽ tenens aia iam philosophiæ tradita, primo seipsam inspicit: & cui iam illa eruditio persuasit,aut suã,aut seipsam esse rationẽ, in ratione aũt aut nihil esse melius & potentius numeris,aut nihil aliud quàm numerũ esse rationẽ,ita secum loquetur, Ego quodã E meo motu interiore & occulto, ea quæ discẽda sunt possum discernere & connectere, & hæc vis mea ratio vocatur. Quid autem discernendum est,nisi quod aut vnũ putatur & non est,aut certe non tam vnum est,q̃ putatur? Item cur quid connectendum est, nisi ut vnum fiat, quantum potest. Ergo & in discernendo & in connectendo,vnum volo, & vnũ amo. Sed cũ discerno,purgatum,cum connecto,integrum volo. In illa parte vitan

tur aliena,in hanc propria copulantur, vt vnũ aliquid perfectũ hat. Lapis vt esset lapis, omnes eius partes, omnisq; natura in vnũ solidata est. Quid arbor? Nonne arbor non Q̃d eũ esse:,si vna non esset? Quid membra cuiusli in vnũ bet animãtis ac viscera, & quicquid est eorũ tendat. è quibus constat? Certe si unitatis patiantur diuortiũ,non erit animal. Amici quid aliud q̃ esse conãtur? Et quanto magis vnũ, tanto magis amici sunt. Populus vna ciuitas est, cui est periculosa dissensio. Quid est autem dissentire,nisi nõ vnũ sentire? Ex multis mi Cuneus litibus fit vnus exercitus. Nõne quẽuis multitudo eo minus uincitur,quo magis in vnũ F coit? Vnde ipsa coitio in vnum, cuneus nominatus est,quasi couneus. Quid amor omnis? Nonne vnũ vult fieri cũ eo quod amat? Et si ei contingat,vnũ cum eo fit. Voluptas ipsa non ob aliud delectat uehementius,nisi quod amantia sese corpora in vnum coguntur. Dolor vnde perniciosus est? Quia id quod vnum erat disijcere uiitur. Ergo molestum & pernicioſum est cum eo vnum fieri,quod separari potest. Ex multis rebus passim ante iacentibus, deinde in vnam formã cõgregatis,vnã facio domũ. Melior ergo,si- Hõ ãt quidẽ ego facio,illa fit. Ideo melior quia fa- tis præcio:non dubium est inde me esse meliorẽ, q̃ stanno, domus est. Sed non inde sum melior hirũdi- quõ pol ne aut apicula,nã & illa nidos affabre struit, sit vide & illa fauos:sed his melior, quia rationale a re deum animal sum. At si in ratis dimensionibus ra- Cap. 19. tio est, nunquidnam & aues quod fabricant minus apte congruenterq; dimensũ est? Immõ numerosissimũ est: Nõ ergo numerosa faciẽdo, sed numeros cognoscendo, melior sum. Quid ergo,illæ nescientes opari numerosa poterãt? Poterãt ꝓfecto. Vnde id docetur? Ex quo q̃ nos quoq; certis dimensioni bus rõne linguã dẽtibus & palato accõmodamus,vt ex ore literaturæ ac verba prorũpãt,nec tũ cogitamus cũ loq mur,quo motu oris id facere debeamus. Deinde quis bonus G cantator,et si Musicæ sit imperitus,non ipso sensu naturali & rhythmum & melos perceptum memoria custodiat in canendo? Quo quid fieri numerosius potest? Hoc nescit indoctus,sed tamẽ facit operante natura. Quãdo autem melior & pecoribus præponendus? Quando nouit quod facit? At nihil aliud me pecori præponit, nisi quod rationale animal sum. Quomodo igitur immortalis est ratio, & ego simul & rationale & mortale quiddam esse definior? An ratio non est im-

est immortalis? Sed vnum ad duo, vel duo ad quatuor verissima ratio est. Nec magis heri fuit ista ratio vera, quam hodie:nec magis eras, aut post annum erit vera. Nec si omnis iste mundus concidat,poterit ista ratio non esse:ista enim semper talis est,mundus autem iste nec heri habuit, nec eras habebit quod habet hodie, nec hodierno die vel spatio vnius horę eodem loco solem habuit:ita cum in eo nihil manet,nihil vel paruo spatio temporis habet eodem modo. Igitur si immortalis est ratio,& ego q̃ ista omH nia vel discerno vel cõiecto, ratio sum:illud quo mortale appellor,non est meum. Aut si anima non id est quod ratio, & tamen ratione vtor, & per rationem melior sum:à deteriore ad melius, à mortali ad immortale fugiendum est. Hæc & alia multa secum anima bene erudita sequitur, atq; agitat:q̃ persequi volo, ne cum ordinem vos docere cupio,modum excedam, qui pater est ordinis. Gradatim enim se & ad mores vitamq; optimam, non iam sola fide, sed certa ratione perducit. Cui numerorũ vim atq; potentiã diligenter intuenti,nimis indignũ videbitur & nimis flendum,per suam scientiã versum bene currere, citharamq; concinere, & suã vitam seq; ipsam quæ anima est, deuium iter sequi, & dominante sibi libidine, cum turpissimo se vitiorum strepitu dissonare. Cum autẽ se cõposuerit & ordinauerit, ac cõcinnã pulchrãq;, reddiderit audebit iam deũ videre,atq; ipsum fontem, vnde manat omne verum,ipsumq; patrẽ veritatis. Deus magne,qui erunt illi oculi,quàm sani,quàm decori, quàm valentes, quàm constantes, quàm sereni,quàm beati? Quid autem est illud quod vident? Quid quæso? Quid arbitremur, quid æstimemus, quid loquamur? I Quotidiana verba decurrunt, & sordidata sunt omnia vilissimis rebus. Nihil amplius dicam,nisi promitti nobis aspectum pulchritudinis,cuius imitatione pulchra,cuius comparatione fœda sunt cætera. Hanc quisquis viderit, videbit autem qui bene viuit, bene orat,bene studet,quando eum mouebit, cur alius optans habere filios, non habet, alius abundantes exponat,alius oderit nascituros, diligat alius natos. Quomodo non repugnet nihil futurum esse quod non sit apud deum, ex quo necesse est ordine omnia fieri,& tamen non frustra deum rogari. Postremo quando istum virum mouebunt aut vlla onera, aut vlla pericula, aut vlla fastidia, aut vlla blandimenta fortunæ? In hoc enim sensibili mundo vehementer cõsyderandũ est quid sit tempus & locus: vt quod delectat in parte, siue loci siue temporis intelligatur,tamen multo esse melius totũ,cuius ilཀ la pars est:& rursus quod offendit in parte, perspicuum sit homini docto, non ob aliud offendere, nisi quia non videtur totum,cui pars illa mirabiliter congruit. In illo vero mundo intelligibili quãlibet partem totam pulchram esse atq; perfectam. Dicentur ista latius, si vestra studia siue memoratum istũ à nobis, siue alium fortasse breuierem atq; K commodiorem, rectum tamen ordinem,vt 1.Retrahortor ac spero,tenere instituerint,atq; om- cta.ca.3. nino grauiter cõstanterq; tenuerint. Quod Epilo- vt nobis liceat,summa opera danda est opti- gus hormis moribus: Deus enim noster aliter nos tans ad exaudire non poterit. Bene autem viuen- bonã vites facillime exaudit. Oremus ergo,non vt tã. c.20. nobis diuitiæ, vel honores, vel huiusmodi res fluxæ atq; nutantes, & quouis resistente transeuntes, sed vt ea proueniant quæ nos bonos faciant ac beatos. Quæ vota vt deuotissime impleantur, tibi maxime hoc negocium mater iniungimus, cuius precibus indubitanter credo atq; confirmo mihi istam mentem deum dedisse, vt inueniendæ veritati nihil omnino præponam, nihil aliud velim,nihil cogitem,nihil amem. Nec desino credere nos hoc tantum bonum, quod te promerente concupiuimus, eadem te petente adepturus. Iam vero te Alipi quid horter, quid moneam? Qui propterea nimius non es,quia talia quantumuis amare fotasse semper parum, nimium vero nunquam re- L cte dici potest. Hic ille: Vere effecisti,inquit, vt memoriam doctissimorum ac magnorũ virorum,quæ aliquando pro rerum magnitudine incredibilis videbatur,& quotidiana consyderatione, & ista præsenti, quæ in te nobis est admiratione, non solum dubium non habeamus, verumetiam si necesse sit de illa iurare possimus. Quid enim nobis non de illa venerabili ac propè diuina, quæ iure & habita est, & probata Pythagoræ disciplina,abs te hodie nostris etiam penè oculis reseratum est? Cum & vitæ regulas,& 1.Retrascientiæ non tam itinera quàm ipsos cam- cta. pos, ac liquida æquora, & quod illi viro Cap.3. magnæ veneration fuit, ipsa etiam sacraria veritatis vbi essent, qualia essent, quales quærerent, & breuiter, & ita plenè significasti, ut quanuis suspicemur & credamus

tibi

tibi esse adhuc secretiora, tamen non absq; impudentia nos putemus, si amplius quicq; flagitandum abs te arbitremur. Accipio ista, inquam, libenter. Neq; enim me tam verba tua, quæ vera non sunt, quàm verus in verbis animus delectat atq; excitat. Et bene quod ei mittere statuimus has literas, qui de nobis solet libenter multa mentiri. Si M qui autem alij fortasse legerint, neq; hos metuo, ne tibi succenseant. Quis enim amantis errori in iudicando non beneuolentissime ignoscat? Quod autem Pythagoræ 1. Retra cta. ca. 3. mentionem feci, nescio quo illo diuino ordine occulto tibi in mentem venisse credo. Res enim multum necessaria mihi prorsus exciderat quàm in illo viro liquid literis memoriæ mandatis credendum est, quàuis Varroni quis non cedat, mirari & penè quotidianis vt scis efferre laudibus soleo, quod regendæ reipublicæ disciplinam, suis auditoribus vltimam tradebat iam doctis, iã perfectis, iam sapientibus, iam beatis. Tantos ibi enim fluctus videbat, vt eis nollet cõmittere nisi virum, qui & in regendo penè diuinæ scopulos euitaret, & si omnia defecissent, ipse illis fluctibus quasi scopulus sieret. De solo enim sapiente verissime dici potest, ille velut pelagi rupes immota resistit: & cætera quæ luculentis in hanc sententiam versibus dicta sunt. Hic finis disputationis factus est, lætisq; omnibus & multum sperantibus confessum dimisimus, cum iam nocturnum lumen fuisset illatum.

Aen. 7.

A

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Beata Vita Liber.

PRAEFATIO.

1. Retra cta. ca. 3.

SI ad Philosophiæ portum de quo iam in beatæ vitæ regionem solumq; procedi tur, vir humanissimæ atq; magnæ Thodoræ, ratione institutus cursus & voluntas ipsa perduceret, nescio vtrum temere dixerim, multo minoris numeri homines ad eum peruenturos fuisse, quamuis nunc quoq; vt videmus rari admodum pauciq; perueniant. Cum enim in hunc mundum, siue deus, siue natura, siue necessitas, siue voluntas nostra, siue coniuncta horum aliqua, siue simul omnia, res. n. multũ obscura est, sed tũ ãte iam illustranda susceptа, velu ti in quoddã procellosum salũ nos quasi temere passimq; proiecerit, quotus quisq; cognosceret quo sibi intendum esset, quave redeundũ, nisi aliqñ & inuitos contraq; obnitentes aliqua tẽpestas, q̃ stultis uidetur aduersa, in optatissimã terrã nescientes errantesq; compingeret. Igitur hominum quos philosophia potest accipere, tria quasi nauigantium genera mihi videor videre. Vnũ est eorum, quos ubi ætas compos rationis assumpserit, paruo impetu pulsuq; remorum de próximo fugiunt, sesq; recondunt in illa tranquillitate, vnde cæteris ciuibus quibus possunt, quo admoniti conentur ad se, lucidissimum signum sui alicuius operis erigunt. Alterum verò est eorum superioriq; contrarium, qui fallacissima facie maris decepti, elegerunt in medium progredi longeq; à suæ patria peregrinari audent, & sæpe eius obliuiscuntur. Hos si nescio quo & nimis latente modo à puppi ventus, quẽ prosperum putant, fuerit prosecutus, penetrant, in altissima miseriarum elati atq; gaudentes, quod eis vsquequaq; fallacissima serenitas voluptatum, honorumq; blanditur. His profecto quid aliud optandum est, q̃ quædam in illis rebus à quibus iactati excipiantur in prosperã, & si parum est, sæuiens omnino tempestas, cõtrarieq; flans ventus, qui eos ad certa & solita gaudia vel flentes gementesq; perducat? Huius generis tũ plerique nondum longius euagati, quibusdam non ita grauibus molestijs reducuntur. Hi sunt homines, quos cum lachrymabiles tragœdiæ fortunarum suarũ, vel inanium negociorum anxiæ difficultates, quasi nihil aliud habentes quod agant, in libros doctorũ sapientissimorumq; hominum traxerint, in ipso quodammodo portu euigilant, vnde illos nullla maris illius promissa nimium falso ridentis excludant. Est autem genus inter hæc tertium eorũ, qui vel in ipso adolescentiæ limine, vel iandiu multumq; iactati, tamen quædam signa respiciunt, & suæ dulcissimæ patriæ, quanuis in ipsis fluctibus, recordantur: & aut recto cursu in nullo falsi, nihil morati, eam repetunt: aut plerunq; vel inter nubila deuiantes, vel mergentia contuentes sydera, vel nonnullis illecebris capti, bonæ nauigationis tempora differentes, errant diutius, sæpe etiam periclitantur. Quos item sæpe nonulla in fluxis fortunis cala-

Tria in philosophia nauigantium genera.

1. Retra cta. ca. 2.

D calamitas, quasi conatibus eorum aduersa tempestas in optatissimam vitã quietamq; compellit. His autem omnibus, qui quocunque modo ad beatæ vitæ regione feruntur, vnus immanissimus mons ante ipsum portum constitutus, qui etiam magnas ingredientibus gignit angustias, vehementissime formidandus, cautissimeq; vitandus est. Nã ita fulget, ita mentiente illa luce vestitur, vt non solũ peruenientibus, nondumq; ingressis incolendum se offerat, & eorum voluntatibus pro ipsa beata terra satisfacturum polliceatur: sed plerunq; de ipso portu ad sese homines inuitat, eosq; nonnunquam detinet ipsa altitudine delectatos, vnde cæteros despicere libeat. Hi tamen admonent sæpe venientes, ne aut occultis subter scopulis decipiantur, aut ad se ascendere facile putent: & quã sine periculo ingrediantur propter illius terræ vicinitatem beneuolentissime docent. Ita cũ eis inuident vanissimam gloriã, locũ securitatis ostendunt. Nã quẽ montẽ alium vult intelligi ratio propinquantibus ad philosophiam ingressisue metuendũ, nisi superbum studium inanissimæ gloriæ: quod ita nihil intus plenũ atq; solidum habet, vt inflatos sibi superambulantes succrepante fragili solo demergat ac sorbeat, eisq; in tenebras reuolutis, eripiat luculentissimã domum, quam penè iam viderant. Quæ cum ita sint, accipe mi Theodore: namq; ad id quod desidero, te vnum intueor, teq; aptissimum semper admiror. Accipe, inquam, & quod illorum trium genus hominum me tibi dederit, & quo loco mihi esse videar, & abs te cuiusmodi auxilium certus expectẽ. Ego ab vsq; vñ vicesimo anno ætatis meæ, postquam in schola rhetorum librũ illũ Ciceronis, qui Hortensius vocatur, accepi, tanto amore philosophiæ successus sum, vt statim ad eam me transferre meditarer. Sed neque mihi nebulæ defuerunt, quibus confunderetur cursus meus, & diu fateor, quibus in errorẽ ducebar, labentia in Oceanum astra suspexi. Nã & superstitio q̃dam puerilis me ab ipsa inquisitione terrebat. Et vbi factus erectior, illã caliginẽ dispuli, mihiq; persuasi docentibus potius quam iubentibus esse credendum, incidi in homines, quibus lux ista, q̃ oculis cernitur, inter summa & diuina cõdita videretur. Non assentiebar, sed putabã eos magnũ aliquid tegere illis inuolucris, quod essent aliqñ aperturi. At vbi discussis eis euasi, maxime traiecto isto mari, diu gubernacula mea repugnãtia omnibus ventis in medijs fluctibus Academici tenuerunt. Deinde veni in has terras, hic septentrionẽ cui me crederem didici. Animaduerti. n. & sæpe in sacerdotis nostri, & aliquando in sermonibus tuis, cũ de deo cogitaretur, nihil omnino corporis esse cogitandum, neq; cũ de anima: nam. i. vnum in rebus proximum deo. Sed ne in philosophiæ gremium celeriter aduolarem, fateor: vxoris honorisq; illecebra detinebar: vt cũ hæc essem cõsecutus, tum demum me, quod paucis fœliciss imis licuit, totis velis omnibusq; remis in illum sinũ raperem, ibiq; cõquiescerẽ. Lectis autẽ Platonis paucissimis libris, cuius te studiosissimũ accepi, collataq; cũ eis quantũ potui, etiam illorũ authoritate, qui diuina mysteria tradiderunt, sic exarsi, ut omnes illas velẽ ancoras rumpere, nisi me nonnullorũ hominũ existimatio cõmoueret. Quid ergo restabat aliud, nisi vt immoranti mihi superfluis, tẽpestas q̃ putabatur aduersa, succurreret? Itaq; tantus me arripuit pectoris dolor, vt illius professionis onus sustinere nõ ualẽs, q̃ mihi vilificabã fortasse ad sirenas abijcerẽ omnia, & optatæ tranquillitati vel quasi G satam nauem fessamq; perducerem. Ergo vides in qua philosophia quasi in portu nauigẽ. Sed ẽt ipse late patet, eiusq; magnitudo quãuis iã minus periculosum, non tamen penitus excludit errorẽ. Nã cui parti terræ, q̃ profecto vna beata est, me admoueam eãq; contingam prorsus ignoro. Quid. n. solidũ tenui, dũ adhuc de anima quæstio nutat & fluctuat? Quare obsecro te per virtutem tuam, per humanitatem, per animarũ interse uinculum atq; cõmerciũ, vt dexterã porrigas. Hoc aũt est, vt me ames, & à me uicissim te amari credas charumque haberi. Quod si impetrauero, ad ipsam beatã uitã, cui te iam hærere præsumo, paruo conatu facillime accedam: Quid autẽ agã, quove modo ad istum portũ necessarios meos congregẽ, vt cognoscas ex eo animũ meum? Neq; enim alia signa inuenio quibus me ostendã: vel quo plenius intelligas pelagus disputationum mearũ, quod mihi videtur religiosius euasisse, atq; tuo titulo dignius, ad te scribendum putaui, & ipso tuo nomine dedicandũ. H Aptissimè sanè. Nã de beata vita quæsiuimus inter nos, nihilq; aliud video quod magis Dei donum vocandum sit. Eloquentia tua territus non sum. Quicquid. n. amo, quãuis non assequar, timere non possum: fortunæ

F

1. Retra. Cap. 1.

Infra disputatio ca. 3.

1. Con. fes. ca. 4. & 6. c. 11 & 8. c. 7.

1. Retr. Cap. 2.

1. Con. fes. ca. 6.

1. Cõfes. cap. 14.

6. Cõfes. cap 6.

1. Retra. cap. 2.

tunæ vero ſublimitatem multo minus: apud te enim vere quanuis ſit magna, ſecũda eſt.
Occaſio diſputationis. nam quibus dominatur, eoſdem ipſos ſecundos facit. Sed iam quid afferam, quæſo aduerte. Idibus nouembris mihi natalis dies erat: poſt tam tenue prandium, vt ab eo nihil ingeniorum impediretur, omnes qui ſimul, non modo illo die, ſed quotidie conuiuabamur in balneas ad conſedẽdum vocaui. Nã is tempori aptus locus ſecretusq; occurrerat. Erant autem (non enim vereor eos ſingulari benignitati tuæ notos interim nominibus facere) in primis noſtra mater, cuius meriti credo eſſe omne quod viuo: Nauigius frater meus, Trigetius & Licentius, ciues & diſcipuli mei: nec Laſtidianum & Ruſticum conſobrinos meos, quanuis nullum vel grammaticum paſsi ſint, deeſſe volui, ipſumq; eorum ſenſum communem ad rem
9. Conf. cap. 6. quam moliebar, neceſſarium putaui. Erat ẽt nobiſcum ætate minimus omnium, ſed cuIius ingenium, ſi amore non fallor, magnum
Primi diei diſputatio. quiddam pollicetur, Adeodatus filius meus. Quibus attentis ſic cœpi. Manifeſtum vobis videtur ex anima & corpore nos eſſe cõpoſitos? Cum omnes conſentirent, Nauigius ſe ignorare reſpondit. Cui ego, Nihilne omnino ſcis, inquam, an inter aliqua quæ ignoras etiam hoc numerandum eſt? Non puto me, inquit omnia neſcire. Poteſne, inquam, nobis dicere aliquid eorum quæ noſti? Poſſum, inquit, Niſi moleſtum eſt, inquam, profer aliquid. Et cum dubitaret, ſcis ne, inquam, ſaltem te viuere? Scio, inquit. Scis ergo habere te vitam? Siquidem viuere nemo niſi vita põt. Et hoc, inquit, ſcio. Scis etiã corpus te habere. Aſſentiebatur. Ergo iam ſcis te conſtare ex corpore & vita. Scio interim, ſed vtrum hæc ſola ſint, incertus ſum. Ergo duo iſta, inquam, eſſe non dubitas, corpus & animã, ſed incertus es vtrum ſit aliud quod ad complendum ac perficiendum hominem valet. Ita, inquit. Hoc quale ſit, alias ſi poſſumus quæremus, inquã. Núc illud iam ex omnibus quæro, cum fatemur cunctis, neq; ſine corpore, neq; ſine anima eſſe poſſe hominem, cibos propter quod horum appetamus. Propter corpus, inquit Licentius. Cæteri autem cunctabantur, varioque ſermone inter ſe agebant, quomodo poſſet propter corpus cibus neceſſarius videri, cum appeteretur propter vitam, & vita non
K niſi ad animam pertineret. Tum ego, Videtur, inquam, nobis ad eam partem cibum pertinere, quam cibo creſcere robuſtioremq; fieri videmus? Aſſentiebantur præter Trigetium. Ait enim, Cur ergo non pro edacitate mea creui? Modum, inquam, ſuum à natura conſtitutum habent omnia corpora, vltra quam menſuram progredi nequeant: tamen ea menſura minora eſſent. ſi eis alimenta deeſſent, quod & in pecoribus facilius animaduertimus. Et nemo dubitat cibis ſubtractis omnium animantium corpora macreſcere. Macreſcere, inquit Licentius, non decreſcere. Satis eſt mihi, inquam, ad id quod volo. Et enim quæſtio eſt, vtrum ad corpus cibus pertineat. Pertinet autem cum eo ſubducto ad maciem deducitur. Omnes ita eſſe cenſuerunt. Quid ergo anima, inquam, nullane habet alimenta propria? An eius eſca ſcientia nobis videtur? Planè, inquit, mater, nulla re alia credo ali animam, q̃ intellectu rerum atq; ſcientia. De qua ſententia cum Trigetius dubium ſe oſtenderet, Hodie, inquit, illa, tuipſe nonne docuiſti, vnde aut vbi anima paſcatur? Nam poſt aliquantam prandij partem te dixiſti non aduertiſſe, quo vaſculo vteremur, ꝙ alia neſcio quę cogitaſſes, nec tamen ab ipſa ciborum parte abſtinueras manus atq; morſus. Vbi igitur erat animus tuus, quo tempore illud te veſcente nõ attendebat, inde mihi crede, & talibus epulis animus paſcitur, id eſt, theorijs, & cogitationibus ſuis, ſi ſuper eas aliquid percipere poſsit. De qua re cum dubitanter ſtreperẽt, nonne, inq̃, cõceditis hominũ doctiſſimorũ aios multo eſſe q̃ imperitorũ, quaſi in ſuo genere pleniores, atq; maiores? Manifeſtũ eſſe dixerunt. Recte igitur dicemus eorũ animos qui nullis diſciplinis eruditi ſunt, nihilque bonarum artium hauſerunt, ieiunos & quaſi famelicos eſſe. Plenos, inquit Trigetius & illorum animos eſſe arbitror, ſed vtijs atq; nequitia. Iſta ipſa eſt, inquam, crede mihi quædam ſterilitas & quaſi fames animorum. Nam quemadmodum corpus detracto cibo plerunq; morbis atq; ſcabie repletur, quæ in eo vitia indicant famem, ita & illorum animi pleni ſunt morbis, quibus ſua ieiuna confitentur. Etenim ipſam nequitiam matrem omnium vitiorum, ex eo ꝙ ne quicquam ſit, id eſt, ex eo ꝙ nihil ſit, veteres dictam eſſe voluerunt. Cui vitio quæ contraria virtus eſt, frugalitas nominatur. Vt igitur hæc à fruge, id eſt, à fructu, propter quandam animorum fœcunditatem: ita illa ab ſterilitate, hoc eſt, à nihilo nequitia nomi-

nominata eſt. Nihil eſt enim oẽ quod fluit, quod ſoluitur, quod liqueſcit & quaſi ſemper perit. Ideo tales homines etiam perditos dicimus. Eſt autem aliquid ſi manet, ſi conſtat, ſi ſemper tale eſt, vt eſt virtus, cuius magna pars eſt atq; pulcherrima, quæ tẽperantia & frugalitas dicitur. Sed ſi hoc obſcurius eſt q̃ vt id iam vos videre poſsitis, certe illud conceditis, quia ſi animi imperitorum etiam ipſi pleni ſunt, vt corporum, ita animorum duo alimentorum genera inueniuntur: vnum ſalubre atq; vtile, alterum morbidum atq; peſtiferum. Quæ cum ita ſint, arbitror die natali meo, qñ duo quædam eſſe in hoĩe conuenit inter nos, id eſt, corpus atq; aiam, non me prandium paulo lautius, corporibus noſtris ſolum, ſed & animis etiã exhibere debere. Quod aũt hoc ſit prandiũ, ſi eſuritis, proferam. Nam ſi vos inuitos & faſtidientes alere conabor, fruſtra operã conſumam, magisq; vota facienda ſunt, vt tales epulas potius, quàm illas corporis deſideretis. Quod eueniet, ſi ſani animi veſtri fuerint. Aegri enim ſicut in moribus ipſius corporis videmus, cibos ſuos recuſant & reſpuunt. Omnes ſe vultu ipſo & conſentiente voce quicquid præparaſſem iam ſumere ac vocare velle dixerunt. Atque ego rurſus exordiens, Beatos eſſe nos volumus, inquã. Vix hoc effuderã, occurrerunt vna voce cõſentientes. Videturne uobis, inquam, beatus eſſe qui quod vult non habet? Negauerunt. Quid, ois qui qđ vult habet, beatus eſt? Tũ mater, Si bona, inquit, velit & habeat, beatus eſt. Si autem mala velit, quãuis habeat, miſer eſt. Cui ego arridens atque geſtiens, Ipſam, inquam, prorſus mater arcem philoſophiæ tenuiſti. Nam tibi proculdubio verba defuerunt, vt non ſicut Tullius te mõ panderes, cuius de hac ſententia verba iſta ſunt. Nam in Hortenſio, quem de laude ac defenſione philoſophiæ librum fecit, Ecce autem, ait, non philoſophi quidem, ſed prompti tñ ad diſputandũ, omnes aiunt eſſe beatos qui viuãt vt ipſi velint. Falſum id quidem. Velle enim quod non deceat, idem ipſum miſerrimum. Nec tam miſerũ eſt non adipiſci qđ velis, q̃ adipiſci velle quod non oporteat. Plus enim mali paruitas voluntatis affert, quàm fortuna cuiquam boni. In quibus verbis illa ſic exclamabat, vt obliti penitus ſexus eius, magnum aliquem virum conſidere nobiſcum crederemus, me interim quantum poteram intelligente, ex quo illa & q̃
diuino fonte manarent. Et Licentius, Sed dicendum, inquit, tibi eſt, vt beatus ſit quiſq;, quid velle debeat & quarum rerũ eũ oporteat habere deſiderium. Inuita me, inquam, natali tuo quando dignaberis, quicquid apoſueris libenter ſumam. Qua conditione hodie apud me vt epuleris peto, nec flagites quod fortaſſe non eſt paratum. Quem cum modeſtæ ac verecundæ commonitionis ſuæ pœniteret: ergo illud, inquam, conuenit inter nos, neq; quenquam beatum eſſe poſſe, qui quod vult non habet, beatum non eſſe 4. ſen. di-
dederunt. Quid illud, inquam, conceditis, 49. cap.
omnem qui beatus non eſt, miſerũ eſſe? Nõ ſolet.
dubitauerunt. Omnis igitur, inquã, qui qđ C
vult non habet, miſer eſt. Placuit omnibus. Infra di-
Quid ergo ſibi homo comparare debet vt ſp. 2.
beatus ſit, inquam? Forte enim etiam hoc iſti noſtro conuiuio ſubminiſtrabitur, ne Licentij auiditas negligatur: nam id opinor ei cõparandum eſt, quod cum vult habet. Manifeſtum eſſe dixerunt. Id ergo, inquam, ſemp manens, nec ex fortuna pendulum, nec vllis ſubiectum caſibus eſſe debet. Nã quicquid 1. Retr.
mortale & caducum eſt, non poteſt à nobis Cap. 2.
quando volumus, & quandiu volumus, haberi. Aſſentiebantur omnes. Sed Trigetius, Sunt, inquit, multi fortunati, qui eaſipſas res fragiles caſibusq; ſubiectas, tamen iucundas pro hac vita, cumulate largeq; poſsideant, nec quicquam illis eorum quæ volunt deſit. Cui ego, Qũ timet, inquam, videturne tibi beatus eſſe? Non videtur, inquit. Ergo quod amat quiſque ſi amittere poteſt, poteſtne nõ timere? Non poteſt, inquit. Amitti autẽ poſſunt illa fortuita. Non igitur hæc qui amat & poſsidet, ꝙt vllo modo beatus eſſe. Nihil repugnauit. Hoc loco aũt mater, Etiam ſi ſecurus ſit, inquit, ea ſe omnia non eſſe amiſſurũ, tũ talibus ſatiari nõ poterit. Ergo & eo miſer quo ſemp eſt indigus. Cui ego, Quid, inquam, his omnibus abundans rebus atque circunfluens, ſi cupiendi modũ ſibi ſtatuat, eisq; contentus decenter iucundeq; perfruatur, nonne tibi videtur beatus? Non ergo, inquit, illis rebus, ſed animi ſui moderatione beatus eſt. Optime, inq̃, nec huic interrogationi aliud, nec abs te aliud debuit reſpõderi. Ergo nullo mõ dubitamus, ſiquis beatus eſ- D
ſe ſtatuit, id eũ ſibi comparare debere, quod ſemp manet, nec vlla fœuiente fortuna eripi poteſt. Hoc, inquit, Trigetius, iamdudũ conſenſimus. Deus, inquã, vobis æternus & ſemper manens videtur? Hoc quidem, inquit,

Licentius, ita certum est, vt interrogatione nō egeat, cæteriq; omnes pia deuotione concinuerunt. Deum igitur, inquam, qui habet beatus est. Quod cum gaudentes libentissime accepissent, nihil ergo, inquam, nobis iā quærendum esse arbitror, nisi quis hominū habeat Deum, beatus enim profecto is erit. De quo quęro quid vobis videatur. Hic licentius, Deum habet, qui bene viuit. Trigetius, Deum habet, inquit qui facit quæ Deus vult fieri. In cuius sententiam Lastidianus concessit. Puer ât ille minimus omnium, is habet Deum ait, qui spiritum immundū nō habet. Mater vero omnia, sed hoc maxime approbauit. Nauigius tacebat. Quem cū interrogassem quid sentiret, illud vltimum sibi placere respondit. Nec Rusticum percontari visum est negligendum, quænam esset de re tanta eius sententia. Qui mihi videbat
E quod non deliberatione magis q̄ pudore impeditus fileret, Trigetio cōsensit. Tum ego, Teneo, inquam omnium placita de re magna sanè, & vltra quam nec quæri quicquā oportet, nec inueniri potest, si modo eam vti cœpimus sereniſsime ac syncerisime inuestigemus. Quod hodie quia longum est, & habent in epulis suis & animi quādam luxuriem, si vltra modum in eas & voraciter irruant. Ita enim male quodammodo digerunt, vnde valetudini mentium non minus q̄ ab illa ipsa fame metuendum est, melius nos hæc quæstio cras esurientes, si videtur, accipiet. Illud modo libēter liguriatis volo, quod subito mihi ministratori vestro in mētem suggestum est inferendum: & est, nisi fallor, qualia solent vltima apponi, quasi scholastico melle confectum atq; conditum. Quo audito sese omnes quasi in allatū ferculum tetenderunt, coegeruntq; vt dicere properarē quidnam id esset. Quid inquam, putatis, nisi cum Academicis totum quod suſceperamus confectum esse negocium? Quo accepto nomine, tres illi qbus res nota erat, sese erexerunt alacrius, & velut porrectis, vt
F fit, manibus inferentem ministrum adiuuerunt, quibus potuerunt verbis nihil se iucundius audituros esse monstrantes. Tum ego ita rem proposui, Si manifestum est, inquā, beatum non esse, qui quod vult non habet, quod paulоante ratio demonstrauit: nemo autem quærit quod inuenire non vult, & quærunt illi semper veritatem: volunt ergo inuenire: volunt igitur habere inuentionem veritatis, & non inueniunt: sequitur eos nō habere quod volunt, & ex eo sequitur, etiam beatos nō esse. At nemo sapiens nisi beatus, Sapiens igitur Academicus non est. Hic repente illi, quasi totum rapientes exclamauerunt. Sed Licentius attentius & cautius aduertens timuit assensionem, atque subiecit. Rapui quidem vobiscum, siquidē exclamaui illa cōclusione commotus. Sed nihil hinc admittam in viscera, & parte meam seruabo Alipio. Nam aut simul eam mecum lambet, aut me admonebit, cur non oporteat attingere, Dulcia, inquam, magis metuere Nauigius deberet splene vitioso. Hic ille arridēs. Planè, inquit me talia sanabūt. Nam nescio quomodo contortum hoc & aculeatum qd posuisti, vt ait ille, de melle Hymetico, acriter dulce est, nihilq; inflat viscera. Quare totum etiam palato aliquantum remorso, tū vt possum libentissime in medullas traiicio. G Non.n. video qūo redargui possit ista conclusio. Prorsus nullo modo pt, inquit, Trigetius. Quare gaudeo iam diu cum illis me inimicitais suscepisse. Nā nescio qua impellente natura, vel vt verius dicā, Deo, etiam nescienſ quomodo refellēdi essent, tū eis nimis aduersabar. Hic Licentius. Ego, inquit, illos nondum desero. Ergo, ait Trigetius, dissentis à nobis? Nunquidnam ille inquit, vos ab Alipio dissentitis? Cui ego. Non dubito, inquam, quin si adesset Alipius, huic ratiuncułæ cederet. Non.n.tam absurde sentire poterat, vt aut beatus ille videretur, qui tm̄ bonū animi quod ardentissime vellet habere non haberet, aut illos nolle inuenire veritatem, aut eum qui beatus non sit esse sapientē: Nā his tribus quasi melle farre atque nucleis illud quod metuis gustare confectum est. Illene, inquit, huic tam paruæ puerorum illecebræ cederent, Academicorum tanta vbertate deserta, qua inundante hoc nescio quid breue aut obruetur, aut protrahetur? Quasi vero, inquā longū aliquid nos quæramus, præsertim aduersus Alipiū. Nam nō medio criter parua ista esse fortia & vtilia, satis sibi H ipse de suo corpore argumentaretur. Tu aūt qui elegisti de absentis authoritate pēdere, quid horū non probas? Vtrum beatū nō esse qui quod vult non habet? An illos negas velle habere inuentam veritatē, quā vehementer inquirunt? An vr tibi quisquā sapiens non beatus? Prorsus beatus est, inquit, qui quod vult non habet, quasi stomachāter arridēs. Quod cum iuberem vt scriberetur, Non dixi, inquit, exclamans. Quod ita cum annuerē scribi, Dixi, inquit. Atq; ego semel pręceperā vt nullum verbum pręter literas funderet. Ita adolescentē inter verecūdiam atq; constantiam exagitatum tenebam. Sed cum his verbis eū iocantes quasi ad uescendā particulā suam prouocaremus, animaduerti cæteros rei totius ignaros, sed scire cupientes quid inter nos solos tā iucunde ageretur, sine risu nos intueri. Qui mihi prorsus similes visi sunt, qd̄ plerunq; fieri solet, ijs, qui cū epulanr inter auidissimos rapacissimosq; conuiuas à rapiēdo uel grauitate sese abstinent, vel pudore terrentur. Et qa ego inuitauerā, et magni cuiusdam hominis personam, atq; vt totum explicē, veri hominis
I etiam in illis epulis inuitatorem gerebā sustinere nō potui, cōmouitq; me illa inæqualitas mensę nostrę, & discrepātia. Arrisi matri, Atq; illa liberrime qd̄ minus habebant, quasi de suo cellario propinandum imperās, Iam dic nobis, inquit, & redde qui sint isti Academici, & quid sibi velint? Cui breuiter cum exposuissem apertecq;, ita ut nemo illorū ignarus abscederet. Isti homines, inquit, caducarij sunt, quo noie vulgo apud nos vocātur, quos comitialis morbus subuertit: & simul surrexit vt abiret, atque hic omnes lęti ac ridētes inter posito fine discessimus. Postridie autem cum itē post prādiū, sed aliquanto q̄ pridie serius ijdē ibidemq; consedissemus, tarde, inquā, veniſtis ad conuiuium, quod vobis non cruditate accidisse arbitror, sed paucitatis ferculorum securitatē, quod non tā mature aggrediendū visum est, quod cito vos peresuros putastis. Non multū.n. reliquiarū credendū erat remāsisse, vbi die ipso atq; solēnitate tam exiguum repertum erat. Fortasse recte. Sed qd vobis præparatum sit, ego quoq; vobiscū nescio: Alius est enim qui omnibus vel cōmunes, tum maxime tales epulas præbere non cessat. Sed nos ab edendo, vel imbecillitate, vel
K saturitate, vel negocio plerunq̄ cessamus, quē manentē in hominibus beatos eos facere, inter nos heri nisi fallor, pie constanterq; conuenerat. Nam cum ratio demonstrasset eum beatū esse, q deū haberet, nec huic quisquā vestrum sentētiæ restitisset, quæsitū est, quisnā vobis videret Deum habere. De qua re si bene memini, tres sententiæ dictæ sunt. Nam partim placuit Deum habere illū, qui ea faceret, quæ deus vellet. Quidā aūt dixerunt qd̄ is Deum haberet, qui bene viueret. Reliquis vero in eis Deus esse visus est in quibus qui immundus appellar spiritus, non est. Sed fortasse omnes diuersis verbis vnum idemq; sensistis. Nā si duo prima consyderemus, & omnis qui bene viuit ea facit, quę vult Deus, & ois qui ea facit, q̄ vult Deus, bñ viuit: nec quicquā est aliud bñ viuere, q̄ ea facere quæ Deo placeant, nisi quid vobis aliud uidetur? Assentiebanr. Tertium vero illud paulo diligentius consyderandum est, propterea quod ritu castissimorum sacrorumque spirituum, spiritus immūdus quantum intelligo, duobus modis appellari solet. Vel ille qui extrinsecus inuadit animā sensusq; cōturbat, & quendā hominibus infert I. furorē, cui excludendo qui pręsunt, manum Spiritus imponere vel exorcizare dicuntur, hoc est, immunper diuina eum adiurando expellere. Aliter dus duoautem dr̄ spiritus immūdus, omnis omnino bus moanima immunda: quod nihil est aliud quàm dis apvitijs, & erroribus inquinata. Itaq; abs te q̄- pellari ro. Tu puer, qui fortasse aliquāto sereniore solet. ac purgatiore spiritu istā sententiam protulisti, qui tibi videar immūdum spiritum nō habere. Illene qui dæmonē non habet, quo vesani homines fieri solēt, an ille qui animā suam iā à vitijs omnibusq; peccatis mundauit? Is mihi videtur, inquit, immundū spiritum nō habere, qui caste viuit. Sed castum, inqua quē vocas? Eumne qui nihil peccat, an eum qui ab illicito tantū concubitu tēperat? Quomodo, inquit, castus potest esse qui ab illicitō tātū concubitu abstinēs sese cæteris peccatis nō definit inquinari? Ille est uere castus qui Deum attendit, & ad ipsum solum se tenet. Quæ verba pueri sicut dicta erāt, cum conscribi mihi placuisset, Is ergo inquā, necesse est vt bene viuat, & qui bene viuit necessario talis est, nisi quid tibi aliud videtur. Cōsensit cum cæteris. Ergo vna est M hic, inquam, dicta sententia. Sed illud a vobis paulum quæro, velitne Deus ut homo Deum quęrat? Dederunt. Item quęro: Nūquidnam possumus dicere, illum qui Deum quærit male viuere? Nullo modo, dixerunt. Etiā hoc tertiū respōdete, spiritus immūdus potestne Deū quærere? Negabāt aliquantū dubitante Nauigio, qui postea cæterorū uocibus cesit. Si igitur, inquā, qui Deū quęrit, id facit qd̄ deus vult, & bene viuit, & spiritū immundum nō habet, qui aūt Deū quærit, nondum habet Deum. Non igitur quisquis aut bene viuit, aut quod vult Deus facit, aut spiritum immundum non habet, continuo Deū habere dicēdus est. Hic cū se cæteri cō-

supra. di sp. 1.

cessionibus suis deceptos riderent, postulauit mater, cum diu stupida fuisset, vt ei hoc ipsum quod conclusionis necessitate intorte dixeram, explicando relaxarē, atq; soluerē. Quod cū factū esset. Sed nemo, inquit, pōt puenire ad Deū, nisi Deū quærierit. Optime, inquam. Tamen qui adhuc q̄rit, nōdum ad Deū peruenit, ēt si bene viuit. Non igit̄ q̄squis bene viuit, Deū habet. Mihi, inquit, videt̄ Deū nemo non habere, sed eū q̄ bene viuit, habet propitiū, qui male, infestū. Male igit̄, inq̄, hesterno die concessimus eū beatū
A esse qui Deum habet. Siquidem oīs homo Deum habet, nec tamen omnis homo beatus est. Adde ergo, inquit, propitium. Saltem inquam, hoc inter nos satis constat eū beatū esse qui habet propitiū Deū? Vellē inquit, Nauigius, consentire. Sed illum vereor qui adhuc q̄rit, præsertim ne concludas beatum esse Academicum, qui hesterno sermone,
Supra di. 1. vulgari quidē & male latino, sed aptissimo sanē, ut mihi videtur, verbo caducarius nominatus est. non enim possum dicere homini Deum q̄renti aduersum Deū esse: q̄d si dici nefas est, propitius erit, & qui propitiū Deum habet, beatus est. Beatus ergo erit ille, qui quērit. Omnis autē quærens nondū habet, q̄d vult. Erit igitur beatus homo qui quod vult nō habet, q̄d heri nobis oībus vi debat absurdum. unde credebamus Academicorū tenebras esse discussas. Quare iā de nobis Licentius triūphabit, mihiq; illa dul cia quæ contra valetudinem meam temere accepi has de me pœnas exigere, quasi prudens medicus admonebit. Hic cū ēt mater arrisisset ego, inquit, Trigetius, non cōcedo
B continuo Deum aduersari cui nō sit propitius, sed esse aliquid medium puto. Cui ego, istum tū hominē, inquam, medium, cui nec Deus ꝓpitius est nec infestus, deū quoquo modo habere concedis? Hic cū ille cūctaret, Aliud est, inquit mater, Deum habere, aliud non esse sine Deo. Quid ergo, inq̄, melius est, vtrū habere Deum, an nō esse sine Deo? Quantū, inquit, possum intelligere, ista est sentētia mea: Qui bene viuit, habet Deum, sed propitiū: qui male, habet Deū, sed aduersum. Qui aūt adhuc quærit, nōdumq; inuenit, neq; propitium, neq; aduersum, sed non est sine Deo. Hæcne, inquam, vestra ēt sentētia est? Hanc esse dixerūt. Dicite mihi q̄so, inq̄. Non vobis videtur esse homini Deus propitius cui fauet? Esse confessi sunt. Nō ergo, inquam, fauet Deus quærenti sese homini? Responderunt, fauet: Habet igitur, inq̄, qui Deum quērit, Deum propitium, & omnis qui habet Deum propitium, beatus est. Beatus est ergo & ille qui quærit. Qui aūt. q̄rit, nondum habet quod vult. Erit igit̄ beatus, qui q̄d vult, non habet. Prorsus, inquit, mater, non mihi videtur beatus esse qui q̄d vult non habet. Ergo, inquā, non oīs qui habet Deum propitium, beatus est. Si hoc cogit ratio, inquit, non possum negare. Ista igitur, inquam distributio erit, ut omnis qui iā Deum inuenit, & propitium Deum habeat, & beatus sit: omnis autem qui Deum q̄rit, propitium Deum habeat, sed nondū sit beatus. Iam vero quisquis vitijs atque peccatis à Deo se alienat, nō mō beatus nō sit, sed ne Deo quidē viuat propitio. Q̄d cū placuisset omnibus, Bene habet, inquam, sed adhuc illud vereor, ne vos moueat quod iam superius concesseramus, miserū esse quisquis beatus nō sit: cui consequēs erit, esse miserū hominem, q propitium tenet Deū quē adhuc Deū q̄rentē nondū diximus esse beatū. Anuero q̄d ait Tullius, multorū in terris pdio rum dominos diuites appellamus, omnium virtutum possessores pauperes nominabimus? Sed illud videte, vtrum quo verum est quod omnis egens miser sit, ita sit verū q̄d omnis miser egeat. Ita enim erit uerū, nihil aliud esse miseriā q̄ egestatē, quod me nunc cum diceretur, laudare sensistis. Hoc autem hodie longum est ut quæramus: quare peto ne fastidio vobis sit ad istam mensam cras ēt conuenire. Quod cum omnes se libentissime habere dixissent, surreximus. Tertius Disput
autem dies disputationis nostræ matutinas tio rece
nubes, quæ nos cogebant in balneas dissipa- tra dilu
uit, tempusq; pomeridianum candidissimū. D
reddidit. Placuit ergo in pratuli propinqua descendere, atque omnibus nobis vbi commodum visum est considētibus, reliquus ita sermo peractus est. Omnia penè, inquam, quæ interroganti mihi concedi à uobis volui, habeo ac teneo: quare hodierno die, quo possimus tādē hoc nostrū conuiuiū aliquo interuallo dierum distinguere, aut nihil, aut non multū erit, vt opinor, q̄d mihi uos respōdere necesse sit: Dictū. n. erat à matre, nihil aliud esse miseriam q̄ egestatem, conuenitq; inter nos, omnes, qui egeāt, miseros esse. Sed vtrum oēs ēt miseri egeant, nōnulla q̄stio est, quā hesterno die nō potuimus explicare. Hoc autē ita se habere si rō demonstrauerit, perfectissime inuentum est qui sit beatus.

beatus erit enim ille qui non eget. Omnis enim nō miser beatus est. Beatus est ergo q egestate caret, si quā dicimus egestatē, eandem miseriā esse cōstiterit. Quid. n. ait Trigetius, non pōt ex eo iam conflci, omnē non egentē beatum esse, quo manifestum est, omnem qui egeat esse miserum? Nam cōcessis-
E se nos memini, nihil esse medium inter mise- Supra di. 2.
rum, & beatum. Aliquidne, inquam, inter mortuum & viuum tibi medium videt̄ esse? Nōne oīs homo aut viuus, aut mortuus est? Fateor, inquit, neque hic esse aliquid mediū. Sed quorsum istud? Qui, inquam, etiā istud te fateri credo omnem qui ante annum sepultus est esse mortuum. Non negabant. Quid oīs qui ante annū sepultus nō est, viuit? Nō, ait, sequitur. Ergo, inquā nō sequit̄, vt si omnis qui eget miser est, omnis qui nō eget sit beatus, quāuis inter miserum & beatum, vt inter viuum & mortuum, medium nihil inueniri queat. Quod cū aliqui eorū paulo tardius intellexissent, me id q̄bus potui verbis ad eorum sensum accommodatis aperiente atque versante: Ergo, inquam, miserum esse omnem qui egeat, dubitat nemo: nec nos terrent quædā sapientium corpori necessaria. Nō. n. eis eget ipse animus, in quo posita est vita beata. Ipse enim perfectus est, nullus autē perfectus aliquo eget: & q̄d videtur corpori necessarium, sumet, si affue
rit: si non affuerit, non eum istarum rerum
F franget inopia. Omnis nanq; sapiens fortis est, nullus aūt fortis aliquid metuit. Nō igit̄ metuit sapiens, aut mortem corporis, aut dolores, quibus pellendis vel vitandis vel differendis sunt necessāria illa, quorum ei potest contingere inopia. Sed tū non desinit eis bene vti, si ipsa non desunt. Verissima est enim illa sententia: Nam tu quod vitare possit, stultum admittere est. Vitabit ergo mortem ac dolorē quantum pōt, & quantū decet, ne si minime vitauerit, non ex eo miser sit quia hæc accidunt, sed quia uitare cum posset, noluit: quod manifestum stultitię signum est. Erit ergo ista non vitans, non earum rerum perpessione, sed stultitia miser. Si autem non valuerint euitare, cum id sedulo ac decenter egerit, non eū ista irruentia miserum faciēt. Terentius in Andria. Etenim & illa eiusdem Comici sententia nō minus vera est: Quoniam non pōt id fieri quod uis, id velis quod possis. Quo erit miser, cui nihil accidit prēter voluntatē? Quia quod sibi videt non posse prouenire, nō pōt velle. Habet enim rerum certissimarum voluntatem, id est, vt quicquid agit, non agat nisi ex virtutis quodam præscripto & diuina lege sapientiæ, quæ nullo ab eo pacto eripi possunt. Item nunc videte, vtrum etiam 1. Retra-
omnis qui miser est, egeat. Nam huic senten ctā. ca. 2.
tię concedendæ difficultatem illa res facit, G
quod multi in magna fortuitarum rerum copia cōstituti sunt, quibus ita facilia sunt omnia, vt ad eorum nutum præsto sit quicquid cupiditas poscit. Difficilis quidem ista vita est. Sed fingamus aliquem talem, qualē Tullius fuisse dicit Oratam. Quis enim facile dicat Oratam egestate laborasse, hominem ditissimum, amœnissimū, delitiosissimū, cui neque ad voluptatem quicquam defuit, neq; gratiam, neq; ad bonam integramq́ valetudinem? Nā & pdiis quæstuosissimis, amicis iocundissimis, quantum libuit, abūdauit, & illis omnibus aptissime ad salutē corporis vsus est, eiusq́ue, vt breuiter totum explicē, omne institutum voluntatemq́ue oēm successio prospera consecuta est. Sed fortasse inquiet aliquis vestrum, plus illū, q̄ habebat, habere voluisse. Hoc ignoramus. Sed quod satis est quæstioni, faciamus eum non desiderasse amplius quàm tenebat. Videturne uobis eguisse? Etiam si cōcedam, inquit, Licentius, nihil eum desiderasse, quod in homine non sapiēte, nescio quomodo accipiā: metuebat tū, erat enim uir ut dicit̄, ingenij nō mali, ne illa ompia sibi vel uno aduerso impetu H
raperētur. Non enim magnum erat intelligere talia cuncta quantacunque essent, esse sub casibus constituta. Tū ego arridens, Vides, inquam, Licenti fortunatissimum istum hominem à beata vita ingenij bonitate impeditum. Quod. n. erat acutior, eo videbat illa oīa se posse amittere: quo metu frangebat̄, illudq́ue vulgare satis asserebat in fidem. Hominem malo suo esse cordatum. Hic cum & ille & cæteri arrisissent illud tū, inquā, diligentius attendamus, quia & si timuit iste, nō eguit: unde q̄stio est. Egere est enim in non habendo, non in timore amittendi, quę habeas. Erat aūt iste miser, q̄a metuebat, quāuis non eperet. Non igitur omnis qui miser est, eget. Quod cū approbauisset cū cęteris etiam ipsa cuius sentētiam defendebam, aliquantulum tamē addubitās. Nescio, inquit, tamen, & nondū plene intelligo, qūo ab egestate possit miseria, aut egestas à miseria separari. Nam & iste qui diues, & locuples erat, & nihil ut dicitis amplius desiderabat, tamen quia metuebat ne amitteret, agebat

sapientia. Ergone hunc egentē diceremus si egeret argēto & pecunia, cū egeret sapiētia,
I non diceremus? Vbi cum omnes mirando exclamassent, meipso etiā non mediocriter alacri atq; læto, quod ab ea potissimū dictū esset, quod pro magno de philosophorū, libris, atq; vltimum proferre paraueram, Videtisne, inquā, aliud esse multas variasque doctrinas, aliud animū attentissimū in deū? Nam vnde ista quę miramur, nisi inde procedunt? Hic Licentius lætus exclamans. Prorsus, inquit, nihil verius, nihil diuinius dici potuit. Nā & maior, & miserabilior egestas nulla est, quàm egere sapientia, & qui sapientia non eget, nulla re omnino egere potest. Est ergo animi egestas, inquam, nihil aliud quàm stultitia. Hæc est enim contraria sapiētiæ, & ita cōtraria vt mors vitæ, vt beata vita miseriæ, hoc est sine aliquo medio. Nā vt ois non beatus homo miser est, omnisq; homo non mortuus uiuit, sic oēm non stultum manifestum est esse sapientē. Ex quo & illud iam licet dicere, nō in eo tātum Sergium Oratā fuisse miserum, quod timebat ne fortunæ illa munera amitteret: sed quia stultus erat. Quo fit vt miserior esset, si tā pendulis nudantibusq; ijs, quæ bona putabat, nihil omnino metuisset. Esset. n. non fortitudinis excubijs, sed mētis sopore securior, & altiore stultitia demersus miser.
K At omnis qui caret sapientia magnam patitur egestatē, omnisq; compos sapientiæ nihilo eget, sequitur ut stultitia sit egestas. Vt autē omnis stultus miser, ita ois miser stultus est. Ergo ut omnis egestas miseria, ita omnis miseria egestas esse conuincitur. Quam conclusionē Trigetius cum se parū intellexisse diceret, quid, inquā, inter nos ratione conuenit? Eum egere, inquit, qui et sapientiam non habeat. Quid est ergo, inquā, egere? Sapientiam, inquit, nō habere. Quid est, inquā sapientiā non habere? Hic cū taceret, Nonne hoc est, inquā, habere stultitiā? Hoc, inquit. Nihil est ergo aliud, inquam, habere egestatē q̄ habere stultitiā. Ex quo iam necesse est egestatem alio verbo nominari qū stultitia nominatur: Quanquam nescio quo dicamus, habet egestatē, aut habet stultitiā. Tale est. n. ac si locū aliquē qui lumine careat dicamus habere tenebras: qd nihil est aliud, quàm lumē non habere. Nō enim tenebræ quasi veniunt aut recedunt, sed carere lumine hoc ipsum est iā tenebrosum esse: vt carere veste, hoc est esse nudū.
L Non enim veste accedēte veluti aliqua res mobilis nuditas fugit. Sic ergo dicimus aliquē habere egestatem: quasi dicamus habere nuditatē. Egestas enim uerbū est non habendi. Quamobrem vt quod volo explicē sicut possum, ita dicit, habet egestatē: quasi dicatur, habet non habere. Itaq; si stultitiā ipsam verā & certā egestatē esse monstratū est: vide iā quæstionem quā susceperamus vtrum soluta sit. Dubitabat enim inter nos, vtrū cum appellaremus miseriā, nihil aliud quàm egestatē nominaremus. Dedimus aūt rationē, recte stultitiā vocari egestatem. Sicut ergo, & omnis stultus miser, & omnis miser stultus est, ita necesse est non solū omnem qui egeat miserum, sed etiam oēm qui miser sit egētē esse fateamur. At si ex eo qđ & omnis stultus miser est, & ois miser stultus est, conficitur stultitiā esse miseriam: cur nō ex eo quod quisquis eget miser, & quisquis miser est egeat, nihil aliud miseriam q̄ egestatem esse conficimus? Quod cum omnes ita esse faterentur, illud iam, inquam, sequitur, vt videamus quis nō egeat. Is enim erit sapiens & beatus. Egestas autē stultitia est, egestatisq; nomen. Hoc autem verbum M sterilitatē quandam & inopiā solet significare. Attendite quæso altius, quāta cura prīscorum hominū, siue omnia, siue qđ manifestum est, quędā verba creata sunt, earū rerū maxime quarum erat notitia pernecessaria. Iā enim conceditis, omnem stultum egere, & omnē qui egeat, stultū esse, credo vos et concedere animum stultum esse uitiosum, omniaque animi vitia vno stultitię nomine includi. Primo autē die huius disputationis nostræ nequitiā dixeramus esse ab eo dictā, quod nec quicquā sit: cui cōtrariā fragilitatem à fruge fuisse nominatam. Ergo in ijs duobus contrarijs, hoc est, frugalitate atq; nequitia, illa duo videnť eminere, esse & nō esse. Egestati autem de qua quæstio est, quid putamus esse contrarium? Hic cum aliquantum cunctarentur, si dicam, inquit, Trigetius, diuitias: video his paupertatem esse cōtrariam. Est quidem, inquam, vicinum. Nā paupertas & egestas vnum atque idem accipi solent. Tamen aliud verbum inueniendum est, ne meliori parti desit vnum vocabulum, vt eum illa pars paupertatis, & egestatis nomine abūdet, ex hac parte solū opponatur diuitiarum nomen. Nihil. n. absurdius quàm vt hic sit egestas vocabuli, vbi est cōtraria pars egestati. Plenitudo, inquit, Licentius, si dici potest, videtur mihi recte opponi egestati. Postea, inquā, de verbo q̄remus fortasse diligentius. Non enim hoc curandū est in inquisitione veritatis. Quāuis. n. Saluſtius electissimus pensator uerborum, egestati opposuerit opulentiam, tn accipio istam plenitudinem. Non. n. nec hic Grammaticorum formidine liberabimur, aut metuendum est ne ab eis castigemur, quod incuriose vtimur verbis, qui res suas nobis ad vtendum dederunt. Vbi cum arrisissent, ergo quia mētes vestras, inquā, cum intenti estis in Deū, velut quædam oracula non contemnere statui, videamus quid sibi velit hoc nomen. Nam nullum accommodatius esse arbitror veritati. Plenitudo igit, & egestas cōtraria sunt: At ēt hic, similiter, vt in neq̄tia et frugalitate apparent illa duo, esse & nō esse. Et si egestas est ipsa stultitia, plenitudo erit sapientia. Merito etiā virtutū omnium matrē multi frugalitatē esse dixerunt. Quibus consentiens Tullius ēt in populari ōrone ait: Vt volet quisque accipiat. Ego tn frugalitatē, id est, modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam iudico.
B Prorsus doctissime ac decētissime. Consyderauit enim frugem, id est, illud quod esse dicimus, cui est non esse contrariū. Sed propter vulgarem loquendi consuetudinem, qua frugalitas quasi parsimonia dici solet, duobus consequentibus quid senserit illustrauit, subijciendo modestiam, & temperātiam: Et hæc duo verba diligentius attendamus. Modestia vtique dicta est à modo, et à temperie temperantia. Vbi autē modus est atq; temperies, nec plus est quicquā nec minus. Ipsa est igitur plenitudo quam egestati contrariā posueramus, multo melius quàm si abundantiam poneremus. In abundantia enim intelligitur affluentia, & quasi rei nimiū exuberantis effusio. Qđ cū euenit ultra q̄ satis est, ēt ibi desiderat modus, & res quæ nimia est, modo eget. Ergo nec ab ipsa redundātia egestas aliena est, a modo autē, & plus, & minus aliena sunt. Ipsam etiam opulētiā si discutias, inuenies eā nihil aliud tenere, q̄ modum. Nā non nisi ab ope dicta est opulentia. Quō autem opitulatur quod nimium est, cum incommodus sit sape, q̄ parum? Quicquid igitur vel parum vel nimium est, quia modo eget, obnoxiū est egestati. Modus ergo animi sapia est. Etenim
C sapientia contraria stultitiæ non negatur, & stultitię egestas, egestati autē contraria plenitudo. Sapientia igitur plenitudo. In plenitudine aūt modus. Modus igit animi in sapientia est. Vnde illud præclarum est, & nō immerito diffamat hoc primum in uita esse vtile. Vt ne quid nimis. Dixeramus autē in exordio hodiernę disputationis nostræ, qđ si inueniremus nihil aliud esse miseriam q̄ egestatem: eum beatum esse fateremur, qui non egeret. Est autem inuentum: Ergo beatum esse nihil est aliud quàm nō egere, hoc est, esse sapientem. Si autem q̄ritis qd sit sapientia, nā & ipsam ratio quantū in psentia potuit, euoluit atq; eruit. Nihil est aliud q̄ modus animi, hoc ē quo sese animus librat, vt neque excurrat in nimium, neque infra quàm plenum est, coarctetur. Excurrit autē in luxurias, dominationes, superbias, cętera-que id genus, quibus immoderatorum miserorum-que animi sibi lętitias atque potentias comparari putāt. Coarctatur autem sordibus, timoribus, mœrore, cupiditate, atque alijs quæcunque sunt quibus homines miseros ēt miseri confitentur. Cū uero sapientiam contēplatur inuētam, cumq;, vt huius pueri verbo vtar, ad ipsam se tenet, nec se ad D simulacrorum fallaciam, quorum pondus amplexus à Deo suo cadere atque demergi solet, vlla commotus inanitate conuertit, nihil immoderationis, & ideo nihil egestatis, nihil igitur miseriæ pertimescit. Habet ergo modum suum. i. sapientiam, quisquis beatus est. Quæ est autem dicenda sapientia, nisi q̄ dei sapientia est? Accepimus autem etiam authoritate diuina, Dei filium nihil esse aliud q̄ Dei sapientiam: & est Dei filius, pfecto Deus. Deū habet igitur quisquis beatus est, quod omnibus nobis iam ante placuit, cum hoc conuiuium ingressi sumus. Sed qd putatis esse sapientiam, nisi veritatem? Etiā hoc. n. dictum est. Ego sum veritas. Veritas autem ut sit, fit per aliquem summum modū, à quo ꝓcedit, & in quem se perfecta conuertit. Ipsi aūt summo mō nullus alius modus imponitur. Si enim summus modus per summum modum modus est, per seipsum modus est. Sed ēt summus modus necesse est ut uerus modus sit. Vt igit veritas modo gignitur, ita modus veritate cognoscitur. Neque igitur ueritas sine modo, neque modus sine veritate unquam fuit. Quis est Dei filius? Dictū est, veritas. Quis est qui nō habet patrem? Quis alius q̄ summus modus? E Quisquis igit ad summū modū ꝑ veritatē venerit, beatus est. Hoc est animum Deum

Terentius in Andria supra. disputa. 3.

Sapiētia quid sit.

1. Co. 1.

Ioā. 14.

habere,id est,Deo frui. Cætera.n.quanuis à Deo habeantur,non habent Deũ. Admonitio ãt quædam, quæ nobiscum agit, vt Deũ recordemur,vt eum quęramus,vt eum pulso omni fastidio sitiamus,de ipso ad nos fonte veritatis emanat. Hoc interioribus luminibus nostris iubar sol ille secretus infundit. Huius est verum omne quod loquimur, ẽt quando adhuc vel minus sanis vel repente apertis oculis audacter conuerti, & totũ intueri trepidamus:nihilq; aliud etiam hoc apparet esse q̃ Deum,nulla degeneratione impediente perfectum. Nam ibi totũ atq; omne perfectum est, simulque est omnipotentissimus Deus. Sed tamen quandiu quærimus, nondum ipso fonte atq; vt illo verbo vtar, plenitudine saturati, nondum ad nostrum modum nos peruenisse fateamur: & ideo quanuis iam Deo adiuuante, nondum tamẽ sapientes ac beati sumus. Illa est igitur plena satietas animorum, hæc est beata vita, pie perfecteq; cognoscere à quo inducaris in veritatem,qua veritate perfruaris, per quod F connectaris summo modo. Quę tria vnum Deum intelligentibus vnamq; substantiam, exclusis vanitatibus variæ superstitionis, ostendunt. His mater recognitis verbis, quæ suæ memoriæ penitus inhærebant, & quasi euigilans in fidem suam,versum illum sacer Ambr. ĩ dotis nostri:Foue precantes trinitas: læta eft hymno, fudit, atque subiecit: Hæc est nullo ambi- De⁹ crea gente beata vita, quæ vita perfecta est, ad tor om- quam nos festinanter posse perduci, sola finium. de,alacri spe, flagrante charitate præsumen- Lib. 9. dum est. Ergo,inquam,quoniam modus ip- Confes. se nos admonet,conuiuium aliquo interual- cap. 12. lo dierum distinguere, quantas pro viribus & li.11. possum gratias ago summo & vero Deo pa cap. 27. tri domino liberatori animarum. Deinde vobis qui concorditer inuitati, multis ẽt me cumulastis muneribus. Nam tantum in nostrum sermonem contulistis, vt me negare non possim ,ab inuitatis meis esse satiatum. Hic omnibus gaudentibus & laudantibus Deum, quã vellem,inquit, Trigetius, hoc modo nos quotidie pasceres. Modus, inquam, ille vbiq; seruãdus est, vbiq; amãdus, si vobis cordi est ad Deum reditus noster. His dictis facto disputationis fine discessimus.

D. AVRELII AVGVSTINI
SOLILOQVIORVM
Libri de cognitione Dei & animæ.

VOluenti mihi multa ac varia mecum diu, ac per multos dies sedulo quærenti memetipsum ac bonum meum,quidue mali euitandum esset: ait mihi subito, siue ego ipse, siue alius quis extrinsecus siue intrinsecus,nescio. nam hoc ipsum est,quod magnopere scire molior. Ait ergo mihi, RA. Ecce fac te inuenisse aliquid,cui cogi H tata commendabis, vt pergas ad alia. AV. Memoriæ.s. RA. Tantane illa est,vt excogitata illa omnia bene seruet? AVG. Dif- Scripficile est, immo potest. RA. Ergo scriben- ra mendum est. Sed quid agis, quod valetudo tua ra- fabile scribendi laborem recusat? Nec ista dictari debent,nam solitudinem meram desiderant. AVG. Verum dicis. Itaque prorsus nescio quid agam. RA. Ora saltem, auxilium quo ad concupita peruenias, & hocipsum literis manda, vt prole tua fias animosior. Deinde quod inuenis, paucis concluſiunculis breuiter collige. Nec modo cures inuitationem turbæ legentium, paucis ista sat erunt ciuibus tuis. AVG. Ita faciam. Deus vniuersitatis conditor, præsta mihi primum vt bene te rogem, deinde vt me agam dignum quem liberes, postremo vt liberes. Deus per quem omnia, quæ per se non essent, tendunt esse. Deus qui ne id quidem quod se inuicem perimit, perire permittis. Deus qui de nihilo mundum istum creasti, omnium, quæ oculi sentiunt, pulcherrimum. Deus qui malum non facis, & facis esse ne pessimum nihil fiat. Deus qui paucis ad id quod vere est I refugientibus, ostendis malum nihil esse. Deus per quem vniuersitas etiam cum sinistra parte perfecta est. Deus a quo dissonantia vsque in extremum nulla est, cum deteriora melioribus concinunt. Deus quem amat omne quod potest amare, siue sciens, siue nescius. Deus in quo sunt omnia, cui tamen vniuersæ creaturæ nec turpitudo turpis est, nec malitia nocet, nec error errat. Deus qui nisi mundos verum scire noluisti. Deus pater veritatis 1. Reg. pater sapientiæ,pater veræ summęque uitę, 2. cap. 9.

pater beatitudinis, pater boni & pulchri,pater intelligibilis lucis, pater euigilationis atque illuminationis nfræ, pater pignoris quo admonemur redire ad te. Te inuoco Deus veritas, in quo & à quo & p quẽ uera sunt, quæ vera sunt omnia.Deus sapientia,in quo & à quo & per quẽ sapiunt quæ sapiũt oĩa. Deus vera & summa vita,in quo & à quo et per quem viuunt, quæ vere summeque viuunt oĩa.Deus beatitudo,in quo & à quo & per quem beata sunt,quę beata sunt omnia. Deus bonũ & pulchrum,in quo & à quo & per quẽ bona & pulchra sunt, quæ bona & K pulchra sunt omnia. Deus intelligibilis lux, in quo & à quo & per quem intelligibiliter lucent,quæ intelligibiliter lucent oĩa. Deus cuius regnum est totus mundus quem sensus ignorat. Deus de cuius regno lex etiam in ista regna describitur.Deus a quo euerti, cadere: in quem conuerti,resurgere: in quo manere,cõsistere est.Deus a quo exiri,emori: in quem redire, reuiuiscere:in quo habitare, uiuere est. Deus quem nemo amittit nisi deceptus,quem nemo quærit nisi admonitus, quem nemo inuenit nisi purgatus. Deus quem relinquere,hoc est quod perire: quem attendere, hoc est quod amare: quem videre, hoc est quod habere. Deus cui nos fides excitat,spes erigit,charitas iũgit. Deus per quem uincimus inimicum, te deprecor. Deus quem accepimus, ne omnino periremus. Deus a quo admonemur, vt vigilemus. Deus p quem mala bona separamus. Deus per quem mala fugimus, & bona sequimur.Deus per quem nõ cedimus aduersitatibus. Deus per quẽ bene seruimus,& bene dominamur. Deus per quem discimus aliena esse, quæ aliquando nostra,& nostra esse, quæ aliquando aliena putamus. Deus per quem malorum escis atque illecebris non hæremus. Deus per quem nos res L minutæ non minuunt. Deus per quem melius nostrum deteriori subiectum non est. Deus per quem mors absorbetur in victo- 1Co.15. riam. Deus qui nos conuertis. Deus qui Peccatũ. nos eo quod non est exuis,& eo quod est in- Ioan.16. duis. Deus qui nos exaudibiles facis. Deus qui nos vnis. Deus qui nos in omnem veritatem inducis. Deus qui de nobis omnia bona loqueris,nec insanos facis, nec a quoquam fieri sinis. Deus qui nos reuocas in viam.Deus qui nos deducis ad ianuã. Deus qui facis ut pulsantibus aperiatur.Deus qui nobis das panem vitę. Deus per quem sitimus potum, quo hausto nunquam sitimus. Matt.7. Deus qui arguis seculum, de peccato, de Ioan.6. iustitia, & de iudicio. Deus per quem nos Ioan.16. non mouent qui minime credunt. Deus p quem improbamus eorum errorem,qui animarum merita nulla esse apud te putant. Deus per quem non seruimus infirmis, & egenis elementis. Deus qui nos purgas, & Gala.4. ad diuina præparas præmia, adueni mihi propitius tu. Quicquid a me dictum est, vnus Deus tu, tu veni mihi in auxilium, vna æterna vera substantia, vbi nulla discrepantia,nulla confusio,nulla transitio, nulla indigentia,nulla mors. Vbi summa concor- M dia, summa euidentia, summa constantia, summa plenitudo, summa uita. Vbi nihil deest, nihil redundat. Vbi qui gignit, & quem gignit vnum est. Deus cui seruiunt Ioã.10. omnia,cui obtemperat omnis bona anima. 1.retra. Cuius legibus rotantur poli, cursus suos sy- Cap.4. dera peragunt. Sol exercet diem,Luna temperat noctem:omnisque mũdus per dies vicissitudine lucis & noctis,p mẽses incremẽtis decrementisq; lunaribus,p annos Veris, æstatis,autũni & hyemis successionibus,per lustra perfectione cursus solaris, p magnos orbes recursu in ortus suos syderũ,magnam rerum constantiam quantum sensibilis materia patitur, tẽporũ ordinibus replicationi busque custodit. Deus cuius legibus in æuo stantibus,motus instabilis rerum mutabiliũ perturbatus esse non sinitur, frenisque circumeũtium seculorum semper ad similitudinẽ stabilitatis reuocaĩ: Cuius legibus arbitrium animæ liberum est,bonisq; præmia & malis pœnæ fixis per omnia necessitatibus distributæ sunt. Deus a quo manant usque ad nos omnia bona, a quo coercẽtur vsque a nobis omnia mala.Deus supra quẽ ni A hil,extra quẽ nihil,sine quo nihil est. Deus sub quo totum est,in quo totum est, cũ quo totum est. Qui fecisti hominem ad imagi- Gene.1. nem & similitudinem tuam, quod qui seipsum nouit,agnoscit. Exaudi,exaudi,exaudi me Deus meus, dñe meus, rex meus,pater meus, causa mea, spes mea,res mea, honor meus,domus mea,patria mea, salus mea,lux mea, vita mea. Exaudi, exaudi, exaudi me more illo tuo paucis notissimo. Iã te solum amo,te solũ sequor, te solũ q̃ro,tibi soli seruire paratus sum, qa tu solus iuste dominaris,tui iuris esse cupio. Iube q̃so atq; impera q̃quid vis,sed sana et aperi aures meas,quibus voces tuas audiam.Sana & aperi oculos meos,

meos,quibus nutus tuos videam. Expelle à me insaniam, vt recognoscam te. Dic mihi qua attendam vt aspiciá te, & omnia me spero,q̃ iusseris,esse facturum. Recipe oro fugitiuum tuum dñe clemẽtisime pater: Iamiá satis pœnas dederim,satis inimicis tuis,quos sub pedibus habes,seruierim,satis fuerim fallaciarũ ludibrium. Accipe me ab istis fugientẽ famulum tuum,quia & isti me qñ à te fugiebam acceperunt alienum. Ad te mihi redeundum esse sentio. Pateat mihi pulsanti
B ianua tua. Q̃uo ad te perueniatur,doce me: Nihil aliud habeo q̃ voluntatem. Nihil aliud scio nisi fluxa & caduca spernenda esse,certa & æterna requirenda. Hoc facio pater,quia hoc solum noui,sed vnde ad te perueniatur ignoro. Tu mihi suggere,tu ostende,tu viaticũ prębe. Si fide te inueniunt qui ad te refugiunt,fidé da. Si virtute,virtutẽ: si scientia,scientiá. Auge in me fidem, auge in me spem, auge charitatem. O admiranda & singularis bonitas tua. Ad te ambio, & quibus rebus ad te ambiatur, à te rursum peto. Tu.n. si deseris, peritur hic. Sed non deseris,quia tu es summũ bonũ, quod nemo recte q̃siuit,& minime inuenit. Omnis aũt
Error animi. recte quæsiuit,quẽ tu recte quærere fecisti. Fac & me pater, quærere te, vendica me ab errore. Quærenti te mihi nihil aliud pro te occurrat. Si nihil aliud desidero q̃ te, inueniam te iam (quæso) pater. Si autem est in me superflui alicuius appetitio, tuipse me munda,& fac idoneum ad videndum te. Cæ-
Corpus. terũ de salute huius mortalis corporis mei, quandiu nescio quid mihi ex eo vtile sit,vel eis quos diligo, tibi illud cõmitto pater sapientissime atq; optime, & pro eo quod ad
C tps admoueris, deprecabor. Tandẽ oro excellentissimam clementiam tuam,vt me penitus ad te conuertas,nihilq; mihi repugnare facias tendenti ad te, iubeasq; me dum hoc ipsum corpus ago atq; porto,purũ, magnanimum,iustum,prudentemq; esse,perfectumq; amatorem perceptoremq; sapiẽtiæ tuæ, & dignum habitatione atq; habitatorẽ beatissimi regni tui,Amen. AV. Ecce orauí deum. R A. Quid ergo scire vis? AVG.
Quid agendũ. Hæc ipsa omnia quæ oraui. R A. Breuiter ea collige. AV. Deum & animá scire cupio.
Cap. 2. R A. Nihilne plus? A V. Nihil omnino. R A. Ergo incipe quærere. Sed prius explica quomodo tibi si demonstretur deus, possis dicere, sat est. A V. Nescio quomodo mihi demonstrari debeat vt dicam sat est: Non enim credo me scire aliquid sic, quomodo scire deum desidero. R A. Quid ergo agimus? Nonne censes prius tibi esse sciendum,quomodo tibi deum scire satis sit, quò cum peruenerís, non amplius quæras? A V. Censeo quidẽ, sed quo pacto fieri possit,non video. Quid.n.deo simile unq̃ intelexi,vt possim dicere, qũo hoc intelligo, sic
D volo intelligere deum? RA. Qui nondum deum nosti,vnde nosti nihil te nosse deo simile? AVG. Quia si aliquid deo simile scirem,sine dubio id amarem: nunc autem nihil aliud amo q̃ deum & animam, quorum neutrum scio. R A. Non igitur amas amicos tuos? AV G. Quo pacto eos possum amans animam non amare? R A. Hoc modo ergo & pulices & cimices amas? AV G. Animam me amare dixi,nõ animalia. R A. Aut homines non sunt amici tui,aut eos nõ amas. Omnis.n. homo animal, & animalia te non amare dixisti. AV G. & homines, sunt,& eos amo,non eo quod animalia, sed eo quod homines sunt: id est,ex eo quod rationales animas habent,quas amo, etiam in latronibus. Licet.n. mihi in quouis amare rationem,cum illum iure oderim, qui male vtitur eo quod amo. Itaq; tanto magis amo amicos meos, quanto magis bene vtuntur anima rationali, vel certe quantum desiderant ea bene uti. R A. Accipio istud. Sed
Cognitio Dei, Cap. 3. tamen siquis tibi diceret, faciam te sic deum nosse quomodo nosti Alipium, nonne gratias ageres & diceres,satis est? AV G. Agerem quidem gratias, sed satis esse non dicerem. R A. Cur quæso? AV G. Quia deũ ne sic quidem noui, q̃o Alipium, & tamen
E Alipium non satis noui. R A. Vide ergo ne impudenter velis satis deum nosse, qui Alipium non satis nosti. AV G. Nõ sequitur. Nam in cõparatione syderum quid est cœna mea vilius? & tamen cras quid sim cœnaturus ignoro: quo autem signo luna futura sit,non impudenter me scire profiteor. R A. Ergo vel ita deum nosse tibi satis est, vt nosti quo cras signo luna cursura sit? AV G. Non est satis. Nam hoc sensibus approbo. Ignoro autem vtrum vel deus vel aliqua naturæ occulta causa subito lunæ ordinem cursumq; cõmutet: quod si acciderit,totum illud quod præsumpseram,falsum
Credere. Scire. erit. R A. Et credis hoc fieri posse? AV G. Non credo. Sed ego quid sciam,quæro,non quid credam. Omne autẽ quod scimus,recte fortasse ẽt credere dicimus: at non omne, quod

quod credimus,etiam scimus. R A. Respues igitur in hac causa omne testimonium sensuum? AV G. Prorsus respuo. RA. Quid, illum familiarem tuum quem te adhuc ignorare dixisti,sensu vis noscere, an intellectu? A V G. Sensu quidem quod in eo noui,si tamen sensu aliquid noscitur, & vile est,& satis est. Illam vero partem qua mihi amicus
F est,id est, ipsum amicum, intellectu assequi cupio. R A. Potestne aliter nosci? A V G. Nullo modo. R A. Amicum igitur tuum & vehementer familiarem, audes tibi dicere esse ignotum? AV G. Quidni audeam? Illam enim legem amicitiæ iustissimam esse arbitror, qua præscribit, vt sicut non minus, ita nec plus quisq; amicum q̃ seipsum diligat. Itaq; cum memetipsum ignorem, qua potest a me affici contumelia quem mihi esse dixero ignotum, cum præsertim (vt credo) ne ipse quidem se nouerit? R A. Si ergo ista quæ scire vis ex eo sunt genere, quæ intellectus assequitur,cum dicerem impudenter te velle deum scire, cum Alipium nescias,non debuisti mihi cœnam tuam & lunam proferre pro simili,si hæc,vt dixisti,ad sensum per-
Certa Cap. 4. tinent. Sed quid ad nos? Nunc illud respondeSi ea q̃ de deo dixerunt Plato & Plotinus vera sunt,satisne tibi est ita deum scire,vt illi sciebant? AV G. Non continuo si ea quæ dixerunt vera sunt, etiam scisse illos ea necesse est. Nam multi copiose dicunt quæ nesciunt,vt ego ipse omnia,quæ oraui, me dixi
G scire cupere, quod non cuperem, si iam scirem. Num igitur eo minus illa dicere potui? Dixi enim,non quæ intellectu comprehẽdi, sed quæ vndecunq; collecta memoriæ mandaui,& quibus accommodaui, quantum potui,fidem. Scire aũt aliud est. R A. Dic q̃so, scisne saltem in geometrica disciplina, quid sit linea? AV G. Istud planè scio. R A. Nec in ista professione vereris Academicos. A V G V. Non omnino. Illi enim sapientem errare noluerunt,ego autem sapiens non sum. Itaq; adhuc nũ vereor earũ rerũ,quas noui, scientiam profiteri. Quod si,vt cupio,peruenero ad sapientiam faciam quod illa monuerit. R A. Nihil renuo,sed vt quærere cœperam,ita vt lineam nosti,nosti etiam pilã,quã sphæram nominant? AV G. Noui. R A. Aeque vtrunq; nosti, an aliud alio magis aut minus? AV G. Aeque prorsus. Nam in vtroque nihil fallor. R A. Quid hęc,sensibusne præcepisti,an intellectu? A V G. Immo sensus in hoc negocio quasi nauium sum expertus. Nã cum ipsi me ad locum, quò tenebã, peruexerint, vbi eos dimisi, & iam velut in solo positus, cœpi cogitatione ista voluere, diu mihi vestigia titubarunt. Quare citius H
mihi videtur in terra posse nauigari, q̃ geometriam sensibus percipi, quanuis primo discentes aliquãtum adiuuare videantur. R A. Ergo istarum rerum disciplina siqua tibi est, non dubitas vocari scientiam? A V G. Non si Stoici sinant, qui scientiam tribuunt nulli nisi sapienti. Perceptionem sanè istorum me habere non nego,quam etiam stultitiæ cõcedũt. Sed nec istos quicquã pertimesco. Prorsus hæc,q̃ interrogasti,scientia teneo. Perge modo videam quorsum ista q̃ris. R A. Ne propera, ocioſi sumus. Intentus tantum accipe, nequid temere concedas. Gaudentem te studeo reddere de rebus, quibus nullũ casum pertimescas,& quasi paruum negocium sit,p̃cipitare iubes? A V G. Ita deus faciat vt dicis. Itaq; arbitrio tuo roga, & obiurgato grauius si quicquam tale post hac. R A. Ergo lineam in duas lineas per longum scindi manifestum tibi est nullo modo posse? A V
GV. Manifestum. R A. Quid transuersim? De aĩæ
AVG. Quid,nisi infinite secari posse? R A. quantita
Quid sphæram ex vna qualibet parte à me- te.cap.6.
dio, ne duos quidem pares circulos habere & 7.
posse pariter lucet? A VG. Pariter omnino.
R A. Quid linea & sphæra,vnumne aliquid tibi videntur esse, an quicquam inter se differre? A V G. Quis non videat differre plu I
rimum? R A. At si æque illud atq; hoc nosti, & tamẽ inter se vt fateris plurimũ differũt, est ergo differentium rerum scientia indifferens. AVG. Quis.n. negauit? R A. Tu pauloante. Nã cum te rogassem qũo velles deũ nosse,vt posses dicere,satis est, respondisti te ideo nequire hoc explicare,quia nihil haberes perceptum,similiter atq; deũ cupis percipere, nihil.n. te scire deo simile. Quid ergo nunc? Linea vel sphæra similes sunt deo? AVG. Quis hoc dixerit? R A. Sed ergo q̃sueram, non quid tale scires, sed quid scires sic,qũo deum scire desideras. Sic enim nosti lineam vt nosti sphæram,cum se non sic habeat linea, vt se habet sphæra. Quamobrẽ respondevtrum tibi satis sit sic deum nosse, vt pilã illã geometricã nosti: hoc est ita de deo nihil vt de illa dubitare. A V G. Quæ- Dissimiso te quanuis vehementer vrgeas atq; con- liũ eadẽ uincas, non audeo tamen dicere ita me velle aut pardeum scire,vt hæc scio. Nõ solum enim res, scientia. sed ipsa etiam scientia mihi videtur esse dissi Cap. 5.
milis.

milis. Primo, quia nec linea & pila tm̃ inter se differunt,ut tamen eorum cognitionẽ
K vna disciplina non contineat: nullus ãt geo-
I metres deum se docere professus est. Deinde si dei & istarum rerum scientia par esset, tantum gauderem q̃ ista noui,quantum me deo cognito gauisurum esse prę̃sumo. Nunc autem permultum hæc in illius comparatione contemno,vt nonnunquam videatur mihi,si illum intellexero,& modo illo, quo videri potest,videro, hæc omnia de mea notitia esse peritura. Siquidem nunc præ illius amore iam vix mihi veniunt in mentem. R A. Esto plus te ac multo plus q̃ de istis deo cognito gauisurum, rerum tamen non intellectus dissimilitudine: nisi forte alio visu terram,alio serenum cœlum intueris, cũ tm̃ multo plus illius q̃ huius aspectus te permulceat. Oculi autem si non falluntur, credo te interrogatum,vtrum tibi tam certum sit terram te videre q̃ cœlum, tam tibi certum esse respondere debere,quãtis non tam terræ q̃ cœli pulchritudine atq; splendore læteris. AV G. Mouet me (fateor) hæc similitudo, adducorq; ut assentiar quãtum in suo genere à cœlo terrã, tm̃ ab intelligibili dei maiestate spectamina illa disciplinarum
L vera & certa differre. R A. Bene moueris.
Sensus aĩæ qui-bus per-cipit deũ. Promittit enim ratio quæ tecum loquitur, ita se demonstraturam deum tuæ menti, vt oculis sol demonstratur. Nã mentes quasi sui sunt sensus animi: disciplinarum autem
Cap. 6. quæq; certissima talia sunt, qualia illa quæ sole illustrantur vt videri possint, veluti terra est,atq; terrena omnia: deus autẽ est ipse qui illustrat. Ego autem ratio ita sum in mẽtibus,vt in oculis est aspectus. Nõ.n.hoc est habere oculos quod aspicere, aut itẽ hoc est aspicere,quod videre. Ergo aĩæ tribus quibusdam rebus opus est: vt oculos habeat, quibus iam bene vti possit, vt aspiciat,vt videat. Oculus animæ mens est ab omni labe corporis pura.i.à cupiditatibus rerum mortalium iam remota atq; purgata: Quod ei nihil aliud præstat q̃ fides primo. Quod.n. adhuc ei demonstrari non potest vitijs inquinatæ atq; ægrotanti, quia videre inquit nisi sana, si non credat aliter se esse visurã, non dat operam suæ sanitati. Sed quid si credat quidem ita se rem habere,vt dicitur, atque ita se, si videre potuerit, esse visuram, sanari se tamen posse desperet,nõne se prorsus abijcit atq; contemnit,nec p̃ceptis medici obtemperat? AV G. Omnino ita est, p̃ser tim quia ea p̃cepta necesse est vt morbus dura sentiat. R A. Ergo fidei spes adijcienda est. AV. Ita credo. R A. Quid si & credat M
ita se habere omnia,& se speret posse sanari, ipsam tamen quæ promittitur lucem non amet,non desideret, suisq; tenebris quæ iam consuetudine iucundæ sunt, se arbitretur debere interim esse contentã,nonne medicum illum nihilominus respuit? AV G. Prorsus ita est. R A. Ergo tertia charitas necessaria est. AV G. Nihil omnino tam necessariam. R A. Sine tribus istis igitur anima nullã sanatur,vt possit deum suum videre, id est, intelligere. Cum ergo sanos habuerit oculos,quid restat? AV G. Vt aspiciat. R A. Aspectus animæ, ratio est: Sed quia non sequitur, vt omnis qui aspicit videat, aspectus rectus atq; perfectus, id est, quem visio sequitur, virtus vocatur: Est enim virtus vel recta vel perfecta ratio. Sed & ipse aspectus quanuis iã sanos oculos conuertere in lucem non potest,nisi tria illa permaneant: Fides,qua credatur ita se rem habere, ad quam conuertendus aspectus est, vt vita faciat beatum: Spes,qua cum bene aspexerit, se visurum esse præsumat: Charitas,qua uidere perfruiq; desideret. Iam aspectum se- A
quitur ipsa visio dei qui est finis aspectus, non quod iã non sit, sed quod nihil amplius habeat,quò se intendat. Et hæc est vere perfecta uirtus,ratio perueniens ad finem suũ, quam beata vita consequitur. Ipsa autem visio intellectus est ille,qui in anima est, qui conficitur ex intelligente & eo quod intelligitur: vt in oculis videre quod dicitur, ex ipso sensu constat atq; sensibili, quorũ detracto quolibet,videri nihil põt. Ergo cũ aĩæ Fides,
deũ videre,hoc est,deum intelligere contigit spes, ita rit,videamus vtrum adhuc ei tria illa sint necessaria. Fides quare sit necessaria,cum iam quo videat? Spes nihilominus, quia iam tenet? Charitati uero nõ solũ nihil detrahitur,sed additur ẽt plurimum. Nã & illam singularẽ veramq; pulchritudinẽ cum viderit, plus amabit, & nisi ingenti amore oculum infixerit, nec ab aspiciendo vspiam declinauerit, manere in illa beatissima visione non poterit. Sed dum in hoc corpore est anima, ẽt si plenissime videat,hoc est, intelligat deum, tm̃ quia etiã corporis sensus vtuntur opere proprio,nihil quidem valente ad fallendũ, non tamen nihil agente, potest adhuc dici fides ea qua is resistitur, & illud potius verũ esse creditur. Item quia in ista vita, quanq̃ Deo

B deo intellecto aĩa iam beata sit, tm̃ quia multas molestias corporis sustinet, sperandum est, ei post mortem omnia ista incommoda non futura. Ergo nec spes dum in hac est vita,animã deserit. Sed cum post hanc vitam tota se in deũ collegerit, charitas restat qua ibi teneatur. Nam neq; dicendo est, fidem habere quod illa sint vera, quando nulla falsorum interpellatione solicitatur,neq; quicquã sperandũ ei restat,cũ totum secura possideat. Tria igitur ad animam pertinent,vt sana sit, vt aspiciat, vt videat: Alia vero tria, fides,spes,& charitas, primum illorum triũ & secundum semper sunt necessaria,tertium vero in hac vita omnia,post hanc vitam sola charitas. Nunc accipe quantum præsens tps exposcit ex illa similitudine sensibilium,etiã de deo aliquid nunc me docentem. Intelligibilis nempe deus est,intelligibilia etiam illa disciplinarum spectamina,tamẽ plurimũ differunt. Nã & terra visibilis,& lux: sed terra nisi luce illustrata videri non potest. Ergo & illa quæ in disciplinis traduntur,q̃ quisquis intelligit, verissima esse nulla dubitatio
Cap. 2. ne cõcedit,credendum est ea non posse intelligi, nisi ab alio quasi suo sole illustrentur.
C Ergo quo modo in hoc sole tria quædam licet animaduertere, quod est, quod fulget, quod illuminat: ita in illo secretissimo deo quem vis intelligere, tria quædam sunt: quod est,quod intelligitur,& quod cætera facit intelligi. Hæc dico,id est,ipsum & deũ vt intelligas,docere te audeo: Sed respondeo quo hæc acceperis,vt probabilia,an vt vera? AV G. Planè vt probabilia,& in spẽ, quod fatendum est, maiorem surrexi: Nam pter illa duo de linea & pila,nihil abs te dictum est,quod me scire audeam dicere. R A. Nõ est mirandũ: Non enim quicquam est adhuc ita expositum,ut abs te sit flagitanda perceptio. Sed quid moramur? Aggredienda est via: Videamus tm̃,quod præcedit omnia, vtrum sani simus. AV G. Hoc tu videris,si vel in te, vel in me aliquantum aspicere potes: Ego q̃renti, si quid sentio respondebo. R A. Amasne aliquid præter tui Dei scientiã? AV. Possem rndere,nihil me amare amplius pro eo sensu qui mihi nunc est, sed tutius respõdeo,nescire me. Nã sæpe mihi vsu venit, vt cũ alia nulla re me crederem commoueri,veniret tm̃ aliquid in mentem,quod
D me multo aliter atq; præsumpseram pungeret. Itẽ sæpe quanuis in cogitationem res aliqua incidens non me peruellerit, re vera tm̃ veniens perturbauit plus q̃ putabã. Sed modo videor mihi tribus tm̃ rebus posse cõmoueri, metu amissionis eorum hominũ quos diligo,metu doloris,metu mortis. R A. Amas ergo & vitam tecũ charissimorum tuorũ,& bonam valetudinem tuã, & vitam tuã ipsam in hoc corpore: Neq; enim aliter amissionem horũ metueres. AV. Fateor, ita est. R A. Modo ergo quod non oẽs tecum sunt amici tui, & quod tua valetudo minus integra est, facit animo nonnullam ægritudinem. Nã & id esse consequens video. AV GV. Recte vides,negare non possum. R A. Quid si te repente sano esse corpore sentias & probes, tecumq; omnes quos diligis concorditer,liberali ocio frui videas, nonne aliquantum tibi etiã lætitia gestiendum sit? AV G. Vere aliquantum, immo si hæc præsertim,vt dicis, repente prouenerint, qm̃ me capiam, qũ id genus gaudij vel dissimulare permittat? R A. Omnibus igitur adhuc morbis animi & perturbationibus agitaris. Quinam ergo talium oculorum impudentia est, velle illum solem videre? AV G. E
Ita concluseris quasi prorsus non sentiam quantum sanitas mea promouerit, aut quid pestium recesserit, quantumq; restiterit. Face me istud concedere: Nonne vides hos corporis oculos etiam sanos luce solis istius sæ- Amor
pe repercuti & auerti, atq; ad illa sua obscu- rerũ cor
ra confugere? Tu aũt quid promoueris cogi poris &
tas,quid velis videre non cogitas. Et tũ te- externa-
cũ hoc ipsum discutiam,quid profecisse nos rũ.c.10.
putas. Diuitias nullas cupis? AV G. Hoc
quidem non nunc primũ. Nã cum triginta li.3.con-
tres annos agam, quatuordecim ferè anni tra Aca.
sunt ex quo ista cupere destiti, nec aliud q̃- cap. 20.
quam. in his siquo casu offerrentur,præter
necessarium uictum liberalemq; vsum cogi
taui. Prorsus mihi vnus Ciceronis liber fa- li.3.Cõ-
cillime persuasit,nullo modo appetendas ei- fes. ca.4.
se diuitias, sed si prouenerint, sapientissime De bea-
atq; cautissime administrandas. R A. Quid ta uita i
honores? AV. fateor eos modo,ac penè his præfatio
diebus cupere destiti. R A. Quid vxor? Nõ ne.
ne te delectat interdum pulchra,pudica,morigera, literata, vel q̃ abs te facile possit eruditi,afferens ẽt dotis tm̃,qm̃ contemnis diuitias,quantũ eam prorsus nihilo faciat onerosam ocio tuo,p̃sertim si speres certusq; sis nihil ex ea te molestiæ esse passurum? AV G.
Quantum velis licet eam pingere atq; cu- F
mulare bonis omnibus,nihil mihi tã fugiendũ q̃ cõcubitum esse decreui: Nihil esse sen- Coitus.
tio quod

tio quod magis ex arce deijciat aĩum uirilẽ
Li.6.Cõ q̃ blandimenta fœminea,corporũq; ille cõ-
fes.c.13. tactus sine quo vxor haberi nõ potest. Itaq;
si ad officiũ pertinet sapientis (quod nondũ
comperi) dare operam liberis, quisquis rei
huius tm̃ gratia concumbit, mirandus mihi
videri potest,at vero imitãdus nullo modo:
Nã tentare hoc periculosius est,q̃ posse fœ-
licius. Quãobrẽ satis,vt credo,iuste atq; vti
liter pro libertate aiæ meæ mihi imperaui,
non cupere,non quærere,nõ ducere vxorẽ.
R A. Non ego nunc quæro quid decreueris,sed vtrũ ad huc lucteris,an uero iã ipsam
libidinem viceris? Agitur.n.de sanitate ocu
lorum tuorũ. AV G. Prorsus nihil huiusmodi quæro,nihil desydero,etiam cum horrore atq; aspernatione talia recordor. Quid
uis amplius? Et hoc mihi bonũ in dies cre-
scit. Nam quanto augetur spes videndæ illius,cui vehementer æstuo, pulchritudinis,
G tanto ad illam totus amor voluptasq; con-
uertitur. R A. Quid ciborum iucunditas,
Cibus. quantæ tibi curæ est? AV G. Ea quæ sta-
libr. 10. tui non edere, nihil me commouent. Iis au
Confes. tem,quę non amputaui,delectari me præsen
Cap.31. tibus fateor, ita tm̃ vt sine vlla permotione
animi vel visa vel gustata subtrahantur. Cũ
autem non assunt prorsus,non audet hęc ap
petitio se inserere ad impedimentum cogita
tionibus meis: sed omnino siue de cibo & po
tu, siue de balneis,cæteraq; corporis volu-
ptate nihil interroges. Tm̃ ab ea peto, quan
tum in valetudinis opem cõferri põt. R A.
Exter- Multum profecisti: Ea tm̃ quæ restant ad vi-
na com dendam illam lucem,plurimum impediunt.
moda ñ Sed molior aliquid quo mihi videtur facile
pp se, ostendi,aut nihil edomandum nobis rema-
sed pp nere, aut nihil nos omnino profecisse, om-
alia vera nium q; illorũ quæ refecta credimus tabem
bona pos manere. Nam quæro abs te,si tibi persuadea
sunt ad- tur alter cum multis charissimis tuis te in
mitti ve studio sapiẽtiæ non posse viuere, nisi ampla
rius quã res aliqua familiaris necessitates nostras su-
expeti. stinere posit,nonne desiderabis diuitias, &
Cap.11. optabis? AV G. Assentior. R A. Quid si ẽt
H illud appareat,& multis te persuasurum esse
sapientiã,si tibi de honore authoritas creue-
rit,eosq; ipsos familiares tuos nõ posse cupi
ditatibus suis modum imponere, seq; totos
conuertere ad quærendum deũ, nisi & ipsi
fuerint honorati,idq; nisi per tuos honores
dignitatemq; fieri non posse,nonne ista etiã
desideranda erunt,& vt proueniant magno-
pere instandũ? AV G. Ita est,ut dicis. R A.
Iã de vxore nihil disputo: fortasse.n.non po
test vt ducatur existere talis necessitas: quã-
quam si eius amplo patrimonio certum sit
sustentari posse omnes quos tecum in vno
loco viuere ociose cupis, ipsa etiam concor-
diter id sinente,præsertim si generis nobilita
te tanta polleat,vt honores illi quos esse pos
se necessarios iã dedisti,per eam facile adipi-
sci possint,nescio vtrum pertineat ad officiũ
tuũ ista contemnere. AV G. Qñ ego istud
sperare audeã? R A. Istud dicis, quasi ego
nunc requirã quid speres. Non q̃ro quid ne
gatũ nõ delectet, sed quid delectet oblatum.
Aliud est.n.exhausta pestis, aliud cõsopita.
Ad hoc.n. valet quod à quibusdã doctis vi-
ris dictum est,ita oẽs stultos insanos esse, vt
male olere omne cœnũ, nõ semper cõmoue
ri sentias. Multum interest utrum animi de
speratione obruatur cupiditas, an sanitate
pellatur. AV G. Quanq̃ tibi respõdere nõ
possim,nunq̃ tamẽ mihi persuadebis,vt hac
affectione mentis, qua nunc me esse sentio,
nihil me profeciss̃e arbitrer. RA. Credo pro I
pterea tibi hoc videri,quia q̃uis ista optare
posses,non tamẽ propter seipsa, sed propter
aliud expetenda viderẽtur. AV G. Hoc est
quod dicere cupiebam: Nã quando desidera
ui diuitias, ideo desideraui vt diues essem,
honoresq; ipsos, quorum cupiditatem mo-
do me perdomuisse respondi, eorum nescio
quo nitore delectatus volebã: Nihilq; aliud
in uxore semper attendi cũ attendi, nisi quã
mihi efficeret cum bona fama voluptatem.
Tunc erat istorum in me vera cupiditas,
nunc ea omnia prorsus aspernor: Et si ad il-
la q̃ cupio,non nisi per hęc mihi trãsitus ea-
tur,non amplectenda hæc appeto, sed subeo
toleranda. R A. Optime oino: Nã nec ego
vllarum rerum vocandam puto cupiditatẽ,
quæ propter aliud requiruntur. Sed q̃ro Nihil
abs te,cur eos hoies quos diligis, vel viuere, experen
vel tecũ viuere cupias? AV G. Vt animas dũ, nisi
nostras & deum simul concorditer inquira- quatẽus
mus. Ita.n.facile cui priori contingit inuen cum do
tio, cæteros cò sine labore perducit. R A. cit ad sa
Quid si nolunt hæc illi quærere? AV G. K
Persuadebo vt velint. R A. Quid si non mũ ho
possis, vel quod se inuenisse iam, vel quòd nũ nihil
ista non posse inueniri arbitrantur, vel q̃ horren-
aliarum rerũ curis & desiderio præpedium- dũ, nisi
tur? AV G. Habebo eos, & ipsi me, sicut quatẽus
possumus. R A. Quid si te ab inquirendo auocat.
ẽt impediat eorum præsentia? Nõne labora Cap.83.
bis atq; optabis,si aliter esse nõ possunt, non

tecum

tecum esse potius q̃ sic esse? AV G. Fateor,
ita est vt dicis. R A. Non igitur eorum vel
vitam vel præsentiam propter seipsam, sed
propter inueniendam sapientiã cupis? AV
G V. Prorsus assentio. R A. Quid? ipsam
vitam tuam si tibi certum esset impedimen-
to esse ad comprehendendam sapientiam,
velles eam manere? AV G. Omnino eam
fugerem. R A. Quid si docereris tam te re-
licto corpore q̃ in isto constitutum,posse ad
sapientiam peruenire,curares vtrum hic, an
in alia vita eo,quod diligis,fruereris? AV G.
Si nihil me peius excepturum intelligerem,
quod retro ageret ab eo quò progressus sũ,
non curarem. R A. Nunc ergo propterea
mori times, ne aliquo peiore malo inuolua-
ris,quo tibi auferatur diuina cognitio. AV-
L G V. Non solum ne auferatur timeo,siquid
forte percepi,sed etiam ne intercludatur mi-
hi aditus eorum, quibus percipiendis inhio,
quanuis quod iam teneo, mecum mansurũ
sit. R A. Non igitur & vitam istam pro-
pter sapientiam vis manere. AV G. Sic est.
R A. Dolor corporis restat, qui te fortasse
vi sua commouet. AV G. Et ipsum non ob
aliud vehemẽter formido,nisi quia me impe
dit à quærendo. Quanquam enim acerrimo
his diebus dentium dolore torquerer, non
quidem sinebar animo voluere, nisi ea quæ
iam forte didiceram,à discendo autem peni-
tus impediebar, ad quod mihi tota intentio-
ne animi opus erat. Tamen mihi videbatur,
si se ille mentibus m is veritatis fulgor, ape-
riret, aut me non sensurum fuisse illũ dolo-
rem, aut certe pro nihilo toleraturum. Sed
quia & si nihil maius aliquando pertuli, ta-
men sæpe cogitans quanto grauiores possint
Corne- accidere, cogor interdum Cornelio Celso
lio Celsi assentiri,qui ait: Summum bonũ esse sapien-
sapientia. tiam,summum autem malum dolorem cor-
poris. Nec eius ratio mihi videtur absurda:
Nam quoniam duabus inquit, partibus cõ-
positi sumus, ex animo scilicet & corpore:
M quarum prior pars est animus melior, dete-
rius corpus est, summum bonum est melio-
ris partis optimum, summum autem malũ,
pessimum deterioris. Est autem optimum
in animo sapiẽtia, est in corpore pessimum,
dolor. Summum igitur bonum hominis sa-
pere, summum malum dolere, sine vlla (vt
opinor) falsitate concluditur. R A. Poste-
rius ista videbimus. Aliud enim fortasse no-
bis ipsa,ad quam peruenire nitimur, sapien-
tia persuadebit. Si autem hoc esse verũ ósten
derit, hanc de summo bono & summo malo
sententiã sine dubitatione tenebimus. Nunc Qũo &
illud quærimus, qualis sis amator sapientiæ, quibus
quam castissimo conspectu atq; amplexu, gradibus
nullo interposito velamento, quasi nudam pspiciat
videre ac tenere desiderat, qualem se illa nõ sapiẽtia.
sinit, nisi paucissimis & electissimis amatori Cap.13.
bus suis. An vero si alicuius pulchræ fœmi-
næ amore flagrares, iure se tibi non daret, si
aliud abs te quicq̃ præter se amari comperis
set: sapientiæ se tibi castissima pulchritudo,
nisi solã arseris demonstrabit? AV G. Quid
ergo adhuc suspendor infœlix, & cruciatu
miserabili differor? Iam certe ostendi nihil
aliud me amare: siquidem quod non propter
se amatur, non amatur. Ego autem solã pro- A
pter se amo sapientiam, cætera vero vel ad Verus a-
esse mihi volo, vel deesse timeo propter ip- mor.
sam vitam, quietem, amicos. Quem modum
autem potest habere illius pulchritudinis
amor, in qua non solum non inuideo cæte-
ris, sed etiã plurimos quæro qui mecum ap-
petant, mecũ inhient, mecũ teneant, mecũq;
perfruantur, tantum mihi amici futuri, quan
to erit nobis amata communior. R A. Pror
sus tales esse amatores sapientiæ decet. Tales
quærit illa cuius vere casta est, & sine vlla
contaminatione coniunctio. Sed non ad eã 1. Retr.
vna via peruenitur. Quippe pro sua quisq; Cap. 4.
sanitate ac firmitate comprehendit illud sin-
gulare ac verissimum bonum. Lux est quæ-
dam ineffabilis & incomparabilis mentium
lux. ista vulgaris nos doceat quãtum potest,
quomodo se illud habeat. Nam sunt non-
nulli oculi tam sani & vegeti, qui se mox vt
aperti fuerint, in ipsum solem sine vlla trepi-
datione conuertant. His quodãmodo ipsa sa
nitas dux est, nec ductore indigent, sed sola
fortasse admonitione. His credere, sperare,
amare satis est. Alij vero ipso quem videre
vehementer desiderant, fulgore feriuntur, & B
eo non viso sæpe in tenebras cum delecta- tione redeunt. Quibus periculosum est, quã
uis iam talibus vt sani recte dici possint, vel-
le ostendere quod adhuc videre non valent.
Ergo isti exercendi sunt prius, & eorũ amor
vtiliter differendus atq; nutriendus est. Pri-
mò enim quædam illis demonstranda sunt,
quæ non per se lucent, sed per lucem videri
possunt, vt vestis, aut paries, aut aliquid ho-
rum. Deinde quod non per se quidem, sed ta
men per illam lucem pulchrius affulgeat, vt
aurum, argentum, & similia, nec tamen ita
radiatum vt oculos lædat. Tunc fortasse ter-

renus

renus iste ignis modeste demonstrandus est, deinde sydera, deinde luna, deinde auroræ fulgor, & albescentis cœli nitor. In quibus seu citius seu tardius, siue per totum ordinẽ siue quibusdam contemptis, pro sua quisq; valetudine assuescens, sine trepidatione & cum magna voluptate solem videbit. Tale aliquid sapientiæ studiosissimis, nec acute iam tamen videntibus, magistri optimi faciunt. Nam ordine quodam ad eam peruenire bonæ disciplinæ officium est, siue ordine autem vix credibilis fœlicitatis. Sed hodie satis, vt puto, scripsimus, parcendum est valetudini. A V G. Et alio die. Da quæso, inquam, iam, si potes, illum ordinem. Duc age quauis, per quæuis, quouis. Impera q̃uis dura, quælibet ardua, quæ tamen in mea potestate sint, per quæ me quò desidero, perueniturum esse non dubitem. R A. Vnum est quod tibi possum præcipere, nihil plus noui. Penitus esse ista sensibilia fugienda, cauendumq́; magnopere dum hoc corpus agimus, ne quo eorum visco pennę nostræ impediantur, quibus integris perfectisq́; opus est, vt ad illam lucem ab his tenebris euolemus: quæ se ne ostendere quidem dignatur in hac cauea inclusis, nisi tales fuerint vt ista vel effracta vel dissoluta, possint in auras suas euadere. Itaq; quando fueris talis vt nihil te prorsus terrenorum delectet, mihi crede, eodem momento, eodem puncto temporis videbis quod cupis. A V G. Quando istud erit oro te? Non enim puto posse mihi hæc in summum venire contemptum, nisi videro illud, in cuius comparatione ista fordescant. R A. Hoc modo posset & iste oculus corporis, dicere, tum tenebras non amabo, cum solem videro. Videtur enim quasi & hoc ad ordinẽ pertinere, quod longe est secus. Amat enim tenebras, eo q̃ sanus non est: Solem autem nisi sanus videre non potest. Et in eo sæpe fallitur animus, vt sanum se putet, & sese iactet: Et quia nondum videt, veluti iure conqueritur. Nouit autem ilIa pulchritudo quãdo se ostendat. Ipsa enim etiam medici fungitur munere, meliusq́; intelligit qui sint sani, q̃ iidẽ ipsi qui sanantur. Nos autem quãtum emerserimus, videmur nobis videre: quãtum autẽ mersi eramus, & quò ꝓgressi fueramus, nec cogitare nec sentire permittimur, & in comparatione grauioris morbi sanos esse nos credimus. Nonne vides q̃ veluti securi hesterna die pronunciaueramus, nulla iam nos peste detineri, nihilq́; amare nisi sapientiam: cætera vero nõ nisi propter istam quærere aut velle? Quã tibi sordidus, q̃ fœdus, q̃ execrabilis, q̃ horribilis cõplexus fœmineus videbatur, quando inter nos de vxoris cupiditate quæsitum est. Certe ista nocte vigilantes, cum rursus eadem nobiscum ageremus, sensisti q̃ te aliter q̃ præsumpseras imaginatæ illæ blanditię, & amara suauitas titillauerit, longe quidem longe minus q̃ solet, sed item longe aliter q̃ putaueras: vt tibi secretissimus ille medicus vtrumq; demonstraret, videresq́; & vnde cura eius euaseris, & quid curandum remaneat. AV G. Tace, obsecro, tace. Quid crucias, quid tantum fodis, alteq́; descendis? Iam flere non duro, iamiam nihil promitto, nihil præsumo, ne me de istis rebus interroges. Certe dicis quod ille ipse, quem videre ardeo, nouerit, quãdo sim sanus, faciat quod placet: quando placet, sese ostendat: iam me totum eius clementiæ curæq́; committo. Semel de illo credidi, quod sic erga se affectos subleuare non cesset. Ego nihil de mea sanitate, nisi cum illam pulchritudinem videro, pronunciabo. R A. Prorsus nihil aliud facias. Sed iam cohibe te à lachrymis, & stringe animum. Multum omnino fleuisti, & hoc omnino morbus iste pectoris tui grauiter accipit. A V G. Modum vis habere lachrymas meas, cum miseriæ meæ modum non videam: aut valetudinem corporis consydera-re me iubes, cum ego ipse tabe cõfectus sim? Sed quæso te siquid in me vales, vt me tentes per aliqua compendia ducere, vt vel vicinitate nonnulla lucis illius quam, siquid profeci, tolerare iam possum, pigeat me oculos referre ad illas tenebras, quæ reliquis suis si tamen reliquiæ dicendæ sunt quę cęci tati meæ adhuc blandiri audent. R A. Concludamus, si placet, hoc primum volumen, vt iam in secundo aliquam, quæ commoda occurrerit, aggrediamur viam. Non enim huic affectioni tuæ à moderata exercitatione cessandum est. A V G. Non sinam omnino concludi hunc libellum, nisi mihi modicum quo intẽtus sim de vicinia lucis aperueris. R A. Gerit tibi ille medicus morem. Nam nescio quis me, quo te ducam, fulgor inuitat, & tangit. Itaq; accipe intentus. A V G V. Duc oro te, ac rape quò uis. R A. Animam te certe dicis, & deum velle cognoscere? A V G. Hoc est totum negocium meũ. R A. Nihil ne amplius? AVG. Nihil prorsus. R A. Quid? Veritatem non vis comprehendere? A V G. Quasi vero possim hæc nisi per illam cognoscere. R A. Ergo prius ipsa cognoscenda est per quam possunt illa cognosci. A V G. Nihil abnuo. R A. Primo itaque illud videamus, cum duo verba sint veritas & verum, vtrum tibi etiam res duæ istis verbis significari, an vna videatur? A V G. Duæ res videntur: Nam vt aliud est castitas, aliud castum, & multa in hunc modum, ita credo aliud esse veritatem, & aliud quod verum dicitur. R A. Quid horum duorum putas esse præstantius? A V G. Veritatem opinor. Non enim casto castitas, sed castitate sit castum: Ita etiam si quid verum est, veritate vtique verum est. R A. Quid cum castus aliquis moritur, censes mori etiam castitatem? A V G. Nullo modo. R A. Ergo cũ interit aliquid quod verum est, non interit veritas. A V G. Q̃o autem interit aliquid verum? Non enim video. RA. Miror te istud quærere: Nonne ante oculos nostros millia rerum videmus interire? Nisi forte putas hanc arborem, aut esse arborem, sed veram non esse, aut certe interire non posse. Quanuis enim nõ credas sensibus, possisq́; respondere, ignorare te prorsus, vtrum arbor sit, tamen illud non negabis (vt opinor) veram esse arborem, si arbor est: Non enim hoc sensu, sed intelligẽtia iudicatur. Si enim falsa arbor est, non est arbor: Si autem arbor est, vera sit necesse est. A V G. Concedo istud. R A. Quid istud alterum: Nonne concedis hoc genus rerum esse arborẽ quod nascatur, & intereat? A V G. Negare non possum. R A. Concluditur ergo aliquid quod verum sit, interire. A V G. Non contrauenio. R A. Quid illud? Nonne tibi videtur intereuntibus rebus veris veritatem non interire, vt non mori casto mortuo castitatem? A V G. Iam & hoc concedo, & magnopere: quid moliaris expecto. R A. Ergo attende. A V G. Istic sum. R A. Verane tibi videtur ista sententia. Quicquid est, alicubi esse cogitur? A V G. Nihil me sic ducit ad cõsentiendum. R A. Fateris autem esse veritatem? A V G. Fateor. RA. Ergo vbi sit, necesse est quæramus: Non est enim in loco: Nisi forte aũt esse in loco aliquid aliud præter corpus, aut veritatem corpus esse arbitraris. A V. Nihil horum puto. R A. Vbinam igitur illã esse credis? Non enim nusquam est, quam esse concedimus. A V G. Si scirem vbi esset, nihil fortasse amplius quærerem. R A. Saltem vbi non sit, potes cognoscere? A V. Si commemores, fortasse potero. RA. Nõ est certe in rebus mortalibus. Quicquid.n. est, non potest manere, si non maneat illud in quo est. Manere autem, etiam rebus veris intereuntibus, veritatem pauloante concessum est. Non igitur est veritas in rebus mortalibus. Est autẽ veritas, & non est nusquã. Sunt igitur res immortales. Nihil autem verum in quo veritas non est. Conficitur itaque nõ esse vera, nisi quæ sunt immortalia. Et omnis falsa arbor nõ est arbor, & falsum lignum non est lignum, & falsum argentum non est argentum, & omnino quicquid falsum est, non est. Omne autem quod verum non est, falsum est. Nulla igitur recte dicuntur esse, nisi immortalia. Hanc tu tecum ratiunculam diligenter consydera, nequid tibi concedendum non esse videatur. Si enim rata est, totum negocium penè confecimus: Quod in alio fortasse libro melius apparebit. A V G. Habeo gratiam, & ista mecum, atque adeo tecum quando in silentio sumus, diligenter cauteq́; retractabo, si nullæ se tenebrę immittãt, suamq́; etiam (quod vehementer formido) mihi faciant delectationem. RA. Constanter Deo crede, eiq́; te totum committe quantum potes. Noli esse velle quasi proprius & in tua potestate, sed eius clementissimi & vtilissimi domini te seruum esse profitere. Ita enim te ad se subleuare non desinet, nihilq́ue tibi euenire permittet, nisi quod tibi prosit, etiam si nescias. A V G. Audio, credo, & quantum possum obtempero, plurimumq́ue ipsum deprecor, vt plurimum possim, nisi quid forte amplius à me desideras. R A. Bene habet interim, facies postea quicquid iam visus ipse præcepit.

Ipsa sapientia medetur oculis, ut videri possit. Cap. 14.

C

D

E

F

Anima quo cognoscit. Cap. 15.

G

H

I

K

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, SOLILOQVIORVM Liber Secundus.

De immortalitate hominis. Cap. 1.

SATIS intermissum est opus nostrum, & impatiens est animus, nec lachrymis modus fit, nisi amori detur quod amatur. RA. Quare aggrediamur librum secundum. AVG. Aggre-

Retr. Cap. 4.

Fiducia erga deum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diamur. R A. Credamus Deum affuturum. A V G. Credamus sanè, si vel hoc in potestate nostra est. R A. Potestas nostra, ipse est. Itaque ora breuissima ac perfectissime quantum potes. A V G. Deus semper idem, nouerim me nouerim te: Oratum est. R A. Tu qui vis te nosse, scis esse te? A V G. Scio. R A. Vnde scis? AVGV. Nescio. R A. Simplicem te sentis anne multiplicem? AVG. Nescio. R A. Moueri te scis? AVG. Nescio. RA. Cogitare scis? AVG. Scio. R A. Ergo uerũ est cogitare te. AVG. Verum. RA. Immortalẽ te esse scis? AVG. Nescio. RA. Horum omnũ quæ te nescire dixisti, quid scire prius mauis? AVG. Vtrum immortalis sim. RA. Viuere igitur amas? AVG. Fateor. RA. Quid cum te immortalẽ esse didiceris, satisne erit? A V G. Erit id quidem magnum, sed id mihi paruum. R A. Hoc tamen quod paruum est quãtũ gaudebis? AVG. Plurimum. RA. Nihil iã flebis? AVG. Nihil omnino. RA. Quid si ipsa vita talis esse inueniatur, vt in ea tibi nihil amplius quàm nosti nosse liceat, temperabis a lachrymis? AVG. Immo tantũ flebo, vt vita nulla sit. RA. Non igit viuere propter ipsum viuere amas, sed propter scire. A V G. Cedo conclusioni. R A. Quid si eadem ipsa rerum sciẽtia miserum faciat? AVG. Nullo id quidem pacto fieri posse credo. Sed si ita est, nemo esse beatus potest: Non enim nunc aliunde sum miser, nisi rerum ignorantia: Quod si & rerum scientia miserum facit sempiterna miseria est. R A. Iam video totum quod cupis: Nam quoniam neminem scientia miserum esse credis, ex quo probabile est, vt intelligentia efficiat beatum: Beatus autem nemo nisi viuens, & nemo viuit, qui non est. Esse vis, viuere & intelligere, sed esse, vt viuas, ui uere, ut intelligas. Ergo esse te scis, viuere
M te scis, intelligere te scis. Sed vtrum ista semper futura sint, an nihil horum futurum sit, an maneat aliquid semper, & aliquid intercidat, an minui & augeri hæc possint, cũ oia mãsura sint, nosse vis. AVG. Ita est. RA. Si igitur probauerimus semper nos esse victuros, sequet etiã semper futuros. A V G.
Veritas perpetua. Cap. 2. Sequitur. RA. Restabit quærere intelligẽdo. AVG. Manifestissimũ ordinẽ video atq; breuissimũ. R A. Hic ergo esto nunc vt interroganti caute firmeq; rñdeas. AVGV. Istic sum. RA. Si manebit semp mũdus iste, verum est mundum semper mansurum esse? AVG. Quis hoc dubitet? RA. Quid si non manebit? Nonne ita verum est mundum non esse mansurũ? AVG. Nihil resisto. RA. Quid cum interierit si interiturus est, nõne tunc id erit verum, mundum interisse? Nam quandiu verũ non est, mundum occidisse, non occidit: Repugnat igitur vt mundus occiderit, & verũ non sit, mundũ occidisse. AVG. Et hoc concedo. RA. Quid illud? Videturne tibi uerum aliquid esse posse vt veritas non sit? A V G. Nullo mõ. RA. Erit igitur veritas, etiã si mundus intereat. AVG. Negare non possum. RA. Quid si ipsa veritas occidat, non- A ne verum erit veritatem occidisse? A V G. Et istud quis negat? R A. Verum autem nõ potest esse, si veritas nõ sit. AVG. Iam hoc pauloante concesi. Ra. Nullo modo igitur occidit veritas. AVG. Perge vt cœpisti, nã ista collectione nihil ẽ verius. Ra.

Núc rñdeas mihi velim, vtrũ tibi sentire *Aĩa immortalis.* aĩa videatur, an corpus? AVG. Aĩa videt. Ra. Quid? Intellectus videtur tibi ad animam pertinere? A V G. Prorsus videtur. *Corp.* RA. Ad solã, an ad aliquid aliud? AVG. Nihil aliud video præter aĩam nisi Deum, vbi intellectum esse credã. RA. Iam illud videamus. Si tibi quispiã istum parietẽ non esse parietẽ, sed arborem diceret, quid putares? AVG: Aut eius sensum, aut meũ falli, aut hoc nomine ab eo parietẽ vocari. RA. Quid si, & illi species arboris in eo appareat, & tibi parietis, nonne poterit vtrunque verũ esse? AVG. Nullo modo: Quia vna eadẽq; res & arbor & paries esse nõ potest. Quanuis .n. singulis nobis singula esse videantur, necesse est vnum nrum imaginationem falsam pati. R A. Quid si nec paries nec arbor est, & ambo fallimini. AVG. B Potest id quidem. R A. Hoc ergo vnum superius ptermiseras. AVG. Fateor. RA. Quid si agnoscatis aliud vobis videri quàm est? nunquid nam fallimini? A V G. Non. R A. Potest igitur & falsum esse quod videtur, & non falli cui videtur? A V G. Põt R A. Confitendum est igitur non eum falli q falsa videt, sed eum qui assentitur falsis. A V G. Planè confitendum. R A. Quid ipsum falsum, quare falsum est? A V G. Quòd aliter sese habet q̃ videtur. R A. Si ergo non sint quibus videatur, nihil est falsum. A V G. Sequitur. R A. Non igit est in rebus falsitas, sed in sensu: non aũt falliꝫ qui

qui falsis non assentitur: quare conficitur ut aliud simus nos, alius sensus: siquidem cum ipse fallitur, possumus nos non falli. AVG. Nihil habeo quod contradicam. R A. Sed nunquid cum anima fallitur, audes te dicere non esse falsum? AVG. Quo pacto istud audeam? R A. At nullus sensus sine anima, nulla falsitas sine sensu. Aut operatur igit anima, aut cooperaẽ falsitati. A V G. Trahunt prẽcedentia consensionem. R A. Illud nunc respondeꝫ, vtrum tibi videatur posse fieri, vt aliquando falsitas non sit? A V G. Quomodo mihi hoc videri potest, cum tanta sit difficultas inueniendæ veritatis, vt absurdius dicatur falsitatem quàm veritatem esse non posse. RA. Nunquidnam arbitraris eum qui non viuit, posse sentire? A V G. Non potest fieri. R A. Confectum est animam semper viuere. AVG. Nimis cito urges me in gaudia: Pedetẽtim quæso. RA. Atqui si recte illa concessa sunt, nihil de hac re dubitandum video. A V G. Nimis cito est inquam. Itaque facilius adducor, vt me temere aliquid cõcesisse arbitrer, quàm vt iã securus de immortalitate animę fiam. Tamen euolue istam cõclusionẽ, & quomodo id effectum sit ostende. RA. Falsitatem dixisti sine sensu esse non posse, & eam non esse non posse: semper igitur est sensus. At nullus sensus sine anima: Anima igitur sempiterna est. Nec valet sentire nisi viuat. Sem
Posse & esse & fal per igitur anima viuit. A V G. O plumbeum pugionem. Posses enim concludere hominem esse immortalem si tibi concessisem nunquam istum mũdum esse posse sine homine, eumque mundum esse sempiternum. R A. Bene quidem vigilas. Sed tamen non parum est quod confecimus, rerum naturam sine anima esse non posse, nisi forte in rerum natura falsitas aliquando D non erit. A V G. Istud quidem consequens esse confiteor. Sed iam amplius deliberandum censeo, vtrum superius concessa non nutent. Non enim paruum gradum ad animæ immortalitatem factum esse uideo. R A. Satisne consideraſti, nequid temere dederis? A V G. Satis quidem, sed nihil video quo me arguam temeritatis. R A. Ergo confectum est rerum naturam sine anima viua esse non posse. V V G. Confectum hactenus, ut possint vicissim aliæ nasci, aliæ mori. R A. Quid si de natura rerum falsitas auferatur, nonne fiet ut vera sint omnia? A V G. Consequi video. R A. Responde vnde tibi videatur paries iste verus esse. A V G. Quia eius non fallor aspectu. R A. Ergo quia ita est ut videtur. A V G. Etiam. R A. Si igitur aliquid inde falsum est, quòd aliter videtur atque est, inde verum, quod ita ut est videtur, ablato eo, cui videtur, nec falsum quicquam, nec verum est: At si falsitas in rerum natura non sit, uera sunt omnia. Nec videri quicquam nisi uiuenti aĩę potest. Manet igit aĩa in rerũ natura, si auferri falsitas nõ põt, manet, si potest. A V G. Video robustius quidem esse factum quod iam conclusum E erat, sed nihil hac adiectione promouimus. Nihilominus enim manet illud quod plurimum me mouet, nasci animas & interire, atque ut non desinit mundo, non earum immortalitate, sed succesione ,puenire. R A. Videnturne tibi quæque corporea. i. sensibilia, intellectu posse comprehendi? A V G. Non videntur. R A. Qui illud? Videtur tibi sensibus vti Deus ad res ad cognoscendas? AVG. Nihil audeo de hac re temere affirmare, sed quãtum cõijcere datur, nullo mõ Deus utit sensibus. R A. Ergo concludi mus nõ sentire posse nisi aĩam. AVG. Conclude interim quãtũ ,pbabiliter licet. R A. Quid illud? Dasne istum parietem, si verus paries non sit, nõ esse parietẽ? AVG. Nihil hoc facilius dederim. R A. Neque quicq̃ si verum corpus nõ sit, corpus esse? A V G. Tale ẽt hoc est. R A. Ergo si nihil uerum est, nisi ita fit, ut uidetur, nec quicquam corporeum uideri nisi sensibus potest, nec sentire nisi anima, nec si uerum corpus non sit corpus esse, restat ut corpus esse non possit, nisi anima fuerit. A V-
Verum quid sit. Cap. 5. GV. Nimis urges, & quid resistam F non habeo. R A. Attende in ista diligentius. A V G. En assum. R A. Certe hic lapis est. Et ita uerus est, si non se habet aliter ac uidetur, & lapis nõ est, si uerus non est, & non nisi sensibus uideri potest. AVG. Etiã. R A. Non sunt igitur lapides in abditisimo terræ gremio, nec omnino ubi non sunt qui sentiant: nec iste lapis esset nisi eum uideremus, nec lapis erit cũ discesserimus, nemoq; alius eũ præsens videbit. Nec si loculos bene claudas, quãuis multa in eis incluseris, aliquid habebunt. Nec prorsus ipsum lignũ intrinsecus lignũ est. Fugit .n. oẽs sensus qcqd in altitudine est corporis minime perlucentis, qđ non esse oino cogit. Etenim si esset, verum esset: nec verũ quicq̃ est, nisi

quod ita est vt videtur:illud autem nō uidetur.non est igitur verum,nisi quid habes ad hæc quod respondeas. AVG. De iis quidē quæ concessi, hoc natum esse video, sed absurdū ita est, ut quicquid vis illorū facilius negem, q̄ hoc verum esse concedam. RA. Nihil repugno. Vide ergo, q̄d dicere velis corporea nisi sensibus videri posse, an sentire nisi animam, an esse lapidem, vel quid aliud,sed verum non esse, an ipsum verum aliter esse definiendū. AVG. Istuc ipsum, G oro te, vltimum videamus. RA. Defini ergo verum. AVG. Verum est,quod ita se habet vt cognitori videtur, si velit positq̄ cognoscere. RA. Nō erit igit verū,q̄d nemo pōt cognoscere? Deinde si falsum est, q̄d aliter q̄ est videtur, quid si alteri videat hic lapis,lapis:alteri,lignum, eadē res & falsa, & vera erit? AVG. Illud me magis superius mouet,quomodo siquid cognosci nō potest,eo fiat vt verū non sit. Nā q̄d simul vna res & vera & falsa est,non nimis curo. Etenim video vnam rem diuersis cōparatā simul,& maiorē & minorem esse. Sed ex eo istud contingit, quod nihil per se maius aut minus est. Cōparationis.n. sunt ista nomina. RA. At si dicis nihil esse verum per se, nō times ne sequat,vt nihil sit per se. Vnde enim lignū est hoc,inde ēt verū lignum est. Nec fieri potest vt per seipsum.i.sine cognitore lignum sit,& verū lignū nō sit. AVG. Verum est,quicquid est. Ergo illud dico, & sic definio, nec vereor ne definitio mea ob hoc improbetur, quod nimis breuis est. Nam verum mihi videtur esse id quod est. RA. Nihil ergo erit falsum,quia quicquid est, verū est. AVG. In magnas angustias me coniecisti, nec inuenio prorsus quid respondeā. Ita fit,vt cum H aliter doceri nolim quàm istis interrogationibus, verear iam tamen interrogari. RA. Vnde falsitas, & vbi.c.6. Deus cui nos commisimus, sine dubitatione fert opē,& de his angustijs liberat nos, modo credamus, & eum rogemus deuotissime. AVG. Nihil planè libentius hoc loco fecerim, nā nusquā tantā caliginē pertuli. Deus pater noster qui vt oremus hortaris,qui & hoc q̄d rogaris,præstas.Siquidē cū te rogamus, melius viuimus, melioresq; sumus: exaudi me palpitantem in his tenebris, & mihi dexteram porrige. Prætende mihi lumen tuum,reuoca me ab erroribus, vt te duce in me redeam & in te. Amen. RA. Hic esto quātum potes,& vigilantissi me attende. AVG. Dic quæso siquid tibi suggestū est, ne pereamus. RA. Hic esto. AVG. Ecce habes me nihil aliud agentē. RA. Prius quid sit falsum,etiā atque etiam ventilemus. AVG. Miror, si quicq̄ aliud erit,q̄ quod nō ita est vt videtur. RA. Attēde potius, & ipsos sensus prius interrogemus.Nā certe q̄d oculi vident, non dicitur falsum,nisi habeat aliquam similitudinē veri. Vt verbi causa, homo quem videmus in somnis, nō est vtiq; verus homo sed falsus, eoipso q̄ habet veri similitudinē. Quis.n. I canē videat,et recte se dicat hoīem somniasse?Ergo & ille falsus canis est,ex eo quòd similis uero est. AVG. Ita est vt dicis. RA. Quid,vigilans quisque si viso equo putet se hoīem videre, nonne eo fallitur q̄ ei appareat aliqua hois similitudo? Nam si nihil ei appareat nisi equi species, non potest arbitrari se hominem videre. AVG. Prorsus cedo. RA. Dicimus item falsam arborem quam pictam videmus,& falsam faciē, quæ de speculo redditur, & falsum turriū motū nauigantibus,falsamq̄; infractionē remi,ob aliud nihil nisi q̄ verisimilia sunt. AVG. Fateor. RA. Ita & in gemmis fallimur,ita in ouis, ita in singulis sigillis vno annulo impressis,& in cæteris talibus. AVG. Sequor omnino atque concedo. RA. Similitudo igitur rerum quę ad oculos pertinet, mater est falsitatis. AVG. Negare nō possum. RA. Et hæc omnis sylua,nisi me fallit,in duo genera diuidi potest. Nā partim ęqualibus in rebus,partim vero in deterioribus est. Aequalia sunt, qñ tam hoc illi q̄ aliud huic simile esse dicimus, vt de gēmis dictum est,vel de impressionibus annuli: in K deterioribus autem qñ illud quod deterius est,simile esse dicimus meliori. Quis enim in speculum attēdat, & recte dicat se esse illi imagini similē,ac non potius illā sibi? Hoc autē genus, partim est in eo quod aia patitur,partim vero in ijs rebus, q̄ vident. Sed ipsum quod anima patitur, aut in sensu patitur, vt turris motum qui nullus est: aut apud seipsam ex eo quod accepit à sensibus, qualia sunt visa somniātiū,& fortasis ēt furentium. Porrò illa quæ in ipsis rebus quas videmus apparent, alia à natura, cætera ab animātibus exprimunt atq; finguntur.Natura gignendo vel resultādo similitudines deteriores facit.Gignēdo cū pariētibus similes nascuntur,resultando, vt de speculis cuiusce iuisse modi. Quanuis.n.pleraq; secula homines faciant,non tñ ipsi effigiunt eas,quę reddūtur, imagines.Iam vero animantium opera sunt in picturis,& in huiusce modi quibusque figmētis: in quo genere includi etiam illa pōt, si tamen fiunt, quæ dæmones faciunt. Vmbras autem corporum,quia non nimis ab re abest ut corporibus similes & quasi falsa corpora dicantur,nec ad oculorum iudiciū pertinere negandæ sunt, in illo eas genere poni L placet, quod resultando à natura fit. Resultat enim omne corpus lumini obiectum, & in contraria parte vmbram reddit. An tibi aliquid contradicendum videtur? AVG. Mihi vero nihil. Sed quonam ista tendant, uehementer expecto. RA. Itaque oportet patiēter feramus, donec nobis cæteri sensus renuncient in verisimilitudine habitare falsitatem.Nam & in ipso auditu totidem ferè genera veniunt similitudinum: veluti cum loquentis vocem quem non videmus audiētes,putamus alium quempiam,cui uoce similis est: atq; in deterioribus vel echo testis est, vel tinnitus ille ipsarum aurium, vel in horologijs, merulæ aut corui quædā imitatio, vel quæ sibi somniantes aut furentes vidētur audire. Falsæ autem voculæ quæ dicuntur à musicis,incredibile est, quantum attestantur veritati, quod post apparebit: tamen etiam ipsæ, quod sat est nunc non absunt ab earum similitudine quas veras vocant. Sequeris hęc? AVG. Et libentissime.Nam nihil laboro, vt intelligam. RA. Ergone moremur. Videturne tibi aut lilium à lilio posse odore, aut mel thyminum à melle thymino de diuersis aluearijs sapore, aut mollitudo plumarum cygni ab anseris tactu facile dijudicari? AVG. Non videtur. RA. Quid cum talia nos uel oli facere, vel gustare, vel tangere somniamus, nonne similitudine imaginum eo deteriore quo inaniore decipimur? AVG. Verum dicis. RA. Ergo apparet nos in omnibus sensibus siue æqualibus, siue in deterioribus rebus, aut similitudine lenocinante falli, aut etiam, si non fallimur, suspendentes consensionem, seu differentiam dignoscentes, tamen eas res falsas nominare, quas verisimiles deprehendimus. AVG. Dubitare non possum. RA. Nunc attende, dum eadem rursum recurrimus, quo fiat apertius quod conamur ostendere. AVG. Eloquere quod velis. Nam ego circumitum istum semel statui tolerare, neque in eo defatiscar spe tanta perueniendi, quò nos tendere sentio.

R A. Bene facis. Sed attende vtrum tibi videatur, cum oua similia videamus, aliquod eorum falsum esse recte nos posse dicere. AVG. Nullo modo videtur. Omnia enim si oua sunt, vero oua sunt. RA. Quid cum de speculo resultare imaginem videmus, quibus signis falsam esse comprehendimus? AVG. Scilicet quod non tenetur, non sonat, non per se mouetur, non uiuit, & cæteris innumerabilibus, quæ prosequi longum est. RA. Video te nolle immorari, & properationi tuæ mos gerendus est. Itaqua ne singula repetam, si & illi homines, quos videmus in somnis, viuere, loqui, teneri à vigilantibus possent,nihilq; inter ipsos differret & eos quos expergefacti ac sani alloquimur et videmus, nunquidnā eos falsos diceremus? AVG. Quo pacto istud recte diceretur? RA. Ergo si eo veri essent quo verisimillimi apparent, nihilq; inter eos & veros omnino distaret,eoque falsi quòd per illas vel alias differentias dissimiles conuincerentur, nonne similitudinem veritatis magnam, & dissimilitudinem falsitatis esse fatēdum est? AVG. Non habeo quid dicam, & pudet me tam temerarię cōsensionis meæ superioris. RA. Ridiculum est si te pudet, quasi non ob idipsum elegerimus huiusmodi sermocinationes: Quæ quoniam cum solis nobis loquimur, soliloquia vocari atque inscribi uolo, nouo quidem, & fortasse duro nomine, sed ad rem demonstrandam satis idoneo. Cum enim neque melius quęri veritas possit quàm interrogando, respondendo,& uix quisquam inueniatur, quē non pudeat conuinci disputantem, eoque penè semper eueniat, ut rem bene inductam ad discutiendum inconditus pertinaciæ clamor explodat, etiam cum laceratione animorum plerūque dissimulata interdum,& aperta,pacatissime, ut opinor, & cōmodissime placuit, ut à meipso interrogatum,mihique respondentem Deo adiuuante verum quærerem: Quare nihil est quod vereare, sicubi te temere illigasti, redire atque resoluere. Aliter hinc enim euadi non potest. AVG. Recte dicis, sed quid male concesserim non plane video: nisi forte id recte dici falsum, quod habeat aliquam uerisimilitudinem, cum prorsus mihi nihil aliud dignum falsi nomine occurrat: & rursus tamen cogor fateri eo falsa uocari, quæ uocantur, quo à veris differunt. Ex quo conficitur eam

1.Retra-ctа.ca.4.

A

B

Vnde ue rum aut falsum. Cap.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsam dissimilitudinem causam esse falsitatis. Itaq; conturbor: Non enim mihi facile quicquam venit in mentem quod contrarijs causis gignatur. R A. Quid si hoc vnum est in rerũ natura genus, & solũ quod ita sit? An ignoras cũ per animaliũ innumerabilia genera cucurreris, solũ crocodilũ inueniri, qui superiorem in mandẽdo partem moueat, præsertim cum penè reperiri nihil queat, ita cuique rei simile, vt non in aliquo etiam dissimile sit? A V G. Video quidem ista: sed cum consydero illud quod falsum C vocamus, & simile aliquid habere veri & dissimile, ex qua potius parte meruerit falsi nomen non valeo discernere. Si enim ex eo ꝙ dissimile est, dixero, nihil erit quod nõ falsum dici possit. Nihil enim est quod non alicui rei dissimile sit, quam verã esse concedimus. Item si dixero eo ꝙ simile est, falsum appellãdũ, non solum oua illa reclamabunt, quæ vera eoipso sunt quo simillima, sed etiam sic non effugiã eum qui me coegerit falsa esse oia confiteri, ꝙ omnia sibi ex aliqua parte similia esse negare nõ possum. Sed fac me non metuere illud respondere, similitudinem ac dissimilitudinẽ simul efficere, vt aliquid falsum recte noĩeĩ, quã mihi euadẽdi viã dabis? Instabitur. n. nihilominus vt omnia falsa esse renunciẽ, quippe omnia sibimet vt supra dictum est, & similia quadã ex parte, & dissimilia reperiuntur. Restaret vt nihil aliud falsum esse dicerẽ, nisi quod aliter se haberet atq; videretur, ni vererer illa tot monstra, quæ me dudum enauigasse arbitrabar. Nam eo rursum repellor vertigine inopinata, vt verum id esse dicam quod ita se habet vt vr̃. Ex quo conficitur sine cognitore D nihil verũ esse posse: Vbi mihi naufragium in scopulis occultissimis formidandum est, qui veri sunt ẽt si nesciantur. Aut si verum esse id quod est dixero falsum non esse vspiã concludetur quouis repugnante. Itaque redeunt illi æstus, nec quicquam tanta patientia morarum tuarum processisse me video.

Quid falsum, quid fallax, & qd mendax. Cap. 9.

R A. Attende potius, nam nullo modo in aium inducã frustra nos auxiliũ diuinum imploraſſe. Video. n. tentatis quantũ potuimus oĩbus rebus, non remansisse qd̃ falsum iure dicatur, nisi quod aut se fingit esse quod non est, aut oĩno esse tendit, & non est. Sed illud superius falsi genus, vel fallax ẽt, vel mendax est. Nam fallax id recte dr̃, quod habet quendam fallendi appetitũ, qui sine anima intelligi non ꝑt, sed partim rõne fit, partim natura. Ratione, in animalibus rationalibus, vt in homine: natura in bestijs tanq; in vulpecula. Illud ãt quod mendax voco, à mentientibus fit. Qui hoc differunt à fallacibus, quod omnis fallax appetit fallere, non quid sit, aũt omnis vult fallere qui mentitur: nam & & mimi & comœdiæ & multa poemata mẽdaciorũ plena sunt, delectandi potius quàm fallendi voluntate, & omnes ferè, qui iocantur, mentiuntur. Sed fallax vel fallens is recte dicitur, cuius negocium est vt quisq; fallatur. E Illi ãt qui non id agunt vt decipiant, sed tñ aliquid fingũt, vel mẽdaces tm̃, vel sine hoc quidem, mentientes tamen vocari nemo ambigit. Nisi quid habes aduersus ista quod dicas. AV. Perge quæso: nunc. n. fortasse de falsis non falsa docere cœpisti. Sed iã genus illud expecto, quale sit quod dixisti, esse tendit & non est. R A. Quidni expectes? Eadem illa sunt quorum multa supra memoramus. An nõ tibi videtur imago tua de speculo quasi tuipse velle esse, sed ideo eẽ falsa, quod non est? A V G. Valde hoc videtur. R A. Quid omnis pictura vel cuiuscemodi simulachrum, & id genus omnia opificum, nonne illud esse contendunt, ad cuius quidque similitudinẽ factum est? A V G. Prorsus adducor. R A. Iam ea quibus vel dormientes vel furentes fallunt̃, concedis, ut opinor in eo esse gñe. A V. Nulla magis: nã nulla magis tendũt talia esse qualia vel vigilantes vel sani cernunt, & eo tñ falsa sunt, quo id quod tendunt esse non possunt. R A. Quid iã de turrium motu, vel de merso remo, vel de vmbris corporũ plura dicã? Planũ est (vt arbitror) ex hac regula esse metiẽda. AV. Planissimũ. R A. Taceo de cæteris sensibus, nã nemo cõsyderãs nõ hoc inueniet, falsum appellari in rebus ipsis quas sentimus, qd̃ esse aliquid tẽdit & non est. A V. F

Recte dicis, Sed miror cur ab hoc genere tibi secernẽda illa poemata & ioca visa sunt, cæteregue fallaciæ. R A. Quia. s. aliud est falsum esse velle, aliud verum esse nõ posse. Itaq; ipsa opera hoĩum velut comœdias aut Tragœdias, aut mimos & id genus alia possumus operibus pictorũ fictorũq; cõiungere. Tam. n. verus esse pictus homo non ꝑt, q̃is in spẽm hominis tendat, q̃ illa q̃ scripta sunt in libris Comicorum. Neq;. n. falsa esse volunt, aut ullo appetitu suo falsa sunt, sed quadam necessitate quantum fingentis arbitrium sequi potuerunt. At vera in scena Roscius voluntate falsa Hecuba erat, natura verus hõmo, sed illa voluntate etiam verus Tragœdus, eo videlicet quo implebat institutum, falsus aũt Priamus, eo qd̃ Priamum assimilabat, sed ipse non erat. Ex quo iã nascit quiddã mirabile, qd̃ tñ ita se hr̃e nemo ambigit. A V G. Quidnam id est? R A. Quid putas, nisi hæc oia inde esse in quibus G dam vera, vnde in quibusdã falsa sunt, & ad suum verũ hoc solum eis prodesse, quod ad aliud falsa sunt? Vnde ad id quod esse aut volunt, aut debent, nullo modo perueniunt. si falsa esse fugiũt. Quo pacto. n. iste quẽ cõmemoraui, verus Tragœdus esset, si nollet esse falsus Hector, falsa Andromachæ, falsus Hercules, & alia innumera? Aut vnde vera pictura esset, si falsus equus non esset? Vnde in speculo vera hois imago, si non falsus hõ? Quare si quibusdã vt verũ aliquid sint prodest vt sint aliquid falsum, cur tãtopere falsitates formidamus, & pro magno bono appetimus veritatẽ? AVG. Nescio & multũ miror, nisi quia in exẽplis istis nihil imitatione dignũ video. Non. n. tanquam histriones, aut de speculis quæq; relucẽtia, aut tanquam Myronis bucula ex ære, ita ẽt nos ut in nr̃o quodam habitu veri simus ad aliorũ habitum adumbrati atque assimilati, & ob hoc falsi esse debemus: sed illud verum quærere, quod non quasi bifronte rõne sibiq; aduersanti, vt ex aliqua parte verũ sit, ex aliqua falsum sit. R A. Magna & diuina q̃dã requiris. Quæ tñ si inuenerimus, nonne fatebimur his ipsam confici, & quasi conflari veritatẽ, à qua denominatur omne qd̃ verũ quoquo mõ noĩatur? AVG. Nõ inuitus H assẽtior. R A. Quid tibi ergo videtur? Disciplina disputandi, verane an falsa est? AGV. Quis dubitet veram? Sed vera est etiã Grãmatica. R A. Itane vt illa. AVG. Nõ video quid sit vero verius. R A. Illud profecto qd̃ nihil falsi habet. Quod intuens pauloante offendebare ex iis rebus, q̃ nescio quo, nisi falsę essent, veræ esse non possent. An ignoras oĩa illa fabulose, & aperte falsa ad Grammaticam pertinere? AVG. Non ignoro istud quidem, sed (vt opinor) nõ per Grammaticam falsa sunt per eã qualiacunque sunt demonstrantur. Siquidem est Fabula cõpositum. ad vtilitatẽ delectationẽue mendacium. Est autẽ Grammatica vocis articulatæ custos, & moderatrix disciplina. Cuius professionis necessitate cogitur humana lingua omnia etiam figmenta colligere, quę memoriæ literisq; mandata sunt, nõ ea falsa faciẽs, sed de his verã quandam docens asserensq; rationem. R A. Recte sane. Nihil nũc curo, vtrum abs te ista bene definita atque distincta sint. Sed illud quæro. vtrũ hoc ita esse ipsa Grãmatica, an vero illa disciplina disputationes ostẽdat? AVG. Nõ nego uim peritiãque definiendi, qua nũc ego ista I separare conatus sum, disputatoriæ arti tribui. R A. Quid ipsa Grammatica, nonne si vera est, eo vera est quo disciplina est? Disciplina enim à discẽdo dicta est. Nemo aũt quæ didicit ac tenet nescire dici põt, & nemo scit falsa. Ois ergo uera est disciplina. AVG. Nõ video quidẽ quid in ista ratiuncula temere cõcedatur. Mouet me tñ ne per istam cuipiam videatur etiam illas fabulas veras esse, nam & has discimus & tenemus. RA. Nunquidnã magister noster volebat nos credere, quæ docebat, & nosse? A V G. Immo vehementer, vt nossemus, instabat. RA. Nunquid aliqñ instituit, vt Dædalum volasse crederemus? AVG. Hoc quidem nunquam. Sed plane nisi teneremus fabulã, vix nos posse aliquid manibus tenere faciebat. RA. Tu ergo negas verum esse qd̃ ista fabula sit, & quod ita sit Dædalus diffamatus? AVG. Hoc nõ nego verũ esse. R A. Non negas ergo te didicisse verũ cũ ista dideris. Nã si volasse Dædalũ verũ esset, & hoc pueri pro ficta fabula acciperẽt atq; rederent, eoipso falsa retinerent, quo vera essent illa, q̃ redderẽt. Hinc. n. extitit illud qd̃ K superius mirabamur, de volatu Dædali veram fabulã esse non potuisse, nisi Dædalum volasse falsum esset. AVG. Iã teneo istud, sed quid ex eo proficiamus expecto. R A. Quid, nisi non esse falsam illam rõnem, qua collegimus, disciplinã, nisi vera doceat, disciplinam esse non posse? AVG. Et hoc quid ad rem? RA. Quia volo dicas mihi, vnde sit disciplina Grammatica, Inde enim vera est, vnde disciplina est. AVG. Nescio qd tibi rñdeam. RA. Nõne tibi videtur si nihil in ea definitũ esset, & nihil in genera, & partes distributum atq; distinctum eã nullo mõ disciplinã esse potuisse? AVG. Iã intelligo quid dicas, nec vlla mihi occurrit cuiusuis facies disciplinæ, in qua non definitiones, ac diuisiones, ac rõnes & ratiocinationes, dũ quid quidq; sit declaratur, dum sine confusione partiũ sua cuiq; redduntur, dum nihil prætermittit propriũ, nihil annumeratur alienum, totum hoc ipsum, qd̃ discipli na dicĩ, egerint. R A. Ergo & totũ ipsum

quoq; vera dicit. AVG. Video consequi. RA. Rũde nunc quæ disciplina contineat definitionum, diuisionum, partitionumque
L rationes. AVG. Iam superius dictum est, hæc disputãdi regulis contineri. RA. Grãmatica igit eadẽ arte creata est, vt disciplina, & vt vera esset, qua aduersum me, abs te superius à falsitate defensa. Quod non de vna Grammatica mihi licet cõcludere, sed prorsus de oĩbus disciplinis. Nam dixisti vereq; dixisti nullã disciplinã tibi occurrere, in qua nõ definiendi ius atq; distribuendi idipsum vt disciplina sit fecerit. At si eo veræ sunt quo disciplinæ, negabitne quispiã veritatem ipsam esse, per quã omnes veræ sunt disciplinæ? AVG. prope est, omnino, vt assentiar. Sed illud me mouet, qđ ẽt rationẽ disputãdi inter easdem disciplinas numeramus. Quare illã potius existimo esse veritatem, qua et ista ipsa ratio vera est. RA. Optime omnino ac vigilantissime. Sed non negas (vt opinor) eo veram esse quo disciplina. AVGV. Immo idipsum est qđ me mouet. Aduerti. n. etiã ipsam disciplinã esse, & ob hoc verã dici. RA. Quid ergo? Istã putas aliter disciplinã esse potuisse, nisi omnia in ea definita essent & distributa? AVG. Nihil aliud habeo quod dicam. RA. At si ad eã pertinet hoc officium, per seipsam disciplina uera est. Quisquam ne igitur mirũ putaM bit, si ea quæ vera sunt, oĩa ab ipsa vera sunt, si & ipsa sit veritas? AVG. Nihil mihi obstat quo minus recte pergam in istam sen
Quot modis q̃ dam sint in alio. Cap. 12. tentiam. RA. Ergo attende pauca, quæ restant. AVG. Profer siquid habes, modo tale sit quod intelligam, libenterq; concedam. RA. Esse aliquid in aliquo non nos fugit duobus modis dici. Vno quo ita est, vt etiam seiungi atque alibi esse possit, vt hoc lignum in hoc loco, vt sol in Oriẽte. Altero autẽ quo ita est aliquid in subiecto, vt ab eo nequeat separari, vt in hoc ligno forma, & spẽs, quã videmus: vt in sole lux, vti in igne calor, vt in aĩo disciplina, & siqua sunt talia. An tibi aliter videtur? AVG. Ista quidem vetustissima sunt nobis, & ab ineũte adolescentia studiosissime percepta, & cognita. Quare nõ possum de his interrogatus, quin ea sine vlla deliberatione concedam. RA. Quid illud? Nõne concedis qđ in subiecto est inseparabiliter, si subiectũ ipsum nõ maneat, manere non posse? AVG. Hoc quoque video necessariũ, nã manente subiecto, posse id qđ in subiecto est nõ manere, quisquis diligẽter res aduertit, intelligit. Si quidem huius corporis color potest, vel valetudinis rõne, vel ætate immutari, cũ ipm corpus necdũ interierit. Ex hoc nõ peræq; in oĩbus valet, sed in his quibus nõ vt sint ipsa subiecta ea, q̃ in subiectis sunt coexistunt. Non. n. ut sit iste paries, hoc colore fit, quẽ in eo videmus, cum etiam siquo casu nigrescat, aut albescat, vel aliquẽ alium mutet colorem, nihilominus tũ maneat paries ac dicat. At vero ignis si calore careat, nec ignis quidẽ erit: nec niuẽ vocare, nisi candidã possumus. Illud uero qđ interrogasti quis concesserit, aut cui posse fieri videat, vt id quod in subiecto est, maneat ipso intereunte subiecto? Monstruosum. n. & à veritate alienissimum est, vt id, quod non esset nisi in ipso esset, etiã cum ipsum non fuerit, possit esse. RA. Illud igitur qđ quærebamus inuentum est. AVG. Quid narras? RA. Id qđ talibus audis. AVG. Iamne ergo liquido constat animam esse immortalem? RA. Si ea quæ collegi, concessisti vera sint, liquidissime: nisi forte Capaj. animum dicis, ẽt si moriatur, animum esse. AVG. Nunquam equidẽ hoc dixerim, sed eoipso quo interit, fieri vt animus nõ sit, dico. Nec me ab hac sententia reuocat quod à magnis philosophis dictũ est, eam rem, quæ quocunq; venerit, vitã præstat, mortem in B se admittere non posse. Quanuis. n. lumen quocunq; intrare potuerit faciat id lucere, tenebrasque in se pp memorabilem illam vim contrariorum non possit admittere, tñ extinguitur, locusque ille extincto lumine tenebratur. Ita illud quod tenebris resistebat, neq; vllo modo in se tenebras admisit, & sic eis intereundo locum fecit, vt poterat etiã discedendo. Itaq; timeo ne mors ita cõtingat corpori, vt tenebræ loco aliquãdo discedente animo vt lumine, aliqñ aũt ibidem extincto: vt iam non de omni morte corporis securitas sit, sed aliquod genus mortis sit, optãdum, quo anima ex corpore incolumis educatur, perducaturq; ad locũ, si est vllus talis locus, vbi nõ possit extingui. Aut si nec hoc quidem potest, atq; in ipso corpore aĩa quasi lumen accenditur, nec alibi potest durare, omnisque mors est extinctio quædam animæ in corpore, vel vitæ aliquod genus eligendum est quantũ homo finitur, quo id ipsum quod viuitur cum securitate ac tranquillitate viuatur, quanquam nescio quomodo istud possit, si anima moritur. O multũ beatos, quibus siue ab ipsis, siue abs quolibet

C libet non esse metuendam mortem, etiam si anima intereat, persuasum est. At mihi misero nullæ adhuc rationes, nulli libri persuadere potuerunt. RA. Noli gemere, immortalis est animus humanus. AV. Vnde hoc probas? RA. Ex ijs q̃ cum magna cautione, vt arbitror, superius concessisti. AV. Nihil quidem me minus vigilanter interroganti tibi memini dedisse: sed collige iam ipsam summam, oro te, videamus quo tantis ambagibus peruenerimus, nec me iã interroges volo. Si enim ea breuiter enumeratu rus es, quæ concessi, quonã rursos responsio mea desideratur? An vt moras gaudiorũ mihi frustra inferas, si quid boni forte confecimus. RA. Faciam quod te velle video, sed attende diligentissime. AV. Loquere iam quid negas? RA. Omne quod in subiecto est, si sp manet, ipsum ẽt subiectum maneat semper necesse est: Et omnis in subiecto est aio disciplina. Necesse est igitur semper animus maneat, si semp maneat disciplina. Est autem disciplina veritas, & semper vt initio libri huius ratio psuasit, veritas manet. Sem
D per igitur animus manet, nec animus mortuus dicitur. Immortalem igitur animum solus non absurde negat, qui superiorum aliquid non recte concessum esse conuincit.
Excusit superior syllogism. Cap. 14. AVG. Iam me volo in gaudia mittere, sed duabus aliquantum reuocor causis. Nã primum me mouet quod circuitu tanto vsi sumus, nescio quã raciocinationũ catenam sequentes, cum tam breuiter totum de quo agebatur, demonstrari potuit, quod nũc demonstratum est. Quare me solicitum facit, quod tandiu quasi ad insinuandũ obambulauit rõcinatio. Deinde non video qũo in animo sp sit disciplina, præsertim disputandi cum & tã pauci eius gnari sint, & quisquis eam nouit, tanto ab infantia tpe fuerit indoctus. Non. n. possumus dicere, aut imperitorum animos, nõ esse aios: aut esse in animoeam, quã nesciant disciplinã. Quod si vehementer absurdũ est, restat, vt aut non sp in animo sit veritas, aut disciplina illa veritas non sit. RA. Vides q̃ non frustra tãtos circuit? egerit nra rõcinatio. Quærebamus. n. quid sit veritas, qđ ne nũc quidẽ in hac sylua rerũ oĩbus penè callibus oberratis video nos inuestigare potuisse. Sed quid facimus? An incepta omittimus, expectamus, & quid
E nobis librorũ alienorũ in manus & incidat, quod huic quæstioni satisfaciat? Nã & multos ante nostrã ętatẽ scriptos esse arbitror, quos non legimus: & nunc vt nihil quod nescimus, opinemur, & manifestum habemus & carmine de hac re scribi, & soluta oratione: & ab ijs viris quorũ nec scripta latere nos possunt, & eorũ ingenia talia nouimus, vt nos in eorum literis, quod volumus, inuenturos disperare non posimus, præsertim cum hic ante oculos nostros sit ille, in quo ipsam eloquentiam quam mortuam doleba mus, perfectam reuixisse cognouimus. Illene nos sinet, cum scriptis suis viuẽdi modũ docuerit, viuendi ignorare naturam? AV. Non arbitror equidem, & multum inde spero, sed vnum doleo, quod vel erga se, vel erga sapientiam studium nostrum non ei, vt volumus, valemus aperire. Nam profecto ille misereretur sitim nostrã, & exũdaret multo citius quam nũc. Securus enim est, quod sibi iam totũ de animæ immortalitate persuasit, nec scit aliquos esse fortasse, qui huius ignorationis miseriam satis cognouerunt, & quibus præsertim rogantibus non subuenire crudele sit. Ille autem alius nouit quidẽ pro familiaritate ardorem nostrum, sed ita longe abest, & ita nunc constituti sumus, F vt vix ad eum vel epistolæ mittendæ facultas sit. Quem credo iam ocio transalpino perfecisse carmen quo mortis metus excantatus effugiat, & antiqua glacie duratus animæ stupor frigusque pellatur. Sed interim dum ista proueniunt, quæ in nostra potesta te non sunt nonne turpissimum est perire ocium nostrum, & totum ipsum animũ ex incerto arbitrio pendere deligatum?

Vbi est quod Deum & rogauimus, & ro- Veri & gamus, vt nobis non diuitias, non corporis falsi navoluptates, non populares suggestus atque tura.
honores, sed animam nostram, seque ipsum Cap. 15.
quærentibus iter aperiat? Itane nos deseret, aut à nobis deserit? RA. Alienissimũ quidẽ ab ipso est, vt eos qui talia desiderant deserat. Vnde à nobis quoque alienum esse debet, vt tantum ducem deseramus. Quare si placet repetamus breuiter, vnde illa duo confecta sint, aut semper manere veritatem, aut veritatem esse disputandi rationem. Hæc enim vacillare dixisti, quo minus nos faciat totius rei summa securus. An potius illud quæremus, quomodo esse possit in imperito animo disciplina, quem G non possumus nõ animum dicere. Hinc. n. cõmotus uidebat, ut de illis quæ cõcesseras dubitare rursus necesse fuerit. AVG. Immo discutiamus prius illa duo, deinde hoc

quale

quale sit videbimus. Ita.n. vt opinor, nulla controuersia remanebit. R A. Ita fiet, sed adesto totus atq; cautissimus. Scio.n.quid tibi eueniat attendenti, dum nimis pendes in conclusionem, quid iam etiam inferatur expectas, ea quæ interrogantur non diligenter examinata concedas. AVG. Verum fortasse dicis, sed enitar contra hoc genus morbi q̃tum possum: modo iam tu incipe quærere, ne superfluis immoremur. R A. Ex eo, quantum memini, veritatem non posse interire conclusimus, quod non solum si totus mundus intereat, sed etiam si ipsa veritas, verum erit & mundum & veritatem interisse. Nihil autẽ verum sine veritate: nullo modo igitur interit veritas. AVG. Agnosco ista & multum miror, si falsa sunt. R A. Ergo illud alterum videamus. AVG. Sine me paululum considerare oro te, ne huc iterum turpiter redeam. R A. Ergone interesse veH ritatem verum non erit, si non erit verum. Nõ ergo interit, sed verum erit. Vnde post occasum veritatis verum erit, cum iam veritas nulla est. AVG. Nihil habeo quid plus cogitẽ atq; considerem: perge ad aliud. R A. Certe faciemus quantum possumus, vt docti atq; prudentes viri legant hæc, & nostrã (siqua est) corrigant temeritatem: nam me nec modo nec aliquando arbitror quid contra hoc dicatur posse inuenire. Nunquidnam ergo dicitur veritas, nisi qua verũ est, quicquid verum est? AVG. Nullo modo. R A. Nunquidnam recte dicitur verum, nisi quod non est falsum? AVG. Hinc vero dubitare dementia est. R A. Num falsum non est, quod ad similitudinem alicuius accõmodatum est, neq; id tamen est cuius simile apparet? AVG. Nihil quidem aliud video, quod libentius falsum vocem. R A. Sed tñ solet falsum dici etiam quod à verisimilitudine longe abest. AVG. Quis negat? R A. Sed tamen quod habeat ad verum nonnullã imitationem. AVG. Qũo? Non.n.cum dicitur iunctis alitibus anguibus Medeam volasse, ulla ex parte res ista verum imitatur, quippe quæ nulla sit, nec imitari aliquid possit ea res, quæ omnino non sit. R A. Recte dicis: sed non attendis eam rem, quæ omI nino nulla sit, nec falsam quidem posse dici. Si enim falsum est, non est: si est, non est falsum. AVG. Non ergo dicemus illud de Medea nescio quod monstrum falsum esse, R A. Non vtique: nam si factum est, qũo falsum est? Si nõ est factum, quomodo monstrum est? AVG. Mirã rem video: itane tandem cũ audio, Angues ingentes aliter iunctos iugo, non dico falsum? R A. Dicis plane. Est enim quod falsum esse dicas. AVG V. Quid quæso? R A. Illam.s.sententiam quæ ipso versu enunciatur. AVG. Et quam tandem habet ista imitationem veri? R A. Quia similiter enunciaretur etiam si vere illud Medea fecisset. Imitatur ergo ipsa enunciatione veras sententias falsa sententia. Quæ si non creditur, eo solo imitatur veras, quod ita dicitur, estq́; tantum falsa, non etiam fallens. Si autem fidem impetrat, imitatur etiam creditas veras. AVG. Iam intelligo multum interesse inter illa q̃ dicimus, & illa de quibus dicimus aliquid, quare iam assentior. Nam hoc solo reuocabar, quicquid falsum dicimus non recte dici, nisi habeat veri alicuius similitudinẽ. Quis enim lapidem falsum argentum esse dicens K non iure rideatur? tamen si quisquam lapidem argentum esse dicat, dicimus falsum eũ dicere, id est, falsam proferre sententiam. Stannum aũt vel plumbum non absurde, vt opinor, falsum argentum vocamus, quòd id res ipsa velut imitatur: neq; ex eo falsa est nostra sententia, sed illud ipsum de quo nunciatur. R A. Bene intelligis. Sed illud vide, vtrum & argentum falsi plumbi nomine cõgruenter appellare possimus. AVG. Nõ mihi placet. R A. Quid ita? AVG. Nescio, nisi illud video, vehementer contra volunAn melitem meam dici. R A. Num forte propterea quod argentum melius est, & quasi in contumeliam eius dicitur: plumbi aũt quidam velut honor est, si falsum argẽtum vocetur. AVG. Prorsus explicasti quod volebam. Et ideo credo iure infames intestabilesq́; haberi, qui muliebri habitu se ostentant, quos nescio vtrum falsas mulieres, an falsos viros melius vocem. Veros tamen histriones, verosq́; infames sine dubitatione possumus vocare: aut si latent, nec infame quicq̃ nisi à turpi fama nominatur, veros nequam non sine ueritate dicimus, vt opinor. R A. Alius L locus nobis erit de istis rebus disserendi. Multa enim fiunt quæ quasi facie populari turpia videntur, aliquo tamen fine laudabili honesta monstrentur. Et magna quæstio est, vtrum patriæ liberãdæ causa muliebri tunica indutus, debeat hostem decipere hoc ipso quo mulier, falsa sit, fortasse verior vir futurus. Et vtrũ sapiens qui aliquo mõ certũ habeat, necessariã fore vitam suam rebus humanis, malit emori frigore, q̃ fœmineis vestibus, si aliud non sit, amiciri. Sed de hoc, vt dictum est, alias videbimus. Profecto.n. cernis quantæ inquisitionis indigeat, quatenus ista progredi debeant, ne in quasdam inexcusabiles turpitudines decidatur. Nunc aũt quod præsenti q̃stioni satis est, iã puto apparere, neq; dubitari non esse falsum quicquã, nisi veri aliqua imitatione. AVG. Proficisci ad reliqua, nam hoc mihi bene persuasum est. Ergo illud q̃ro, vtrũ præter disciplinas quas nos eruditos, & quibus ẽt ipsum studium sapientiæ annumerari decet, possimus quicquã ita verum inuenire quod non sicut theatricus Achilles ex aliqua parte falsum sit, vt ex alia verum esse possit. R A. Mihi videntur multa inueniri. Non enim disciplinę istum habent lapidem, nec tũ vt verus sit lapis, imitatur aliquid secundũ quod falsus dicatur. Quo vno cõmemorato, vides iam in numerabilibus supersedẽdũ esse quæ sponte occurrant cogitantibus. AVG. Video prorsus. R A. Sed nonne tibi videntur vno corporis nomine includi? AVG. Viderentur, si aut inane nihil esse certum haberem, aut ipsum animum inter corpora numerandum arbitrarer, aut etiam deum corpus aliquod esse crederem. Quæ omnia si sunt, & nullius imitatione falsa & vera esse video. R A. In longum nos mittis, sed vtar quantum possum cõpẽdio. Certe enim aliud est quod inane appellas, aliud, quod veritatem. AVG. Longe aliud. Quid.n.me inanius, si veritatẽ inane aliquid putem, aut tantopere aliquid inane appeto? Quid enim aliud q̃ veritatem inuenire desidero? R A. Ergo & illud fortasse concedis, nihil verum esse, quod nõ veritate fiat, vt verum sit. AVG. Iam hoc olim manifestum est. R A. Num dubitas nihil esse inane præter ipsum inane, aut certe corpus? AVG. Prorsus non dubito. R A. Opinor ergo veritatem corpus esse aliquod credis? AVG. Nullo modo. R A. Quid in A corpore? AVG. Nescio. R A. Nihil ad rẽ, Arbitror enim vel illud te scire, Si est inane, magis illud esse vbi nullum sit corpus. AVG. Hoc sanè planum est. R A. Quid igitur immoramur? An tibi aut veritas videtur feciſſe inane. aut aliquid verã esse vbi veritas non sit? AVG. Non videtur. R A. Non est ergo inane verum, quia neq; ab eo quod inane non est, inane fieri põt. Et quod veritate caret, verũ nõ esse manifestũ est. Et omnino ipsũ qd̃ inane dicitur, ex eo quod nihil sit, dicitur. Qũo igitur potest verũ esse quod non est, aut qũo potest esse quod penitus nihil est? AVG. Age nunc inane tanq̃ inane deseramus. R A. Quid de cæteris dicis? AVG. Quid nisi id quod vides mihi plurimum suffragari? Restat.n. animus, & sit cor- Deus, quæ duo si propterea vera sunt, quod pus. in his est veritas, de immortalitate dei nemo Cap. 18. dubitat. Animus autem immortalis creditur, si veritas q̃ interire non potest, etiam in illo esse probabitur. Quare iã illud vitimũ videamus, vtrum corpus nõ sit vere verũ. i. nõ in eo sit veritas, sed quasi quędã imago veritatis. Nã si & in corpore, quod satis certũ est recipere interitũ, tale verum inueneri mus quale est in disciplinis, nõ cõtinuò erit dispu andi disciplina veritas, qua oẽs veræ B sunt disciplinæ. Verũ est .n.& corpus, quod non videtur disputãdi ratione esse formatũ. Si verò & corpus imitatione aliqua verum est, & ob hoc non ad liquidũ verũ, nihil erit fortasse quod impediat disputandi rationẽ, quo minus ipsa veritas esse doceatur. Interim quæramus de corpore. Namne hoc quidẽ cũ constiterit, video istam controuersiã terminatam. R A. Vnde scis quid velit deus? Itaq; attende. Nam ego puto corpus aliqua forma & specie contineri, quam si non haberet, corpus non esset: si verã haberet, animus esset. An aliter putandũ est? AVG. Assentior in partẽ, de cætero dubito. Nã nisi tenea tur aliqua figura, corpus non esse concedo. Qũo autem si eam verã haberet, animus esset, non satis intelligo. R A. Nihilne tandẽ de primi libri exordio, & de illa tua Geometria recordaris? AVG. Bene cõmemoras, recordor prorsus, ac libentissime. RA. Talesne in corporibus figuræ inueniuntur, quales illa disciplina demonstrat? AVG. Immo incredibile est, quanto deteriores esse conuincuntur. R A. Quas ergo istarum veras putas? AVG. Ne quæso etiã istuc C me interrogandum putes. Quis enim mente tam cæcus est qui non videat istas, quæ in Geometrica docentur habitare in ipsa veritate, aut in his etiam veritatem: illas verò corporis figuras, siquidem quasi ad istas tendere videntur, habere nescio quam imitationem veritatis, & ideo falsas esse? Iam enim totum illud quod ostendere moliebaris, intelligo. R A. Quid ergo iã opus est, vt de disciplina disputationis requiramus? Siue.n. figuræ Geometricæ in veritate, siue in eis veritas sit, anima nostra.i. intelligentia nostra

conti

animam contineri nemo ambigit, ac per hoc in nostro animo etiã veritas esse cogitur. Quod si quælibet disciplina, ita est in animo, vt in subiecto inseparabiliter, nec interire veritas potest, quid quæso de animi perpetua vita, nescio qua mortis familiaritate dubitamus? An illa linea vel quadratura vel rotunditas habent alia quæ imitentur, vt vera sint? AVG. Nullo modo id possum credere, nisi forte aliud sit linea q̃ longitudo sine latitudine, & aliud circulus q̃ linea circunducta vndiq; ad medium æqualiter vergens. R A. Quid ergo cunctamur?

D An vbi ista sunt, veritas non est? AVG. Auertat deus amentiam. R A. An disciplina non est in animo? AV G. Quis hoc dixerit? R A. Sed forte potest intereunte subiecto id, quod in subiecto est, permanere? AVG. Quando mihi hoc persuadetur? R A. Restat vt occidat veritas. AVG. Vn de fieri potest? R A. Immortalis est igitur anima, Iamiam crede rationibus tuis, crede veritati, Clamat, & in te sese habitare, & immortalem esse, nec sibi suam sedem quacunq; corporis morte posse subduci. Auerte re ab vmbra tua, reuertere in te, nullus est interitus tuus, nisi oblitum te esse, quod interire non possis. AV G. Audio, resipisco, recolere me incipio. Sed quæso illa, quæ restant, expedias: quo in animo imperito, non enim eum mortalem dicere possumus, disciplina & veritas esse intelligantur? R A. Aliud ista quæstio volumen desiderat, si eam vis tractari diligenter, Simul & illa q̃ (vt potuimus) inuestigata sunt, recensenda tibi esse video: Quia si nihil eorum, quæ concessa sunt, dubium est, multum nos egisse arbitror, nec cum parua securitate cætera quære re. Ita planè est, vt dicis, & obtempero præceptis tuis libens. Sed illud saltẽ impetrem, antequam terminum istius voluminis stadá tuas, vt quid interfit inter veram figurã, quę intelligentia continetur, & eam quam sibi q̃dã fingit cogitatio, quæ Græcè siue phantasia sẽsu siue phantasma dicitur, breuiter exponas.

Quædã uera cre dimus q̃ recor damur q̃dã nec sẽsu nec phanta-- sia, sed

R A. Hoc quæris quod videre, nisi mundissimus non potest, & ad cuius rei visionem tm̃ ratio parum es exercitatus, Neq; nunc per istos ne depre circuitus aliud, q̃ exercitationẽ tuã, vt illud hẽdunt̃. videre sis idoneus, operamur, Tamẽ interesse plurimum quomodo possit doceri, fortasse breuiter planũ facio. Fac enim te aliquid esse oblitum, aliosq; te velle quasi in memoriam reuocare. Dicunt ergo illi, Numquidnã

Cap. 20.

hoc est, aut illud, diuersa velut similia proferentes? Tu vero nec illud vides quod recordari cupis, & tamen vides non hoc esse quod dicitur. Nunquidnam tibi cum hoc euenit omni modo videtur obliuio? Nã ipsa discretio, qua non admittitur quod falsò admoueris, pars quædã recordationis est. A V GV. Ita videtur. R A. Tales ergo nondum verũ vident, falli tamen decipiq; non possunt, & quid quærant, satis norunt. At si tibi quispiam dicat te post paucos dies risisse, q̃ natus es, non audes dicere falsum esse: & si author sit cui fides habenda est, non recordaturus sed crediturus. Totum enim tempus illud validissima obliuione tibi sepultum est, An aliter putas? AV G. Prorsus consentio. R A. Hæc igitur ab illa obliuione plurimũ differt, sed illa media est, nam est alia recordationi reuisendæq; veritati propior atque vicinior, Cui simile est quando videmus aliquid, certoq; recognoscimus id nos vidisse aliquando, atq; nosse affirmamus, sed vbi, aut quando, aut quomodo, aut apud quem nobis in notitiam venerit, satagimus repetere atq; recolere. Vt si de homine nobis contigerit, etiã quærimus vbi eum nouerimus. Quod cum & ille commemorauerit, repente tota res memoriæ quasi lumen infundit, nihil amplius ut reminiscamur, laboratur. An hoc genus ignotum tibi est, aut obscurum? AVG. Quid hoc planius, aut quid crebrius mihi accidere solet? R A. Tales sunt qui bene disciplinis liberalibus eruditi: siquidem illas sine dubio in se obliuione obrutas eruunt discendo, & quodammodo refodiunt: nec tamen contenti sunt, nec se recinent, donec totam faciem veritatis, cuius quidam in illis artibus splendor iam subrutilat, lætissime atque plenissime intueantur. Sed ex his quidam falsi colores atque formæ, velut in speculum cogitationis se fundunt, falluntq; inquirentes sæpe ac decipiunt, putantes illud totũ esse quod norunt, vel quod inquirunt. Ipsæ sunt illæ imaginationes magna cautione vitandæ, quæ deprehenduntur fallaces, cũ cogitationes variato quasi speculo variantur, cum illa facies veritatis vna & immutabilis maneat. Tũ enim alterius atque magnitudinis quadratum sibi cogitatio depingit, & quasi ante oculos præfert: sed mens interior, quæ vult verum videre, ad illud se potius conuertat si potest, secũdum quod iudicat illa omnia esse quadrata. A V. Quid si nobis quispiam dicat

dicat secundum id eam iudicare, quod videre oculus solet? R A. Quare ergo iurat si tamen bene erudita est, quantamuis pilam veram vera planicie puncto tangi? Quid tale vnquam oculus vidit, aut videre potest, cum ipsa imaginatione cogitationis fingi tale quicquam huiusmodi non potest? An non hoc probamus, cum etiam minimum oculum imaginando animo describimus, & ab eo lineas ad centrum ducimus? Nam cũ duas duxerimus, inter quas quasi acu vix pũgi possit, alias iam in medio non possumus

H ipsa cogitatione imaginaria ducere, vt ad centrum sine vlla commixtione perueniant: cum clamet ratio innumerabiles posse duci, nec sese in illis incredibilibus angustijs, nisi centro posse contingere, ita vt in omni earum interuallo scribi etiam circulus possit. Hoc cum illa phantasia implere non possit, magisq; q̃ ipsi oculi deficiat, siquidem per ipsos est animo inflicta manifestum est & multum eam differre à veritate, & illam, dum hæc videtur, non videri. Hæc dicentur operosius atque subtilius, cum de intelligendo disserere cœperimus, quæ nobis pars proposita est, cum de animæ vita quicquid solicitat, fuerit, quantum valemus, enucleatum atque discussum. Non enim credo te parũ formidare, ne mors humana, etiam si non interficiat animam, rerum tamen omnium, & ipsius, siqua comperta fuerit, veritatis obliuionem inferat. A V G. Non potest satis dici quantum hoc malum metuendum sit. Qualis enim erit illa æterna vita, vel quæ mors non ei præponenda est, si sic viuit anima, vt videmus eam viuere in puero mox nato? vt de illa vita nihil dicam quæ in vtero agitur, non enim puto esse nullam. R A. Bono animo esto, Deus aderit vt iam sentimus quærentibus nobis, qui beatissimũ

I quiddam post hoc corpus, & veritatis plenissimum sine vllo mendacio pollicetur. AV G. Fiat, sicut speramus.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Magistro Liber.

QVid tibi videmur efficere velle cum loquimur? ADEODATVS. Quãtum quidem mihi nunc occurrit, aut docere, aut discere. AV G. Vnum horum video & assentior. Nam loquendo nos docere velle manifestum est, discere autem quomodo? A D. Quo tandem censes, nisi cum interrogamus? AV G. Etiã tunc nihil aliud quàm docere nos velle intelligo. Nam quæro abs te, vtrum ob aliam causam interroges, nisi vt eum, quẽ interroges, nisi vt eum, quem interrogas, doceas quid velis? A D. Verum dicis. AV. K Vides ergo iam nihil nos locutione, nisi vt doceamus appetere. A D. Non planè video. Nam si nihil est aliud loqui quam verba promere, video nos id facere, cum cantamus. Quod cum soli sæpe facimus nullo præsente qui discat, non puto nos docere aliquid velle. AV G. At ego puto esse quod dam genus docendi per commemorationẽ, magnum sanè quod in nostra hac sermocinatione res ipsa indicabit. Sed si tu non arbitraris nos discere cum recordamur, nec docere illum qui commemorat, non resisto tibi: & duas iam loquendi causas constituo, sci. aut vt doceamus, aut vt commemoramus vel alios, vel nosmetipsos. Quod etiã dum cantamus, efficimus. An tibi non videtur? A D. Nam prorsus. Nam rarum admodũ est, vt ego cantem commemorandi me gratia, sed tantummodo delectandi. AV G. Video quid sentias. Sed nonne attendis, id quod te delectat in cantu modulationem quandam esse soni, quæ quoniam verbis & addi & detrahi potest, aliud est loqui, aliud est cantare. Nam & tibiis & cithara cantatur, & aues cantant, & nos interdum sine verbis musicum aliquid sonamus, qui sonus cantus dici potest, locutio non potest. An quicquam est quod contradicas? AD. Nihil sanè. A V G. Videtur ergo tibi, nisi aut docendi, aut commemorandi causa nõ esse institutam locutionem? A D. Videretur, nisi me moueret, quod dum oramus vtique loquimur, nec tamen deum aut doceri aliquid à nobis, aut cõmoneri fas est

Discere reminiscere

crede-

credere. AVG. Nescire te arbitror non ob aliud nobis præceptum esse, vt in clausis cubiculis oremus, quo nomine significantur mentis penetralia, nisi quod Deus, vt nobis quod cupimus præstet, commoneri aut doceri nostra locutione non quærit. Qui.n. loquitur, suæ voluntatis signum foras dat per articulatum sonum: Deus aût in ipsis rationalis animæ secretis, qui homo interior vocatur, & quærendus & deprecandus est. Hæc.n. sua tépla esse voluit. An apud Apostolum non legisti: Nescitis quia templum
1.Co.3. Dei estis, & spús dei habitat in vobis, & in interiore homine habitare Christum? Nec
Psal.4. in propheta aduertisti, Dicite in cordibus uestris, & in cubilibus vestris compungimini, Sácrificate sacrificium iustitiæ & sperate in domino. Vbi putas sacrificium iustitiæ sacrificari, nisi in templo mentis, & in cubilibus cordis? Vbi autem sacrificandum est,
M ibi & orandum. Quare non opus est locutione cum oramus, id est, sonantibus verbis, nisi forte sicut sacerdotes faciunt, significandæ mentis suæ causa, non vt Deus, sed vt homines audiant, & consensione quadam per commemorationem suspendantur in Deum. An tu aliud existimas? AD. Omnino assentior. AVG. Non te ergo mouet quod summus magister cum
Matt. 6. orare doceret discipulos verba quædam docuit, in quo nihil aliud videtur fecisse, q̃ docuisse quomodo in orando loqui oporteret? AD. Nihil me omnino istud mouet. Non enim verba, sed res ipsas eos verbis docuit, quibus & se ipsi commonefacerent, à quo quid esset orandum, cum in penetralibus, vt dictũ est, mentis orarent. AVG. Recte intelligis. Simul enim te credo animaduertere, etiam si quisquam contendat, quamuis nullum edamus sonum, tamen quia ipsa verba cogitamus, nos intus apud animum loqui, sic quoque locutione nihil aliud agere quàm commonere, cum memoria cui verba inhærent, ea reuoluendo
A facit venire in mentem res ipsas, quarum Verba si signa sunt verba. AD. Intelligo ac segna requor. AVG. Constat ergo inter nos uerrũ. ca.2. ba signa esse? AD. Constat. AVG. Quid? signum nisi aliquid significet, potest esse signum? AD. Non potest. AV.
Aene.2. Quot verba sunt in hoc versu, Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui? AD. Octo. AVG. Octo ergo signa sunt? AD. Ita est. AVG. Credo te hunc versum intelligere. AD. Satis arbitror. AVG. Dic mihi quid singula verba significent. AD. Video quidem quid significet, si: sed nullum aliud verbum quo id exponi possit, inuenio. AVG. Saltem illud inuenis, quicquid significatur hoc verbo, ubinam sit? AD. Videtur mihi q̃, si, dubitationem significet, iam dubitatio ubi nisi in animo est? AVG. Accipio, interim persequere cætera. AD. Nihil, quid aliud significat, nisi id quod non est? AV. Verum fortasse dicis, sed reuocat me ab assentiendo quod superius concessisti, nõ esse signum nisi aliquid significet: Quod autem nõ est, nullo modo esse aliquid potest. Qua re secundum verbum in hoc uersu non est signum, quia non significat aliquid, & falso B
inter nos cõstitit, q̃ omnia verba signa sint, aut omne signum aliquid significet. AD. Nimis quidem urges. Sed quando non habemus quid significemus, omnino stulte uerbum aliquod promimus: Tu autem nunc mecum loquendo, credo quod nullum sonũ frustra emittis, sed omnibus quæ ore tuo erumpunt, signum mihi das, ut intelligam aliquid. Quapropter non te oportet istas duas syllabas enunciare dum loqueris, si per eas non significas quicquam. Si autem uides: necessariam per eas enunciationem fieri, nosq̃; doceri, uel cõmoneri cum auribus insonant, uides etiam profecto quid uelim dicere, sed explicare non possum. AVG. Quid igit facimus? An affectionem animi quandam cum rem non videt, & tamen non esse inuenit, aut inuenisse se putat, hoc uerbo significari dicimus potius, q̃ rem ipsam quæ nulla est? AD. Istud ipsum est fortasse, quod explicare moliebar. AVG. Transeamus ergo hinc quoquo modo se habet, ne res absurdissima nobis accidat. AD. Quæ tandem? AVG. Si nihil nos teneat, & moras patiamur. AD. Ridiculum hoc quidem est, & tamen nescio quomodo video posse contingere, immo planè uideo contigisse. AVGV. Suo loco genus hoc re- C
pugnantiæ, si Deus siuerit, planius intelligemus. Nunc ad illum uersum te refer, & conare, ut potes, cætera eius uerba quid significent pandere. AD. Tertia præpositio est, ex, pro qua, de, possumus ut arbitror dicere. AVG. Non id quæro, ut pro una uoce notissima aliam uocem æque notissimã, quæ idem significet dicas, si tamen idẽ significat. Sed interim concedamus ita esse. Certe si poeta

si poeta iste non ex tanta vrbe, sed de tanta dixisset, quærerem abs te quid, de, significaret. Diceres, ex, cum hæc duo verba essent, id est, signa, vnum aliquid, vt tu putas, significãtia: ego autem idipsum, nescio quid vnum, quod his duobus signis significatur, inquiro. AD. Mihi videtur secretionem quandam significare ab ea re, in qua fuerat aliquid quod ex illa esse dicitur, siue illa non maneat, vt in hoc versu, non manente vrbe, poterant aliqui ex illa esse Troiani, siue maneat, sicut ex vrbe Roma dicimus esse negociatores in Aphrica. AVG. Vt concedam tibi hæc ita esse nec enumerem, q̃ multa fortasse præter hanc tuam regulam reperiantur: illud certe tibi attendere facile est, exposuisse te ver-
D bis verba, id est, signis signa, eisdemq̃; notissimis notissima: ego autem illa ipsa quorum hæc signa sunt, mihi (si posses) vellem, vt
An si- ostẽderes. AD. Miror te nescire, vel potius gnis ut simulare nescientem responsione mea fieri, gnum quod uis omnino non posse: si quidem ser-
re respõ mocinamur vbi non possumus respondere demus. nisi verbis. Tu autem res quæris eas, quæ
Cap. 3. quodlibet sint, verba certa non sunt, quas tamen ex metu quoq; verbis quæris. Prior itaq; tu sine verbis quære, vt ego deinde ista conditione respondeam. AVG. Iure agis fateor: sed si quærerẽ, istæ tres syllabæ quid significent, cum dicitur paries, nonne posses digito ostendere, vt ego prorsus rẽ ipsam viderem, cuius signum est hoc trisyllabum verbum, demonstrante te, nulla tũ verba referente. AD. Hoc in solis nominibus quibus corpora significãtur, si eadẽ corpora præsentia sint, fieri posse cõcedo. AVG. Nũ colorẽ corpus dicimus, an nõ potius quandam corporis qualitatem? AD. Ita est. AVG. Cur ergo & hic digito demõstrari potest? An addis corporibus etiam corporum qualitaęts, vt nihilominus etiã istæ cũ præsentes sint,
E. doceri sine verbis possint? AD. Ego cum corpora dicerem, omnia corporalia intelligi volebam, id est, omnia quæ in corporibus sentiuntur. AVG. Consydera tamen, vtrũ etiam hic aliqua tibi excipienda sint. AD. Bene admones, non enim omnia corporalia, sed omnia visibilia dicere debui. Fateor enim sonum, odorem, saporem, grauitatem, colorem, & alia quæ ad cæteros sensus pertinent, quanquam sentiri sine corporibus nequeant, & propterea sint corporalia, non tamen digito posse monstrari. AVG. Nun q̃ ne- vidisti, vt homines cum surdis gestu quasi sermocinentur, ipsiq; surdi non minus gestu, vel quærant, vel respondeant, vel doceant, vel indicent, aut omnia quæ volunt, aut certe plurima? Quod cum fit, non vtique sola visibilia sine verbis ostẽduntur, sed & soni & sapores, & cætera huiusmodi. Nã & histriones, quasdam in theatris fabulas sine verbis saltando plerunq; aperiunt & exponunt. AD. Nihil habeo quod contradicam, nisi quod illud, ex, non modo ego, sed nec ipse quidem saltator histrio tibi sine verbis quid significet, posset ostendere. AVG. B
Verum fortasse dicitis, sed fingamus eũ posse: non (vt arbitror) dubitas, quisquis ille motus corporis fuerit, quo mihi rem quæ hoc verbo significatur, demonstrare conabitur, non ipsam rem futuram esse, sed signum. Quare hic quoq; non quidem verbo verbum, sed tamen signo signum nihilominus indicabit: vt & hoc monosyllabum, ex, & ille gestus, vnam rem quandam significent, quam mihi ego vellem nõ significando mõstrari. AD. Qui potest quod quæris oro te? AVG. Quomodo paries potuit? AD. Ne ipse quidem quãtum ratio progrediens docuit, ostendi sine signo potest. Nam & intentio digiti non est vtiq; paries, sed signum datur per quod paries possit videri. Nihil itaq; video, quod sine signis ostendi queat. AVG. Quid si ex te quærerem, quid sit ambulare, surgeresq̃; & id ageres, nonne re ipsa potius, q̃ verbis ad me docendum, aut vllis alijs signis vtereris? AD. Fateor ita esse, & pudet me rem tam in promptu positam non vidisse. Ex qua etiam mihi milia rerum iam occurrunt, quæ ipsæ per se valeant, non per signa monstrari, vt edere, bibere, sedere, stare, clamare, & innumerabilia cætera. AVG. Age nunc dic mihi, si omnino nescIens huius verbi vim, abs te ambu- G
lante quærerem, quid sit ambulare, quomodo me doceres? AD. Idipsum agerem aliquando celerius, vt post interrogationem tuam aliqua nouitate admonereris, & tamẽ nihil aliud fieret, q̃ id quod deberet ostendi. AVG. Scisne aliud esse ambulare, aliud festinare? Nam & qui ambulat non statim festinat: & qui festinat, non continuo ambulat. Dicimus enim & in scribendo & in legendo alijs; innumerabilibus rebus festinationem. Quare cum illud quod agebas celerius ageres post interrogationem meam, putarem ambulare nihil esse aliud, q̃ festinare: id enim noui addideras & ob hoc fallebat.

ret. AD. Fateor rem non posse nos monstrare sine signo, si cũ id agimus, interrogemur. Si enim nihil addamus, putabit qui rogat nolle nos ostendere contemptoq; se in eo, quod agebamus, perseuerare. Sed si de his roget quæ agere possumus, nec eo tamen tempore quo agimus roget, possumus post eius interrogationem id agendo re ipsa potius, q̃ signo demonstrare quod rogat. Nisi forte loquentem me interroget quid sit loqui. Quic quid enim dixero vt eum doceam, loquar
H necesse est. Ex quo securius docebo, donec ei planum faciam quod vult, non recedens à re ipsa, quam sibi voluit demonstrari, nec signa quærens, quibus eam ostendam præter ipsam. AVG. Acutissimè omnino. Quare vide vtrum conueniat iam inter nos ea posse demonstrari sine signis, quæ aut non agimus cum interogamur, & tñ statim agere possumus, aut ipsa signa forte agimus. Cum enim loquimur, signis facimus, de quo dictum est significare. AD. Conuenit. AVG. Cum ergo de quibusdam signis quæritur, possunt signis signa monstrari: Cum autem de rebus quæ signa non sunt, aut eas agendo post inquisitionem si agi possunt, aut signa dando per quæ animaduerti queant. AD. Ita est. AVG. In hac igitur tripartita distributione prius illud consideremus si placet, quod signis signa monstrantur. Non enim sola verba sunt signa. AD. Non. AVG. Videtur ergo mihi loquendo nos aut verba ipsa signare verbis, aut alia signa, velut cum gestũ dicimus, aut literam. Nam his duobus ver-
I bis quæ significãtur, nihilominus signa sunt, Aut aliquid aliud quod signum non sit, velut cum dicimus, lapis: hoc enim verbum signum est, nam significat aliquid, sed id quod eo significatur, non continuo signũ est: quod tamen genus, id est, cum verbis ea quæ signa non sunt significantur, non pertinet ad hanc partem, quam discutere proposuimus. Suscepimus enim consyderare illud, quod signis signa monstrantur, & partes in eo duas comperimus, cum aut eadem, aut alia signa signis docemus vel commemoramus. An non tibi videtur? AD. Manifestum. AVG. Dic ergo signa quæ verba sunt, ad quem sensum pertineant? AD. Ad audi um. AVG. Quid gestus? AD. Ad visum. AVG. Quid. n. cum verba scripta inuenimus, num verba non sunt? An signa verborum verius intelliguntur, vt verbum sit, quod cum aliquo significatu articulata voce profertur? Vox autem nullo alio sensu, q̃ auditu percipi potest. Ita fit vt cum scribitur verbum, signum fiat oculis quo illud quod ad aures pertinet, veniat in mentem. AD. Omnino assentior. AVG. Id quoque te arbitror assentiri, cum dicimus nomẽ, significare nos aliquid. AD. Verum est. AVG. Quid tandem? AD. Id scilicet quod quidque appellatur, velut Romulus, Roma, virtus, fluuius, & immumerabilia cætera. AVG. Num ista quatuor K nomina nulla res significant? AD. Immò aliquid. AVG. Num nihil distat inter hęc nomina in eas res quæ his significãtur? AD. Immo plurimum. AVG. Vellem abs te audire quidnam id sit. AD. Hoc videlicet in primis, quod hæc signa sunt, illa non sunt. AVG. Placetne appellemus significabilia ea quæ signis significari possunt, & signa nó sunt, sicut ea, quæ videri possunt, visibilia nominamus, vt de his deinceps commodius differamus? AD. Placet vero. AVG. Quid illa quatuor signa, quæ pauloante pronunciasti, nullone alio signo significãtur? AD. Miror q̃ iam mihi excidisse arbitraris, q̃ ea quæ scribuntur, eorum quæ voce proferuntur, & signorum signa esse cõperimus. AVGV. Dic inter ista quid distet? AD. Quod illa visibilia sunt, hæc audibilia. Cur enim & hoc nomen non admittas, si admisimus signi ficabilia? AVG. Prorsus admitto, & gratũ habeo. Sed rursus quæro, quatuor hæc signa nullone alio signo audibili significari q̃nt, vt visibilia recordatus es? AD. Hoc quoq; L recentius dictum recordor. Nam nomen re sponderem significare aliquid, & huic significationi quatuor ista signa subieceram: & illud autem & hęc, siquidem voce proferuntur, audibilia esse cognosco. AVG. Quid ergo inter audibile signum & audibilia significata, quæ rursus signa sunt, interest? AD. Inter illud quidem quod dicimus nomen, & hæc quatuor quæ significatione eius subiecimus, hoc distare video, q̃ illud audibile signum est signorum audibilium: hæc vero audibilia quidem signa sunt, non tamen signorum, sed rerum partim visibilium, sicut est Romulus, Roma, fluuius: partim intelligibilium, sicut est virtus. AVG. Accipio, & approbo. Sed scis ne omnia quæ voce articulata cum aliquo significatu proferuntur, verba appellari? AD. Scio. AVG. Ergo & nomen verbum est, quando quidem id vidimus cum aliquo significatu articulata voce proferri. Et cum dicimus disertum hominem

nẽ bonis verbis vti, etiã nominibus utique vtitur. Et cum seni dño apud Terentium seruus retulit, Bona verba queso: multa illẽ etiã nomina dixerat. AD. Assentior. AV-
M GV. Concedis igitur ijs duabus syllabis, quas ædimus, cum dicimus, verbum, nomen quoque significari, & ob hoc illud huius signum esse? AD. Concedo. AVG. Hoc quoq; rũdeas velim. Cum verbum signũ sit nominis, & nomẽ signũ sit fluminis, & flumen signũ sit rei, quæ iã videri põt, vt inter hanc rem & flumen, id est, signum eius, & inter hoc signum & nomen, q̃d huius signi signum est, dixisti quid interesse arbitraris inter signum nois, quod verbũ esse cõperimus, & ipsum nomẽ, cuius signũ est? AD. Hoc distare intelligo, quod ea, quæ significantur nomine etiã verbo significantur: vt enim nomen verbũ est, ita & flumen verbũ est. Quę autẽ verbo significantur, non omnia significantur, & nomine. Nam & illud, si, quod in capite habet abs te propositus versus, & hoc, ex, de quo iã diu agẽtes in hæc duce rõne peruenimus, verbã sunt, nec tamen nomina, & alia multa inueniuntur. Quamobrem cum omnia nomina verba sint, non aũt omnia verba. noia sint, planum esse arbitror, quod inter verbũ differt, & nomen, id est, inter signum signi eius, quod nulla rursus alia signa significat, & signum signi eius q̃d rursus alia significat. AVG. Concedisne omnẽ equum animal esse, nec tamen omni animal equum esse? AD. Quis dubitauerit? AVG. Hoc ergo inter nomen, & verbum, q̃d inter equũ, & animal, interest. Nisi forte ab assentiendo id te reuocat, quod dicimus & alio mõ verbum quo significantur ea, quę per tempora declinantur, vt scribo scripsi, lego legi, quæ manifestũ est non esse noia. AD. Dixisti omnino quod me dubitare faciebat. AVG. Nec te istud moueat: dicimus.n. ea signa vniuersaliter oia, quæ significant aliquid, vbi ét verba esse inuenimus. Dicimus item signa militaria, quæ etiam proprie signa nominantur, quò verba non pertinẽt. Et tamen si tibi dicerem, vt omnis equus animal, non autem omne animal equus est, ita omne nomen verbum est, non tñ omne uerbum nomen, nihil (vt opinor) dubitares. AD. Iã intelligo, & prorsus assentior, hoc interesse inter vniuersale illud verbum, & nomen, quod inter animal & equũ. AVG. Scisne etiam cũ dicimus, animal, aliud esse hoc trisyllabũ nomen, q̃d voce prolatũ est, aliud id quod significatur? AD. Iam hoc supra concessi de omnibus signis & significabilibus. AVGV. Nam oĩa signa tibi videnẽ aliud significare quàm sunt sicut, hoc trisyllabum cũ dicimus, animal? An vllo modo idẽ significat, B quod est ipsum. AD. Non sanè: nam cum dicimus signum, non solũ signa cætera quæcunq; sunt, sed etiam seipsum significat: est enim verbum, & vtiq; omnia uerba signa sunt. AVG. Quid hoc disyllabo cum dicimus, verbũ, nonne tale aliquid contingit? Nam si omne quod cum aliquo significatu articulata uoce profer, hoc disyllabo significatur, etiam ipsum hoc genere includitur. AD. Ita est. AVG. Quid nomen? Nonne se similiter habet? Nam & omniũ generũ nomina significat, & ipsum nomen generis neutri nomen est. An si ex te quærerẽ quæ pars orationis nomẽ, posses mihi respondere recte nisi nomen? AD. Verum dicis. AVG. Sunt ergo signa, quæ inter alia quæ significant, & seipsa significent? AD. Sunt. AVG. Num tale tibi videtur hoc qua drisyllabum signum, cum dicimus, cõiunctio? AD. Nullo mõ. Nam ea quæ significat, non sunt nomina, hoc autẽ nomẽ est. AVG. Bene attendisti, nunc illud vide, Signa vtrum inueniantur signa quę se inuicem mutua. significent, vt quemadmodũ hoc ab illo, sic Cap. 5. illud ab hoc significetur: non enim ita sunt inter se hoc quadrisyllabum, cum dicimus, C coniunctio, & illa quæ ab hoc signantur, cũ dicimus, si, vel nam nanque, nisi, ergo, qm̃ & similia: nam hæc illo vno significantur, nullo aũt horum vnũ illud quadrisyllabum significatur. AD. Video, & quænam signa sint seinuicẽ significantia, cupio cognoscere. AVG. Tu ergo nescis cum dicimus, nomẽ & verbum, duo verba nos dicere. AD. Scio. AVG. Quid illud, nescis cum dicimus, nomen & verbum, duo nomina nos dicere? AD. Id quoq; scio. AVG. Scis igit tam nomen verbo, q̃ etiam verbum nomine significari? AD. Assentior. AVG. Potesne dicere excepto eo quod diuerse scribuntur, & sonant, quid inter se differant? AD. Possum fortasse: nam id esse video q̃d pauloante dixi. Verba enim cum dicimus, omne quod articulata voce cũ aliquo significatu profertur, significamus: vnde omne nomen, & ipsum cum dicimus, nomen, verbum est: at non omne verbum, nomen est, quanuis nomen sit cum dicimus verbum.

AV. Quid si quisquam tibi affirmet & probet, vt omne nomen verbum est, ita omne verbum nomẽ esse: poterisne inuenire quid
D distent, præter diuersum in literis sonum? AD. Non potero, nec omnino distare aliquid puto. AVG. Quid si omnia quidẽ, q̃ voce articulata cũ aliquo significatu proferuntur, & verba sunt & nomina: sed tamen alia de causa verba & alia de causa nomina sunt, nihilne distabit inter nomen & verbũ? AD. Quomodo istud sit, non intelligo. AVG. Hoc saltem intellige, oẽ coloratum visibile esse, & omne visibile coloratũ, quanuis hæc duo verba distincte differenterq; significent. AD. Intelligo. AVG. Quid si ergo ita & omne verbum nomen, & omne nomen verbum est? Quanuis hæc ipsa duo noία, vel duo verba. i. nomẽ & verbum, differentem habeant significationem. AD. Iam video posse id accidere, sed quo id accidat, expecto vt ostendas. AVG. Omne quod cum aliquo significatu articulata voce prorumpit, animaduertis, vt opinor, & aurem verberare, vt sentiri: & memoriæ mandari, vt nosci possit. AD. Animaduerto. AVG. Duo ergo quædam contingunt, cum aliquid tale voce proferimus. AD. Ita est. AVG. Quid si horum duorum ex vno appellata sunt verba, ex altero nomina: verba scilicet
E à verberando, nomina vero à noscendo, vt illud primum ab auribus, hoc autem secundum ab animo vocari meruerit? AD. Concedam cum ostenderis, quo recte possimus omnia verba nomina dicere. AVG. Facile est: nam credo te accepisse ac tenere pronomen dictum, quod proipso nomine valeat, rem tamen notet minus plena significatione quàm nomen. Nam, vt opinor, definiuit ille ita quem grammaticorum reddidisti, Pronomen est pars orationis, quæ pro ipso posita nomine, minus quidem plene, idem tamen significat. AD. Recordor, & probo. AVG. Vides igitur secundum hanc definitionem nullis nisi nominibus seruire, & pro his solis poni posse pronomina: velut cum dicimus: hic vir, ipse rex, eadem mulier, hoc aurum, illud argentum: hic, ipse, eadem, hoc, illud, pronomina esse: vir, rex, mulier, aurum argentum, nomina quibus plenius quàm illis pronominibus res significatæ sunt. AD. Video & assentior. AVG. Tu ergo nunc mihi paucas coniunctiones quaslibet enuncia. AD. Et, que, at, atque. AVG. Hæc omnia quæ dixisti, nonne tibi videntur esse nomina? AD. Non omnino. AVG. Ego
F saltem tibi recte locutus videor, cum dicerẽ, hæc omnia quæ dixisti? AD. Recte prorsus: & iam intelligo q̃ mirabiliter ostenderis me nomina enunciasse: non enim aliter de his recte dici potuisset, hæc omnia. Sed. n. vereor adhuc, ne propterea mihi recte locutus videaris, quod has quatuor coniunctiones, etiam verba esse non nego: vt ideo de his recte dici potuerit, hæc oia, quoniã recte dicitur, hæc verba omnia. Si autẽ à me quæras, quæ sit pars orationis, verba, nihil aliud respondebo quàm nomen: Quare huic nomini fortasse pronomẽ adiunctum est, vt illa recta esset locutio tua. AVG. Acute quidem falleris, sed vt falli desinas, acutius attende quod dicã, si tamen id dicere, vt volo valuero: nam verbis agere, tã implicatum est, quàm digitos digitis inserere & confricare, Vbi vix dignoscitur, nisi ab eo ipso qui id agit, qui digiti pruriant, & qui auxilientur prurientibus. AD. En toto animo assum: nam hæc ista similitudo me intentissimum fecit. AVG. Verba certe sono & literis constant. AD. Ita est. AVG. Ergo vt ea potissimum authoritate vtamur, quæ nobis
G charissima est, cum ait Paulus Apostolus: Non erat in Christo est & non est, sed est. 1. Co. 1. in illo erat, non opinor putandum esse tres istas literas, quas enunciamus, cum dicimus Est, fuisse in Christo, sed illud potius, quod istis tribus literis significatur. AD. Verum dicis. AVG. Intelligis igitur eum qui ait, Est in illo erat, nihil aliud dixisse, q̃ Est appellatur quod in illo erat, tanẽ q̃ dixisset, Virtus in illo erat: non vtiq; dixisse acciperetur, nisi virtus appellatur, quod in illo erat: ne duas istas syllabas, quas enunciamus, eũ dicimus, virtus, & non illud q̃ d his duabus syllabis signãtur in illo fuisse arbitraremur. AD. Intelligo, ac sequor. AVG. Quid illud? nonne intelligis ẽt nihil interesse, vtrũ quisque dicat, virtus appellat, an virtus nominatur? AD. Manifestum est. AVG. Ergo ita manifestum est, nihil interesse vtrum quisq; dicat, est appellatur, an, est nominatur, quod in illo erat. AD. Video. & hic nihil distare. AVG. Iamne ẽt vides quid velim ostendere? AD. Nondum sanè. AVG. Itane tu vides nomen esse id, quo res aliqua nominatur? AD. Hoc planè nihil certius video.
H AVG. Vides ergo Est nomen esse, siquidem illud quod erat in illo, Est, nominatur. AD. Negare non possum. AVG. At si ex

te quærerem q̃ sit pars orationis, est, non opinor nomẽ, sed verbum esse diceres, cũ id ratio etiam nomen, esse docuerit. AD. Ita est prorsus vt dicis. AVG. Num adhuc dubitas alias quoque partes orationis eodem modo, quo demonstrauimus nomina esse? AD. Non dubito, quandoquidem fateor ea significare aliquid. Si autem res ipsæ, quas significant, quid singulæ appellẽtur id est nominentur, interroges, respondere non possum, nisi easipsas partes orationis, quas noía non vocamus, sed, vt cerno, vocare conuincimur. AVG. Nihil te mouet, nequis existat qui nostram istã rationẽ labefactet, dicendo Apostolis non verborũ, sed rerũ authoritatem esse tribuenda, quamobrem fundamẽtum, persuasionis huius nõ esse firmũ q̃ putamus? Fieri. n. posse ut Paulus quanq̃ dixerit ꝓceperitq; rectissime, minus tñ recte locutus sit, cum ait, Est in illo erat, præsertim cum se ipse imperitum in sermone fateatur. Quo tandem modo istum refellẽdũ arbitraris? AD. Nihil habeo quod contradicam, & te oro vt aliquem de illis reperias, quibus verborũ notitia summa conceditur,
I cuius authoritate potius id quod cupis efficias. AVG. Minus enim tibi videtur idonea, remotis authoritatibus ipsa rõ, qua demonstratur omnibus partibus orationis significari aliquid, & ex eo appellari: si autem appellari, & nominari: si nominari, nomine utique nominari: quod in diuersis linguis facillime iudicatur. Quis enim non videat si quæras quid Græci nominent quod nos nominamus, quis, respondeti τίς: quid Græci nominẽt quod nos nominamus, volo, respõdeeri θέλω: quid Græci nominent, q̃d nos nominamus, bñ, respõderi καλῶς: quid Græci nominent, quod nos nominamus, scriptũ, responderi τὸ γεγραμμένον, quid Græci nominẽt q̃d nos nominamus, & responderi γράφει: quid Græci nominent, quod nos nominamus, ab, responderi ἀπό: quid Græci nominent quod nos nominamus, heu, responderi
K οἴμοι: Atque in his omnibus partibus orationis, quas nunc enumeraui, recte loqui eũ, qui sic interroget: quod nisi nomina essent, fieri non posset? Hac ergo ratione Paulum Apostolũ recte locutũ eẽ cum remotis omnium eloquẽtium authoritatibus obtinere possimus, quid opus est quærere cuius persona sententia nostra fulciat? Sed nequis tardior aut impudẽtior nõdum cedat, asseratq; nisi illis authoribus, quibus verborum leges consensu omnium tribuuntur, nullo mõ esse cessurum, Quid in Latina lingua excellẽtius Cicerone inueniri põt? At hic in suis nobilissimis orationibus, quas Verrinas uocãt, corã præpositionẽ, siue illo loco aduerbium sit, nomen appellauit. Veruntamẽ qa fieri põt, vt ego illum locum minus bñ intelligam, exponaturq; aliàs aliter, vel à me vel ab alio, est ad quod respõderi posse nihil puto. Tradant. n. nobis nobilissimi disputationum magistri, noíe & verbo plenã constare sententiã, quod affirmari negariq; possit: qd genus idem Tullius quodã loco pronuntiatum vocat. Et cum verbi tertia persona est, nominatiuũ cum ea casum nominis aiũt esse oportere, & recte aiunt: quod mecũ si consyderes, velut cum dicimus, hõ sedet, equus currit: agnoscis, vt opinor, duo esse pronunciata. AD. Agnosco. AVG. Cernis in singulis singula esse nomina, in vno homo, in altero equus: & verba singula, in uno sedet, in altero currit? AD. Cerno. AVG. Ergo si dicerem, sedet tantum, aut currit tantum, L recte à me quæreres, quis vel quid: ut respõderem homo, vel equus, animal, vel quodlibet aliud, quo posit nomen redditum verbo implere pronunciatum id est, illam sententiam q̃ affirmari & negari potest. AD. Intelligo. AVG. Attende cætera: & finge nos videre aliquid longius, & incertum habere vtrum animal sit an saxum, vel quid aliud, meq̃; tibi dicere, quia homo est, animal est: nonne temere dicerem? AD. Temere omnino: sed non temere plane dicerem, si hõ est, animal est. AVG. Recte dicis. Itaq; in locutione tua placet mihi, si placet & tibi: vtriq; autem nostrũ in mea displicet, quia: AD. Assentior. AVG. Vide iam vtrum istæ duæ sententiæ plene pronunciatæ sint: placet. Si: displicet Quia. AD. Plene oino. AVG. Age nunc, dic mihi quæ ibi sint verba, quæ nomina? AD. Verba ibi video esse, placet & displicet: nomina uero quid aliud quàm, si & quia? AVG. Has ergo duas cõiunctiones etiam nomina esse satis probatũ est. AD. Prorsus satis. AVG. Potesne ipse per te in alijs partibus orationis hoc idẽ ad eandem regulam docere? AD. Possum. AVG. Transeamus ergo hinc, & iam dic mihi vtrum sicut omnia verba nomina, & omnia nomina verba esse competerimus, ita tibi, & omnia nomina vocabula, et omnia vocabula nomina esse videãtur. M AD. Planè inter hæc quid distet præter

ἀπόφανσις prolocquium.

Signa sui significatiua. Cap. 6.

diuersum syllabarum sonum non video.
AVG. Nec ego interim resisto,quanquam non desint qui etiam significatione ista discernunt, quorum sententiam mō consyderare non opus est.Sed certe aiaduertis ad ea iam signo nos peruenisse, quę se inuicem significent, nulla præter sonum distantia, & quæ seipsa significent cum cæteris omnibus partibus orationis. AD. Non intelligo.
AVG. Non ergo intelligis & nomen vocabulo,& vocabulum nomine significari:& ita vt præter sonum literarum nihil interſit, quantum ad generale nomen pertinet: nam & speciale nomen dicimus, quod inter octo partes orationis ita est, vt alias sepem non contineat. AD. Intelligo. AVG. At hoc est quod dixi, se inuicem significare vocabulum & nomē. AD. Teneo,sed quæro quid dixeris,cum etiam seipsa significant cū alijs partibus orationis. AVG. Nonne superior ratio docuit nos,oēs partes orationis & nomina posse dici, & vocabula:id est, & nomine & vocabulo posse significari? AD. Ita est. AVG. Quid ipsum nomen,id est, sonum istum duabus syllabis expressum, si ex te quæram quid appelles, nōne recte mihi respondebis nomen? AD. Recte. AVG. Nam ita se significat hoc signum qđ quatuor syllabis enunciamus cum dicimus coniunctio? Hoc enim nomen inter illa, quæ significat numerari non potest. AD. Recte accipio. AVG. Idem quod dictum est nomen seipsum significare cum alijs quę significat: quod etiam de vocabulo licet per teipsum intelligas. AD. Iam facile est: sed illud mihi nunc venit in mentem, nomen & generaliter, & specialiter dici: vocabulum autem inter octo partes orationis non accipi:quare hoc quoque inter se præter diuersum sonū differre arbitror. AVG. Quid nomē & onoma distare inter se aliquid putas præter sonum, quo etiam linguę discernuntur latina atque Græca? AD. Hic vero nihil aliud intelligo. AVG. Peruentū est ergo ad ea signa,quæ seipsa significent,et aliud ab alio inuicē significetur:& quicquid ab vno hoc & ab alio,& nihil præter sonum inter se differant:nam hoc quartum mō inuenimus. Tria enim superiora & de nomine, & verbo intelliguntur. AD. Omnino peruentum. AVG. Iam quæ sermocinando inuenerimus,velim recenseas. AD. Faciam quantum possum.Nam primo omniū recordor aliquandiu nos quæsisse quam ob causam loquamur, inuentumq; esse docendi commemorādiue gratia nos loqui: quandoquidem nec cum interrogamus, aliud agimus, quām ut ille qui rogat discat qđ velimus audire, & in cātando,qđ delectationis causa facere videmur,nō sit propriū locutionis:in orando Deo, quem doceri aut cōmoneri existimare non possumus, id verba valeant,vt vel nosipsos cōmonefaciamus, vel alij commoneant doceanturue p nos.Deinde cū satis constitisset verba nihil aliud esse, quām signa:ea vero q̄ nō aliquid significēt, signa esse nō posse, ꝓposuisti uersum,cuius verba singula quid significarēt,conarer ostēdere.Is autem erat, Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui. Cuius secundum verbum quātus notissimū, & manifestissimū, quid tamen significaret,non reperiebamus. Cumq; mihi videretur nō frustra nos id in loquendo interponere, sed quod eo aliquid doceamus audientem, ipsam mētis affectionem cū rem quā quęrit nō esse inuenit,vel inuenisse se putat,hoc verbo fortasse iudicari rñdisti tu quidem, sed tū nescio quā profunditatem quæstionis loco euitans,in aliud tempus illustrandam distulisti,ne me debiti quoque tui oblitū putes.Inde tertiū in uersu verbū cū satagerē exponere, vrgebar abste,ut non verbum aliud quod idem valeret, sed rē ipsam potius, q̄ per verba significaret ostēderem. Cūque id sermocinātibus nobis fieri non posse dixissem,ventū est ad ea quę interrogantibus digito monstrātur.Hęc ergo corporalia esse omnia arbitrabar, sed inuenimus sola visibilia. Hinc nescio quomodo ad surdos & histriones deuenimus q̄ non sola quæ videri possunt,sed multa præterea ac propè omnia q̄ loquimur,gestu sine voce significāt, eosdem tū gestus signa esse cōperimus.Tum rursus quærere cœpimus, quō res ipsas q̄ signis significantur sine ullis signis valeremus ostendere, cum & ille paries,& color,& omne visibile,quod intētione digiti ostenditur, signo quodam conuinceretur ostendi.Hic ego errans cum inueniri tale nihil posse dixissem, tandē inter nos cōstitit,ea posse demonstrari sine signo,quę cū à nobis quæruntur, non agimus, & post inquisitionem agere possumus, locutionem tū ex eo nō esse genere.Siqdem & loquētes cū interrogamur, q̄d sit locutio,istā p seipsam demōstrare facile eē satis apparuit. Ex quo admoniti sumus aut signis signa mōstrari,aut signis alia quæ signa non sunt,aut etiā sine signo res, quas agere post interrogationem possumus.Horumque trium,primum diligentius consyderandum, discutiendūq; suscepimus. Qua disputatione declaratum est,partim esse signa,quæ ab ijs signis, quæ significarēt, significari vicissim nō possent, vt est hoc quadrisyllabum, cum coniunctio dicimus: partim quæ possent,ut cū dicimus, signum,etiam verbum significamus:& cum dicimus verbum, etiam signū significamus: nā signū & verbū,et duo signa et duo verba sunt. In hoc autem gñe quo inuicē se significant,quædam nō tantum, quædā tantum, quędam vero etiam idem valere monstratum est.Etenim hoc dissyllabū qđ sonat,cū dicimus,signum,prorsus oīa quibus quidq; significatur significat: non aūt omniū signorum signū est,cum dicimus verbum, sed tātum eorum q̄ articulata voce proferuntur. Vde manifestū est,quanuis & verbū signo, & signum verbo.i.& duæ istæ syllabæ illis, & illæ istis significentur, plus tamen signū valere q̄ verbum, plura scilicet illis duabus syllabis,q̄ illis significantibus. Tantundem aūt valet gñale verbum & gñale nomē. Docuit.n.ratio omnes partes orationis ēt nomina esse, quod & pronomina his addi pūt, & de omnibus dici potest, quod aliquid nominēt,& nulla earū sit,quæ nō verbo adiūcto ꝓnunciatū possit implere.Sed cum tandē valeant nomē & verbū, eo quod oīa quæ verba sunt, sint etiam nomina, non tū idem valent. Alia quippe de causa verba,& alia nomina nūcupari, satis probabiliter disputatum est. Siquidem alterum horum ad auris verberationem, alterum ad animi cōmemorationem notādū esse cōpertū vel ex hoc intelligi pōt,quod in loquendo rectissime dicimus, quod est huic rei nomen, rem memoriæ mandare cupientes, quod est aūt huic rei verbum,dicere non solemus. Quæ vero non solum tantundem, sed etiam idem omnino significēt,& inter quæ nihil pręter literarū differt sonum, nomen & onoma inuenimus. Illud sanè mihi elapsum erat in hoc genere, in quo inuicē se significant,nullum nos signum comperisse,qđ nō inter cætera q̄ significat, se quoque significet. Hæc quantum potui recordatus sum.Tu iam videris, quem nihil puto in hoc sermone nisi scientem certūque dixisse, vtrum ista bene ordinateq; digesserim. AVG. Satis tu qdē memoriter omnia q̄ vellē recoluisti,& ut tibi fatear, multo euidētius mihi nunc videnr ista distincta, quam cum ea inquirendo ac differendo de nescio quibus latebris ambo eruerimus.Sed quonā tātis ambagibus tecū puenire moliar, deficile dictū est hoc loco. Tu enim fortasse aut ludere nos, & à serijs rebus auocare animum,quasi quibusdā puerilibus quæstiunculis arbitraris, aut paruā vel mediocrem aliquam vtilitatem requirere,aut si magnum quiddam parturire istam disputationem suspicaris,iamiamq; id scire, siue saltem audire desyderas:Ego aūt credas velim neq; me vilia ludicra hoc instituisse sermone, quanuis fortasse ludamus, idq; ipsum tamen non puerili sensu æstimandum sit,neq; parua bona vel mediocria cogitare. Et tamen si dicam vitam esse quandā beatā, eandemque sempiternā,quò nos Deo duce, id est,ipsa veritate gradibus quibusdam infirmo gressu nro accōmodatis perduci cupiam, vereor ne ridiculus videar,qui nō rerū ipsarū q̄ significantur,sed consideratione signorum tantā uiam aggredi cœperim.Dabis igitur veniam si præludo te cum non ludendi gratia, sed exercendi vires, & mentis acię,qbus regionis illius, vbi beata vita est, calorem ac lucem non mō sustinere,verum & amare possimus. AD. Perge potius vt cepisti:nam nunq̄ ego contemnenda putē,q̄ tu dicēda vel agēda putaueris. AVG. Age iam ergo illam partem consyderemus, cum signis non alia signa significantur, sed ea quæ significabilia nominamus. Et primum dic mihi,vtrū homo,homo sit. AD. Nunc vero an ludas nescio. AVG. Quid ita? AD. Quia quærendum ex me censes, vtrum homo aliud sit quàm homo. AGV. Ita credo te illudi arbitreris si etiam quærerem, vtrum prima huius nominis syllaba aliud sit quàm ho,& aliud quàm mo. AD. Ita oīno. AVG. At istæ duæ syllabæ cōiūctæ,hō est,an negabis? AD. Quis neget? AVG. Quæro ergo, num tu duæ istæ syllabæ coniunctæ sis? AD. Nullo modo,sed video quò tendas. AVG. Dicito ergo,ne me contumelioſum putes. AD. Concludi existimas quod homo non sim. AVG. Quid? Tu non idem existimas, qui omnia superiora,ex quibus hoc confectum est, uera esse concedis? AD. Non tibi ego dicam quid existimem,nisi prius abs te audiero,cum quæreres vtrum homo homo sit,de duabus istis syllabis, an de re ipsa quam significant, me interrogaueris? AVG. Tu potius responde ex qua parte acceperis in-

terrogationem meam: nam si est ambigua, prius hoc cauere debuisti, neq; mihi rndere antequam certus fieres quonã modo rogauerim. AD. Quid enim me impediret hęc ambiguitas, cum ego ad vtrunque rñderim: homo enim prorsus homo est. Nam & istæ duæ syllabæ nihil aliud sunt, q̃ istæ duæ syllabæ, & id quod significant, nihil aliud est, quàm id quod est. AVG. Scio hoc quidẽ, sed cur hoc solum quod dictum est homo, non etiã cætera, quę locuti sumus, ad vtrunque accepisti? AD. Vnde enim conuin-
I cor quod & cætera non sic acceperim? AVGV. Vt alia omittam, eam ipsam primam interrogationem meam, si totam ex ea parte accepisses, qua syllabæ sonant, nihil mihi respondisses: possem tibi enim videri nihil etiã interrogasse: nunc vero cum tria verba sonuerim, quorũ vnum in medio repetiui, dicẽs, vtrũ homo, hõ sit, primum, & vltimũ verbum nõ secundũ ipsa signa, sed secundũ ea, quę his significantur te accepisse, vel hoc solo manifestum est, quod statim certus ac fidens rogationi respondendum putasti. AD. Verum dicis. AVG. Cur ergo id tãtum quod in medio positum est, & secundũ id quod sonat, & secundum id quod significat, te accipere libuit? AD. Ecce iam totũ ex ea tantum parte, qua significatur, accipio: assentior enim tibi, sermocinari nos omnino non posse, nisi auditis verbis ad ea referat animus, quorũ ista sint signa. Quare ostende nunc quomodo ista rõcinatione deceptus sim, qua me hoiem non esse cõcluditur. AVG. Immo eadẽ rursus interrogabo, vt ipse inuenias vbi lapsus sis. AD. Bñ facis. AVG. Illud ergo quod primo quæsierã, quia iam dedisti, non quæram. Vide igitur diligentius, vtrum syllaba, ho, nihil
K aliud sit quàm, ho: & vtrum, mo, nihil aliud sit q̃, mo. AD. Hic prorsus nihil aliud video. AVG. Vide etiam num istis duabus iunctis hõ fiat. AD. Nequaquã hoc concesserim: placuit enim, & recte placuit, signo dato id quod significatur attendere, & ex eius consyderatione, vel dare, vel negare quod dicitur. Illę autẽ seperatim enunciatæ syllabę, qa sine vlla significatione sonuerũt, hoc eas esse quod sonuere concessum est. AVG. Placet igitur, firmumq; animo tenes non rñdendum esse interrogationibus, nisi ex ijs rebus, quæ verbis significantur. AD. Non intelligo cur displiceat, si modo verba sint. AVG. Vellẽ scire quo illi resisteres, de quo iocanter solemus audire, q̃ ex eius ore cum quo disputabat, leonẽ processisse concluserit. Cum.n. quęsisset, vtrum ea quæ loqueremur, nostro ore procederẽt, atque ille non potuisset negare, quod facile fuit, egit cũ hoie, vt in loquẽdo leonẽ nominaret. Hoc vbi factum est, ridicule insultare cœpit & premere, vt qm, quicquid loquimur, ore nostro exire cõfessus erat, & leonẽ se locutũ esse nequibat abnuere, hõ nõ malus tã immanem bestiã videretur nomuisse. AD. Minime vero erat arduum scurræ huic resistere: non .n. concederem ore nostro exire quodcunq; loquimur: nam quæ loquimur, ea significamus. Non autem res quæ significatur, sed signũ quo significant: loquentis ore ꝓcedit nisi cũ ipsa signa significat. qd̃ genus pauloante tractauimus. AV. Bene tu quidem hoc modo aduersus illum esses paratus, veruntamen mihi quid rñdebis, vtrũ homo nomen sit requirenti. AD. Quid nisi esse nomen? AVG. Quid cum te uideo, num nomen video? AD. Non. AVG. Visne igitur dicã quod sequi? AD. Ne quæso: nam mihi ipse renuncio hoiem nõ esse, qui nomen esse responderim, cũ hõ vtrum nomen esset inquireres. Iam.n. placuerat, ex ea re quæ significaretur, aut assentiri, aut negare quod dicitur. AVG. At mihi videtur non te frustra in hanc responsionem decidisse: nã vigilantiam tuam mentibus nostris indita ipsa lex rõnis euicit: nã si quærerem quid esset homo, rñderes fortasse animal: si aũt quærerẽ, q̃ pars orationis esset homo, nullo modo posses recte rñdere, nisi nomen. Quamobrem cũ hõ & nomen esse, & aial inueniatur, illud dicitur ex ea parte qua signum est, hoc ex parte rei quam
M significat. Qui ergo quærit, vtrũ homo nomen sit, nihil ei aliud, q̃ nomen esse respondeam: satis .n. significat ex ea parte se velle audire, qua signum est. Si aũt quærit vtrum animal sit, multo procliuius annuam: q̃m si tacens & nomen & animal, tãtum quid esset homo requireret, placita illi loquendi regula ad id quod duabus syllabis significatur, animus curreret. Neque quicquam rñderetur, nisi animal, vel etiam tota definitio diceretur, id est, animal rationale mortale. An tibi non videtur? AD. Prorsus videtur. Sed cum esse nomen concesserimus, qũo illã conclusionem nimis contumeliosam euitabimus, qua nos homines non esse conficitur? AVG. Quomodo putas, nisi docendo non

non ex ea parte illatam, qua interroganti assentiebamur: aut si ex ea parte illam se fatea tur inferre, nullo modo esse formidandam. Quid enim metuam hominem, id est, tres istas syllabas non esse me confiteri? V D. Nihil est verius. Cur ergo animum offendit, cum dicitur: Non es igitur homo, cum secundum illa concessa nihil verius dici po
A tuerit? AVG. Quia non possum non putare ad id cõclusionem referri, quod his duabus syllabis significatur, simul atque ita verba sonuerint, ea scilicet regula, quæ naturaliter plurimũ valet, vt auditis signis ad res significatas feratur intentio. AD. Accipio quod dicis. AVG. Iam ergo intelligas volo res quæ significantur, pluris q̃ signa eẽ pendẽdas. Quicquid.n. propter aliud est, uilius sit necesse est etiam q̃ id propter quod est: nisi tu aliud existimas. AD. Videtur mihi non temere hoc esse assentiendum: nam cum dicimus, cœnum, longe hoc nomẽ arbitror rei, quã significat antecellere. Quòd enim nos offendit audientes, non ad ipsius verbi pertinet sonum: cœnum enim nomẽ, mutata vna litera cœlum est: inter illa vero quæ his nominibus significantur, quantum distet videmus. Quamobrem nequaquam huic signo tribuerim, quod in re quam significat odimus, & propterea hoc illi iure anteponoꝰ: libentius.n. hoc audimus, q̃ vllo sensu illud attingimus. AVG. Vigilantissime omnino. Itaque falsum est omnes res pluris, q̃ earum signa esse pendendas. AD. Ita videtur. AVG. Dic ergo mihi, quid arbitre-
B ris eos secutos esse, qui huic rei tã fœdæ atque aspernabili nomen indiderunt, vel utrũ eos probes vel improbes? AD. Ego vero illos nec probare nec improbare audeo, nec quid fuerint secuti, scio. AVG. Potesne saltem scire quid tu sequaris, cum hoc nomen enuncias? AD. Hoc planẽ possum: nam significare volo, vt eum cum quo loquor, doceã vel admoneam de re illa, quod eũ doceri vel admoneri oportere arbitror. AVG. Quid ipsum docere aut admonere, siue doceri aut admoneri, quod vel exhibes, cõmode per hoc nomen, vel exhibetur tibi, nonne charius quàm ipsum nomen habendum est? AD. Cõcedo ipsam scientiam, quæ per hoc signum euenit, eidem signo esse anteponendam: sed non ideo etiam rem ipsam puto. AVG. In illa igitur sententia nostra, quanquam sit falsum, res omnes signis suis præponi oportere: non tamen falsum est, oẽ quod propter aliud est, uilius esse quam id propter qd̃ est. Cognitio quippe cœni, ꝓp quam hoc nomen est institutum, pluris habẽda est ipso nomine, quod eidẽ cœno præponẽdum eẽ comperimus. Non.n. ob aliud ista cognitio signo, de quo agimus, antelata est, nisi quia illud propter hanc, non hæc ꝓpter illud esse conuincitur. Nam ita cũ quidam orator, qui uentris ab Apostolo dicit cultor, diceret ideo se viuere, vt vesceretur: nõ tulit qui audiebat frugi homo, & Quãto inquit, melius ideo vescereris ut uiueres? Vterque tamẽ ex eadem ista regula locutus est: nam neque alia de causa ille displicuit, nisi quòd vitã suam tã paruipenderet, vt eam duceret gutturis voluptate viliorem, dicendo se ꝓp epulas viuere: neq; id ob aliud iure laudatur, nisi quod ijs duobus quid propter quid fieret, hoc est, qd̃ cui subiectũ esset intelligens, cibãdum potius, vt viuamus, q̃ viuendum, vt cibemur, admonuit. Similiter & tu fortasse, & quilibet hominum non imperite res æstimantium, dicẽt: cuipiam loquaci amatoriq; verborum, ideo doceo vt loquar, responderetis: Homo, cur non potius ideo loqueris, vt doceas? Quod si hæc vera sunt, sicuti esse cognoscis, vides profecto quanto verba minoris habẽda sint, quàm id propter quod utimur verbis, cum ipse usus verborũ iam sit verbis anteponendus: verba enim sunt, vt his utamur. Vtimur enim his ad docendum. Quanto est ergo melius docere q̃ loqui, tanto melior est, quàm verba, locutio. Multo ergo melior doctrina quàm verba. D
Sed cupio audire qd̃ forte cõtradicẽdũ putes. AD. Assentior quidem meliorẽ, q̃ verba esse doctrinam: sed vtrum aduersus istam regulam, qua dicitur, Omne quod propter aliud est, inferius esse quam id propter quod est, nihil sit qd̃ obiici possit, ignoro. AVG. Aliàs hoc opportunius diligentiusq; tractabimus. Nunc illud quod concedis, satis est ad id quod conficere studeo. Das enim cognitionem rerum, quàm signa rerũ esse chariorem. Quamobrem cognitio rerum quæ significantur, cognitioni signorum anteferenda est. An tibi non videt? AD. Nũ ego cognitionem signorum cognitione rerũ, ac non signis ipsis prẽstantiorem esse concessi? Quare vereor vt hic tibi assentiar. Quid si enim, vt cœlum nomen melius est ea re, quam significat, ita & huius nominis cognitio cognitioni quoq; illius rei est anteponẽda: quanuis ea cognitione sit ipsum nomen

Doctrina melior est quã verba.

inferius? Quatuor quippe sunt: nomen, & res, cognitio nominis, & cognitio rei. Sicut ergo primũ secundo, cur non tertium quarto antecellat? Sed si non antecellat, non etiã subijciendũ est. AVG. Mire omnino te video & tenuisse quid concesseris, & explicasse quid senseris. Sed (vt opinor) intelligis, hoc tibi trisyllabum nomen, quod sonat cum dicimus. Vitium, melius esse q̃ id quod significat, cum ipsius cognitio nominis multo sit inferior cognitione vitiorum. Licet itaque cõstituas etiam ista quatuor atq; cõsyderes, nomen & rem, cognitionem nominis & cognitionem rei. Primum secundo iure præponimus. Hoc enim positum nomen in carmine, cum ait Persius. Sed stupet hic vitio, non modo nihil vitij fecit in versu, sed nonnihil etiam ornatus dedit: cum tamen res ipsa, q̃ significatur hoc nomine, in quocunq; inest, cogit esse vitiosum. At non ita & tertium quarto, sed quartum tertio videmus excellere. Huius enim cognitio nominis vilis est præ cognitione vitiorum. AD. Etiamne cũ ista cognitio miseriores facit, censes esse præferendam? Nam idem Persius omnibus pœnis, quas tyrannorum vel crudelitas excogitauit, vel cupiditas pendit hanc vnam anteponit, qua cruciantur homines, qui vitare non possunt, coguntur agnoscere. AVG. Potes hoc modo cognitioni huius nominis ipsam quoque virtutum cognitionẽ negare præferendam: quia virtutem videre nec tenere, supplicium est: quod idem ille Satyricus tyrannus ut puniantur, optauit. AD. Deus hanc auertat amentiam. Iam enim intelligo non ipsas cognitiones, quibus animum imbuit optima omnium disciplina, esse accusandas, sed eos omnium miserrimos iudicandos, sicut & Persium iudicasse arbitror, qui tali morbo affecti sunt, cui nec tanta medicina subueniat. AVG. Bene intelligis, sed quoquo modo se habeat Persiana sententia, quid ad nos? Non.n. horum authoritati subiecti sumus in talibus rebus. Deinde siqua cognitio cui cognitioni præferenda sit, non hic facile est explicare: satis habeo, quod effectum est, cognitionem rerum quæ significantur, etsi non cognitione signorum, ipsis tamen signis esse potiorem. Quare iam illud magis magisq́ discutiamus, quale sit genus rerum, quas sine signis monstrari posse dicebamus per seipsas, vt lo-

Satyræ Nempe.

Signa rebus illu-

qui, ambulare, sedere, iacere, atque huiusmodi cætera. AD. Iam recolo quid dicas.

AV. Omnia ne tibi uidentur, quæ interrogati mox agere possumus sine signo pos- Capit. c.
se monstrari an aliquid excipis? AD. Ego
etiam atque etiam genus hoc totum consyderãs, nihil adhuc inuenio, qđ sine signo valeat doceri, nisi forte locutionem, & si forte
idipsum quispiã quærat, qd sit docere. video
enim eum quicquid post eius interrogationem fecero, vt discat, a b eaipsa re non discere quam sibi demonstrari cupit: nam si me
cessantem, vt dictum est, vel aliud agentem
roget quispiam, quid sit ambulare, & ego
statim ambulando, eum quod rogauit sine
signo coner docere, vnde cauebo ne id tantum putet esse ambulare, quantum ego ambulauero? Quod si putauerit, decipietur.
Quisquis.n. plus minusue q̃ ego ambulauerit, hunc ille ambulasse non arbitrabitur: &
quod de hoc vno verbo dixi, transit in oĩa q̃
sine signo monstrari posse cõsenseram, pter
duo illa quæ excipimus. AVG. Accipio
quidem istud. Sed nonne tibi videtur aliud
esse loqui, aliud docere? AD. Videtur sanè.
Nam si esset idẽ, non doceret quisquam nisi
loquens: cum uero & alijs signis præter verba multa doceamus, quis de ista differentia
dubitauerit? AVG. Quid docere & significare, nihilne interest, an aliquid differunt? H
AD. Idem puto esse. AVG. Nonne recte dicit qui dicit, ideo nos signare vt doceamus? AD. Recte prorsus. AVG. Quid
si dicat alius, ideo nos docere vt significemus, nonne facile superiore sententia refellemur? DA. Ita est. AVG. Si ergo significamus vt doceamus, non docemus ut significemus: aliud est docere, aliud significare. AD.
Verum dicis, nec recte idem esse vtrunque
respondi. AVG. Nunc illud respondẽ, vtrum qui docet quid sit docere, significando
id agat, an aliter? AD. Non video quomodo aliter possit. AVG. Falsum est igitur
quod pauloante dixisti, doceri rẽ posse sine
signis, cum quæritur quid sit ipsum docere:
qñ ne hoc quidẽ videmus sine significatione
agi posse, cum aliud esse significare, aliud docere concesseris. Si enim diuersa sunt, sicut
apparet, neque hoc nisi per illud ostenditur,
non per se vtiq; ostenditur, sicut tibi visum
erat. Quamobrem nihil adhuc inuentũ est,
quod monstrari per seipsum queat præter
locutionem, quæ inter alia se quoque significat: quæ tũ cum ẽt ipsa signum sit, nondum
prorsus extat quod sine signis doceri posse
uideatur. AD. Nihil habeo cur nõ assentiar.

tiar. AVG. Confectũ est igitur, & nihil I
sine signis doceri, & cognitionẽ ipsam signis
quibus cognoscimus, chariorem nobis esse
oportere: quanuis non oĩa, quæ significãtur
possint suis signis esse potiora. AD. Ita videtur. AVG. Quãto tãdẽ circuitu res tan
tilla peracta sit, meministine quæso? Nam
ex quo inter nos verba iaculamur, quod tãdiu fecimus, hæc tria ut inuenirentur, laboratum est: vtrum nihil sine signis possit doceri: & vtrum sint quædã signa rebus, quas
significãt, præferẽda: & vtrũ melior q̃ signa
sit rerũ ipsa cognitio. Sed quartum est, quod
breuiter abs te vellẽ cognoscere vtrumnam
ista inuenta sic putes, vt iam de his dubitare
non possis. AD. Vellem quidem tantis
ambagibus atque anfractibus esse ad certa
peruentũ, sed & ista rogatio tua nescio quo
me solicitat, & ab assensione deterret. Videris enim mihi nõ hæc de me fuisse quæsiturus, nisi haberes quod contradiceres: & ipsa
rerum implicatio totum me inspicere, ac securum respõdere non sinit, verentẽ ne quid
in tantis inuolucris lateat, quod acies mẽtis
meæ lustrare nõ possit. AVG. Dubitationẽ tuam non inuitus accipio: significat enim
animum minime temerarium, quę custo- K
dia tranquillitatis est maxima. Nam difficillimum omnino est non pertubari, cũ ea
quæ quasi certa prona & procliuia approbatione tenebamus, contrarijs disputationibus
labefactantur, & quasi extorquentur è manibus. Quare vt æquum est, bene consyderatis perfectisq́; rõnibus cedere, ita incognita pro cognitis hr̃e periculosum. Metus est
enim, ne cũ sæpe subruunt, quæ firmissime
statura & mansura præsumimus, in tantum
odium vel timorẽ rationis incidamus, vt ne
ipsi quidẽ perspicuæ veritati fides habenda
videatur. Sed age nunc expeditius retractemus, vtrum recte ista dubitanda putaueris. Nã quęro abs te si quisquã ignarus deceptionis auium, quæ calamis & viſco affectatur, obuiam fieret aucupi, armis quidẽ suis
instructo, nõ tñ aucupãti, sed iter agẽti, quo
viso premeret gradum, secumq́ve vt sit admirans cogitaret & quæreret, quidnam sibi
hois ille vellet ornatus: auceps autẽ cũ in se
videret attentũ, ostentandi se studio cannas
expediret, & prope animaduersam aliquam
auiculam fistula & accipitre figeret, subigeret, & caperet, none illum spectatorem suũ
doceret nullo significatu, sed re ipsa quod
ille scire cupiebat? AD. Metuo nequid

hic tale sit, quale de illo dixi, qui quærit quid
sit ambulare. Neque.n. uideo & hic totum
illud aucupiũ esse mõstratum. AVG. Facile est hac cura te exuere. Addo enim, si ille
ita intelligens esset, vt ex hoc quod vidit totum illud genus artis agnosceret. Satis est
nanque ad rem, de quibusdam rebus tametsi
nõ omnibus, & quosdã homines docere passe sine signo. AD. Hoc etiã ego possum illi
addere. Si enim sit bñ intelligẽs paucis passibus ambulatione mõstrata, totum quid sit
ambulare cognoscet. AVG. Facias per
me licet, nec tantũ nihil resisto, verumetiam
faueo. Vides.n. ab utroque nostrũ id effici,
vt quædã quidẽ doceri sine signis queãt, falsumq́ue illud sit quod nobis pauloante vide
batur, nihil esse omnino qđ sine signis possit ostendi. Iam enim ex his non vnum aliquid, aut alterum, sed milia rerum omnino
occurrunt, quæ nullo signo dato per seipsa
monstrẽtur. Quid enim dubitemus oro te?
Nam ut hominum omittam innumerabilia
spectacula in oĩbus theatris sine signo ipsis
rebus exhibentium, solem certe istũ lucẽq́;
hæc omnia perlustrantem atq; vestientem,
lunã et cætera sydera, terras & maria, quęq; M
in his innumerabiliter gignũtur, nonne per
seipsa exhibet atque ostendit Deus & natura
cernentibus? Quod si diligentius consydere
mus, fortasse nihil inuenies, quod per sua signa discatur. Cum enim mihi signũ datur,
si nesciẽtem me inuenit, cuius rei signum, sit,
docere me nihil potest. Si vero scientem,
quid disco per signum? Non enim mihi rem
quam significat ostendit verbum cum lego.
Et Saraballæ eorum non sunt immutatæ. Daniel
Nam si quædam capitum tegmina nuncupantur hoc nomine, num ego hoc audito,
aut quid sit caput, aut quid sint tegmina didici? ante ista noueram, neque cum appellarentur ab alijs, sed cum à me viderentur, eorum est mihi facta notitia. Etenim cum primum istæ duæ syllabę cum dicimus, caput,
aures meas impulerunt, tam nescium quid significarẽt, quam cum primo audirem legeremue, Saraballas. Sed cum sæpe dicerent, caput, notans atque animaduertens qñ dicerẽtur, reperi vocabulũ esse rei, quæ mihi iam
erat vidẽdo notissima. Quod priusquam re-
perissem, tantum mihi sonus erat hoc ver-
bum: signum vero esse didici, qñ cuius rei si- A
gnum esset inueni, quã quidem, vt dixi non
signãtu, sed aspectu didicerã. Itaq; magis signum re cognita, q̃ signo dato ipsa res discẽ.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod vt apertius intelligas, finge nos primũ nunc audire qđ dicitur, caput: & nescientes vtrum vox ista sit tantummodo sonans, an aliqd ét significans q̃rere quid sit caput: memẽto nos nõ rei q̃ sig̃natur, sed ipsius signi velle habere notitiã, qua caremus profecto, q̃diu cuius signũ est ignoramus. Si ergo ita q̃rentibus res ipsa digito demonstrẽr, hac cõspecta discimus signũ quod audieramus tm, nondũ noueramus. In quo tñ signo cũ duo sint, sonus & significatio, sonum certe nou per signum percipimus, sed eoipso aure pulsata, significationem aũt re q̃ significatur aspecta. Nã illa intentio digiti sig̃nare nihil aliud potest, q̃ illud in quod intenditur digitus. Intentus est autem non in signũ, sed in membrũ quod caput vocatur. Itaq; per illam neq; rem possum nosse quã noueram, neq; signum in quod intentus digitus nõ est. Sed de intentione digiti non nimis curo, quia ipsius demonstrationis signum mihi videtur potius, q̃ rerũ aliquarum q̃ demonstrantur. Sicut aduerbium quod ecce dicimus: nam & B cum hoc aduerbio digitum solemus intendere, ne vnum demonstrandi signum non sit satis. Et id maxime tibi nitor persuadere, si potero, per ea signa quæ verba appellantur nos nihil discere: potius. n. vt dixi, vim verbi, id est, significationem quæ latet in sono, re ipsa quæ significatur cognita discimus, q̃ illã tali significatione percipimus. Et quod dixi de capite, hoc etiam de tegminibus, deq; alijs rebus innumerabilibus dixerim. quas tamen cum iam nouerim, Saraballas adhuc vsq; non noui: quas mihi si gestu quispiam significarit aut pinxerit, aut aliquid cui similes sunt, ostenderit, ne dicam non me docuerit, quod facile obtinerem, si paulo amplius loqui vellem, sed dico id quod proximũ est, non verbis docuerit. Quod si eis forte conspectis, cum simul adero me admonuerit, dicens: Ecce Saraballa, discam rem quam nesciebam, non per verba quæ dicta sunt, sed per eius aspectũ, per quẽ factũ est, vt etiã nomen illud quid valeret, noscerem ac tenerẽ. Non enim cum rẽ ipsam didici, verbis alienis credidi, sed oculis meis: illis tñ fortasse vt attenderem credidi. i. vt aspectu q̃rerẽ, quid C viderem. Hactenus uerba valuerũt, quibus Credere vt plurimum tribuam, admonent tantum, ut & scire quæramus res, non exhibent ut nouerimus. quid dis- Is me aũt aliquid docet, qui uel oculis, uel ferant. ulli corporis sensui, uel ipsi etiam menti præ Cap. 11. bet ea quæ cognoscere uolo. Verbis igitur nisi uerba non discimus, immo sonitum strepitũq; uerborum: nam si ea quæ signa non sunt, uerba esse nõ possunt, quanuis iam auditum uerbum, nescio tamen uerbum esse, donec quid significet sciam. Rebus ergo cognitis, uerborum quoq; cognitio perficitur: uerbis uero auditis, nec uerba discũtur. Nõ enim ea uerba quæ nouimus, discimus: aut quæ non nouimus, didicisse non possumus confiteri, nisi eorum significatione percepta, quæ non auditione uocum emissarum, sed rerum significatarum cognitione contingit. Verissima quippe ratio est, & uerisime dicitur cum uerba proferuntur, aut scire nos quid significent, aut nescire. Si scimus, commemorari potius q̃ discere: si autem nescimus, nec commemorari quidem, sed fortasse ad quærendum admoneri. Quod si dixeris, tegmina quidem illa capitum, quorum nomen sono tantum tenemus, nõ nos posse nisi usu cognoscere, neq; nomẽ ipsum plenius, nisi ipsis cognitis nosse: quod tamen D de ipsis pueris accepimus, ut regem ac fiam Dani. 5. mas fide ac religione superauerint, quas laudes dño cecinerint, quos honores ab ipso ét inimico meruerint, num aliter nisi per uerba didicimus? Respondebo, cuncta quæ illis uerbis significata sunt, in nostra notitia iam fuisse. Nam quid sint tres pueri, quid fornax, quid rex, quid denique illęsi ab igne, cæteraq; omnia iam tenebam, quæ uerba illa significant. Ananias uero & Azarias & Misael tam mihi ignoti sunt quàm Sarabalæ: nec ad eos cognoscendos hæc me nomina quicquam adiuuerunt, aut adiuuare iam potuerunt. Hæc autem omnia quæ in illa leguntur historia, ita illo tempore facta esse, vt scripta sunt, credere me potius, q̃ scire cõfiteor: neq; istam differentiam iidem ipsi quibus credimus nescierunt. Ait. n. prophe- Esa. 7. ta: Nisi credideritis, non intelligetis. Quod non dixisset profecto, si nihil distare iudicasset. Quod ergo intelligo, id etiam credo: at non omne quod credo, etiam intelligo. Omne aũt quod intelligo, scio: non omne quod credo, scio: nec ideo nescio q̃ sit vtile credere etiam multa quæ nescio. Cui vtilitati hãc quoque adiungo de tribus pueris historiam: E quare pleraq; cum scire non possim, quanta tamen utilitate credantur, scio. De vniuersis autem quæ intelligimus, non loquentem, qui personat foris, sed intus ipsi menti præsidentem consulimus veritatem, verbis fortasse vt consulamus admoniti. Ille autem qui consuli-

consulitur, docet, qui in interiore homine habitare dictus est Christus. i. incommutabilis dei virtus atq; sempiterna sapiẽtia: quã quidem omnis rationalis anima consulit, sed tantum cuique panditur, quantum capere propter propriã, siue malam, siue bonã voluntatẽ potest. Et si q̃n fallitur, non fit vitio consultæ veritatis, vt neq; huius q̃ foris est lucis vitiũ est, q̃ corporei oculi sæpe fallũtur: quam lucem de rebus visibilibus consuli satemur, vt eas nobis quantum cernere valeChri- mus, ostendat. Quod si & de coloribus lu- stus ius cem, & de cæteris quę per corpus sentimus: docet. elementa huius mundi eademq; corpora q̃ Cap. 12. sentimus sensusq; ipsos quibus tanquam interpretibus ad talia noscenda mens vtitur: de ijs autem quæ intelliguntur, interiorẽ veritatẽ ratione consulimus: quid dici põt vnde clareat, verbis non aliquid discere præter F ipsum qui aures percutit sonũ? Nanq; omnia quæ percipimus, aut sensu corporis, aut mente percipimus. Illa sensibilia, hæc intelligibilia, siue vt more nostrorum authorum loquar, illa carnalia, hæc spiritalia nominamus. De illis dum interrogamur, respondemus, si præsto sunt ea q̃ sentimus: velut cum à nobis quæritur intuẽtibus lunam nouam, qualis aut vbi sit. Sic ille qui interrogat, si non videt, credit verbis, & sæpe non credit. Discit autem nullo modo, nisi & ipse quod dicitur videat, vbi iam non verbis quæ sonuerunt, sed rebus ipsis & sensibus discit. Nam verba eadem sonant videnti, quæ non videnti etiam sonuerant. Cum vero non de ijs, quæ coram sentimus, sed de ijs quæ aliquando sensimus, quæritur, non iam res ipsas, sed imagines ab eis impressas memoriæque mandatas loquimur: quæ omnino quomodo vera dicamus, cum falsa intueamur, ignoro, nisi quia non nos ea uidere ac sentire, sed vidisse ac sensisse narramus. Ita illas imagines in memorię penetralibus rerum ante sensarum quædam documenG ta gestamus, quæ animo contemplantes bona conscientia non mentimur cum loquimur, sed nobis sunt ista documenta: Is aũt qui audit, si ea sensit atq; affuit, non discit meis verbis, sed recognoscit ablatis secum & ipse imaginibus. Si autem ille non sensit, quis non eum credere potius verbis q̃ discere intelligat? Cum vero de ijs agitur quæ mente conspicimus, id est, intellectu atq; ratione, ea quidem loquimur quæ præsentia contuemur in illa interiore luce veritatis, qua ipse qui dicitur homo interior, illustrat & fruitur: sed tunc quoq; noster auditor, si & ipse illo secreto ac simplici oculo videt, nouit quod dico sua contemplatione, nõ verbis meis. Ergone hunc quidem doceo vera dicens vera intuentem, docetur. n. non verbis meis, sed ipsis rebus deo intus pandente manifestius. Itaq; de his etiam interrogatus respondere posset. Quid autem absurdius, q̃ eum putare locutione mea doceri, qui posset, an tequam loquerer, eaipsa interrogatus exponere? Nam quod sæpe contingit, vt interrogatus aliquid neget, atq; ad id fatendũ alijs interrogationibus vrgeatur, fit hoc imbecillitate cernentis, qui de re tota illam lucem consulere non potest: quod vt partibus faciat, admonetur, cum de istis partibus interrogatur, quibus illa summa cõstat, quã to H tã cernere non valebat. Qđ si verbis perducitur eius qui interrogat, nõ tñ docentibus verbis, sed eo modo inquirentibus, quo mõ est ille à quo quæritur intus discere idoneus: velut si abs te quærerẽ hoc ipsum qđ agitur, vtrumnã verbis doceri nihil possit, & absurdum tibi primo videretur nõ valẽti totum cõspicere. Sic ergo quærere oportuit, vt tuæ sese vires habeant ad audiendum illũ intus magistrum, vt dicerem ea quæ me loquente vera esse confiteris & certus es, & te illa nosse confirmas. Vnde didicisti: rnderes fortasse q̃ ego docuissem. Tum ego subnecterẽ, Quid si me hominem volantẽ vidisse dicerẽ, itane te certum verba mea redderẽt, quemadmodum si audires sapientes homines stultis esse meliores? Negares ꝓfecto & responderes, illud te nõ credere, aut ét, si crederes ignorare, hoc autẽ certissime scire. Ex hoc iã nimirũ intelligeres, neq; in illo quod me affirmante ignorares, neq; in hoc quod optime scires aliqd te didicisse verbis meis, quandoquidem etiam interrogatus de fingulis, & illud ignotum, & hoc tibi notũ esse iurares. Tum vero totum illud qđ negaueras, fatereris, cum hæc ex quibus constat clara & I certa esse cognosceres, omnia scilicet quæ loquimur, aut ignorare, auditorem vtrũ vera sint, aut falsa esse non ignorare, aũt scire vera esse. Horum trium in primo aut credere, aut opinari, aut dubitare: in secundo aduersari atq; renuere: in tertio attestari: nusquã igitur discere. Quia & ille q̃ post verba nostra rem nescit, & q̃ se falsa nouit audisse, & qui posset interrogatus eadẽ respondere quæ dicta sũt, nihil verbis meis didicisse cõuincit.

Quam-

Oratio non semper patefacit animum. Cap. 13.

Quamobrem in ijs etiam quæ mẽte cernuntur, fruſtra cernẽtis loquelas audit quiſquis ea cernere non poteſt, niſi quia talia, quandiu ignorantur, vtile eſt credere. Quiſquis autem cernere poteſt, intus diſcipulus veritatis,foris iudex loquentis, vel potius ipſius locutionis. Nam plerunq; ſcit illa quę dicta ſunt eoipſo neſciente qui dixi:Veluti ſi quiſquam Epicureis credens, & mortalem animam putans,eas rationes quæ de immortalitate eius à prudentioribus tractatæ ſunt, eloquãtur illo audiẽte q ſpiritalia cõtueri põt. Iudicat iſte eũ vera dicere. At ille qui dicit, vtrũ vera dicat ignorat, immò falſiſsima exiſtimat. Num igitur putandus eſt ea docere, quæ neſcit? At qui ijſdem verbis vtitur, qui
K bus vti etiã ſciens poſſet. Quare iam ne hoc quidẽ relinquitur verbis,vt his ſaltẽ loquentis aius iudicetur. Siquidẽ incertũ eſt,vtrũ ea quæ loquitur,ſciat. Adde mentientes atq; fallentes,per quos facile intelligas nõ modo non aperiri, verum etiam occultari animũ verbis. Nam nullo modo ambigo id conari verba veracium,& id quodammodo profiteri, vt animus loquentis appareat, q̃ id obtineret omnibus concedentibus,ſi loqui mentientibus non liceret. Quanquam ſæpe experti fuerimus & in nobis & in alijs,non earum rerum quæ cogitantur verba proferri: quod duobus modis poſſe accidere video,cũ aut ſermo memoriæ mandatus & ſæpe decurſus alia cogitantis ore funditur. Quod nobis cum hymnum canimus ſæpe contingit:aut cum alio pro alijs verba præter voluntatẽ noſtram linguæ ipſius errore proſiliunt. Nam hic quoq; non earum rerum ſigna,quas in aĩo habemus,audiuntur. Nam mentientes quidem cogitant etiam de ijs rebus quas loquũtur, vt tametſi neſciamus an
L verum dicant,ſciamus tamen eos, in animo habere quod dũt, ſi non eis aliquid duorũ q̃ dixi,accidat. Quæ ſiquis & interdũ accidere cõtendit, & cũ accidit apparere,quanq̃ ſæpe occultum eſt, & ſæpe me fallit audientem, non reſiſto. Sed his accidit aliud genus,ſanè late patens,& tamen innumerabilium diſſenſionum atq; certaminum:cum ille qui loquitur,eadẽ quidem ſignificat,q̃ cogitat, ſed plerunq; tũ ſibi & alijs quibuſdam:ei vero cui loquitur,& item alijs nonnullis,non idem ſignificat. Dixerit enim aliquis audientibus nobis, ab aliquibus beluis hominem virtute ſuperari:nos ilico ſerre nõ poſſumus, & hãc tam falſam peſtiferamq; ſententiam magna intentione refellimus: cum ille fortaſſe virtutem,vires corporis vocet, & hoc nomine id qđ cogitauit enunciet:nec mentiatur,nec erret in rebus,nec aliud aliquid voluens animo, mandata memoriæ verba contexit,nec linguæ lapſu aliud q̃ volebat, ſonat:ſed tantummodo rem quã cogitat,alio q̃ nos nomine appellat: de qua illi ſtatim aſſentiremur, ſi eius cogitationẽ poſſumus inſpicere, quã verbis iam prolatis explicataq; ſententia ſua, nondum nobis pandere valuit. Huic erro- M
ri definitionem mederi poſſe dicunt: vt in
B hac quæſtione ſi definiret qd ſit virtus,eluceret aiunt non de re, ſed de verbo eſſe controuerſiam:quod vt concedam ita eſſe,quotus quiſq; bonus definitor inueniri poteſt: & tamen aduerſus diſcipli ã definiendi multa diſputata ſunt, quæ neq; hoc loco tractare opportunũ eſt, nec vſquequaq; a me probantur. Omitto quod multa non bene audimus,& quaſi de auditis diu multumq; contendimus: Velut tu nuper verbo quodã Punico, cum ego miſericordiam dixiſſem,pietatem ſignificari te audiſſe dicebas ab eis,qui bus hæc lingua magis nota eſſet. Ego autem reſiſtens quid acceperis, tibi omnino excidiſſe aſſerebam. Viſus.n.mihi eras non pietatẽ dixiſſe,ſed fidẽ,cum & coniunctiſsimus mihi aſſideres, & nullo mõ hæc duo nomina ſimilitudine ſoni aurem decipiant. Diu te tũ arbitratus ſum neſcire quid tibi dictum ſit, cũ ego neſcirem quid dixeris. Nã ſi te bene audiſſem,nequaquam mihi videretur abſurdum pietatem & miſericordiam vno vocabulo Punicè vocari. Hæc plerunque accidunt, ſed ea vt dixi omittamus, ne calumniam verbis de audiendi negligentia, vel etiam de ſurditate hominum videar commouere. Illa magis angunt quæ ſuperius enumeraui, vbi verbis liquidiſsime aure perceptis & Latinis non valemus, cum eiuſdem A
linguæ ſimus, loquentium cogitata cognoſcere. Sed ecce iam remitto & concedo,eum verba eius auditu cui nota ſunt, accepta fuerint, poſſe illi eſſe notum de ijs rebus, quas ſignificant loquentem cogitauiſſe: num ideo etiam quod nunc quæritur vtrum vera dixerit, diſcit? Num hoc magiſtri profitentur, ut cogitata eorum,ac non ipſæ diſciplinæ quas loquendo ſe tradere putant, percipiantur atque teneantur. Nam quis tam ſtulte curioſus eſt, qui filium ſuum mittat in ſcholam, ut quid magiſter cogitet diſcat? At iſtas omnes diſciplinas,quas ſe docere

Chri ſtus do mo ad- mones.

Cap. 14.

certe profitẽtur,ipſiuſq; virtutis atq; ſapientiæ cum verbis explicauerint, tum illi qui diſcipuli vocantur, vtrum vera dicta ſint apud ſemetipſos conſyderant,interiorem ſcilicet illam ueritatem pro uiribus intuentes. Tũc ergo diſcunt. Et cum uera dicta eſſe intus inuenerint,laudant,neſcientes non ſe doctores potius laudare,quàm doctos, ſi tamẽ & illi quod loquuntur,ſciunt. Falluntur autem homines,vt eos qui non ſunt,magiſtros vocent,quia plerunq; inter tempus locutio
B nis & tempus cognitionis,nulla mora interponitur. Et quoniam poſt admonitionem ſermocinantis cito intus diſcunt, foris ſe ab eo qui admonuit, didiciſſe arbitrantur. Sed de tota vtilitate uerborum,quæ ſi bene conſyderetur, non parua eſt, alias ſi deus ſiuerit,requiremus. Nunc.n.ne plus eis,q̃ oportẽt tribueremus,admonui te:ut iã non credemus tantũ, ſed ẽt intelligere inciperemus, q̃ uere ſcriptũ ſit authoritate diuina,ne nobis quenquã magiſtrũ dicamus in terris, q̃ unus omniũ magiſter in cœlis ſit. Quid ſit
Matt. 23. autẽ in cœlis,docebit ipſe à quo ẽt per homines ſignis admonemur & foris, ut ad eum intro conuerſi erudiamur, quẽ diligere ac noſſe beata uita eſt,quã ſe omnes clamant q̃rere,pauci autẽ ſunt qui eã uere ſe inueniſſe lætentur. Sed iã mihi dicas uelim,quid de hoc toto meo ſermone ſentias? Si.n.vera eſſe quæ dicta ſunt,noſti,etiã de ſingulis ſententijs interrogatus,ea te ſcire dixiſſes. Vides ergo à quo iſta didiceris. Neq; enim à me,cui roganti omnia reſponderes. Si autem uera eſſe non noſti, nec ego nec ille te docuit. Sed
C ego quia nunq̃ poſſum docere, ille, quia tu adhuc non potes diſcere. A D. Ego vero dici admonitione verborum tuorũ, nihil aliud uerbis q̃ admoneri hominem vt diſcat, & perparum eſſe, quod per locutionem aliquanta cogitatio loquentis apparet. Vtrum autem uera dicantur,eum docere ſolum,qui ſe intus habitare cũ foris loqueretur, admonuit,quem iam fauente ipſo tanto ardentius diligam,quanto ero in diſcendo prouectior. Veruntamen huic orationi tuæ, qua perpetua vſus es, ob hoc habeo maxime gratiam, q̃ omnia quæ contradicere paratus eram, præoccupauit atque diſſoluit, nihilq; omnino abs te derelictum eſt, quo me dubium faciebat, de quo non ita mihi reſponderet ſecretum illud oraculum, ut tuis verbis aſſerebatur.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Immortalitate animæ Liber.

D

Prima rõ quod anima ſit immortalis ab ad iacẽte immortali. Cap. 1.

SI alicubi eſt diſciplina, nec eſſe niſi in eo quod viuit, & poteſt, & ſemper eſt, neque quicquã in quo quid ſemper eſt, poteſt eſſe non ſemper, ſemper viuit, in quo eſt diſciplina. Si nos ſumus qui ratiocinamur,id eſt,animus noſter, nec recte ratiocinari ſine diſciplina poteſt, nec ſine diſciplina eſſe animus, niſi in quo diſciplina non eſt, poteſt: eſt in hominis animo diſciplina. Eſt autem alicubi diſciplina: nam eſt, & quicquid eſt, nuſquam eſſe non poteſt. Item diſciplina non poteſt eſſe,niſi in eo qđ viuit. Nihil enim quod non viuit,aliquid diſcit. Nec eſſe in eo quod nihil diſcit,diſcipli na poteſt. Item ſemper eſt diſciplina. Nam quod eſt, atque immutabile eſt, ſemper ſit neceſſe eſt. Eſſe autem diſciplinam nemo negat. Et quiſquis fatetur fieri non poſſe,ut
E ducta per medium circulum linea non ſit omnium,quæ non per medium ducuntur,maxima, idq; eſſe alicuius diſciplinæ, immutabilem diſciplinam eſſe non negat. Item nihil in quo quid ſemper eſt, poteſt eſſe non ſemper. Nihil enim quod ſemper eſt, patitur ſibi ſubtrahi aliquando id in quo ſemper eſt. Iam vero cum ratiocinamur, animus id agit. Non enim agit, niſi qui intelligit: nec corpus intelligit, nec animus auxiliante corpore intelligit, quia cum intelligere vult, à corpore auertitur. Quod enim intelligit,eiuſmodi eſt ſemper, nihilq; corporis eiuſmodi eſt ſemper. Non igitur poteſt adiuuare animum ad intellectum nitentẽ, cui non impedire ſatis eſt. Item nemo ſine diſciplina recte ratiocinatur. Eſt enim recta ratiocinatio à certis ad incertorum indagationem nitens cogitatio. Nihilq; certum eſt in animo, quod ignorat. Omne autem quod ſcit animus in ſeſe habet, nec ullam rem ſcientia complectitur, niſi quæ ad aliq̃ pertineat diſciplinam. Eſt.n.diſciplina qua rumq; rerũ ſcientia. Semper igitur animus humanus viuit. Ratio profecto,aut animus
F eſt, aut in animo. Melior autem ratio noſtra, quàm corpus noſtrum. Et corpus noſtrum nonnulla ſubſtantia eſt,& melius ſit

1. Retr. cap. 5.

Recta ratiocinatio quid ſit.

1. Retracta. ca. 5.

Secunda rõ quia ſit im-

tabilis', uel adiacētis immutabilis subiectum. Cap. 2.

est esse'substantiam, q̄ nihil:Non est igitur ratio nihil. Rursum quæcunque harmonia corporis est, in subiecto corpore sit necesse est, inseparabiliter, nec aliud quicquam illa harmonia esse credatur, quod non æque necessario sit in subiecto illo corpore, in quo & ipsa harmonia non minus inseparabiliter. Mutabile est autem corpus humanum, & immutabilis ratio. Mutabile est enim omne quod semper eodem modo non est. Et semper eodem modo est, duo & quatuor & sex. Item semper eodem modo est quod est, quod quatuor habent duo & duo, hoc autem non habent duo. Duo igitur quatuor non sunt. Est autem ista ratio immutabilis: igitur ratio est. Nullo modo autem potest mutato subiecto id quod in eo est, inseparabiliter non mutari. Non est igitur harmonia coporis animus. Nec mors potest accidere immutabilibus rebus. Semper ergo animus viuit, sine ipse ratio sit, siue in eo ratio inseparabiliter. Quædam constantia vir

G Viua sub stātia & immutabilis animus, nec si quomō mutabilis, propterea immutabile. Quare de certo iam & sine vlla disiunctione concluditur, nō omne quod mortalis fit, Ratio tertia. ca. 3.

tus est, & omnis constantia immutabilis est, & omnis virtus potest aliquid agere, nec cum non agit aliquid, virtus non est. Omnis porro actio mouetur, aut mouet. Aut igitur non omne quod mouet, aut certe non omne quod mouetur mutabile est, aut omne quod alio mouetur, nec mouet ipsum aliquid, mortale est. Neq; mortale quicquam immutabile. Quare de certo iam & sine vlla disiunctione concluditur, nō omne quod mouet, mutari. Nullus autem motus sine substantia: & omnis substantia, aut viuit aut non viuit: atq; omne quod non viuit exanime est: nec est vlla exanimis actio. Illud igitur quod ita mouet, vt non mutetur, non potest esse nisi viua substantia. Hæc autem omnis per quoslibet gradus corpus mouet quod mutabile est. Corpus autem non nisi secundum tempus mouetur: ad hoc enim pertinet tardius, & celerius moueri: conficitur esse quiddam, quod tempore moueat, nec tamen mutetur. Omne autem quod tempore mouet corpus, tametsi ad vnum finem tendat, tamen nec simul potest omnia facere, nec potest non plura facere: neque enim valet, quanuis ope agatur aut perfecte vnum esse, quod in partes secari potest, aut vllum esse sine partibus corpus, aut sine morarum interuallo tempus, aut uero uel breuissima syllaba enuncietur, cuius non tunc finem audias, cum iam non audis initium.

H Porrò quod sic agitur, & expectatione opus est, vt peragi, & memoria ut comprehendi queat, quantum potest. Et expectatio futurarum rerum est, præteritarum uero memoria. At intentio ad agendum præsentis est temporis, per quod futurum in præteritum transit, nec cœpti motus corporis expectari finis potest sine ulla memoria. Quomodo enim expectatur, ut desinat, quod aut cœpisse excidit, aut omnino motum esse? Rursus intentio peragendi, quæ præsens est, sine expectatione finis qui futurus est, non potest esse: nec est quicquam quod aut nondum est, aut iam non est. Potest igitur in agendo quiddam esse, quod ad ea quæ nondum sunt, pertineat. Possunt simul in agente plura esse, cum ea plura, quæ aguntur, simul esse non possint. Possunt ergo etiam in mouente, cum in eo quod mouetur, non possint. At quæcunque in tempore simul esse non possunt, & tamen à futuro in præteritum transmittuntur, mutabilia sint, necesse est. Hinc iam colligimus posse esse quiddam quod cum mouet mutabilia, non mutatur. Cum enim non mutatur mouentis intentio perducendi ad finem, quem uolet corpus quod mouet, illudque corpus de quo aliquid sit eodem motu per momenta mutetur, atque illa intentio perficiendi, quam immutatam manere manifestum est, & ipsa membra artificis, & lignum aut lapidem artifici subiectum moueat, quis dubitet consequens esse, quod dictum est? Non igitur siqua mutatio corpori mouente animo sit, quanuis in eam sit intentus, hinc eum necessario mutari, & ob hoc etiam mori arbitrandum est. Potest enim in hac intentione simul & memoriam præteritorum, & expectationem futurorum habere, quæ omnia sine vita esse & in illa mutatione nō possunt. Quā nulla quam & si nullus interitus sine mutatione mutatio fit, & nulla mutatio sine motu, non tamen sine motu omnis mutatio interitum, omnisque motus mutationem operatur. Licet enim ipsum corpus nostrum & motum plerunq; tatio insum qualibet actione, & mutatum certe, vel etate dicere, tamen nondum interisse, id est, peratur. non esse sine vita. Liceat igitur & animum Ars & non continuo putare priuari vita, quan- ratio nam quam ei fortasse per motum mutatio nonmerorū nulla contingat. Si enim manet aliquid immutabile in animo, quod sine vita esse non K posit, animo etiam vita sempiterna maneat bilis, q̄ necesse est. Nam hoc prorsus, ita se habet, aio non vt si

ue uita vt si primum est, sit secundum. Est autē prierēt: mum. Quis.n.vt alia omittam, aut rationē quar numerorum mutabilem esse audeat dicere: ca. 4. aut artem quamlibet non ista ratione constare: aut artem non esse in artifice, etiam cū eam non exercet: aut eius esse, nisi in animo: aut vbi vita non sit, esse posse: aut quod immutabile est aliquando esse non posse: aut aliud esse artem, aliud rationem? Quanuis enim ars vna multarum quasi quidā cœtus rationum esse dicatur, tū ars ēt vna ratio dici verissime atq; intelligi pōt. Sed siue hoc, siue illud sit, nō minus immutabilē artē esse conficitur. Artem aūt non solū in animo artificis, sed etiam nusquam esse in animo artificis manifestū est, idq; inseparabiliter. Nā si ars ab animo separabitur, aut erit præter quam in animo, aut nusquam erit, aut de animo in animū cōtinuo transibit. At vt sedes Retr. mo 5. arti nulla sine vita est, ita nec vita cum ratione vlli nisi animæ. Nusquā porrò esse quod est, vel quod immutabile est non esse aliquā do non potest. Si vero ars de animo in animum trāsit in illo mensura deserens istum, L nemo artem docet, nisi amittendo, aut ēt nō nisi docentis obliuione fit aliquis peritus sine morte. Quę si absurdissima & falsissima sunt, sicuti sunt, immortalis est animus humanus. At enim si ars aliquando est, aliquādo non est in animo, quod per obliuionem atq; imperitiam satis notū est, nihil ad eius immortalitatem esset argumenti huius connexio, nisi negetur antecedens hoc modo, Aut est aliquid in animo, quod in præsenti cogitatione non est: aut non est in erudito animo ars musica, cū de sola geometrica cogitat. Hoc aūt falsum est, illud igitur verū. Non āt quicquam se habere animus sentit, nisi quod in cogitationem venerit. Potest igitur aliquid esse in animo, quod esse in se animus ipse non sentiat. Id aūt quandiu fit, nihil interest. Nanq; si diutius fuerit in alijs animus occupatus, q̄ ut intentionem suam in antecogitata facile possit reflectere, obliuio vel imperitia nominatur. Sed cum uel nosipsi nobiscum ratiocinantes, uel ab alio bene interrogati de quibusdam liberalibus artibus quædam inuenimus, non alibi, q̄ in animo nostro inuenimus. Neq; enim.n. inuenire quod facere, aut gignere: alioquin M æterna gigneret animus inuentione temporali, nā æterna sæpe inuenit. Quid.n.tam æternū, q̄ circuli ratio, vel siquid aliud in huiuscemodi artibus, nec non fuisse aliqū, nec non fore comprehenditur? Manifestū etiam est immortalem esse animum humanum, & oēs veras rationes in secretis eius esse, quāuis eas, siue ignoratione, siue obliuione, aut nō habere, aut amisisse uideatur. Nūc quatenus accipienda sit animi mutatio, videamus. Si.n. subiectus est animus arte, in nō mutato subiecto existente, neq; subiectum immutatur ut desi potest, quin id quod in subiecto est, immutetur: qui possumus obtinere immutabilē aīus: Rasse artem atq; rationē, si mutabilis animus, tio quin in quo illa sunt, esse conuincitur? Quæ āt ta. cap. 5. maior, q̄ in contraria solet esse mutatio, & quis negat animum, vt omittam cætera, stultum aliàs, aliàs uero esse sapientē? Prius ergo quot modis accipiatur, quæ dicitur animæ mutatio, videamus, quæ, vt opinor, manifestiores duntaxat clarioresq; nobis duæ sunt genere, specie vero plures inueniuntur. Nanq; aut secundum corporis passiones, aut secundum suas anima dicitur immutari. Secūdū corporis, vt per ætates, per morbos, A per dolores, labores, offensiones, per voluptates. Secundum suas aūt, vt cupiendo, lætando, metuendo, ægrescendo, studendo, discendo. Hæ omnes mutationes, si non necessario argumento sunt mori animam, nihil quidē metuendæ sunt per se ipsæ separatim: sed ne rationi nostræ aduersentur, qua dictum est, mutato subiecto, omne quod in subiecto est necessario mutari, uidendū est. Sed non aduersantur. Nā illud secundum hanc mutationem subiecti dicitur, per quam omnino mutare cogitur nomen. Nam si ex albo cera nigrum colorē ducat alicunde, nō minus cera est, & si ex quadrata rotundam formā sumat, & ex molli durescat, frigescatq; ex calida: at ista in subiecto sunt, & cera subiectū. Manet āt cera nō magis minusue cera, cùm illa mutentur. Potest igitur aliqua mutatio fieri eorū, quæ in subiecto sunt, cū ipsum tū iuxta id quod hoc est ac dicitur, nō mutet. At si eorū quæ in subiecto sunt, tanta commutatio fieret, vt illud quod subesse dicebatur, dici iam omnino non posset, veluti cum calore ignis cera in auras discedit, eāq; mutationem patitur vt recte intelligatur mutatū esse subiectum, quod cera erat, & cera iam B non est, nullo modo aliqua ratione quicquā eorum, quæ in illo subiecto ideo erant, quia hoc erat, manere putaretur. Quamobrem si anima subiectū est, vt supra diximus, in quo nō inseparabiliter ea necessitate quoq; qua in subiecto esse monstratur, nec nisi viua

anima

anima poteſt eſſe anima, nec in ea ratio põt eſſe ſine vita, & immortalis ratio, immortalis eſt anima. Prorſus enim nullo pacto non exiſtente ſubiecto ſuo immutabilis ratio permaneret. Quod eueniret, ſi tanta accideret animæ mutatio, vt eſſe non animã faceret. i. mori cogeret. Nulla autem illarũ mutationum, quæ ſiue per corpus, ſiue per ipſam animam fiunt, q̃is vtrum aliquæ per ipſam fiant. i. quarum ipſa ſit cauſa, non parua ſit quæſtio: id agit vt animam non animã faciat. Iam igitur non ſolum per ſe, verũ nec
Rõ q̃ in cõmutabilis ẽ, ſi ue in animo, ſiue aius in
noſtris rationibus formidandæ ſunt. Ergo incumbendum omnibus ratiocinandi viribus video, vt ratio quid ſit, & quoties definiri poſſit, ſciatur, vt ſecundum omnes modos & de animæ immortalitate conſtet. Ratio eſt aſpectus animi, quo per ſeipſum, non per corpus verũ intuetur: aut ipſa veri contemplatio, non per corpus: aut ipſum uerum
C quod contemplatur. Primum illud in animo eſſe nemo ambigit. De ſecundo & tertio quæri poteſt, ſed & ſecundum ſine animo eſſe non poteſt. De tertio magna q̃ſtio eſt, vtrum verum illud quod ſine inſtrumento corporis animus intuetur ſit per ſeipſum, & non ſit in animo, aut poſsit eſſe ſine animo.
ea, ab ipſo eodẽ animo ſe parari nequit. Ratio ſe xta. c. 6.
quolibet modo autem ſe res habeat, non id poſſet contemplari animus per ſeipſum, niſi aliqua coniunctione cum eo. Nam omne quod contemplamur, ſiue cogitatione capimus, aut ſenſu aut intellectu capimus. Sed ea quæ ſenſu capiuntur, extra ẽt nos eſſe ſentiuntur, & locis continentur, vnde nec percipi quidem poſſe affirmantur. Ea vero quæ intelliguntur, non quaſi alibi poſita intelliguntur q̃ ipſe qui intelligit animus, ſimul enim etiam intelliguntur non contineri loco. Quare iſta coniunctio intuentis animi, & eius veri quod intuetur, aut ita eſt, vt ſubiectum ſit animus, verum autem illud in ſubiecto: aut contra ſubiectum verum, & in ſubiecto animus, aut utrunq; ſubſtantia. Horum autem trium ſi primum eſt, tam eſt immortalis animus, q̃ ratio ſecundum ſuperiorem diſputationem, q̃ ineſſe illa niſi viuo non poteſt. Eadem neceſsitas in ſecundo eſt.
D Nam ſi verum illud quod ratio dicitur, nihil habet cõmutabile ſicut apparet, nihil cõmutari poteſt, quod in eo tanq̃ in ſubiecto eſt. Remanet igitur omnis pugna de tertio. Nam ſi animus ſubſtantia eſt, & ſubſtantia rationi coniungitur, non abſurde quis putauerit fieri poſſe, vt manente illa hic eſſe deſinat. Sed manifeſtum eſt, quandiu animus à ratione non ſeparatur, eiq; cohæret, neceſſario eum manere atq; viuere. Separari autem qua tandem vi poteſt? Num corporea, cuius & potentia infirmior, & origo inferior, & ordo ſeparatior? Nullo modo. Animali ergo? Sed etiam id quomodo? An aliter animus potentior quiſquis eſt, contemplari rationem non poteſt, niſi alterum inde ſeparauerit? At neq; ratio cuiquam contemplanti defuerit, ſi omnes contemplentur: & cum nihil ſit ipſa ratione potentius, quo nihil eſt incommutabilius, nullo pacto erit animus nondum rationi coniunctus eo, qui eſt coniunctus potentior. Reſtat vt aut ipſa ratio à ſe ipſum ſeparet, aut ipſe animus ab ea volũtate ſeparetur. Sed nihil eſt in illa natura inuidentiæ, quo minus fruẽdam ſe animo præbeat. Deinde quo magis eſt, eo quicquid ſibi coniungitur facit vt ſit, cui rei cõtrarius eſt E
interitus. Voluntate autem animum ſeparari à ratione, nõ minus abſurde quis diceret, ſi vlla ab inuicem ſeparatio poſſet eſſe rerũ, quas non continet locus. Quid quidem dici aduerſus omnia ſuperiora poteſt, q̃bus alias contradictiones oppoſuimus. Quid ergo? Iamne concludendum eſt animum eſſe immortalem? An etiam ſi ſeparari non poteſt, extingui poteſt? At ſi illa rationis vis ipſa ſua coniunctione afficit animum, neq; enim non afficere poteſt, ita profecto afficit, vt ei eſſe tribuat. Eſt enim maxime ipſa ratio, vbi ſumma etiam incommutabilitas intelligitur. Itaq; quæcunq; ex ſe afficit, cogit eſſe quodammodo. Non ergo extingui animus poteſt, niſi à ratione ſeparatus. Separari autẽ non poteſt, vt ſupra ratiocinati ſumus. Non poteſt igitur interire. Atenim auerſio ipſa à ratione per quam ſtultitia contingit animo, ſine defectu eius fieri non poteſt: ſi enim magis eſt ad rationem conuerſus eiq; inhærens, ideo q̃ inhæret incommutabili rei quæ eſt veritas, quæ & maxime & primitus eſt, cum ab ea eſt auerſus, idipſum eſſe minus habet, quod eſt deficere. Omnis autẽ defectus tendit ad nihilum, & interitum nullum magis proprie oportet accipi, q̃ cum id quod erat, nihil ſit. Quare tendere ad nihilum, eſt ad interitum tẽdere. Qui cur non cadat in animum vix eſt dicere, in quem defectus cadit. Dantur hæc cætera. Sed negatur eſſe conſequens interire id quod tendit ad nihilum id eſt ad nihilum peruenire. Quod in corpore quoq; animaduerti poteſt. Nam quoniam quodlibet corpus pars eſt mundi ſenſibilis, & ideo quãto maius eſt loci q̃; plus occupat, tanto magis propinquat vniuerſo: quantoq; id magis facit, tanto maius eſt. Maius eſt. n. totum q̃ pars. Quare ẽt minus ſit, cũ minuitur, neceſſe eſt. Defectum ergo patitur, cum minuitur. Porrò ãt minuitur, cum ex eo aliquid præciſione detrahitur. Ex quo conficitur vt tali detractione tendat ad nihilum. At nulla præciſio perducit ad nihilum. Omnis .n. pars quæ remanet corpus eſt, & quicquid hoc eſt, quantolibet ſpatio locũ occupat. Neq; id poſſet, niſi haberet partes in quas idẽ cæderetur. Poteſt igitur infinite cædendo infinite minui, & ideo defectũ pati atq; ad nihilum tendere, quanuis peruenire nunquam queat. Quod itidem de ipſo ſpatio & quolibet interuallo dici atque intelligi poteſt. Nam & de his etiam terminatis, dimidiam, verbi gratia, partem detrahendo, & ex eo quod reſtat ſemper dimidiam, minuitur
G interuallum, atque ad finem progreditur, ad quẽ tamen nullo peruenitur modo quo minus hoc de animo formidandum eſt. Eſt enim profecto corpore melior & viuacior, à quo huic vita tribuit. Quod ſi non id q̃d eſt in mole corporis, ſed id quod in ſpecie facit corpus eſſe, quæ ſentẽtia inuictiore rõne approbatur: tanto. n. magis eſt corpus, quanto ſpecioſius eſt atque pulchrius, tantoq; minus eſt, quanto fœdius ac deformius, quę defectio non præciſione molis, de qua iam ſatis actũ eſt, ſed ſpeciei putatione contingit: quærendum de hac re diligenter ac diſcutiendũ eſt, ne quis affirmet animum tali defectu interire, vt quoniam ſpecie aliqua ſua priuãdum ſtultus eſt, credatur intantum augeri poſſe hãc priuationem vt omnimodo ſpecie ſpoliet animum, & ea labe ad nihilum redigat cogatq; interire. Quamobrem ſi potueri mus impetrare vt oſtẽdatur, ne corpori quidem hoc poſſe accidere, vt etiam ea ſpecie priuetur, qua corpus eſt, iure fortaſſe obtinebimus multo minus auferri poſſe animo,
H quo animus eſt. Siquidem nemo ſe bene inſpexit qui nõ omni corpori qualemlibet animum præponendum eſſe fateatur. Sit igitur noſtræ ratiocinationis exordiũ, q̃ nulla res ſe facit aut gignit, alioquin erat antequã eſſet. Quod ſi falſum eſt, illud eſt verum. Itẽ quod factum ortumue non eſt, & tñ eſt, ſempiternũ ſit neceſſe eſt. Quã naturã et excellentiã quiſquis vlli corpori tribuit, vehemẽter errat quidẽ. Sed quid pugnamus, multo enim magis eam dare animo cogitur. Ita ſi corpus vllum eſt ſempiternum, nullus animus non ſempiternus eſt. Quoniam quilibet animus cuilibet corpori præferẽdus eſt, & omnia ſempiterna non ſempiternis. At ſi quod vere dicitur, factum eſt corpus, aliquo faciente factũ eſt, nec eo inferiore. Neq; .n. eſſet potẽs ad dandum ei quod faceret, quicquid illud eſt quod eſt, id quod faciebat. Sed ne pari quidẽ: oportet. n. faciẽtẽ melius aliquid habere ad faciendum, q̃ eſt id quod facit. Nam de gignente nõ abſurde dr̃, hoc eũ eſſe quod eſt illud, quod ab eo gignitur. Vniuerſum igitur corpus ab aliqua vi, & natura potentiore atq; meliore factum eſt, nõ vtiq; corporea. Nam ſi corpus à corpore factum eſt, non potuit vniuerſum fieri. Veriſsimum I
eſt. n. quod in exordio ratiocinationis huius poſuimus, nullam rem à ſe poſſe fieri. Hæc autem vis & natura incorporea effectrix corporis uniuerſi præſente potentia tenet vniuerſum. Non enim fecit atq; diſceſsit, effectumque deſeruit. Ea quippe ſuſiſtãtia, quę corpus non eſt, neque, vt ita dicam, localiter mouetur, vt ab ea ſubſtantia quæ locum obtinet, ſeparari queat, & illa affectoria vis vacare non poteſt, quin id quod ab ea factum eſt, tueatur, & ſpecie carere non ſinat, qua eſt, in quantumcunq; eſt. Quod. n. per ſe nõ eſt, ſi deſeratur ab eo quod eſt, profecto non erit: & non poſſumus dicere id accepiſſe corpus cum factum eſt, vt ſeipſo iam contentũ eſſe poſſet, ẽt ſi à conditore deſereret. Quanquam ſi ita eſt, magis id habet animus quem corpori præſtare manifeſtum eſt. Atq; ita de proximo immortalis probatur, ſi p̃t eſſe per ſeipſum. Quicquid. n. tale eſt incorruptibile ſit neceſſe eſt, ac per hoc interire non poſsit, quia nihil ſe deſerit. Sed corporis mutabilitas in promptu eſt, quod ipſius vniuerſi corporis vniuerſus motus ſatis indicat. Vnde diligenter inſpicientibus quãtum talis natura inſpici poteſt, ordinata mutabilitate id quod mutabile eſt, mutari reperitur. Quod K
ãt per ſe eſt, nec motum quidẽ habet vllum, omni copia ſibi in ſeipſo exiſtente, quia motus omnis ad aliud eſt, cuius indiget q̃d moueatur. Adeſt igit̃ ſpẽs vniuerſo corpori, meliore natura ſufficiẽte atq; obtinẽte quæ fecit. Quare illa mutabilitas nõ adimit corpori corpus eſſe, ſed de ſpecie in ſpẽm tranſire facit motu ordinatiſsimo. Non. n. quæpiam eius pars ad nihilũ redigi ſinitur, cũ totũ ca peſcat vis illa effectoria nec laborante nec
Mutabilitas non adimit corpori corpus eſſe.

dęside potentia,dans vt sit omne quod per il lam est,inquantū est: quamobrem nemo tā deuius à ratione debet esse, cui aut non sit certū corpore aium esse meliorem, aut qui hoc concesso arbitretur corpori non accidere vt corpus non sit, aio accidere vt animus non sit. Quod si non accidit,neq; animus esse,nisi viuat, pt,nunquā profecto aius moritur. Quod si quisquam non eū interitū dicat formidandum animo,quo efficitur, vt nihil sit quod aliquid fuit, sed eum quo dicimus,ea mortua q̄ vita carent, attēdat cp nulla res seipa caret. Est autē animus vita quædam,vnde omne quod animatum est, viuit: Omne autē inanime quod animari potest, mortuum.i.vita priuatum intelligitur. Non ergo potest animus mori. Nā si carere poterit vita nō animus sed animatū aliquid est. Quod si absurdū est, multo minus hoc genus interitus timendū est animo,quod vitæ certe non est timendum. Nā prorsus si tum moritur animus,cum eū deserit vita illa, ipsa vita quæ hunc deserit multo melius intelligitur animus, vt iam non sit animus quicquid à vita deseritur,sed ea ipsa vita quæ deserit. Quicquid.n.vita desertū mortuum dicitur,id ab aia desertum intelligitur: hæc ātē vita,quæ deserit ea quæ moriuntur,quia ipsa est animus, & seipsam nō deserit,non moritur animus. Nisi forte vitā temperationē aliquā corporis,vt nōnulli opinati sunt, debemus credere. Quibus pfecto nunquā hoc visum esset,si ea quæ vere sunt & incommutabilia permanent, eodē animo à corporis cōsuetudine alienato atq; purgato videre valuissent. Quis.n.bene se inspiciens non expertus est tanto se aliquid intellexisse syncerius, quanto remouere atq; subducere intentionē mentis à corporis sensibus potuit? Quod si tēperatio corporis esset animus,nō vtiq; id posset accidere. Non.n.ea res,quæ naturā ppriam non haberet neq; substātia esset,sed in subiecto corpore tanquam color & forma inseparabiliter inesset, vllo mō se ab eodē corpore ad intelligibilia pcipienda conaretur auertere,& in quātū id posset, in tantū illa posset intueri, eaq; visione melior & pstantior fieri. Nullo quippe mō forma vel color, vel ipsa etiam corporis tēperatio quę certa commixtio est earum quatuor naturarum,quibus idem corpus subsistit,auertere se ab eo pt, in quo subiecto est inseparabiliter. Ad hęc ea q̄ intelligit aius,cū se auertit à corpore,nō sunt pfecto corporea,& tū sunt maxime quæ sunt. nā eodem mō semp sese habent. Nam nihil absurdius dici pōt q̄ ea esse,quæ oculis videmus,ea non esse,quæ intelligentia cernimus, cū dubitare demētis sit, intelligentiā incōparabiliter oculis anteferri. Hæc autē quæ intelliguntē eodē modo esse habentia cū ea intuetur animus, satis ostendit se illis esse coniunctum, miro quodā eodemq; incorporali mō,scilicet non localiter. Nanq; aut in illo sunt,aut ipse in illis. Et vtrumlibet horum sit,aut vt in subiecto alterū in altero est,vtrunq; substantia est,sed illud primū, non est in subiecto corpore aius vt color & forma: quia vel ipse substantia ē, vel alteri substantiæ quæ corpus non est, in subiecto inest. Si āt hoc sedm verum est,nō est in subiecto corpore tanq̄ color animus, quia substantia est. Temperatio āt corporis in subiecto corpore est tanq̄ color, Non est ergo tēperatio corporis animus, sed vita est animus. Et si nulla res se deserit,& id moritur quod vita deserit,non igitur animus mori potest. Rursus igitur siquid metuēdum est.i. metuendum ne deficiendo animus intereat,id est, dum ipsa existendi specie priua tetur. De qua re quanquam satis esse dictum arbitrer, & q̄ hoc fieri nō possit certa ratione monstratum sit, tamen ēt hoc attendendum est, non esse aliam causam huius formidinis, nisi quia fatendum est in defectu quodam esse animum stultum, & in essentia certiore atque pleniore sapientē. Sed si quod metuimini dubiū est, tunc est animus sapientilsimus,cum veritatem, quæ semper eodem modo est,intuetur,eiq; immobilis inhæret diuino amore coniunctus,& illa omnium, quæ quoquomodo sunt summe maximeq; est, aut ab illa est animus inquantum est, aut p seipsum est. Sed si per seipsum est,quoniam ipse sibi causa existendi est, & nunquā sederit,nunquam interit, vt supra ēt disputauimus. Si vero ex illa diligēter opus est quærere,quæ res ei possit esse contraria, quæ animo auferat animū esse,quod illa pbet. Quid est igitur? An forte falsitas,quia illa veritas? Sed non manifestum est atq; in promptu situm,quantū nocere aio falsitas possit? Non.n.amplius pōt q̄ fallere. At nisi qui viuit, fallitur nemo. Non igitur falsitas interimere animum potest. Quod si hæc nō potest, quæ contraria veritati est,auferre aium esse quod ei veritas dedit, ita.n. est nuictisima veritas, quid aliud inuenitur quod auferat animo id quod est animus? Nihil profecto.

Nam

Animus vita ē,sic vita care nō pt. Nona ratio & id agit̄ subsequenti capite. Ca.9.

Animus non est temperatio corporis. Ratio.10 Cap.10.

M

A

B

Nam nihil est contrario valentius ad id auferendū quod fit ab eius contrario. At si veritati contrariū ita quæramus, ut non inquantū veritas est, sed inquātū summe maximeq; est,quanquam intantū est idipsum, inquantum est veritas,siquidē veritatē eam dicimus qua vera sunt oia,inquantuncunq; sunt,intantum autem sunt inquantum vera sunt,tamen nullo modo id defugerim,quod mihi euidentius suffragatur. Nam si nulla essentia inquantum essentia est, aliquid habet contrarium,multo minus habet contrarium prima illa essentia,quæ dicitur veritas, inquantum essentia est. Primum autem verū est. Omnis.n.essentia non ob aliud essentia est,nisi quia est. Esse aūt non habet contrariū, nisi non esse: vnde nihil est essentiæ cōtrariū. Nullo modo igitur res illa esse potest contraria illi substātiæ, quæ maxime ac primitus est. Ex qua si habet animus idipsum quod est,non.n.aliū de hoc habere pōt, qui ex se non habet, nisi ab illa re, quę illo ipso est aio præstantior, nulla res est qua id amittat, quia nulla res ei rei est cōtraria qua id habet,& propterea esse nō desinit. Sapiētiā verò, quia conuersionem habet ad id ex quo est,auersione illā potest amittere. Conuersioni nanq; auersio cōtraria est. illud verò quod ex eo habet cui nulla res est cōtraria,non est vnde possit amittere. Nō igitur potest interire. Hic fortè oboriat nōnulla quæstio,vtrū sicut nō interit animus, ita nec in deteriorē commutetur essentiam. Videri .n. cuipiam potest, neq; iniuria,id effectum esse ratiocinatione hac,vt aius ad nihilum nō possit peruenire,cōuerti aūt in corpus forsitan possit. Si enim quod erat antè animus,corpus fuerit effectū,non utiq; omnino non erit. Sed hoc fieri non potest,nisi aut ipse id velit,aut ab alio cogatur. Nec cōtinuo tamen animus,siue ipse id appetierit, siue coactus fuerit,poterit corpus esse. Illud enim sequitur,vt si sit:velit,aut cogatur. At illud non sequitur,vt si velit,aut cogat: sit. Nunquā aūt uolet. Nam omnis eius appetitus ad corpus,aut vt id possideat, est, aut vt uiuificet,aut vt quodāmodo fabricetur, aut quolibet pacto ei consulat. Nihil aūt horū fieri pōt,si non sit corpore melior. At si erit corpus, melior corpore profecto non erit. Non igitur corpus esse volet. Neq; vllū rei huius certius argumentum est, q̄ cum seipsum hic interrogat animus. Ita.n.facilè cōperit appetitū se nō habere,nisi agēdi aliq̄d, aut faciendi, aut sentiendi, aut vel tantummodo viuendi inquantum sua illi ptās est. Si autem cogitur corpus esse,à quo tandem cogitur? A quolibet,certe à potentiore. Non ergo ab ipso corpore cogi potest. Nullo.n. modo,vllo animo vllum corpus potentius. Potentior autem animus non cogit in aliquid,nisi quod suæ potestati subditum est. Nec vllo modo animus potestati alterius animi, nisi suis cupiditatibus subditur. Cogit ergo ille animus non amplius,q̄ quantū eius quem cogit,cupiditates sinunt. Dictum est aūt cogi non posse animū, vt corpus sit. Illud etiā manifestum est,ad nullā suæ cupiditatis expletionem peruenire, dum amittit cupiditatē:& amittit dū corpus fit. Nō igitur potest ab eo cogi vt fiat,qui cogendi ius nisi per subditi cupiditates non habet. Deinde quisquis animus alterū animum habere, vt in ptāte, magis eum necesse est velit in ptāte habere, q̄ corpus,& ei vel bonitate cōsulere, vel malitia imperitare. Non ergo volet vt corpus sit. Postremò iste animus cogens,aut animal est, aut caret corpore. Sed si caret corpore,in hoc mundo non est. Et si ita est, summe bonus est,nec potest velle alteri tam turpem commutationem. Si autem animal est: aut animal est ēt ille quē cogit, aut non est. Sed si non est, ad nihil cogi ab alio pōt. Non enim habet potentiorē,qui in summo est. Si aūt in corpore est,ab eo rursus qui in corpore est per corpus cogit̄, ad quodcunq; cogitur. Quis autē dubitet nullo modo per corpus fieri tantā cōmutationē animo? Fieret enim si esset illo corpus potentius: quanuis quicquid illud est, ad qđ per corpus cogitur,prorsus non per corpus, sed per cupiditates suas cogit̄,de quibus satis dictum est. Qđ autem rationali anima melius est, omnibus cōsentiētibus, Deus est. Qui profecto consulit animæ, & ideò non ab eo cogi anima pōt, vt conuertatur in corpus. Si igit̄ nec propria voluntate, nec alio cogente id animus patitur,vnde id pati pōt: an quia inuitos nos plerunque opprimit somnus, metuēdum est ne quo tali defectu animus conuertatur in corpus? Quasi vero qm̄ somno membra nostra marcescunt, idcirco animus sit vlla ex parte debilior. Sensibilia tamen non sentit quia quicquid illud est, qđ somnum facit, è corpore est atq; in corpore operat̄. Corporeos enim sensus sopit & claudit quodam modo, ita sanè, vt tali commutationi corporis cedat anima cum voluptate.

Veritati qua est, qua- inquantus ipse est, ni- con- rum. ō duo rima. cap.12.

C

D

Animus

Dictum est autē cupiditatem non posse animum habere, &c.

E

F

Nec somnus nec huiusmodi corporis affectione aiæ uim mitti nui. Cap.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re. Quia secundum naturam est talis commutatio, q̃ reficit corpus à laboribus: non tñ hæc adimit animo vel sentiendi uim vel intelligẽdi. Nam & imagines sensibilium ꝓsto habet, tanta expresione similitudinis, vt eo ipso tempore discerni nequeant ab ijs rebus quarũ imagines sunt: & siquid intelligit æq;
G dormienti ac vigilanti verum est. Nam ver bi gratia si per somnium disputare sibi visus fuerit, verasq́ rationes secutus disputando didicerit aliquid, & iam expergefacto eędem incommutabiles manent, quanuis falsa reperiantur cætera, veluti locus vbi disputatio, & persona cum qua disputatio fuisse visa erat, & verba ipsa quod ad sonum attinet quibus disputari videbatur, & alia huiuscemodi, quæ etiam cum ipsis sensibus sentiuntur agunturq́ue à vigilantibus, prætereunt tamen, nec vlla ex parte sempiternam præsentiam verarum rationum assequũtur. Ex quo colligitur tali commutatione corporis qualis somnus est, usum eiusdem corporis animæ non vim propriam posse minui. Postremò si quenuis locum occupãti corpori, anima tamen non localiter iungitur, summis illis æternisq́ue rationibus quæ incommutabiliter manent, nec vtique loco continentur, prior afficitur anima q̃ corpus, nec prior tantum, sed etiam magis. Tanto enim prior quãto propinquior, & eadem causa tanto etiam magis quanto est corpore melior. Nec ista propinquitas loco, sed naturæ ordine dicta sit. Hoc autem ordine intelligitur à summa essentia
H speciem corpori per animam tribui, qua est inquantumcunque est. Per animam ergo corpus subsistit, & eoipso est quo animatur, siue vniuersaliter, vt mundus, siue particulariter, vt vnumquodque animal intra mundum. Quapropter consequens erat, vt anima per animam corpus fieret, nec omnino aliter posset. Quod quia non fit, manẽte quippe aĩa in eo quo anima est, corpus per illam subsistit, dantem speciem non adimentem, commutari in corpus anima non potest. Si enim non tradit speciẽ quam sumit à summo bono, non per illam fit corpus: & si non per illam fit, aut non fit omnino, aut tam propinque speciem sumit quàm anima: sed & fit corpus, & si tam propinque sumeret speciem, id esset quod anima, nam hoc interest. Eoq́ue anima melior quo sumit propinquius. Tam propinq; autem corpus sumeret, si non per animam sumeret. Etenim nullo interposito tam propinque utiq; sumeret, Nec inuenit aliquid quod inter summam vitam, quæ sapientia, & veritas est incommutabilis, & id quod vltimum viuificatur. i. corpus, nisi viuificãs anima. Quod si tradit speciem anima corpori, vt sit corpus inquantum est, non vtiq; speciem tradendo adimit. Adimit autem in I corpus animam transmutando. Non igitur Ne ani anima siue per seipsam corpus fit, quia non mã quinisi anima manẽte corpus per eam fit: siue dẽ irraper aliam, quia non nisi traditione speciei tionalẽ fit corpus per animam, & ademptione spe- rõnalis ciei anima in corpus conuerteretur, si conaĩa conuerteretur. Hoc & de irrationali anima uertit. vel vita, quòd nec in eam rationalis anima Animo conuertitur dici potest. Et ipsa enim nisi tota est i inferiore ordine rationali subijceretur, q̃q; toto corsumeret speciem, & talis esset. Tradunt pore, & ergo speciem à summa pulchritudine acce- singulis ptam potentiora infirmioribus naturali or- partib⁹. dine. Et vtique cum tradunt, non adi- Ca. 16. munt. Eoq́ue sunt quæ infirmiora sunt, inquantum sunt, quòd species eis quasi à potentioribus traditur. Quæ quidem potentiora etiam meliora sunt. Quod his naturis datum est, quæ non mole maiore plus possunt minoribus molibus, sed sine tumore vllo localis magnitudinis eadem specie potentiora sunt qua meliora. In quo genere est anima corpore melior, & potenK tior. Quapropter cum per illam, vt dectum est, corpus subsistat, ipsa in corpus nullo modo verti potest. Corpus enim nullum fit, nisi accipiendo per animam, speciem. At anima vt corpus fieret, non accipiendo speciem, sed amittendo fieri posset. Et propterea fieri non põt, nisi forte leo anima cõtinetur, & localiter corpori iungitur. Nam si ita est, potest eam fortasse maior moles, quanquam speciosiorem in suam deteriorem vertere speciem, vt aer maior ignem minorem. Sed non est ita. Moles quippe omnis quæ occupat locum, non est in singulis suis partibus tota, sed in omnibus. Quare aliqua pars eius alibi est, & alibi alia. Anima vero non modo vniuersæ moli corporis sui, sed etiam vnicuiq; particulæ illius tota simul adest. Partis enim corporis passionem tota sentit, nec in toto tamen corpore. Cum enim quid dolet in pede, aduertit oculus, loquitur lingua, admouetur manus. Quod non fieret nisi id quod animæ in eis partibus est, & in pede sentiret, nec sentire quod ibi factum est, absens posset. Non enim nuncio aliquo credibile est fieri non sentiente quod nunciat: quia passio quæ fit non per continuationem molis currit, vt cæteras animæ partes quæ alibi sunt latere non sinat, sed illud tota sentit anima quod in particula fit pedis, & ibi
L tantum sentit vbi fit. Tota igitur singulis partibus simul adest, quę tota simul sentit in singulis. Nec tamen hoc modo adest tota vt candor vel alia huiusmodi qualitas in vnaquaque parte corporis est. Nam quod in alia parte corpus patitur cum coloris immutatione, potest ad candorem qui est in alia parte non pertinere. Quapropter secundum partes molis à se distantes, & ipse à se distare conuincitur. Non autem ita esse in anima per sensum, de quo dictum est, probatur.

Rursum aĩam nõ posse in corpus mutari. Cap. 15.

Qđ anima non vertatur in corpus.

quasi regionem eius & patriam vnde huc venerit nosse desideras, an vero quę sit eius substantia requiris? AD. Equidem vtrum- A
que scire vellem, sed quid sit sciẽdum prius, Quæ
tuo iudicio malo committere. AVG. Pro- sint parpriam quandam habitationem animæ ac pa tes anitriam, Deum ipsum credo esse à quo creata mæ.
est. Substantiam vero eius nominare non possum: non enim eam puto esse ex ijs visitatis notisq́ue naturis, quas istis corporis sensibus tãgimus. Nã neq; ex terra neq; ex aqua, neque ex aere, neq; ex igni, neq; ex his omnibus, neque ex aliquibus horum coniunctis constare animam puto. Sed quemadmodum si ex me quæreres, arbor ista ex quibus constet notissima ista elementa quatuor nominarem, ex quibus omnia talia constare credendum est. Porrò si pergeres quærere, vnde ipsa terra, vel aqua vel aer, vel ignis constent, nihil iam quod dicerem reperirem. Sic cum quæritur, ex quibus sit homo compositus, respondere possum, ex anima & corpore. Rursum de corpore si quæras, ad illa elementa quatuor recurram. De anima vero quærenti tibi, cum simplex quiddam & propriæ substantiæ videatur esse, non aliter hæream, ac si quæras, vt dictũ est, unde sit terra. Simplex animæ natura dici potest, quia ex alijs naturis non est. AD. B
Quomodo eam propriam velis habere sub- Natura
stantiam, cum dixeris à Deo factam, non in- animæ ẽ
telligo. AVG. Quomodo & terram ipsam simplex.
à Deo factam, negare non possum: & tamen Terra
non possum dicere, ex quibus quasi alijs cor- corpus ẽ
poribus terra constet. Simplex enim corpus simplex.
est terra eoipso quo terra est, & ideo elementum dicitur omnium istorum corporum, quæ fiunt ex quatuor elementis. Non ergo sibi aduersatur sententia qua dicimus, & à Deo animam factam & propriam quandam habere naturam. Hanc enim eius propriam naturam & suam Deus ipse fecit, vt ignis, ut aeris, vt aquæ, vt terrę, quo cætera ex his omnibus componerentur. AD.

Interim accipio vnde sit anima, quæ me- Anima
cum sedulo retractabo, & siquid me mouerit, post requiram. Vnde quę so, explices Deo si-
qualis sit. AVGV. Videtur mihi esse milis.
similis Deo. De anima enim, nisi fallor, Cap. 2.
requiris humana. AD. Idipsum est quod Anima
abs te explicari vellem, quemadmodum qualis
sit anima similis Deo, cum Deum à nullo fa- sit.
ctum esse credamus, animam vero ab ipso Deo factam supra dixeris. AVG. Quid

tu difficile putas Deo fuisse, vt aliquid sibi simile faceret, cum hoc in tanta varietate imaginum etiam videas nobis esse concessum. AD. Sed nos videmur mortalia facere, Deus autem immortalem animam fecit, vt opinor, nisi forte tibi aliter videtur. AV. Ergo tu velles talia fieri ab hominibus, qualia Deus facit? AD. Non equidē hoc dixerim. Sed quemadmodum ipse immortalis immortale quiddam fecit ad similitudinem suam, sic & nos immortales à Deo facti ad similitudinem nostram quod facimus, immortale esse deberet. AVG. Recte diceres, si ad eius imaginem pingeres tabulam, quod in te immortale esse credis, nunc vero in ea exprimis similitudinem corporis, quod profecto mortale est. AD. Quomodo ergo sum similis Deo, cum immortalia nulla possum facere ut ille? AVG. Quomodo nec imago corporis tui potest hoc valere quod tuum corpus valet, sic anima non mirandum est, si potentiam tantam non habet, quantam ille ad cuius similitudinem facta est. AD. Et hoc interim satis est. Dic nunc quanta sit anima. AVG. Quomodo quæris quanta sit? Non enim intelligo, vtrum eius quasi spatium latitudinis, vel longitudinis, vel roboris, vel horum simul omnium requiras, an quantum valeat nosse velis. Solemus enim quærere quantus fuerit Hercules, id est, in quot pedes statura eius porrecta fuerit. Et item quantus vir fuerit, id est, quantæ potentiæ atque virtutis. AD. Vtrunque de anima scire cupio. AVG. Atqui illud superius dici nō potest, nec omnino intelligi de anima. Non enim vllo modo, aut longa, aut lata, aut quasi valida suspicanda est anima: corporea ista sunt, vt mihi videtur, & de consuetudine corporum sic animam quærimus. Ideoque bene præcipitur etiam in mysterijs, vt omnia corporea contemnat, vniuersoque huic mundo renuncier, qui vt videmus corporeus est, quisquis se talem reddi desiderat, qualis à Deo factus est, id est, similem Deo: non enim alia salus animæ est, aut renouatio, aut reconciliatio authori suo. Quamobrem quanta sit anima secundū inquisitionē hanc tibi respondere non possum, sed possum affirmare, neq; illam longā esse, nec latam, nec robustam, neq; aliquid horū, quæ in mēsuris corporum quæri solent. Et hoc cur existimem, rōnem tibi reddā si placet. AD. Placet verò, ac vehemēter expeto: videtur.n. mihi quasi nihil esse anima, si nihil est horum. AVG. Prius ergo si videtur, ostendam tibi multas esse res, quas non possis dicere nihil esse, nec tamen in eis inuenire aliqua huiusmodi spatia, qualia in anima esse requiris: vt non solum nō tibi ex eo anima nihil esse videatur, q̄ in ea nō inuenis longitudinē siue aliquid tale, sed eo precioſior & pluris æstimanda sit, q̄ nihil horū habet. Deinde vtrū uere nihil horum habeat, videbimus. AD. Vtere quo vis ordine ac mō, ego audire & discere paratus sum. AV. Rectè facis. Sed solo interroganti mihi respondeas. Fortasse.n. ea q̄ te docere conor, ipse iam nosti: credo enim esse non te dubitare hanc arborē non esse omnino nihil. AD. Quis hoc dubitaueri? AV. Quid illud? Num dubitas iustitiā multo esse hac arbore meliorem? AD. Ridiculum istud quidē est, quasi verò vlla sit cōparatio. AV. Liberaliter mecū agis. Sed illuc nūc attende, cū constet ita hanc arborē esse deteriorē q̄ est iustitia, vt nec cōparanda quidē tibi videatur, & hoc lignum non esse nihil confessus sis, placetne tibi vt ipsam iustitiā nihil esse credamus? AD. Quis hoc demens crediderit? AVG. Recte omnino. Sed fortasse arbor hæc ꝓpterea tibi videtur esse aliquid, q̄ lōga est pro suo modo & lata & robusta, quæ si detraxeris, nihil erit. AD. Ita videt. AV. Quid ergo iustitia, quā non nihil esse confessus es, immo quiddā longe diuinius lōgeq; præstātius vī tibi longa esse? AD. Nullo mō mihi iustitia aut longa aut lata, aut tale aliquid cogitanti p̄t occurrere. AVG. Si igitur nihil horum est iustitia, & tū ipsa nō nihil est, cur tibi anima nihil videtur, nisi eius aliqua longitudo sit? AD. Age iam non mihi videtur ex eo nihil esse aia, quod nec longa, nec lata, nec robusta sit: sed vtrum vere ita sit, nondum à te dictum esse scis. Fieri enim potest, vt multa sint magni æstimanda quæ istis careant, sed nō continuo ex hoc genere animam esse credendum puto. AVGV. Scio istud nobis enodandum restare, & hoc me deinceps explicaturum promiserā: verum quia res subtilissima est, & longe alios mentis oculos quærit, quàm humana consuetudo in quotidianæ vitæ actibus habere solita est, admoneo te vt per ea per quæ te ducendum existimo, habens pergas, nec nostro quodam necessario circuitu defatigatus, ægre toleres aliquanto te tardius ad id quod cupis peruenire. Nam prius abs te q̄ro, vtrum corpus ullū putas esse, q̄ non pro

Aia supra omnia corporea. Cap. 3. Quanta sit aia.

In baptismo.

Animā aliquid Cap. 4

Altitudo quid sit.

Ventus quid sit.

Substantia animæ Cap. 5.

pro modo suo habeat aliquam longitudinē, & latitudinem & altitudinē? AD. Quam dicas altitudinē, non intelligo. AVG. Illā dico qua efficitur, vt interiora corporis cogitentur, aut ēt sentiātur, si placet, vt vitrum: quanquam si hoc demas corporibus, quantum mea opinio est, nēq; sentiri possunt, neque omnino corpora esse recte existimari. Hinc mihi volo aperias quid tu sentias. AD. Prorsus non dubito corpora omnia his cārere non posse. AVG. Quid illud potes cogitare, ista tria non esse nisi in corporibus? AD. Non intelligo quomodo alibi esse possint. AVG. Ergo animam non putas esse aliud quàm corpus? AD. Si etiam ventum corpus esse confitemur, negare non possum corpus mihi animam videri: nam tale aliquid eam esse cogito. AV. Corpus quidem ventum esse tam concedo, q̄ si me de fluctu interroges. Nam nihil aliud q̄ istum aerē commotū ac agitatum uentum esse sentimus, quod in loco tranquillissimo, & ab oībus uentis quietissimo vel breui flabello approbari p̄t, quo ēt muscas abigentes aerem cōmouemus, flatumq; sentimus. Q̄d cum euenerit, occultiore quodā motu cœlestiū vel terrenorū corporum p̄ magnū spatium mundi ventus vocat̄, ex diuersis partibus mundi vel cœli noīa ēt diuersa sortitus. An tibi aliter videtur? AD. mihi vero nihil, & probabile esse accipio quod dicis: sed ego animam non ipsum ventum, sed tale aliquid esse dixi. AVG. Dic mihi prius, vtrū ipsum ventum cuius mentionem fecisti, habere aliquam longitudinem, latitudinem & altitudinē sentias. Deinde videbimus vtrum tale aliquid anima sit, vt hoc modo ēt quāta sit inuestigare possimus. AD. Quid hoc aere longius & latius & altius facile inueniri potest, quē commotum, ventum esse nunc abs te mihi persuasum est? AVG.

Recte dicis. Sed nunquidnam animam tuam putas esse nisi in corpore tuo? AD. Ita puto. AVG. Intrinsecus tantum, vt tanquam aqua vtrem impleat, an tantum forinsecus, velut tectorium, an & intrinsecus & extrinsecus eam esse arbitraris. AD. Hoc sentio quod ultimū requisisti. Nam nisi esset intrinsecus, nihil in visceribus nostris vitale haberetur: nisi esset extrinsecus non ēt in cute leuiter possis sentire pungentem. AVG. Quid ergo amplius quæris quanta sit anima, cum videas esse tantam quantā ipsa spatia corporis patiuntur? AD. Si hoc ratio docet, nihil amplius requiro. AVG. Recte facis nihil quærere amplius q̄ docet ratio. Sed hæc ratio videturne tibi firmissima? AD. Quando aliam non inuenio, videtur. Suo enim loco quæram quod me multum mouet, vtrum hęc figura eadē maneat cum corpore excesserit: nam hoc inter discutienda vltimum me posuisse memini. Sed quoniam de numero animarum quærere, ad quantitatem mihi videtur pertinere, non esse hoc loco prætereundum existimo. AV. Non incongrue existimas, sed prius de spatio eius quod me adhuc multum mouet, explicemus, si placet, vt etiā ego aliquid discam, si tibi iam satisfactū est. AD. Quære, vt vis: nam tua ista simulata dubitatio dubitare me verisime facit de hoc ipso qd̄ iam peractum esse præsumpseram. AVG. Dic mihi quæso te, vtrum ea quæ appellatur memoria, non tibi nomen inane videatur? AD. Cui hoc videri potest? AVG. Animæ hanc esse arbitraris, an corporis? AD. Et hinc dubitare ridiculum est. Quid enim exanime corpus meminisse aliquid credi, aut intelligi potest? AVG. Meministi ne tandem vrbis Mediolanensis? ADEOD. Valde memini. AVG. Nunc ergo quia eius facta mentio est, recordaris quanta & qualis sit. AD. Recordor sanè, ac nihil recentius atq; integrius. AVG. Nunc ergo cum oculis eam non videas, animo vides? AD. Ita est. AVG. Meministi credo etiam, quanto spatio terrarum hinc à nobis longe absit. AD. Ita & hoc memini. AV. Vides itaq; animo etiam ipsam locorum distantiam? AD. Video. AVG. Cum igitur anima tua hic sit ubi corpus, nec vltra spatium eius porrigatur, vt superior ratio demonstrabat, vnde fit, vt illa omnia videat? AD. Per memoriam hæc fieri puto, non quod illis locis sit præsens. AV. Imagines ergo illorum locorum memoria continentē. AD. Ita sentio: nam & quid ibi nunc agatur ignoro, quod vtiq; nō ignorarem, si animus meus vsq; ad ea loca porrigeret, præsentiaque sentiret. AV. Verum mihi videris dicere. Sed certe istæ imagines corporum sunt. AD. Ita necesse est: non.n. aliud sunt vrbes terræq; q̄ corpora. AV. Nunquamne intuitus es parua specula, aut nunq̄ in pupilla oculi alieni faciem tuam vidisti? AD. Immò sæpe. AVG. Cur multo breuior q̄ est, apparet? AD. Quid enim velles aliud q̄ vt pro mō speculi videretur? AV. Necesse est

ergo imagines corporum si paruæ sunt corpora,in quibus apparent, paruas apparere. A D. necesse omnino. A V G. Cur ergo cum tam paruo spatio sit anima quàm corpus est eius,tã magnæ in ea possunt exprimi imagines,vt & vrbes,& latitudo terrarũ, & quęq; alia ingẽtia apud se posit imaginari? Volo enim cogites paulo diligentius, quanta,& quàm multa memoria nostra cõtineat, quæ vtique anima nostra continentur. Qui ergo fundus est,qui sinus,q̃ immensitas quæ posset hæc capere, cum & eam tantam quãtum corpus est, superior ratio docuisse videatur? AD. Non inuenio quid respõdeã, nec satis explicare possum,quantum me ista moueant:& multum me ipse derideo q superiori rationi tã cito consenserã,vt ex isto corporis mõ quanta sit anima,terminarẽ. AV. Non ergo iã tibi tale aliquid videtur,qualis
M uentus est. AD. Nullo modo.Nam etiã si aer iste cuius quasi flatum ventum esse probabiliter credit, uniuersum istum mundum posit implere,innumerabiles tales tantosq; mundos secum aia imaginari põt,quas imagines quo spatio contineat suspicari nõ possum. A V G. Vide ergo ne melius sit eam credere,vt superius dixeram,nec longã, nec latam,nec altã, sicut mihi de iustitia concesseras. AD. Facile assentirẽ,nisi me plus cõturbaret,quo rursum pacto tãtorũ spatiorũ imagines innumerabiles nulla sua, & longitudine & latitudine & altitudine capere pos-
Lõgitudo sola in aío est nõ in corpore. Cap.6. sit. AVG. Inueniemus hoc fortasse quãtum licet,si prius diligenter discutiamus hęc tria,id est,longitudinem,latitudinem,& altitudinem. Itaq; enitere cogitare longitudinẽ, quæ adhuc nullã latitudinem assumpserit. AD. Nihil possum tale cogitare.Si.n.filum araneæ in animo constituero, quo nihil exilius solemus videre, occurrit mihi etiã in eo tũ & longitudo per se,& latitudo, & altitudo. Quæ qualescũq; sint,esse tñ negare non possum. AVG. Non vsquequaq; absurda est rñsio tua,sed certe cũ tria ista in araneæ filo esse intelligis,discernis hęc,& quid inter se differant,nosti. AD. Quidni quid differãt nossem? An aliter potui videre nihil horũ deesse huic filo? AVG. Quo igit intel-
A lectu hæc discreuisti, hoc potes etiam seiunctis alijs,solam longitudinẽ cogitare, si nec aliquod corpus voluas animo. Nam quodcunq; fuerit,hrs oĩbus nõ carebit. Incorporeum est enim qđ te nunc intelligere cupio: nã sola longitudo non nisi intelligi aĩo potest, in corpore inueniri non potest. A D. Iam intelligo. AVG. Ergo istam longitudinem si quasi secare cogitatione per longũ velis,vides profecto non posse.Nã si potest, ineſt etiam latitudo. AD. Manifestum est. AVG. Hanc igitur longitudinem meram & simplicem, si tibi placet lineam vocemus, hoc enim nomine à doctis multis appellari solet. AD. Voca quicquid vis, non enim mihi de nominibus laborandum est cum res aperta sit. AVG. Bene facis, & non solum approbo,verumetiã moneo, vt semper rerũ curã magis q̃ verborum te habere delectet. Sed linea ista quam iam,vt opinor, bene intelligis, si porrigat siue ex vna siue ex utraque parte quàm in longum porrigi potest, cernis,nullũ esse finẽ. An ad hoc contẽplandum minus valet acies mentis tuæ? A D. Cõtẽplor omnino,ac nihil facilius. AVG. Vides ergo etiam nullam figuram posse fieri, si nihil agatur aliud, quàm vt illa linea porrigatur. AD. Quam dicas figurã nondum intelligo. AVG. Figuram interim voco, cũ aliquod spatiũ linea lineisve concludit,tanquam si circulum faceres,aut quatuor lineas finibus suis sibimet iungeres, ita vt nullius finis ab alterius copulatione liber esset. AD. Quid dicas figuram, iam me videre arbitror, sed vtinam tam viderem quò ista tendant, aut quidem his affecturus sis, vt ego quod de anima requiro sciã. AVG. Hoc initio te admonui, & postulaui vt patienter ferres aliquantum circuitũ nostrum, quod item quæso vt facias. Non leuis res quæritur,non facilis ad cognoscendum:nosse enim hoc plane ac tenere volumus,si fieri potest. Aliud est enim cũ authoritati credimus,aliud cum rationi. Authoritati credere magnũ compẽdium est & nullus labor. Qđ si te delectat, poteris multa legere, quę magni & diuini viri de his rebus necessario, q̃ videbant,& salubriter imperitioribus quasi nutu quodam locuti sunt,crediq; sibi voluerunt ab ijs quorum animis vel tardioribus vel implicatioribus alia salus esse non posset. Tales.n.homines,quorũ profecto maxima multitudo est,si rõne velint verum comprehendere, similitudinibus rationum facillime decipiuntur, & in varias noxiasq; opiniones ita labuntur, vt emergere inde ac liberari,aut nunquã,aut ægerrime queãt.His ergo vtilissimum est excellentissimæ authoritati credere,& secundum hoc agere vitam: qđ si tutius putas non solũ nihil resisto, sed etiam multum approbo. Si autem cupiditatẽ istam refrenare non potes,qua tibi persuasisti ratione peruenire ad veritatem, multi & longi circuitus tibi tolerandi sunt,vt non ratio te adducat,nisi ea quæ sola ratio dicenda est.i. vera ratio: & nõ solum vera, sed ita certa, & ab omni similitudine falsitatis aliena, si tamen vllo modo hæc ab homine inueniri potest, vt nullæ disputationes falsæ aut verisimiles ab ea te possint traducere. A D. Nihil iã præpropere desyderabo:agat ac ducat ratio quò vult, dũmodo perducat. AVG. Deus hoc faciet,qui aut de solis talibus rebus,aut certe de his maxime deprecandus est. Sed ad rem quam instituerã,redeamus.Nam si & quid sit linea,& quid sit figura iã tibi notũ est, dic quod abs te q̃ro, id est, vtrum putes vllam figurã fieri posse, si linea ex utraq; parte, aut ex altera per infinitum ducatur. A D. Nullo modo id fieri posse confirmo. A V G. Quid igitur agẽdum est vt figuram faciamus? A D. Quid, nisi vt illa linea infinita non sit, & ducat in circulum,vt ex alia parte se contingat? Non .n.video qũo aliter posit ex vna linea concludi aliquod spatium, quod nisi fiat secundum tuam descriptionem, figura non erit. AVG. Quid si rectis lineis figuram facere velim, põt fieri vt de vna linea fiat, an non põt? AD. Nullo modo. AVG. Quid duabus? A D. Nec hoc quidẽ. A V G. Quid tribus? AD. Video posse. AVG. Bene igit nosti,ac tenes,cum figura lineis rectis faciẽda est,minus quàm tribus non posse. An si vlla tibi aduersetur ratio,de hac te sententia deuocabit? A D. Planè si quis mihi hoc falsum esse mõstrauerit,nihil erit,quod me scire posse confidã. A V. Nunc ergo illud respõde,qũo tribus lineis figurã feceris. A D. Cum se finibus iungunt. AVG. Quid vbi se iungunt,nõne videtur tibi angulus fieri? AD. Ita est. A V G. Quot ergo angulis hæc figura constat? A D Totidem quot lineis. AVG. Quid ipsas lineas,pares cõstituis,an impares? AD. Pares. AV. Quid? Anguli tantundem oẽs patent, an est alius alio contractior vel apertior? A D. Etiã ipsos pares esse video. AVG. Potestne fieri, vt in figura quæ tribus rectis paribus lineis facta sit,impares anguli sint, an non potest? AD. Nullo prorsus modo. A V G. Quid si rectis lineis tribus, sed imparibus figura constet,possunt ẽt in ista pares esse anguli, an aliud intelligis? AD. Omnino non possunt. A V G. Recte dicis.Sed dic q̃so,quę nã tibi figura melior videatur,et pulchrior? Eane, quę paribus, an, quæ imparibus lineis constat. A D. Quis dubitat esse meliorem in qua æqualitas prenalet? A G G.

Ergo inequalitati æqualitaté præponis? Quæ figura præ
AD. Nescio vtrũ quispiã nõ pponat. AV. Vide nunc in figura quę tribus angulis paribus perfecta est, quid in ea sit angulo contrariũ.i.ex altera parte contra positũ, vtrũ linea,an angulus. AD. Lineam video. AV. Quid ergo si & angulus angulo, & linea lineæ contraria non sit, nonne fateris æquali tatem esse potiorem in ea figura in qua id accidit? A D. Fateor quidem, sed quemadmodum id fiat tribus lineis, omnino non video. AVG. Quid quatuor lineis, potestne hoc fieri? AD. Prorsus potest. AV. Melior est igitur figura, quæ quatuor lineis rectis paribus,quàm quæ tribus cõstat. A D. Melior certe, si quidem magis in ea ęqualitas valet. AVG. Quid ergo istã,q̃ quatuor rectis paribus lineis cõstat,censesne posse ẽt ita fieri,vt nõ anguli omnes in ea pares sint, an non putas? A D. Video posse. A V G. Quonam modo? A D. Si duo contractiores, duo apertiores sint. A V G. Videsne etiã,quemadmodum et ambo contractiores et ambo apertiores sibi cõtrarij sint? AD. Ac verisime atq; apertissime. AVG. Seruatam igitur & hic quãta seruari potuit, cernis æqualitatem: Cernis enim profecto fieri non posse, vt cum quatuor paribus lineis figura perficitur,nõ aut omnes,aut certe vel bini anguli pares sint:quęq; tamẽ paria sunt sibi ex contrario rñdere. AD. Cerno,& firmissime teneo. AVG. Nihilne te mouet etiam in his rebus tanta & tã inconcussa quędam iustitia? A V G. Quonam modo? AVG. Quia nihil,vt arbitror,dicimus esse iustitiam nisi æquitatẽ: Aequitas aũt ab æqualitate quadã videtur appellata. Sed quæ in hac virtute æquitas, nisi vt sua cuique tribuantur? Porrò sua cuique, nisi quadam distinctione tribui non possunt: An aliter putas? AD. Manifestum est,& prsus assentior. AV. Quid distinctionem? Arbitrarisne esse vllã,si omnia paria sint,vt nihil omnino intes se differant? AD. Nullo modo. AVG. Ergo iustitia seruari non potest, nisi in rebus, in quibus seruat, sit quædam, ut ita dicã,imparilitas & dissimilitudo. AD. Intelligo. A V G. Cũ igitur fateamur istas figuras de quibus agimus inter se esse dissimiles,

Sentit li neã vtin longum procedi secari linea non posse, quãquã transuersim põt.

B Authoritati cum ratione credẽdi. Cap.7.

C Linea re cta. curua. Linea re cta. spatium.

De authoritate, & ratione.

Rhombus.

F

Iustitia est æquitas.

G

miles, illam ſcilicet quæ tribus, et hanc quę quatuor angulis conſtat, cum ambæ paribus lineis fiant, nonne videtur tibi quædam retenta iuſtitia, vt illa quæ habere non pōt parilitatem contrariorum, inconcuſſam teneat angulorum æqualitatē: in hac vero quia tanta eſt cōtrariorū cōgruentia, illa lex angulorum admittat nōnullam inæqualitatē? Hoc ergo cum me multum mouerit, quærēdum abs te viſum eſt, quonam mō iſta veritate, æquitate, ęqualitate, delectere. A D. Iā cerno quid dicas, & non mediocriter admiror. AVG. Age nunc, quia inæqualitati æqualitatem iure præponis, nec quiſquā oīno eſt,
H vt opinor, humano ſenſu prędituſ, cui non id videatur, quæramus ſi placet figuram, in qua ſumma æqualitas inueniri queat, q̄cūq; .n. erit, ea cæteris ſine dubitatione pferetur.
Summa æqualitas in figuris. Cap. X.
AD. Placet vero, & q̄ iſtā ſit, ſcire cupio. AVG. Prius ergo reſpōde, vtrum tibi illarum figurarum, quarum iam quantum ſatis videbatur facta mētio eſt, ea videatur excellere, quæ quatuor lineis paribus totidemq; angulis paribus conſtet. Namq;, vt vides, in hac & linearum æqualitas & angulorū eſt: & qđ in illa q̄ tribus lineis paribus claudit non inueniebamus, id eſt huic parilitas contrariorum. nam lineæ linea, & angulus angulo eſt, vt cernis, contrarius. AD. Ita vero eſt, vt dicis. AVG. Habetne ſummā æqualitatē, an aliter tibi videtur? Nā ſi habet, fruſtra, vt inſtitueramus, aliā q̄rimus: Si autem non habet, volo idiſpum mihi abs te demonſtretur. A D. Videtur mihi habere, nā vbi, & anguli pares & lineæ pares ſunt, vbi deprehendā inæqualitatē non video. AVG. Ego aliud ſentio: Nā recta linea donec veniat ad angulos, ſumma æqualitate p̄dita eſt: ſed cum ex diuerſo latere alia coniungitur linea, & angulum facit, nonne cenſes hocip-
I ſum eſſe inæquale? An tibi figuræ pars qua linea clauditur cū illa parte quæ angulo cōcludit, congruere videtur æqualitate aut ſimilitudine? AD. Nullo mō: Et me pudet temeritatis meæ: eò enim ductus ſum, quòd & angulos in ea pares inter ſe & latera cernerē: Sed quis non videat eorum laterū ab angulis magnā differentiā? AVG. Accipe aliud inæqualitatis apertiſsimum iudiciū: Certe enim cernis, vel illam figuram triangulam paribus lineis conſtantem, vel iſtam quadratā habere aliquod mediū. AD. Cerno plane. A V G. Quid ab eodē medio cū lineas ad omnes figuræ partes ducimus, pareſne tibi duci lineæ videntur, an impares? AD. Impares prorſus: nā longiores eas neceſſe eſt, quas in angulos ducimus. A V G. Iſtæ in quadrata quot ſunt, & quot in triangula? A D. Quatuor hic, tres ibi. A V G. Quid minimæ omnium, q̄ rurſum & quot ſunt in figura vtraque? A D. Totidem, ſcilicet eæ quæ in media latera ducunt. A V. Veriſsime mihi videris dicere, neque hic opus eſt diutius immorari, ad id enim quod volumus, ſatis eſt: Nā & magnā æqualitatē hic ſeruari, vt opinor, vides, & tū nondū ex omni parte pfectā. A D. Omnino video, K & q̄ illa figura ſit, quæ ſummam æqualitatē habeat, noſſe uehementer expecto. A V G.
Figurarum prę ſtantia. Cap. II.
Quam cenſes niſi eam, cuius & extremitas ſibi cōcors ē vndiq;, nullo angulo æqualitatē pturbāte, & à cuius medio ad oēs extremitatis partes pares lineæ duci pūt? AD. Iam, ut opinor, intelligo: nam illam figurā, quę linea in circulum ducta terminatur, mihi videris deſcribere. A V G. Recte intelligis, Nunc itaq; illud conſydera, cū ſuperior ratio docuerit lineā in ſola longitudine intelligi, nec quicq̄ latitudinis uſurpare, & ideo per longum quà ducitur diuidi nō poſſe, vtrum tibi videatur figura quælibet ſine latitudine inueniri. A D. Nullo mō. A V. Quid ipſa latitudo? Poteſtne longitudinem non habere, quanuis latitudo ſola ſit, quem-admodum ſuperius lōgitudinem ſine latitudine intelleximus, an non poteſt? A D. Video non poſſe. A V G. Vides ergo etiam illud niſi fallor, quòd latitudo ab omni parte diuidi queat, linea vero per longum non queat. AD. Manifeſtum eſt. AVG. Quid ergo putas pluris habendū, quod diuidi pōt, an id quod non poteſt? A D. Profecto id quod non poteſt. A V G. Præponis igit̄ L lineam latitudini. Nam ſi quod diuidi nō poteſt præponēdum eſt, præponamus neceſſe eſt etiam id quod minus diuidi poteſt: Latitudo autem ex omni parte diuiditur, lōgitudo vero non niſi ex diuerſo, nam per longum diuiſionem non admittit: Eſt ergo latitudine præſtantior. An tu aliter exiſtimas? A D. Iſta prorſus ratio cogit fateri ut dicis. AVG. Iam quæramus, ſi placet, vtrum ſit aliquid in iſta ratione, quod omnino non queat diuidi, erit enim hoc multo etiam q̄ illa linea melius. Nā lineā cernis ex diuerſo innumerabiliter ſecari poſſe, itaq; tibi ipſi punctū hoc inueniēdū dimitto. AD. Ego illud puto nō poſſe diuidi, q̄d mediū in figura ponebamus, i medio.

bamus, vnde in extrema lineæ ducūtur. Nā ſi diuiditur, lōgitudine aut etiam latitudine carere nō pōt. Sed ſi lōgitudinē ſolā habet, non iam vnde ducuntur lineæ, ſed ipſa linea eſt. Si vero etiam latum eſt, aliud deſiderat medium à quo in extrema latitudinis lineæ ducātur. Vtrumq; autem hoc ratio reſpuit. Id erit igitur quod diuidi nequeat. A V G. Recte dicis. Sed nonne tibi aliquid tale videtur etiam illud, vnde linea ducitur, & ſi figura nondum ſit cuius medium intelligamus? Illud enim dico lineæ principium à quo in-
M cipit longitudo, quod volo ſine vlla longitudine intelligas. Nam ſi longitudinem intelligis, nequaquam profecto intelligis vnde ipſa incipit longitudo. A D. Tale omnino. A V G V. Hoc ergo quod iam te intelligere video, potētiſsimum omnium eſt quæ demonſtrata ſunt. Siquidem, hoc eſt, quod nullā diuiſionem patiatur, & punctum vocatur cū medium tenet figuræ: ſi autem principiū lineæ eſt vel lineis, aut etiā finis, vel cū omnino aliquid notat quod ſine partibus intelligendum ſit, nec tamen obtineat figuræ medium ſignū dicitur. Eſt ergo ſignū nota ſine partibus. Eſt aūt punctū, nota mediū figuræ teneus: Ita fit vt omne punctum ēt ſignū ſit, non autem omne ſignū punctum videatur. Volo enim de his nominibus inter nos conuenire, vt minus inter diſputandum circūlo quamur: quanquam pleriq; punctum appellent, nō quod omnis figurę mediū, ſed quod ſolius circuli vel pilæ tenet, tametſi minus nobis de vocabulis laborandum eſt. A D. Assentior. AVG. Vides certe etiam quantū valeat. Nā ab ipſo incipit linea, ipſo termina tur, & figurā rectis lineis nullam videmus fieri poſſe, niſi ipſo angulus claudatur. Dein de vndecunq; ſecari linea poteſt, per ipſum ſecatur, cū ipſum oīno nullā in ſe admittat ſectionē. Nulla linea lineæ niſi per ipſum tōpulatur. Poſtremo cū cæteris planis figuris, nā de altitudine adhuc nihil diximus, eā prę ponendam ratio demonſtrauerit quæ circulo clauditur, propter ſummam æqualitatem, quæ alia ipſius æqualitatis moderatio eſt, q̄ punctum in medio conſtitutum? Multa de huius potentia dici poſſunt, ſed adhibeo modum, & tibi ipſi cogitanda plura permitto. A D. Sanè vt videtur, non enim me requirere pigebit ſiquid fuerit obſcurius: cerno autem mediocriter, vtputo, magnam huius ſigni eſſe potentiam. AVG. Nūc ergo illud attende, cū & quid ſit ſignū, & quid ſit longitudo, & quid ſit latitudo perſpexerit: quid horum tibi videatur alterius, & cuius indigere, ſine quo eſſe non poſſit. A D. Video q̄ latitudo longitudine indigeat, ſine qua prorſus intelligi nō poteſt. Rurſus longitudinē cerno latitudine quidē nō indigere vt ſit, ſed ſine ſigno illo eſſe nō poſſe. Illud autē ſignū per ſemetipſum eē, te nullius ho B rum indigere manifeſtū eſt. AV. Ita eſt vt dicis: ſed diligentius conſydera, vtrum latitudo vere vndiq̄ ſecari queat, an alicunde nec ipſa ſectionē poſſit admittere, q̄uis plus admittat q̄ linea. A D. Neſcio prorſus vnde nō poſſit. AVG. Credo te nō recordari, nā neſcire iſtud nullo modo potes: quare cōmonefaciam te iſto mō. Certe enim latitudinē ſic intelligis, vt cognitione tua de altitudine nihil uſurpes. AD. Sic omnino. A V G. Accedat igitur huic latitudini altitudo, & reſponde iam vtrum etiam aliquid acceſſerit, quo magis undique ſecari queat. AD. Mire omnino admoniſti. Nūc enim video non ſolum deſuper aut ex inferiori parte, ſed à lateribus quoq; admitti poſſe ſectionem, nihilq̄ue omnino remanſiſſe, vnde non queat penetrare diuiſio. Quare manifeſtum eſt & latitudinem ex his partibus ſecari non poſſe, per quas ſurrectura eſt altitudo. A V G. Quoniā tibi igitur, ſi nō fallor, & lōgitudo & latitudo & altitudo nota eſt, q̄ro vtrum poſſint deeſſe duo ſuperiora, vbi aderit altitudo. AD. Sine longitudine quidem video eſſe non poſſe altitudinem, ſine latitudine autem poteſt. AVG. Redi ergo C ad cognitionē latitudinis, & ſi eā quaſi iacētem aio figuraueris, erigatur in quodlibet latus, tanq̄ ſi eam velles p tenuiſsimā rimā vbi ſe clauſæ ianuæ iungunt educere. An nō dum intelligis quid velim? A D. Intelligo quid dicas, ſed nondum fortaſſe quid velis. AVG. Illud. ſ. ut reſpondeas, vtrū ſic erecta latitudo videat tibi migraſſe in altitudinem, latitudinis iam nomē deſcriptionēq̄ue amiſiſſe: an adhuc maneat latitudo, quāuis ita ſit collocata? A D. Videtur mihi altitudo eſſe facta. AVG. Recordarisne obſecro quē-admodum altitudinem definieramus? AD. Recordor plane, & me iam ſic reſpondiſſe pudet. Nā etiam hoc modo quaſi erecta latitudo ſectionem per longum deorſum verſus non admittit, quare nulla in ea poſſunt interiora cogitari, quāuis mediū & extrema cogitent. Sed m aūt ſuperiorē demōſtrationē altitudinis, quā feciſti vt recordarer, nulla

la omnino est altitudo, vbi nihil intus cogitari pōt. A V G. Recte dicis,& sic te omnino meminisse cupiebam. Quamobrem illud iam volo respondeas,vtrum falso verum anteponas. A D. Iam hinc dubitare,incredibilis dementia est. A V G. Dic ergo quæ-
D so te. Nunquidnam uera linea est, quæ per longum secari potest: Aut verum signum, quod ullo modo secari potest: Aut vera latitudo,quæ cum erecta est,vt diximus, sectionem per longum deorsum versus admittit?
Animus incorporeus cernit incorporea. Cap.13. A D. Nihil minus. A V G. Vnq̄ ne igitur oculis istis corporeis, vel tale punctum, vel talem lineam, vel talē latitudinem vidisti?
A D. Omnino nunquam'. Non enim sunt ista corporea. A V G. Atqui si corporea corporeis oculis mira quadam rerum cognatione cernuntur, oportet animum, quo videmus illa incorporalia, corporeum corpusve non esse. an tu aliter existimas? A D. Age, iam concedo corpus non esse animum vel quicq̄ corporeū. Quid est tandē dic mihi?
Epilogus præcedentium, Cap.14. A V G. Vide interim vtrum confectum sit carere illum illa omni quātitate, de qua nūc qō est: nam quid sit animus, oblitum te esse supra miror priore inter nos qōne discussum. Meministi.n.te q̄sisse primitus,vnde eēt, quod duobus modis à nobis tractatum esse memini: vno,quo quasi de regione eius quæsitum est: altero,utrumnam ex terra,vel igne, uel alio quopiam istorum elementorum esset, vel ex omnibus,vel ex aliquibus horum. In qua qōne constitit inter nos, non magis hoc
E quærendum esse,q̄ vnde sit terra,vel siquod aliud elementorum singulorum. Intelligendum est.n.quanq̄ deus fecerit animū, habere illum certam substantiam,quæ neq; terrena,neq; ignea,neq; aerea sit,neq; humida:ni si forte arbitrandū est deum terræ dedisse,ut nihil aliud sit q̄ terra,& non dedisse animo, vt nihil aliud q̄ animus sit. Si autem definiri tibi animum uis, & quæris quid sit animus, facile respondeo. Nam mihi videtur esse substantia quædam rationis particeps, regendo corpori accōmodata. Itaque illud potius attende, vnde ambigitur nunc, vtrū quantitas,& quasi,vt ita dicam locale spaciū animo ullum sit. Nam profecto quia corpus non est,neq; enim aliter incorporea illa cernere valeret,vt superior ratio demōstrabat, proculdubio caret spatio quo corpora metiūtur. Et ob hoc recte credi, aut cogitari, aut intelligi talis eius quantitas non potest. Si autē te mouet, cur tanta cœli,terrę,marisq; spatia memoria contineat, cum sit ipse nullius q̄titatis,mira q̄dā uis est, quam tū ex iis
Animus quid sit.
Animus incorporeus quā tum valeat.
q̄ à nobis cōperta sunt, quantum ineſt ingenio tuo luminis,animaduertere potes. Si.n. corpus nullum est,vt ratio iā ostendit, quod F longitudine,latitudine,altitudine careat, nihilq; horum nisi cū aliis duobus esse in corpore potest, animo tamen ēt solam lineā interiore quodam oculo.i.intelligentia,videre concessum est,arbitror nos cōcedere sic animum corpus non esse,vt sit corpore melior: quo concesso non opinor dubitandum esse eum ēt linea esse meliorem. Ridiculū est.n. cum tria illa insint corpori vt corpus sit, nō his omnibus esse meliorem, qui corpore est melior. At ipsa linea,qua melior esse conuincitur animus, ideo cæteris duobus præstat, quia minus q̄ illa duo secari potest. Porrò illa duo eo magis secantur q̄ linea quo magis se in spatium distendunt, linea vero spatium nisi longitudinis nullum habet, quo sublato nihil omnino remanet spatii. Quapropter quicquid linea melius est, necesse est nullo spatio sit,& omnino diuidi secariq; nō posit. Frustra igitur, vt opinor, quantitatē animi quæ nulla est, inuenire laboramus, cū eum linea concedamus esse meliorem. Et si figurarum omnium planarū illa optima est, quæ circulo effingitur,in qua ratio docuit nihil melius esse puncto atq; potentius, quod G nullo dubitante partibus caret, quid mirum si anima neq; corporea sit neq; vlla aut longitudine porrecta,aut latitudine diffusa,aut altitudine solidata,& tū tm̄ valeat in corpore,vt penes eam sit regimē omnium mēbrorum,& quasi cardo quidā in agendo, cuncta rum corporalium motionū? Cū autem oculi medium,q̄ pupilla dicitur,nihil aliud sit q̄ quoddam punctū oculi, in quo tū tanta uis est,ut eo dimidium cœlum, cuius ineffabile spatium est, ex aliquo eminenti loco cerni colluſtrariq; possit,non abhorret à vero animum carere omni corporea magnitudine, q̄ tribus illis differētijs consummatur, quāuis corporum magnitudines quaslibet imaginari queat. Sed paucis licet ipso animo animum cernere.i.vt ipse se ais videat,videt autem per intelligentiā. Huic soli enim licet uidere nihil esse in rebus potētius & magnificentius ijs naturis, q̄, ut ita dicam, sine tumoribus esse intelligūtur. Tumor enim nō absurde appellatur corporis magnitudo, quę si magnipendenda esset plus nobis profecto elephanti saperent. Quod si quisquam
Tumor quid sit.
eorum

eorum cognatus dicet elephantos esse sapiē-
H tes:sensi enim quanuis admirans, sensi tamē ēt hinc homines sæpe ambigere:illud (quantum opinor) saltē cōcedet,plus asino sapere apiculam, quorum cōparare magnitudines plus profecto est q̄ asininū. Vel quod ēt de oculo dicebamus,cui nō liqueat aquilę oculum multo q̄ noster est,esse breuiorē? Quo tamen illa sublime ita volans, vt à nobis in tanta luce difficile cernatur, latentem sub frutice lepusculum, & sub fluctibus piscem videre cōperta est. Quod si in ipsis sensibus, q̄bus nisi corporea sentire non datū est, nihil ad rem.i.ad vim sentiendi valet corporis magnitudo, metuendumne est q̄so, ne animus humanus,cuius excellentior & penè solus aspectus est ipsa ratio,qua etiam se inuenire molitur,nihil sit,si illū eadē ratio.i.seipsam omni magnitudine qua obtinetur locus,carere conuicerit? Magna q̄dā,crede mihi magna, sed sine vlla mole de animo cogitanda sunt. Qd̄ facilius contingit ijs qui aut bene eruditi ad hæc accedunt nō studio inanis gloriæ,sed diuino amore veritatis accēsi: aut qui iā in his q̄rēdis versantur, quanuis minus eruditi ad inuestiganda ea venerint, si patienter hominibus se dociles præbent,at
I que ab omni corporum consuetudine, quantum in hac vita permittitur, semel auertūt. Fieri aūt non pōt quadā diuina prouidētia, vt religiosis animis seipsos & deū suum.i.veritatem,pie,caste,ac diligenter quærentibus, inueniendi facilitates desint. Sed ab ista quæstione nisi quid te adhuc moueat, iam recedamus,si placet,& ad alia transeamus: Quicquid autem de illis figuris loquacius à nobis fortasse disputatum est q̄ volebas, videbis quantum ad alia valebit,si hanc disceptationem aliquid eo adiutam esse cōcedis. Nā & exercet animum hoc genus disciplinarū ad subtiliora cernenda,ne luce illorū repercussus,& eam sustinere non valens, in easdē tenebras quas fugere cupiebat,libenter refugiat:& affert argumenta,nisi fallor, certissima,quibus qd̄ fuerit inuentū atq; cōfectū, non nisi impudentem, habeat dubitationē, quantū homini talia inuestigare permissum est. Impudens dubitatio duobus modis fieri cognoscitur: Dū aut homo qui rōne vti pōt intantū hebes pigerq̄; ad quærendam veritatem efficitur,vt plus velit in tenebris vanitatis remanere, q̄ in eo quod à creatore suo est conditus ad seipsum semel & deum suū vera ratiocinatione inueniendum inuesti-
gandumq̄; laborare:aut tam improba contu K
macia ea q̄ ab alijs laborantibus studiose, & pie quærentibus,& inuenta, & cōfecta sunt, inueniri & confici posse dubitare: neq; aliā ob causam faciunt, nisi q̄ à semetipsis inuenta non sint. Quod genus inuidiæ impudentissimum esse ratio probat. Minus enim ego de his rebus dubito,q̄ de ijs quas istis oculis videmus,cum pituita semper bellum gerentibus. Quid enim minus ferēdum & audiendum est, q̄ fateri nos ratione præstare bestijs,& eam rem fateri esse aliquid, quā corporeo lumine sentimus, quā ēt nonnullæ bestiæ melius cernunt,id autem qd̄ ratione intuemur nihil esse contendere? Quod si diceretur tale esse quale illud est quod oculi vident, nihil profecto dici posse indignius videretur. A D. Accipio ista libentissime atq; assentior:sed illud me mouet,cum corporeæ quantitatis non esse anima, res ita clara sit mihi, vt omnino quēadmodum resistā illis argumentis, & quid eorum non concedam, prorsus ignorem. Primum cur ætate vt corpus crescit,ita & anima vel crescat, vel crescere videatur. Quis.n.neget pueros infantes, ne bestiarum quidē nonnullarū astutiæ comparandos? Quis aūt dubitet illis crescētibus ēt ipsam in eis quodammodo crescere L rationem? Deinde si per spatium sui corporis anima distenditur, qūo nullius quantitatis est? Si non distenditur,qūo sentit vbiq; pungentem? A V G. Omnino ea quæris quæ me quoq; sæpe mouerunt: Itaq; non sum imparatus tibi respondere,vt mihi soleo. Vtrū autem bene ratio quæ te agit iudicabit, qualecunq; id tamen sit,plus certe non possum, nisi forte aliquid melius cum disputamus,in mentem diuinitus venerit. Sed agamus, si placet more nostro, vt duce ratione tu tibi ipse respondeas: Ac prius quæramus, vtrum crescentis cum corpore animi certum argumentum sit, q̄ ætatis accessu aptior humanæ consuetudini homo & in ea magis magisque peritus est. A D. Age,vt placet: Nam & ego id genus docendi ac discendi maxime probo: Nescio quo.n.modo cum id quod nesciens quærebam ipse respondeo, fit ipsa inuentio non modo re, sed animi ratione etiā dulcior. A V G. Dic ergo vtrum tibi maius & melius duo quædam, an vnum atq; idem esse videatur duobus nominibus appellatū? Virtus circulo similis.
A D. Scio aliud esse quod maius,aliud quod melius dicimus. A V G. Quid horum duorum est cuius esse putes quantitatem? A D. cap.16.
Id vide-

M Id videlicet quod maius dicimus. A V G. Quid cum duarum figurarum rotundam quadrata meliorem esse confitemur,quantitate ne id facit, aut quid aliud? A D. Nullo modo quantitas, sed illa, de qua superius egimus æqualitas huius excellentiæ causa Virtus est. A V G. Nunc ergo illud artende,vtrũ quid sit. tibi videatur virtus æqualitas quædam esse vitæ,rationi vndiq; consentientis. Nam si aliud ab alio in vita discrepet,magis, ni fallor, offendimur, q̃ si aliqua pars circuli, maiore minoreue interuallo, q̃ aliæ partes distet à puncto. An tu aliter existimas? AD. Immo assentior,& hanc quę abs te descripta est,probo esse virtutem:Nam & ratio nõ dicenda est aut existimanda nisi uera:& cuius vita per omnia congruit veritati,is est profecto vel solus, vel certe maxime qui bene atque honeste viuit: & qui ita sit affectus, solus habere virtutem, & ea viuere iudicãdus est. AVG. Probe dicis: Sed certe etiam illud vides,vt opinor, similiorem esse virtuti cir-
Lib. 2. culum q̃ figurarũ planarũ aliam quãlibet. sermo- Hinc est.n.quod apud Horatiũ magnis laudibus solemus extollere illum versum, quo
num. A ait,cum de sapiente ageret: Foris & in scipso totus teres atq; rotundus. Et recte. Nam neque in animi bonis quicquam inuenis,quod magis sibi ex omni parti consentiat q̃ virtutem:neq; in planis figuris,q̃ circulũ. Quamobrẽ si circulus nõ magnitudine spatij,sed quadã conformatione cæteris ꝓstat, quanto magis de virtute existimandũ est,ꝙ nõ maioris loci occupatione, sed diuina quadam congruentia rationum atq; concordia,cæteras affectiones animi superat? Cum autem puer proficit laudabiliter,ad quã rem magis q̃ ad virtutem proficere dicitur? An nõ tibi videtur? AD. Manifestum est. A VG. Non igitur tibi debet videri animus sicut corpus crescendo cum ætate proficere: proficiendo enim ad virtutem peruenit, quam fatemur nulla spatij magnitudine, sed magna vi constantiæ pulchram esse atq; perfectam: Et si aliud est maius, aliud melius vt iam dedisti, quicquid anima cum ætate proficit, compos rationis fit,non mihi videtur fieri maior,sed
B melior. Quod si membrorum id faceret magnitudo,eo quisq; prudentior esse, quo longior aut validior, quod se aliter habere non opinor,negabis. AD. Quis istud negauerit? Sed tamen cum proficere animam per ætatẽ etiam tu concedas,miror qui fiat, vt omnis quãtitatis expers,& si nõ mẽbrorũ spatio,at certe tẽporis adiuuetur. AVG. Desine mira ri:nã & hic tibi simili ratione respondeo: Vt .n.mẽbrorũ magnitudo ideo nihil affert argumẽti cur animã adiuuet, ꝙ multi exiliori bus breuioribusq; mẽbris prudẽtiores inue niuntur quibusdã magna mole corporis ꝑdi tis:ita quoniam iuniores nonnullos seniori- cos.cap. bus pleriſq; magis industrios atq; strenuos videmus, non video cur putanda sint spatia temporis in ætatibus incrementa vt corporibus sic animis dare:cum & ipsa corpora q bus par tempus crescere atq; ampliora spatia tenere cõcessum est, sæpe sint annosiora breuiora,non modo senilia,quæ magnitudine tpis contrahuntur atq; minuntur, sed ẽt puerorum, quos animaduertimus his breuiores esse corpore,quibus sunt ętate maiores. Si igitur porrecta in plurimum tempora,ne ipsis quidem corporibus magnitudinis afferunt causam, sed omnis illa seminis vis est,quorundam naturę numerorum sanè occultorum & difficilium ad dignoscendum: quanto minus arbitrandũ est longo tẽpore animã fieri longiorem,quia eã videmus usu
C rerũ atq; assiduitate multa didicisse. Quòd si te illud mouet,ꝙ solemus eã quam Grẽci μακροθυμίαν vocant, longanimitatem interpretari, animaduertere licet à corpore ad animum multa verba transferri,sicut ab animo ad corpus. Nam si montem improbum, & iustissimam tellurem dixit Vergilius,quę verba cernis ab animo ad corpus esse trãslata,quid mirum si mutua vice longanimitatẽ dicimus, cum longa nisi corporea esse non possint? Ea verò inter virtutes quæ appellatur animi magnitudo,ad nullũ spatiũ,sed ad vim quandam.i.ad potestatem potentiamq; animi relata,recte intelligitur,virtus eo plus ęstimanda,quo plura contemnit. Sed de hac post loquemur,cum quæremus, quanta sit anima,sicut quæri assolet, quantus fuerit Hercules,factorum excellentia nõ mole mẽbrorũ:ita.n.supra distribuimus. Oportet autem nunc te recordari quod de puncto iam satis egimus:nam id potissimum esse maximeq; in figuris dominari ratio docebat:Potentia vero atq; dominatus, nõne ostentant quandã magnitudinẽ,& in puncto tũ nullũ spatiũ reperiebamus? Nõ igitur magnũ vel D ingentem animum cum audimus, aut dicimus,quãtum loci occupet,sed quantũ possit cogitandum est. Quamobrem si iam primum argumentum tuum,quo tibi per ętatẽ cũ corpore animus crescere videbatur, satis discus-

sum est, transeamus ad aliud. A D. Nescio vtrum omnia quæ me non frustra mouere assolẽt, prosecuti fuerimus. Et fieri potest,vt recordationem meã aliqua fugiãt: veruntamen quod nunc in mentẽ venit, videamus quale sit,quod puer infans nõ loqui tur,atq; id crescẽdo assequitur. A V G. Faci le est istud: Nã credo videri tibi ea lingua quẽq; loqui,quã loquuntur homines, inter quos natus educatusq; sit. A D. Nemo id ignorat. A V G. Constitue ergo quempiam ibi natum atq; alitum vbi homines non loquerentur, sed nutibus mẽbrorumq; motu cogitationes suas sibimet exprimendas signa rent,nonne censes eũ talia esse facturum,neque locuturum qui loquentem neminem audierit? A D. Nolo me hoc interroges, quod fieri non põt: Qui.n.tales hoies, inter quos quenq̃ natũ cogitare possim? A V G. Itane tu non vidisti Mediolani adolescẽtem honestissimi corporis & elegantissimæ vrbanita-
E tis,mutũ tñ atq; ita surdum,vt neq; alios nisi motu corporis intelligeret, neq; ipse aliter,quæ vellet, significaret? Hic.n.est notissimus. Nã ego noui rusticũ quendam loquẽtem,de loquente vxore filios oẽs mares atq; fœminas quatuor ferè aut eo amplius (non enim satis nunc cõmemini) mutos surdosq; genuisse. Nam ex eo quod loqui non potefuit & rant muti: ex eo autem ꝙ nulla signa nisi oculis colligebant, etiam surdi intelligebantur. A D. Illum vero ego bene noui, & de istis nescio quibus credo tibi: Sed quorsum ista? AV G. Quia dixisti non te posse cogitare inter tales homines nasci quempiã. AD. Nec nunc aliud dico:nam istos,nisi fallor,inter eos qui loquerentur,natos esse concedis. AV G. Non equidem negauerim, sed cum iam inter nos constet nonnullos tales homines esse posse,quæso cogites si ex hoc genere mas & fœmina iungerentur, atq; in aliquã quocunq; casu delati solitudinem, vbi tamẽ viuere valerent, gignerent filium non surdum, quemadmodũ esset cum parentibus iste locuturus? A D. Quemadmodum censes, nisi vt parentes ei dabant,ita gestu signa
F redditurum? Sed tamen puer paruus ne hoc quidem posset: Quare illa ratio mea manet integra. Quid.n.refert vtrum loqui an gestũ facere crescendo assequatur,cum ad animã utrunq; pertineat, quã fateri nolumus crescere. AV G. Iam mihi videris etiam eũ in fune quisq; ambulat, ampliorem credere hunc habere animam,q̃ eos qui id facere ne queunt. A D. Hoc aliud est: quis enim hoc non videat esse artis? AV G. Cur obsecro artis,an quia didicit? A D. Ita vero. A V. Quare tibi ergo etiam si aliud quisq; discat, non artis videtur? A D. Planè quicquid discitur artis esse non nego. AV G. Non ergo ille didicit à parentibus gestum facere? A D. Didicit sanè. AV G. Oportet igitur & hoc non animæ crescendo amplioris, sed imitatoriæ cuiusdam artis esse cõcedas. A D. Non possum hoc concedere. AV G. Ergo non omne quod discitur artis est, quod nũc concesseras. A D. Artis omnino. AV G. Non ergo ille didicit gestum, quod item nõ minus dederas. A D. Didicit, sed hoc non est artis. AVG. Atqui tu pauloante dixisti artis esse quod discitur. A D. Age iam concedo & loqui & gestũ facere,eo ꝙ ea didici- G
mus artis esse. Tamen aliæ sunt artes,quas Artes dum in alios intendimus,discimus: aliæ quæ duplici-
à magistris inseruntur nobis. A V G. Quas ter disci-
tandem istarum putas animam, ex eo quod mus.
amplior fiat adipisci? An ne omnes? A D. Non omnes puto, sed illas superiores.
AV G. Nonne tibi ex hoc genere videtur, in fune ambulare? nam & hoc videndo, vt arbitror, qui id faciunt, assequuntur. A D. Ita credo, sed tamen non omnes qui hæc spectant & magno studio intuentur, assequi possunt, sed qui huius rei magistros patiuntur. AV G. Bene sanè dicis: Nam & hoc tibi etiam de locutione responderim: Multi enim Græci & aliud genus linguæ crebrius nos loquentes audiunt, q̃ funambulum spectant,qui vt linguã nostram discant, quẽadmodum nos,cum ipsorum nosse volumus, sæpe magistris tradũtur. Quæ cum ita sint, miror cur animæ incremẽtis tribuere velis, ꝙ loquuntur homines,ꝙ autem in fune ambulant,nolis. A D. Nescio qũo ista confundis: Nam qui vt linguam nostrã discat magistro traditur,nouit aliam quandam suam, quã eum,ꝙ eius anima creuerit,puto didicisse: cum autem discit alienam, non ampliori animæ,sed arti tribuo. AV G. Quid si ille H
qui inter mutos natus atq; alitus est, sero ac iam iuuenis in alios homines incidens loqui didicisset, cum aliam linguã nullam nosset, eo tpe putares animam eius creuisse, quo loqui didicerat? A D. Nunquam istuc ausim dicere. Sed iam cedo rationi, nec puto amplioris animæ argumentum esse quod loquimur,ne & alias oẽs artes cogar fateri crescẽdo animã cõsecutam. Quod si dixero, illud

seque-

sequetur absurdum,decrescere animā, cum quid obliuiscitur. AVG. Bene intelligis, & verum ut audias, recte dicitur anima in discendo quasi crescere,& contra minui denuive di discendo, sed translato verbo, vt superius ocitur. stendimus.Tamen illud cauendum est, ne Cap.19. quasi spatium loci maius occupare videatur dum dicitur crescere, sed maiorem quandā vim peritior, q̄ imperitior habere ad agendum. Magni tamen refert qualia sint illa ipsa quæ discit, quibus quodammodo uidetur Triū in augeri. Nam vt in corpore tria sunt genera cremēto incrementorum: Vnum necessarium, quo rum cor naturalis cōuenientia impletur in membris: poris & Alterum superfluum, quo à cæteris mēbris aīæ com integra valetudine augendo aliquid discreparatio. pat, per quod interdum euenit, ut senis di-

I gitis nascantur homines,& pleraq; alia, quę cum præter consuetudinem nimia sunt,mōstruosa nominantur: Tertium noxium,qđ cum accidit,tumor vocatur: nam etiam sic membra crescere dicuntur, & reuera locū occupāt ampliorem,sed expugnata bona ualetudine. Ita in animo quædam quasi naturalia incrementa sunt, cum honestis & ad bene beateq; uiuendū accommodatis discplinis augeri dicitur. Cum vero ea discimus quæ mirabiliora q̄ utiliora sunt, quanquam nonnullis rebus plerunq; opportuna,superuacanea tamen & de illo secundo genere numeranda sunt.Non enim si quidam tibicen, ut Varro author est, ita populū delectauit, vt rex fieret, ideo animum nostrum illo artificio augendum putare debemus: quia nec maiores q̄ humani sunt,dentes habere vellemus,si audissemus, à quopiā q̄ tales habuerit morsu hostem necatum. Noxium vero illud est genus artium, quo animi ualetudo sauciatur: nam & odore ac sapore mire diiu dicare pulmenta, & quo lacu piscis captus sit, vel quo tenue uinum sit, nosse dicere,q̄dam est miseranda peritia. Et his artibus cū quasi creuisse anima uidetur, quæ neglecta

K mente defluxit in sensus, nihil aliud q̄ tuAnima muisse vel etiam contabuisse iudicanda est. nūqd ex A D. Accipio ista & assentior, nec tñ nihil se sciat. angor ex eo q̄ imperita omnium rerum & Cap.10. bruta est anima, quam in puero recens nato,quantum licet,inspicimus. Cur.n.nullā artem secum attulit, si æterna est? AVG. Magnam, omnino magnam, & qua nescio vtrum quicquā maius sit, quæstionem moues, in qua tantum nostræ sibimet opiniones aduersantur,vt tibi anima nullā,mihi cō

tra,oēs artes secū attulisset videatur: nec aliud quicq̄ esse id quod dicitur discere,q̄ re- 1. Retr. miniscī & recordari. Sed videsne q̄ huius Cap. 8. tēporis non sit, utrum ista habeant ita sese requirere? Nunc enim agimus vt appareat, si potest,non eam secundum loci spatia paruam magnamve nominari. Aeternitātem autem eius si vlla est, opportune scrutabimur,cum illud quod quartum posuisti, cur corpori fuerit data, quantum fas est, tractare cœperimus. Quid ad talem eius quantitatem attinet,semperne, an non semper fuerit,futuraue sit,aut q̄ nunc imperita, nunc perita est,cum & longum tps ne corporibus quidē afferre magnitudinis causam,superius probauerimus,& peritiā notissimum sit pos se nullam adesse crescentibus,ac sæpe senescē L tibus opportunā esse, multaq; alia dicta sint satis,vt opinor,ad demonstrandum, non cū magnitudine corporis,quam ætas affert,etiā animā fieri ampliorem. Quare videamus, In puesi placet, illud alterum argumentum tuum ris motu quale sit, quod per totum spatium corporis grādescit tactus sentitur ab anima, quam spatii nul- corpus, lius esse volumus. A D. Sinerem iam ad a- non aniliud transiri,nisi de viribus dicendū aliquid mus. arbitrarer. Quid est.n.hoc q̄ auctiora per Cap.21. ætatem corpora vires præbent animæ ampliores, si cum his amplior non sit anima? Quanquā.n.virtus animæ,vires autem corporis putari soleant, nunquam tū ab anima eas abiudicauerim,cum videam in exanimis corporibus nullas esse. Per corpus quidem viribus, sicut sensibus vti animā non negandum est:tamen qm̄ ista suat viuentis officia, quis hæc dubitauerit ad animam potius pertinere? Cum igitur maiores vires in pueris grandiusculis q̄ in infantibus esse videamus, ac deinde adolescentes iuuenesq́; in dies viribus præstent, donec rursus corpore senescente minuantur, non leue quantum mihi videtur crescentis cum corpore,ac deinde senescentes animæ indicium est. AVG.Nō M vsquequaq; absurdum est quod dicis: Sed ego vires non magis in amplitudine corporis ætatisq́; incrementis,q̄ in exercitatione quadam & confirmatione membrorū esse soleo putare: Id adeo vt tibi probem, quæso abste,vtrum alium alio pertinacius ambulare, ac minus defatigari,maiorum virium esse arbitreris? A D. Ita sentio. AVG. Cur ergo puer multo amplius itineris conficiebam sine defectu, cum aucupandi studio in ambulādo exercerer,q̄ adolescens cum me ad alia

studia quibus fedare magis cogebar,cotuissem,si accedēti ætati,& per hanc animæ crescēti vires ampliores tribuēdæ sunt.Deinde in ipsis luctatorū corporibus palestritæ non molē ac magnitudinē, sed nodos quosdā lacertorum, & destrictos toros figurāq́; oēm corporis sibi congruentem peritissime inspiciunt,& hinc potius argumenta virium colligunt. Quæ tamen omnia parū valent,nisi vis artis & exercitationis accedat. Sæpe etiā visum est ingētis corporis viros, ab exiguis breuibusq́; superari, vel in mouēdis, vel in ferendis pōderibus,vel in ipso etiā luctami-

A ne. Nam Olympionicū quēlibet lassari in itinere citius,q̄ circunforaneū aliquem mercatorem, qui vno illius digito collidi possit, cui est incognitum? Quare si & ipsas vires non peræque oēs, sed alias ad aliud aptiores magnas vocamus, & corporum liniamenta magis & figuræ, quàm magnitudines valēt plurimum,et si exercitationes tantū afferūt, vt celeberrime creditū sit,hominē tollendo quotidie vitulum paruū, egisse vt eū ēt taurum sine sensu maioris oneris, quod paulatim addebatur,tollere ac sustinere posset,ne quaquam amplioris ætatis vires cū corpore Vires animam creuisse significant. Quod si am poris plius aliquid animaliū maiora corpora eoip cescunt so quo maiora sunt habent virium,illa causa ōn aia est, quòd lege naturæ cedunt pondera mi- c.22. nora maioribus:non modo cū ad proprium locum suopte nutu feruntur, vt humida & terrena corpora in ipsius mūdi medium lo cū qui est infimus,rursus aerea & ignea sursum versus: sed etiā cū aliquo torméto aut iactu aut impulsu aut repulsu, eò quò non spōte ferunt,vi aliena ire cogūtur. Nā si ex alto deieceris quanq̄ simul duos lapides disparis quātitatis, citius quidem maior terræ

B peruenit:sed si ei minor subijciatur,eoq́; ineuitabiliter occupetur, cedit profecto simulque in solū deducitur. Itē si deiicit desuper maior, minor autē contra sursum versus iacitur,vbi obuiam venerint, repercussio minoris & retrocessio fiat necesse est. Qđ ne ideo accidere putes, quòd minor contra naturā in sublimia ire cogebatur, alter vero maiore impetu locum suū petebat facito,vt maior in supna iaculet, & minori occurrat in terras deiecto,videbis nihilominus repulsum minorem in cœlum cogi, sed repercussu ipso cadere in aliam partem, vt qua expeditū est,in ima deferat. Itē si ambo nō motu naturali, sed à duobus quasi in cāpo pugnā-

tibus aduersus inuicem iacti,sibimet in medio spatio complodantur, quis dubitauerit minorem maiori esse cessurum, in eam partē vnde ipse est & quò ille ferebatur? Quæ cum ita sint.i.cū minora vt dictū est pōdera maioribus cedāt, multū tñ refert quanto in sese agantur impetu. Nā si maiore impetu minor, velut uehementi aliquo torméto emissu infligatur maiori laxius iaculato,vel iam langueſcenti,quāuis ab eodem resiliat, retardat illū tñ, aut ēt retro agit pro modo ictuū atq; ponderum.His præiactis atq; intellectis,quantum ptens negocium postulat, C vide nunc eas quæ dicuntur in aīalibus vires,vtrum rationi huic congruant.Nā corpora oīa aīaliū quis negat suo pōdere ppedi ri? Quod pondus nutu aīę actū,quo inclinauerit,multū valet magnitudine propria. Sed nutus animæ ad mouendum corporis pondus,neruis quasi tormentis vtitur. Neruos autem vegetat mobiliorēsq́; efficit siccitas calorq́; moderatus, cōtra eos laxat atque infirmat humidus rigor. Itaque somno quia eū frigidum & humidū dicunt medici & probant,mēbra langueſcunt,atq; ipse expergefactorum conatus multo est debilior, ideoque nihil est fractius & eneruius lethargicis. At quosdā phreneticos,quibus vigiliq̄ & vini vis & acutæ febres.i.tot calida plus nimio neruos tendūt atq; durāt, maioribus viribus q̄ integra valetudine reluctari, & multa facere manifestū est, cū eorū corpus sit ægritudine attenuatius et exilius. Si igitur & nutu animæ,& neruorum quodā machinamento, & pōdere corporis confiunt, hæ quæ vires vocant, voluntas autē utrum exhibet,qui ꝓnior fit spe vel audacia,retun ditur autem timore,sed multo magis desperatione,nā in metu cùm aliqua spes subest, D vehementiores vires apparere assolent:Machinamentum cōfiguratio quædā corporis coaptat, temperatio modificat valetudines, confirmat exercitationis industria, pondus dat moles membrorum, quā ętas & nutrimenta comparant, instaurant autē sola nutrimenta. His omnibus q̄ æqualiter ꝑualet, mirādus est viribus, & tāto est alius alio inualidior,quāto plus eum ista deficiūt. Fitq́; sæpe ut ptinaci nutu meliore machinamēto alius quanuis paruū pōdus corporis egerit, alium maiore mole ꝑditum vincat. Rursusque nōnunq̄ tāta moles est,vt ēt si imbecilliore nisu agat, opprimat tñ paruū aduersariū multo uehementius innitentē. Cum ve-

10 non pondus corporis,nec moderatio neruorum,sed nutus ipse.i.animus cedit,vt omnino valentior, ab omni modo inualidiore, sed tñ timidior ab audaciore superetur, nescio vtrum viribus attribuendum sit: nisi quis dicat habere quasdam suas vires aiam, quibus ei maior audacia vel fiducia pariat. Quę cum alteri assunt, alteri desunt,tũc intelligitur,quantum animus corpori suo etiã in eo quod per corpus agitur, antecellat. Quamobrẽ cum infanti puero solus ad trahendũ aliquid vel repellẽdum nutus sit inteE ger, nerui aũt & propter recentem minusq; perfectam cõfirmationẽ inhabiles,& ꝑp hu morem qui illi ętati exuberat marcidi,et ꝑp nullam exercitationem languidi:pondus vero adeo sit exiguum vt ne ab alio quidẽ impactum grauiter urgeat, opportuniusque sit ad accipiendam q̃ ad inferendam molestiã, quis est qui cum hæc oĩa quæ desunt,contulisse annos viderit,vires per eos datas cognouerit, creuisse animam, q̃ his indies ampliores vtatur, recte ac prudenter existimet? Potest.n.iste si ab aliquo iuuene, quem velamine interposito non conspiciat,paruos ac leues calamos laxo arcu,quantum potest,iaculatos viderit non longe ire, moxque recidere, ac post paululum sagittas iam ferro graues,pennulis vectas, neruo intentissimo emissas, cœlum remotissimum petere, fidesque facta fuerit pari conatu hois vtrunque esse factum, creuisse,illũ tantillo tpe atque auctum viribus arbitrari. Quo qd dici põt peruersius? Deinde anima si crescit, videq̃ sit inscitũ, incremẽta eius de viribus corporis credere,de copia doctrinarum non credere,cum illis solum accommodet nutũ,hæc F autem sola possideat. At si crescere animam putamus cum additur uiribus,minui putanda est, cum demitur. Demitur autem in senecta, demit in labore studiorũ,atq; his temporibus doctrinę aggerari atq; extrui solẽt, neque nullo mõ eodem tẽpore simul augeri quicq̃,& minui potest. Nullum igitur crescentis animæ argumentum est,vires maiori ætate maiores. Multa alia dici possunt, sed si iã ibi satisfactum est, modũ adhibebo vt ad alia transeamus. AD. Mihi vero satis persuasum est, maiores vires non ex eo esse q̃ anima creuerit. Nam ut alia omittam, quæ abs te subtiliter dicta sunt,insania, & morbo corporis animã crescere,cum ipsum corpus minuatur, ne ipse quidem phreneticus dixerit,cui vires multo ampliores,quàm sano eẽ solent,nemo nescit. Vnde mihi maxime videtur in neruis esse omne quod miramur, cũ præter spem vires in quopiam reperiuntur: quare oro aggredere iam illud cui totus intẽdo,cum animam si nõ tãti spatij magnitudinen habet q̃ti corpus est,cur vbique illa sentit cum tangitur? AVG. Age vero aggrediamur,quod vis,sed multo te mihi attenG tiore opus est,q̃ fortasse exiltimas esse debere. Quare facito vt quàm maxime adsis, ac respõdeas mihi,quidnã tibi videatur iste esse sensus,quo anima per corpus vtitur. Nã ipse iam nomine proprio sensus dicitur. AD. Sensus esse quinq; audire soleo, videndi,audiendi,olfaciendi, gustandi, atque tangendi, plus quid respondeam nescio. AVG. Partitio ista vetustissima est, & ferè in concionibus celebrata. Vellem autẽ definiri mihi abste, quid sit ipse sensus, vt eadem definitione omnia illa includerentur, neq; aliud quicq̃ quod sensus non esset, in ea ineluderetur vel intelligeretur: Sed si id non potest,nihil urgeo. Illud.n.quod satis est,certe potes meam definitionem vel refellere vel probare. AD. Hoc modo tibi fortasse non deero,quantumualeo: Non enim & hoc semper est facile. AVG. Attẽde ergo.nam sensum puto esse, non latere animam quod patitur corpus. AD. Placet mihi hęc definitio. AVG. Adesto ergo huic tanquam tuæ, ac tuere illam dum à me paulisper refellitur. AVG. Tuebor sanè,si tu adiueneris:sin minime,iam mihi displicet:non enim frustra tibi visa est refellenda. AVG. Noli nimis ex authoritate pendere,præsertm mea quę nulla est. H Et quod ait Horatius,Sapere aude,ne nõ te Horatius, ratio subiuget priusquam metus. AD. Ego prorsus nihil metuo, quoquo res modo processerit, non enim errare me sines. Sed iam incipe, siquid habes, ne differendo potius q̃ aduersando defatiger. AVG. Dic igitur qd patiatur corpus tuum cum me vides? AD. Patitur omnino aliquid.nam oculi mei partes,nisi fallor, corporis mei sunt,qui si nihil paterentur,quomodo te uiderem? AV. At non satis est ut ꝑsuadeas tuos oculos aliquid pati nisi etiam quid patiãtur ostẽderis. AD. Quid tandem nisi ipsum visum? Nam vident.Si.n. me rogares quid pateretur ægrotans,ægritudinem responderem: Quid cupiens,cupiditatem: Quid metuens,metum: Quid gaudens,gaudium. Cur ergo roganti qd vidẽs patiatur, nõ rectè ipsum uisum respõdeam? AVG. Sed enim gaudens gaudiũ sentit,

sentit,an negabis? AD. Immo assentior. AVG. Hoc & de cæteris perturbationibus dixerim. AD. Sic habeo. AVG. Quidqd aũt oculi sentiunt hoc vident? AD. Nullo modo istud dederim: Quis enim dolorem videat, quem tamen sæpe oculi sentiunt? AVG. Apparet te de oculis agere, bene vigilas:itaq; vide, vtrum vt gaudens gaudẽdo gaudium sentit,ita ẽt uidens videndo sentiat visum. AD. An aliter potest? AVG. Quidquid autem videns videndo sentit, id etiã videat necesse est. AD. Nõ est necesse. Quid.n.si amorem videndo sentiat,num & amorem videt? AVG. Cautissime ac sagacissime gaudeo quòd difficile deciperis. Sed nũc attende,qm̃ consistit inter nos,non omne quod oculi sentiunt,neq; omne quod videndo sentit videri, putasne hoc saltẽ verũ esse, omne qđ videtur sentiri? AD. Hoc sanè nisi concessero, qũo sensus poterit vocari qđ videmus? AVG. Quid omne qđ sentimus,nonne & patimur? AD. Ita est. AVG. Igitur si omne quod videmus, sentimus: & omne quod sentimus, patimur: patimur omne quod videmus. AD. Nihil resisto. AVG. Pateris ergo me, ac vicissim te ego, cum inuicẽ nos videmus? AD. Sic existimo, & ad hoc me ratio instãter cogit. AVG. Accipe cætera:Nã credo absurdissimum & stultissimum videri tibi, siquis affirmet ibi te pati aliqđ corpus,vbi non est K ipsum corpus quod pateris. AD. Videtur absurdum,& ita esse opinor, vt dicis. AD. Quid illud,nonne manifestum est alio loco esse meum corpus,alio tuũ? AD. Manifestũ est. AVG. Sentiunt aũt corpus meum oculi tui,& si sentiunt,vtiq; patiuntur: nec possunt ibi pati, vbi id,quod patiuntur,non est:nec tamen ibi sunt illi vbi corpus meum est: igitur ibi patiuntur,vbi non sunt. AD. Ego quidem illa omnia concessi, quæ non concedere absurdum videbam.Sed hoc ultimũ qđ ex his confectũ est ita est absurdius, vt illorũ potius aliquid temere me dedisse,q̃ hoc verum esse consentiã. Nã oculos meos ibi sentire vbi non sunt, ne in somnis quidẽ dicere auderẽ. AVG. Vide igit ubi obdormieris:Quid.n.tibi tandẽ elaberetur incautius, si, vt pauloante,vigilares. AD. Enimuero idipsum mecum sedulo pertracto ac reuoluo: Nihil tñ elucet satis, quod me dedisse pœniteat,nisi forte illud, qđ oculi nostri sentiunt cum videmus: visus nanq; ipse forsitã sentit. AVG. Immo ita est:Is enim se foras porrigit, & per oculos emicat longius quaqua versum potest lustrare, qđ cernimus. Vnde fit vt ibi potius videat,vbi est L id quod uidet,non vnde erumpit,vt videat. Nõ ergo tu vides cũ me vides? AD. Quis hoc insanus dixerit, omnino ego video, sed emisso visu per oculos video. AVG. At si tu vides,tu sentis:si tu sentis, tu pateris: nec potes ibi pati aliquid vbi non es. Ibi autem me vides vbi ego sum:Ibi igitur pateris,vbi ego sum. At si vbi ego sum tu ibi non es, quo pacto audeas dicere videri me abs te, prorsus ignoro. AD. Visu,inquam,porrecto in eum locũ in quo es,video te vbi es,at me ibi non esse confiteor.Sed quẽadmodũ si virga te tangerem, ego utiq; tangerem idq; sentirem,neq; tũ ego ibi essem vbi te tangerem.Ita qđ dico,visu me videre,quãuis ego ibi non sim,nõ ex eo cogor fateri nõ me esse qui videã. AVG. Nihil ergo temere concessisti:Nam & oculi tui hoc modo defendi possunt,quorũ est quasi virga visus,vt dicis. Neq; illa est absurda cõclusio,quod ibi oculi tui vident, vbi non sunt: an tibi aliter videtur? AD. Ita sanè est vt dicis.Nam & illud nunc animaduerti,qđ si ibi viderẽt oculi vbi sunt, etiam seipsos viderent. AVG. Rectius diceres non etiã seipsos, sed tantũmodo seipsos viderẽt.Nam vbi sunt, id est, M quem locum tenent, soli tenent, nec nasus est ibi vbi illi, nec quicquid illis vicinũ est: alioquin ẽt tu ibi esses vbi ego sum:quia iuxta inuicẽ sumus. Quæ cum ita sint,si tñ ibi viderent oculi vbi sunt,nihil amplius q̃ seipsos viderent. Cum ãt se non vident nõ mõdo cogimur consentire posse illos videre,vbi non sunt, sed ẽt omnino non posse, nisi vbi non sunt. AD.Nihil est quod hinc dubitare me faciat. AVG. Ergo non dubitas ibi eos pati,vbi non sunt. Nam vbi vident,ibi sentiunt.Ipsum enim videre sentire est, sentire aũt pati: quare vbi sentiunt, ibi patiuntur. Alibi autem vident,quàm,vbi sunt: Ibi igit patiuntur,vbi nõ sunt. AD. Mirum est, q̃ ista vera existimo. AVG. Recte fortasse Quid cognoscere existimas.Sed responde obsecro, utrũ omne quid sentire. quod per visum cognoscimus, videamus. AD. Ita credo. AVG. Credis etiam omne quod videndo cognoscimus, per uisum Cap.24. nos cognoscere? AD. Et hoc credo. AVGV. Cur ergo plerunq; fumum solum videndo, ignem subter latere cognoscimus, quem non videmus? AD. Verum dicis.Et iam non puto nos videre, quicquid per vi-

sura cognoscimus: possumus enim, vt docui-
A sti, aliud videndo aliud cognoscere quod visus non attigerit. AVG. Quid illud quod per visum sentimus, possumusne non videre? AD. Nullo modo. A V. Aliud est ergo sentire, aliud cognoscere. A D. Omnino aliud. nam sentimus fumum quē videmus, & ex eo ignem, quē nō videmus, subesse cognoscimus. AVG. Bene intelligis. Sed vides certe cum hoc accidit corpus nostrum, id est, oculos nihil pati ex igne, sed ex fumo quē solum videat. Etenim videre sentire, & sentire pati esse, iam supra cōsensimus. AD. Teneo & assentior. AVG. Cum ergo per passionem corporis non latet aliquid animam non continuo sensus vocatur vnus de quinq; memoratis, sed cum ipsa passio non latet: nanque ille ignis non visus, nec auditus, nec olfactus, nec gustus, nec tactus à nobis, non tñ latet animam fumo viso. Et cum hoc non latere non vocetur sensus, quia ex igne corpus nihil est passum, vocatur tñ cognitio per sensum, quia ex passione corporis quanuis alia. i. ex alterius rei visione, coniectatum est atq; compertum. AD. Intelligo, & optime video istud congruere ac fauere illi definitioni tuæ, quā vt meā mihi defendā dedisti. nā ita memini esse abs te sen-
B sum definitum, cū aīam non latet quod patitur corpus. Itaq; illud quod fumus vī, sensum vocamus: passi sunt. n. eum oculi videndo qui sunt corporis partes & corpora: ignē āt ex quo nihil corpus est passum quanuis cognitus fuerit, sensum non vocamus. AV. Memoriam quidem tuam probo & sequacē intelligentiam, verum munitio illa definitionis labascit. AD. Cur quæso? A V G V. Quia non negas, vt opinor, nonnihil pati corpus cum crescimus vel senescimus, neq; id nos vllo sensu sentire manifestum est, nec id tñ animam latet. Non igitur eam latet quiddam quod patitur corpus, nec tñ sensus iste appellari potest. Videndo. n. maiora ea q̄ aliqñ minora uideramus, & videndo senes eos quos iuuenes ac pueros fuisse cōstat, coniectamus aliquā talem mutationem nostra corpora ēt nunc dum loquimur pati. Neq; in eo fallimur, vt opinor: nam procliuius est vt me falli dicam q̄ video, q̄ q̄ intelligo capillos meos nunc crescere, corpusue per momenta mutari. Quod si mutatio ista passio corporis est, quod nemo negat, nec nunc sentitur à nobis, nec tamen animam latet, quia nos non latet, patitur, vt dixi, corpus, quod
C non latet animā, nec sensus est tamē. Quare illa definitio, quæ nihil, quod sensus non esset, debebat includere, cū hoc ineluſit, certe vitiosa est. A D. Nihil mihi restare video, q̄ vt te petam, vt aut desinias aliter, aut hanc recures, si potes: nam eam ista ratione, quā vehementer probo, vitiosam esse negare nō possum. AVG. Facile est istam corrigere, quod volo tu audeas: scies enim, mihi crede, si bene intellexisti vbi peccet. AD. Num alibi q̄ vbi aliena comprehendit? AV. Quo tandem modo? AD. Quia quod senescit corpus, quanuis in iuuene non possit negari pati aliquid, idq; cum scimus, non latet animam quiddam quod patitur corpus, neq; tñ vllo sensu percipi p̄t. Nā nec video me modo senescere, neq; id auditu, aut olfactu, aut gustu, aut tactu sentio. A V G. Vnde ergo illud nosti? AD. Ratione id colligo. AVG. Quibus argumentis ratio tua nititur? AD.
D Quod alios video senes, qui, vt ego nunc sum, iuuenes erant. AVGV. Nonne sensus est quo eos vides vnus de quinque? AD. Quis negat? Sed ex eo quod illos video, me quoque cum id non videam, coniecto senescere. AVG. Quid verborum ergo il li definitioni, quo perficiatur, addendum putas, cum sensus non sit, nisi non lateat animā corporis passio, nec tamē ita vt eam per aliā passionem, aut per aliud quodlibet intelligat? A D. Dic quæso istud paulo planius. AVG. Geram tibi morem, & multo libentius retardanti q̄ festinanti. sed fac totus tio quo assis, valebit. n. hoc ad plura quod dicā. Defi examnitio nihil minus, nihil amplius continet, q̄ nanda. id quod susceptum est explicandū, aliter om Cap. 25. nino vitiosa est. Vtrum autē hmōi vitijs careat, conuersione exploraī, quod his exēplis tibi fiat apertius. Si. n. me rogares quid esset homo, & eum hoc mō definirem, homo est animal mortale: non continuo quia verum Definiest, ēt definitionem probare deberes, sed su tio ꝓbā. perpositā ei particula. i. omnis, conuertere il- tur p cō lam & intueri, vtrum etiam conuersa vera uerho. esse: hoc est, quemadmodum verum est, om nem. nis homo animal mortale est, ita esset verum, omne animal mortale homo est, quo aliter inuento, improbare definitionem propter illud vitium quo aliena comprehēdit. Non enim solus homo est animal mortale, Homo sed etiam quæuis bestia. Hæc igitur hominis quid sit. definitio perfici solet, cum additur mortali rationale. nam homo est animal mortale ra E tionale: atq; omnis homo animal rationale mor-

Vtit a- liàs hoc verbo p corrige- re.

mortale est, ita omne animal rationale mortale homo est. Plus continēdo ergo superior definitio vitiosa erat, bestiam enim cum homine cōtinebat: Ista perfecta est, nam & omnem hominem, & nihil plus q̄ hominem tenet. Tenendo autem minus, ita vitiosa est, si addes grammaticum: quanq̄. n. omne animal rationale mortale grammaticum, homo sit, plures tñ homines qui grammatici non sunt, hac definitione non continentur: & ob hoc ista per primā illam propositionem falsa est: cum autem conuertitur, vera. Falsum est enim, omnis homo animal rōnale mortale grammaticum est: sed verū est, omne animal rationale mortale grammaticum, homo est: q̄uis minus contineat. Cum autem neq; per primam propositionē, neq; per conuersionē enūciata vera est: his singulis est profecto vitiosior: vt sunt istæ duæ, Homo est animal candidum: aut homo est animal quadru
F pes. Nā & si dicas, omnis homo animal candidum est, animal quadrupes: falsum dicis, etiam si conuertas, Sed hoc inter se differūt, quod illa prima in aliquos homines cadit, nam plerique sunt homines candidi: hæc altera in neminē, non. n. quisquam homo quadrupes. Hæc pro tpe ad explorandas definitiones didiceris, quemadmodum propositio ne atq; conuersione iudicentur. Sunt alia multa de hoc genere quæ docentur, & verborum plena, & tenebrarum, quæ paulatim vbi opportunum videbitur, conabor, vt discas. Nūc cōuerte animū ad illā definitionē nostram, & eam ꝓpitior, cum discusseris, corrige. Inueneramus enim eam, cum definitio sensus esset, cōplecti aliq̄d qđ sensus nō esset, & ideo nō esse cū cōuertitur, verā. Fortas se. n. verū est, Ois sensus, passio corporis est animam non latens: vt verū est, Omnis homo animal mortale est. At vt falsum est om
G ne animal mortale homo est, quia id est & bestia: ita falsum est, omnis passio corporis non latens animam, sensus est: quia nunc nobis vngues crescunt, nec animam latet. Id enim scimus, neq; id sentimus, sed coniectatione cognoscimus. Quemadmodum ergo illi definitioni hominis vt perficeretur, addi tum est rationale, quo addito bestiæ quæ simul cōtinebantur excluſæ sunt, nihilq; præter hominem, atq; omnem hominē tali definitione comprehendimus, nōne censes aliquid etiam huic addendum esse, quo inde seiungatur quod tenet alienum, nec quicquā in ea nisi sensus & ois sensus intelligatur?

AD. Censeo quidē, sed q̄d addi posit ignoro. AVG. Sēsus est certe omnis corporis nō latens animam: sed conuerti non potest hæc enunciatio, propter passionem illam corporis, qua vel crescit vel decrescit sciētibus nobis, id est, vt non lateat animam. AD. Ita est. A V G. Quid? hæc passio per seipsam non latet animam, an per aliud? A D. Per aliud planè: Aliud est enim videre vngues maiores, aliud scire quod crescant. A V G. Cum ergo crescere ipsum sit passio, quam nullo sensu attingimus, magnitudo autem illa quā sentimus, eadē passione facta, sit, non ipsa sit passio, manifestum est talem passionem non per seipsam scire nos, sed per aliud. Si ergo non per aliud animam non lateret, nonne sentiretur, potius q̄ conijceretur? AD. Intelligo. AVG. Cur ergo dubitas quid illi definitioni sit addendū? AD. Iam video sic esse definiendum, vt sensus sit passio corporis p seipsam non latens animam. Nam & omnis sensus hoc est, & omne hoc, vt opinor, sensus est. AVG. Si hoc ita est, fateor definitionem esse perfectam. Sed tenemus eam si placet vtrum illo secundo vitio non vacillet hominis, cui grammaticū est additū. Nā memi nisse te oportet, quod esse hominē dictū est animal rationale, mortale, grammaticum: eo q̄ peccare istam definitionem, quod conuersione vera est, cū prima enunciatione sit falsa. Nanq; falsū est, ois homo animal rōnale, mortale, grammaticū est: q̄uis verum sit, omne animal rationale, mortale, grāmaticū, homo est. Ergo ideo vitiosa est hæc definitio, quod nihil quidem præter hominem, sed non omnē hominē tenet: & hæc fortasse talis est, de qua velut pfecta gloriamur. Quāq̄. n. omnis passio corporis per seipsam non latens animam sensus sit, non tñ omnis sensus istud est. Quod sic intelligas licet, Bestię nempe sentiunt, ac penè omnes quinq; illis sensibus vigent, quantum cuiq; natura tributum est. An tu id negabis? A D. Nihil minus. A V G. Quid hoc? nōne concedis sciē- Scientia tiam non esse nisi cū res aliqua firma ratio- & ratio ne percepta & cognita est? A D. Concedo. num in A V G. At bestia ratione non vtitur. AD. bestijs. Et hoc concedo. A V G. Non igitur scien- Cap. 26. tia cadit in bestiam. Cum autem non latet aliquid, vtique scitur. Non igitur sentiunt bestiæ, si omnis sensus est cum passio corporis per seipsam non latet animam: sentiunt autem, vt pauloante concessum est. Quid ergo dubitamus illam definitionem

Sensus quid sit. H

improbare, quæ omnem sensum circumplecti minime potuit, siquidem bestiarum sensus excluſus est? AD. Fateor me deceptum, cum tibi concesi scientiam tunc esse, cum aliquid firma rõne percipitur. Solos.n. homines, cum hoc rogabas, intuebar: nã neq; possum dicere rõne vti bestias, nec eis possum scientiã denegare. Sciebat.n. vt opinor, domi num suũ canis, quẽ post viginti annos recognouisse perhibetur, vt taceã de cęteris innumerabilibus. AVG. Dic mihi oro te, si duæ quædam res tibi proponantur, vna ad quam perueniendum sit, altera per quam peruenire possis, quã istarum pluris pendis, & quam cui præponis? AD. Quis dubitat eam præstare ad quam sit perueniendum. VV. Ergo cum sint duæ res quædam scientia & ratio, per scientiam peruenimus ad rationem, an per rationem ad scientiam? AD. Vtraque res sibimet, quantum arbitror, ita
K nexa est, vt per alterutram ad alterã peruenire possit. Nanque ad ipsam rationem non peruenıremus, nisi ad eam perueniẽdum esse sciremus. Præcesslt ergo scientia, vt ad rationem per eã peruenıremus. AV. Quid? ad ipsam scientiam quam dicis præcedere, sine ratione peruenitur? AD. Nunquam hoc dixerim: Nã est ista summa temeritas. AV. Per rationem igitur? AD. Non ita est. AVG. Ergo per temeritatem? AD. Quis hoc dixerit? AVG. Per quid igitur? AD. Per nihil, Quia insita est nobis. AV. Oblitus mihi videris, quid inter nos superius conuenerit, cum rogassem, vtrumnam putares tunc esse scientiam, cum res aliqua firma ratione percipitur. Nam respõdisti, vt opinor, hanc tibi videri humanam scientiam: nunc vero dicis posse hominem habere aliquam scientiã, cũ re nulla ratione pceperit. Quis aũt nõ videat nihil sibi aduersius esse, q̃ ista duo sunt, & non esse sciam, nisi cum res aliqua firma rõne percipitur, & esse cuiusdam rei scientiam nulla ratione perceptæ. Itaque nosse cupio, vtrum horum eligas: nam vtrũque verum esse nullo pacto põt. AD. Hoc eligo quod pauloante dixi. Nam illud supe-
L rius temere me dedisse confiteor. Cum.n. ratione inter nos verũ quæramus, idq; fiat rogando & rñdendo, quo posset ad summam peruenire qua concluditur ratio, nisi prius aliquid concederetur? Concedi aũt recte quiposlit, quod nesciretur? Ita ista ratio nisi inueniret in me aliquid cognitũ, quo innitẽs, ad incognitum duceret, nihil omnino per il-

Odyſſeæ.

lam discerem, nec eam prorsus rõnem nominarem. Quamobrem frustra mihi nõ assentiris ante rõnem necessario esse in nobis aliquam scientiam, vnde ipsa ratio sumat exordium. AVG. Geram tibi morem, & te quidem, vt instituisti, quoties alicuius dati pœnitet, emendare permittam: sed ne (quæso) abutaris ista licentia, & negligenter eum interrogo, attẽdas, ne assidue male concessa ét de iis, quæ bene conceduntur, dubitare te cogant. AD. Perge potius ad cætera. Quãuis enim addã vigilantiæ meæ quicq̃d possum, nam & me pudet de snia cadere toties, nunquam tũ deterrebor pudori huic reniti, & lapsum meum te præsertim manum dante corrigere. Neque enim est ideo suscipiẽda pertinacia, quia optanda constantia. AVGV. Proueniat tibi planè ista constantia quàm citissime põt, ita mihi placitam snam rõcinatio-
protulisti. Sed nũc esto q̃ præsentissimus ad
ista, quæ volo. Quæro enim abs te, quid tibi interesse videatur inter rõnem, & ratiocinationem. AD. Non satis valeo ista discernere. AVG. Hoc ergo intuere, vtrũ existimes homini iã adolescenti, an viro, an, vt omnem ambagem auferã, sapiẽti sine intermissione inesse rõnem, dum mente sanus est, sicut bonam valetudinem corpori, dum peste ac vulneribus caret: ac sicut ambulare, sedere, loqui, modo inesse, modo deesse? AD. Sanæ menti semper puto inesse rationem. AVG. Quid hoc dum per ea quæ conceduntur ac manifesta sunt, vel interrogando alium, vel coniiciendo alia, perducimus nos ad alicuius rei cognitionem? Videturne tibi aut nos, aut quiuis sapiens semp facere? AD. Non semper. Non.n. semper hõ quilibet aut sapiens, quantum opinor, vel secum, vel cum alio quærit aliquid differendo. Nã qui quærit, nondum inuenit: ita si semper quærit, nunq̃ inuenit. Sapiẽs autem iam inuenit, vt nihil aliud dicam, vel ipsam sapientiam, quã, cum esset stultus, differẽdo fortasse, aut quoquo mõ alio poterat, requirebat. AVG. Recte dicis. Quare intelligas volo non esse istam rationem, dũ per ea quæ conceduntur atq; cognita sunt, ad aliquid incognitũ ducimur: hoc.n. non semper, vt iã consensimus, inest mẽti sanæ, rõ ãt semper. AD. Intelligo, sed quorsum ista? AVG. Quia pauloante dixisti, propterea me tibi debere assentiri scientiã nos habere ante rationem, q̃ cognito aliquo nititur, dum nos ratio ad incognitum ducit: nunc autem inuenimus non

non rõnem vocandã esse, dum hoc agit: Nõ enim sana mẽs agit hoc semp, cũ semper habeat rõnem. Sed recte ista fortasse rõcinatio nominat, vt ratio sit quidã mẽtis aspectus, rõcinatio aũt rõnis inquisitio. i. aspectus illius per ea, q̃ aspicienda sunt, motio. Quare ista opus est ad q̃rendũ, illa ad viuẽdũ. Itaq; cũ ille mẽtis aspectus, quẽ rõnem vocamus, coniectus in rem aliquam, videt illam, sciẽtia nominatur: Cum autem non videt mẽs, quanuis intendat aspectum, inscitia vel ignorantia dicitur. Non enim, & his corporalibus oculis omnis qui aspicit videt, quod in tenebris facillime animaduertimus. Ex quo licet, vt opinor, aliud esse aspectum, aliud visionem, quæ duo in mente rõnem,
B & scientiam nominamus: nisi quod te aduersus hæc mouet, aut parum dilucide ista distincta arbitraris. AD. Per mihi hæc distinctio placet, & libẽter assentior. AVG. Vide ergo nunc, vtrum nos aspicere putes vt videamus, an videre, vt aspiciamus. AD. Hinc verò nec cæcus quidem quisquam dubitauerit, aspectum esse pp visionem, nõ visionem pp aspectum. AVG. Fatendum igitur, visionem pluris q̃ aspectum esse pendendam. AD. Fatendum omnino. AVG. Ergo & scientiam pluris quàm rationem. AD. Consequẽs video. AVG. Placetne tibi meliores aut fœliciores esse hominibus bestias? AD. Auertat Deus tam immanẽ amentiam. AVG. Recte sanè exhorruisti, sed ad id nos cogit snia tua. Dixisti enim eas habere scientiã, & non habere rõnem. Rõnem autẽ habet homo, per quam uix ad scientiam peruenitur. Sed vt concedam facile peruenıri, quid nos adiuuabit ratio, vt bestiis nos anteponendos putemus, cum illæ habeant scientiam, & hanc pluris q̃ rõnem pendendam esse compertũ sit. AD. Cogor oio aut scientiam bestiis non concedere, aut nihil recusare quin mihi merito anteponantur. Sed quæso explica illud, quod
C de cane Vlissis cõmemoraui, qualenam sit: nam eius admiratione commotus tam inaniter latraui. AVG. Quid autem hoc putas esse nisi vim quandã sentiendi, nõ sciendi? Sensu enim nos multæ bestiæ superant, cuius rei causam non hic locus est vt quæramus: mente autem, rõne, scientia nos illis Deus præposuit. Sed ille sensus ea quibus tales animæ delectantur, accedente consuetudine, cuius magna uis est, post discernere, atque eo facilius, quod anima beluarũ magis

Differũt ratio, & nnocinatio.

corpori affixa est, cuius illi sunt sensus q̃bus vtitur ad victum voluptatemq́ue, quam ex eodem illo corpore capit. Humana verò anima pp rõnem atq; scientiam, de quibus agimus q̃ sunt ista longe prestantiora sensibus, suspendit se à corpore quantum potest, & ea, quæ intus est, libentius fruitur voluptate, quãtoq; in sensus declinat, tanto magis similiorem hominem decori facit. Inde est quod etiam pueri vagientes, quanto alieniores à ratione sunt, tãto facilius discernũt sensu etiam contactum coniunctionemq́ue nutricum, nec odorem aliarũ pñt sustinere, cum quibus consuetudo non fuit. Quamo- D
brem quanuis aliud ex alio inciderit, libenter tamen in eo sermone demoror, quo admonetur anima, ne se ultra quàm necessitas cogit refundat in sensus, sed ab his potius ad seipsam colligit, & repueraſcat Deo: qđ est nouum hoiem fieri vetere exuto, à quo Ephe. 4.
incipere propter neglectã Dei legẽ certa est necessitas, quo neq; verius neque secrẽtius quicquã scripturis diuinis continetur. Vellẽ hinc plura dicere, ac meipsum constringere, 1. Retradum quasi tibi præcipio, vt nihil aliud agerẽ cta. 8.
quàm reddere me mihi cui me maxime debeo, atque ita Deo fieri, quod ait Horatius, Horati
Amicum mancipium dño. Q đ oio fieri nõ põt, nisi ad eius reformemur imaginẽ, quam nobis, vt precioſissimũ quiddam & charissimum custodiendam dedit, dum nosipsos nobis tales dedit, qualibus nihil posset præter ipm anteponi. Hac autẽ actione nihil mihi videtur operosius, & nihil est cessationi similius, neq; tamen eam suscipere aut implere animus põt, nisi eoipso adiuuãte cui reddit. Vnde fit vt hõ eius clementia reformandus sit, cuius bonitate ac ptãte formatus est. Sed ad propositum redire cogimur. Quare uide vtrum tibi iam probatũ sit, feras non habere sciẽtiam, totamq́; illam velut imaginẽ E
scientiæ, quam miramur, vim esse sentiendi. AD. Probatum sane, & siquid de hoc diligentius quærendum est, aliud tps aucupabor, nunc nosse cupio quid hinc cõficias. AVG. Quid aliud putas, nisi definitio- Scia &
nem illã sensus, vt antea, qđ nescio qd plus sẽsus q̃d
q̃ sensum includebat, ità nunc contrario vi- differãt.
tio vacillare, qđ non omnem sensum potuit Cap. 29
includere. Hñt.n. fere sensum, nec hñt scientiã: quicquid aũt non latet, scit, & omne qđ scit, ad sciam profecto pertinet, de q bus omnibus iam mihi tecum conuenit. Aut igitur non est verum, sensum esse passionem cor-

poris non latentem animã,aut eo carent beſtię, quia ſcientia carent:ſenſum autem concedimus beſtijs: Definitio ergo illa vitioſa eſt. AD. Fateor nihil me inuenire quo reſiſtam. AVG. Accipe aliud quo magis nos huius definitionis pudeat. Nam meminiſti,vt opinor,tertium definitionis vitium tibi demonſtratum,quo prorſus nihil eſt turpius, cum ex neutra parte vera eſt,qualis eſt illa hominis, Homo eſt animal quadrupes: nam ſiue omnis homo animal eſt quadrupes,ſiue omne animal quadrupes homo eſt, qui dicit atque affirmat, inſanit profecto, ſi F non iocatur. AD. Verum dicis. AV. Quid ſi in hoc vitio iſta noſtra deprehenditur,putaſne quicquam magis eſſe quod ſit explodendum atq; exterminandũ de anima? AD. Quis id recuſet? Sed nollem,ſi fieri poteſt, etiam hic tandiu detineri,atq; interrogatiunculis agitari. AVG. Nihil eſt quod metuas, iam enim confectum eſt negocium: an tibi nondũ perſuaſum eſt,cũ de differentia ferarum & hoium ageretur, aliud eſſe ſentire, aliud ſcire? AD. Immo maxime. AVG. Aliud ergo ſenſus,aliud ſcientia. AD. Ita eſt. AVG. Non autem ſentimus ratione, ſed aut viſu,aut auditu, aut olfactu, aut guſtu, aut tactu. AD. Aſſentior. AVG. Et omne quod ſcimus,ratione ſcimus. Nullus igitur ſenſus ſcientia eſt. Quicquid ãt non latet,ad ſcientiam pertinet. Ad nullum ergo ſenſum pertinet non latere, vt nullus homo quadrupes recte dici poteſt. Quamobrem iſta noſtra definitio ſuſcepta tua,non ſolum alienos terminos inuaſiſſe,neque aliquid ſui iuris reliquiſſe, ſed nihil omnino habuiſſe proprium,totumq; alienum occupaſſe cõuiG cta eſt. AD. Quid ergo agemus? Patieriſne illam de iudicio ita diſcedere? Quãquam .n. ego ei defenſionem, qualem potui, præbuerim,tu tũ ipſam litis formulã,q̃ nos decepit compoſuiſti. Et ego quidem tametſi obtinere non potui,bona tũ fide affui, quod mihi ſatis eſt. Tu vero ſi prẽuaricationis arguaris,quid facias à quo & ꝓducta eſt, vt iurgaret audenter,& oppugnata vt turpiter cederet? AVG. Nuncquidnam eſt hic quiſquã iudex,à quo huic vel mihi metuendum ſit? Ego te priuatim quaſi adhibitus iuriſconſultus,inſtruendi cauſa refellere volui, vt cum ad iudicium ventum fuerit,paratus aſſiſtas. AD. Eſt ergo aliquid quod pro iſta proferas, quam mihi inualidiſſimo temere defendendã tuendamq; commẽdas? AV. Eſt certe. AD. Quidnam.i.obſecro? AV. Quia quanquam ſit aliud ſenſus,aliud ſcientia, illud tamen non latere vtriſque cõmune eſt, vt ipſi homini & beſtiæ, quanuis plurimum differant,animal tñ eſſe cõmune eſt:Non latet.n. quicquid animæ apparet,ſiue per temperantiã corporis, ſiue per intelligentiæ puritatem,atque illud primum ſenſus, hoc aũt alterum ſcientia ſibi vendicauit. AD. Manet ergo illa definitio tuta & probata? AV. Manet vero. AD. Vbinam ergo deceptus H ſum? AVG. Vbi rogaui,vtrum omne quod nõ latet ſciatur. Tu.n.huic rogationi temere aſſenſus es. AD. Nam quid velles vt dicerem? AVG. Non continuo eſſe & ſcientiam ſiquid non latet,ſed ſi per rationem nõ latet,ſcientiam? Dum autem per corpus nõ latet,ſenſum vocari, ſi per ſeipſam non lateat,corporis paſsio. An ignoras quibuſdam philoſophis & peracutis viſum eſſe, ne idipſum quidem quod mente comprehenditur, ad nomen aſpirare ſcientiæ, niſi tam firma comprehenſio ſit,vt ab ea mens nulla ratione queat dimoueri. AD. Accipio iſta gratiſsime. Sed quæſo qm̃ quid ſit ſenſus,ſubtiliſsime (quantum arbitror) explicatum eſt, referamus nos ad illã quæſtionem ꝑp quã explicandam hoc ſuſceperamus. Attuleram .n.ego argumentum,quo tantũ probare animam eſſe, quantũ eius eſt corpus,eo ꝙ tangentẽ à capite vſq; ad pedis extremũ pollicẽ ſentit quaquauerſum tetigeris, atq; inde ad ſenſus definitionem morarũ pleniſsimã,ſed forte neceſſario delati ſumus. Itaque ipſum fructum tanti operis iam oſtende, ſi placet. AVG. Eſt omnino atque vberrimus. Nam I totũ quod q̃rebamus,effectum eſt. Si.n.ſenſus eſt corporis paſsio per ſeipſam non latẽs animam,quod vt firmiſsime teneremus, diu tius q̃ velles ſermocinati ſumus,meminiſtine tandem nos comperiſſe ibi ſentire oculos vbi non ſunt,vel potius ibi pati? AD. Memini. AVG. Etiam illud dediſti, niſi fallor,nec modo dubitas dandum fuiſſe, animã multo quàm totum corpus eſt, eſſe meliorẽ ac potentiorem. AD. Hinc vero dubitare nefarium puto. AVG. Age ſi corpus poteſt ibi pati aliquid vbi nõ eſt, propter quandam cum anima contemperationem, quod oculis in cernendo accidere inuentum eſt, adeone aiam craſſam & pigram putamus, per quam ipſi oculi tantum poſſunt, ut eam lateat corporis paſsio ſi non ibi iaceat, vbi paſsio ipſa contingit? AD. Multum me-

mouet

mouet iſta concluſio,& ita multum, vt omnino ſtupeam, & nõ ſolum quid reſpondeã, ſed prorſus vbi ſim,non inueniam. Quid.n. dicam? ſenſum non eſſe, cum corporis paſsio per ſeipſam non lateat animam? Quid erit aliud,ſi hoc non eſt? Oculos nihil pati cum videmus? Abſurdiſsimum eſt eos ibi pati vbi ſunt,vt ſeipſos non videant, nec vbi K ſunt,quicq̃ eſt præter ipſos. Non eſſe oculis animam potentiorem, cum eadem ſit iſtorũ potentia? Nihil eſt dementius. An hoc dicẽdũ eſt,potẽtius eſſe ibi pati,vbi quidq̃; ſit, q̃ vbi non ſit? Sed ſi hoc verum eſſet, nõ eſſet præſtantior viſus cæteris ſenſibus. AVG. Quid quod ictum aliquẽ, vel incidẽs quippiam,vel humoris perturbationẽ, cũ ibi patiantur oculi vbi ſunt, neq; hoc aiam latet, nec iſta paſsio viſus,ſed tactus vocatur:& tñ talia pati oculus poſſet etiã in exanimi corpore, q̃uis deeſſet anima,quã paſsio non lateret: illud autem qđ pati non põt oculus, niſi adſit anima,id eſt,quod vidẽdo patitur, hoc ſolũ ibi patitur,vbi non eſt? Ex quo cui non videatur, nullo loco animam contineri? Siquidem oculus,qđ eſt corpus,id tantũ non loco ſuo patitur,quod nunq̃ ſine anima pateretur. AD. Quid igitur faciã,quæſo te? Nonne iſtis rõnibus confici poteſt, animas noſtras nõ eſſe in corporibus? Qđ ſi ita eſt, nonne vbi ſim,neſcio? Quis enim mihi eripit,quod ego ipſe anima ſum? AVG. Ne perturbere,ac magis bono animo facito ſis. Iſta enim cogitatio & conſideratio ad noſmetipſos inuitat,& quãtũ licet, auellit à corpore. L Quod ãt tibi viſum eſt,non eſſe aiam in corpore viuentis animantis, quanquam videatur abſurdum, non tamen doctiſſimi homines, quibus id placuerit, defuerunt, neque nunc arbitror deeſſe: Sed vt ipſe intelligis, res eſt ſubtiliſsima, & ad quam cernendam mentis acies ſatis purganda eſt. Nunc attende potius quid aliud afferas quo conuincas animam,vel longam,vel latam eſſe,vel quid ciuſmodi. Nam illud argumentum tuũ de tangendi ſenſu, ſentis non attingere veritatem, nec valere aliquid, vt eam per totum corpus tanquã ſanguinem diffuſam eſſe conuincat: aut ſi iam, quod afferas, nihil habes,videamus quæ reſtant. AD.

Vermicu li feſti ſão motu antur. Cap.31.

Nihil haberẽ fortaſſe, niſi recordarer quantum pueri mirari ſoleremus palpitãtes lacertarum caudas amputatas à cætero corpore, quem motũ ſine anima fieri nullo modo mihi perſuadere poſſum:neque quo pacto fiat, vt nullum ſit animæ ſpatiũ,quando præcidi etiam cum corpore poteſt,intelligo. AVG. Poſſem reſpõdere,aerem & ignem,quę duo per animæ præſentiam tenentur in corpore terreno & humido, vt omniũ quatuor fiat contemperatio, dum poſt eiuſdẽ animæ abſceſſum ad ſuperna euadũt ac ſeſe expediũt, M mouere illa corpuſcula tanto concitatius, quanto plagæ recentiores ſubito erumpunt: deinde porro motum langueſcere,poſtremo deſinere,dum minus minusq̃; fit,quod effugit,ac deinde totum euolat. Sed ab hoc me reuocat quod his hauſi oculis penẽ ſerius q̃ credi poteſt, ſed certe nõ ſerius q̃ deberem. cum enim nuper in agro eſſemus Liguriæ, noſtri illi adoleſcentes qui tunc mecũ erant ſtudiorum ſuorum gratia,animaduerterunt humi iacentes in opaco loco reptantem beſtiolam multipedem,longum dicam quendã vermiculum: vulgo notus eſt,hoc tamen qđ dicam nunquam in eo expertus eram. Verſo nanque ſtylo quem forte habebat vnus illorum,animal medium percuſsit, Tum ambæ partes corporis ab illo vulnere in contrarias diſceſſerunt,tãta pedum celeritate, ac nihilo imbecilliore niſu, quàm ſi duo huiuſcemodi animantia forent. Quo miraculo exterriti, cauſæque curioſi,ad nos vbi ſimul ego & Alipius conſidebamus, alacriter viuentia fruſta illa detulerunt. Neq; nos parum commoti, ea currere in tabula quaquauerſum poterant cernebamus:atq; vnum ipſorum ſtylo tactum,cõtorquebat ſe ad doloris locum, A nihil ſentiente alio ac ſuos alibi motus peragente. Quid plura? Tentauimus quatenus id valeret,atq; vermiculum,immò iam vermiculos in multas partes concidimus: ita omnes mouebantur, vt niſi à nobis illud factum eſſet, & compararent vulnera recẽtia, totidem illos ſeparatim natos, ac ſibi quenq; vixiſſe crederemus. Sed tunc ego quod illis adoleſcentibus dixi, cũ intenti me intuerentur,tibi nunc dicere vereor. Iam.n. tm̃ proceſsimus,vt niſi tibi aliter reſpondero,quod ſecundum meam cauſam probabiliter valet, tota noſtra intentio per tam longum munita ſermonẽ,ab vno vermiculo penetrata ſuccubuiſſe videatur. Illis ãt præceperam vt in ſtudijs ſicut cœperant,ſuũ curſum tenerẽt: ita eos opportunius aliquando ad quærenda & diſcutienda iſta,ſi res moneret eſſe venturos. Sed quæ illis diſcedentibus cum Alipio ſermocinatus ſum,cũ vterq̃; noſtrũ pro ſuo quiſque modulo recordaretur, & coniecta-

ret

ret & quærere, si exponere velim, longè plura à nobis dicenda sunt, quàm, ab ipso principio tantiis ambagibus atque anfractibus dicta sunt. Non apud te tamé tacebo quod sentio, nisi mihi tunc multa iam nota essent de
B corpore, de specie quæ ineſt corpori, de loco, de tempore, de motu, quæ ſubtiliſsime atque abſtruſiſsime propter hancipſam q̃ſtionem diſſeruntur, ad dandum palmam ijs, qui
aliàs, destructis ume. corpus esse animam dicũt, declinarem. Qua propter te ut possum etiam atque etiam moneo, ne temere aut in libros aut in disputationes loquaciſsimorum hominũ, nimiumq́ue ſenſibus his corporeis credentium te præcipites, donec corrigas firmesq́ue veſtigia, quæ vſque ad ipſum Deũ aiam ducunt: ne ab illo ſecretiſsimo & tr̃aquilliſsimo mẽtis habitaculo, à quo nunc dum hæc incolit peregrina eſt, ſtudijs facilius & laboribus, q̃ inertia deſidiaq́ue auertaris. Nũc autem accipe contra illud quo ut ſentio multum moueris, non quod robuſtius de multis, ſed qđ breuis, neque quod mihi probabilius quàm cætera, ſed quod tibi aptius eligere potui. AD. Dic, oro te, q̃ citiſsime potes. A V G. Primum illud dico, ſi maxime cauſa lateat, cur in conciſione quorundam corporum illa contingant, non continuo nos hoc vno ita perturbari oportere, vt tam multa quæ ſuperius luce clariora tibi viſa ſunt, falſa eſſe arbitremur. Feri enim poteſt vt huius rei cau
C ſa nos lateat, quæ vel humanæ naturæ occultata eſt, vel ſit alicui homini cognita, nec iſte à nobis interrogari poſsit, aut etiam hoc ingenio ſimus, vt ſatisfacere nobis interrogatus non poſsit. Nunquidnam ex eo quicquid ex cõtraria parte firmiſsime didicimus ac veriſsimum eſſe confitemur, labi nobis atque extorqueri decet? Atqui ſi illa maneant integra, quæ interrogatus certa & indubia eſſe reſpondiſti, nihil eſt quod iſtum vermiculum pueriliter metuamus, quãquam viuacitatis et numeroſitatis eius cauſam non valeamus afferre. Si enim apud te de aliquo fixum immotumq́; conſtaret, quod eſſet vir bonus eumq́ue in latronum conuiuio quos pſequereris deprehenderes, atq; aliquo caſu antequã ab te interrogari poſſet moreretur, quamlibet cauſam putares potius illius cum ſceleratis coniunctionis atque conuiuij, etiã ſi te ſemper lateret, quàm ſcelus, & ſocietatem. Cur ergo non cum tam multis argumentis ſuperius æditis, atq; abs te firmiſsime comprobatis, planum tibi factum ſit, non lo-

co animam contineri, atq; ob hoc nullius talis eſſe quantitatis, qualem in corporibus cer D
nimus, aliquã ſuſpicaris eſſe cauſam, cur nõ nullum animal conciſum in omnibus partibus viuat, nõ ea tñ quod cũ corpore aia cõci di potuerit? Quam ſi reperire non poſſumus, nonne quærenda eſt potius vera, quàm falſa credenda? Deinde quæro abs te, vtrũ Diuiſio corpore, quomodo non diuidat anima. Ca. 32. putes i uerbis noſtris aliud eſſe ipſum ſonũ, aliud quod ſono ſignificatur. AD. Ego vtrunq; idem puto. A V G. Dic mihi ergo, ſonus ipſe vnde procedat cum loqueris. AD. Quis dubitet à me procedere. AVG. Abs te ergo ſol procedit dum nominas ſolem? AD. De ſono me, non de re ipſa interrogaſti. A V G. Aliud ergo ſonus eſt, aliud res quam ſignificat ſonus: tu autem vtrunque idem eſſe dixeras. AD. Age iam concedo aliud eſſe ſignificantem ſonum, aliud rẽ quæ ſignificatur. A V G. Dic ergo, vtrum poſsis gnarus latinæ linguę nominare in loquendo ſolem, ſi non intellectus ſolis præcederet ſonum? A D. Nullo modo poſſem. A V G. Quid antequam ipſum nomen de ore procedat, ſi volens id enunciare aliquandiu te in ſilentio teneas, nonne in tua cogitatione manet, quod expreſſa voce alius auditurus eſt? A D. Manifeſtum eſt. A V G. E
Quid cum ipſe ſol tantæ ſit magnitudinis, num illa notio eius, quam cogitatione ante vocem tenes, aut longa, aut lata, aut quid eiuſmodi videri poteſt? A D. Nullo modo. A V G. Age iam dic mihi, cum ore ipſum nomen erumpit tuo, atque id ego audiens ſolem cogito, quem tu ante vocem & cum ipſa voce cogitaſti, & tunc fortaſſe ambo cogitamus, nonne tibi videtur nomen ipſum veluti accepiſſe abs te ſignificationẽ, quam ad me per aures deportaret? A D. Videtur. Nomen ad ſonũ, ſonus ad aures, ſignificatio ad mentem pertinet. A V G. Cum ergo nomen ipſum ſono, & ſignificatione conſtet, ſonus autem ad aures, ſignificatio ad mentem pertineat, nonne arbitraris in nomine velut in aliquo animante ſonum eſſe corpus, ſignificationem aũt quaſi animam ſoni? A D. Nihil mihi videtur ſimilis. A V G. Attende nunc, vtrum nominis ſonus per literas diuidi poſsit, cũ aia eius, id eſt, ſignificatio non poſsit? Siquidem ipſa eſt, quam pauloante in noſtra cogitatione nec latam nec longã reſpondiſti tibi videri. A D. Prorſus aſſentior. A V G. F
Quid cum per literas ſingulas ſonus ille diuidit, videt tibi ſignificationẽ illã retinere? A D. Quomodo poſſunt ſingulæ literæ

ſignificare quod nomen, quod ex his confectum ſit ſignificat? A V G. At cum perdita ſignificatione diſcerptus in literis ſonus eſt, num aliud putas eſſe factum, q̃ dilaniato corpore diſceſsiſſe animam, & quaſi mortem quandam nominis contigiſſe. A D. Non ſolũ aſſentior, ſed ita libẽter, vt nihil me magis in hoc ſermone delectauerit. A V G. Si ergo ſatis perſpexiſti in hac ſimilitudine, quomodo poſsit diſſecto corpore anima non ſecari, accipe nũc qũo fruſtra ipſa corporis, cum anima ſecta non ſit, uiuere poſsint. Iã enim conceſsiſti, & recte, vt opinor, ſignificationem, quæ quaſi anima ſoni eſt, dũ nomen æditur per ſeipſam nullo pacto diuidi poſſe, cum ipſe ſonus, qui velut corpus eius eſt, poſſit. Sed in ſolis nomine ita ſoni eſt facta diuiſio, vt nulla pars eius ſignificationem aliquã retineret. Itaq; illas literas dilacerato corpore nominis, tanq̃ ex anima membra, id eſt, ſignificatione carentia conſiderabamus. Quamobrem ſi aliquod nomen inueneri-
G mus, quod diuiſum queat etiam ſingulis partibus quidpiam ſignificare, concedas oportet non omnimodã veluti mortem tali præciſio ne factam eſſe, cũ tibi mẽbra ſeparatim conſiderata quodlibet ſignificantia, & quaſi ſpirantia videbuntur. A D. Concedã oino, & ut iã idipſum ſones, flagito. A V G. Accipe: Nã dũ viciniã ſolis attẽdo de cuius nomine ſuperius egimus, lucifer mihi occurrit, qui profecto inter ſecundã & tertiã ſyllabã ſciſſus nonnihil priore parte ſignificat, cum dicimus luci, & ideo in hoc plus q̃ dimidio corpore nominis viuit. Extrema ẽt pars habet animã: nã cum ferre aliquid iuberis, hãc audis. Qui.n. poſſes obtemperare, ſiquis tibi diceret, ſer codicem, ſi nihil ſignificaret, ſer: quod cum additur luci, lucifer ſonat, & ſignificat ſtellam: cum autem demitur, nonnihil ſignificat, & ob hoc quaſi retinet uitam. Cũ autem locus & tp̃s ſit quibus omnia quæ ſentiuntur, occupantur, vel potius quæ occupant quod oculis ſentimus per locũ, quod auribus per tempus diuiditur. Vt.n. vermiculus ille plus loci totus q̃ pars eius occupabat, ita maiorem tẽporis moram tenet cum lucifer dicitur, q̃ ſi luci tantummodo dicere
H tur. Quare ſi hoc ſignificatione viuit in ea diminutione temporis, quæ diuiſo illo ſono facta eſt, cum eadem ſignificatio diuiſa non ſit, non enim ipſa per tp̃s diſtendebatur, ſed ſonus: ita exiſtimandum eſt, ſecto vermiculi corpore, q̃q̃ in minore loco pars eoipſo quo pars erat viueret, non omnino animam ſectam, nec loco minore, minorem eſſe factã, licet integri animantis membra omnia per maiorem locum porrecta ſimul poſſederit. Non.n. locum ipſa, ſed corpus quod ab eadẽ agebatur, tenebat: ſicut illa ſignificatio nõ diſtenta per tp̃s, oẽs tamen nominis literas ſuas moras ac tpa poſsidentes, velut animauerat atq; cõpleuerat. Hac ſimilitudine interim contentus ſis peto, qua te ſentio delectatum. Quæ autem ſubtiliſsime de hoc diſputari poſſunt, ita vt non ſimilitudinibus, quę plerunq; fallunt, ſed rebus ipſis ſatisfiat, ne in præſentia expectes. Nam & concludẽ dus eſt tam longus ſermo, & multis aliis quę tibi deſunt, animus ad hæc intuenda & perſpicienda præcolendus eſt, vt poſsis intelligere liquidiſsime, vtrum quod à quibuſdam doctiſsimis viris dicitur ita ſeſe habeat animam per ſeipſam nullo modo, ſed tamen per corpus poſſe partiri. Nunc accipe à me, ſi velis, vel potius recognoſce per me, quanta ſit anima, non ſpatio loci ac temporis, ſed ui ac potentia. Nam ita ſi meminiſti propoſi- De numero animarũ quo inuoluta. tum ac diſtributum iam diu nobis eſt. De numero vero animarum, neſcio quid tibi reſpondeam, cũ hoc ad iſtam q̃ſtionem pertinere putaueris. Citius enim dixerim non eſſe omnino quærendum, aut certe tibi nũc differendũ, q̃ vel numerum ac multitudinẽ non pertinere ad quantitatem, vel inuolutã quæſtionem modo à me tibi poſſe expediri. Si enim dixero vnam eſſe animam, conturbaberis, quod in altero beata eſt, in altero miſera, nec vna res ſimul & beata & miſera poteſt eſſe. Si vnam ſimul & multas dicam eſſe, ridebis: nec mihi facile vnde tuum riſum comprimam, ſuppetit. Sin multas tantummodo eſſe dixero, ipſe me ridebo, minusq́; me mihi diſplicentem q̃ tibi perferam. Audi ergo quod ex me bene te audire poſſe polliceor. Quod vero aut ambobus, aut alteri noſtrum ita onerofum eſt, vt fortaſſe opprimat, ne ſubire aut imponere velis. A D. Cedo prorſus, & quod tibi congruenter mecum videtur agi poſſe, quantũ Varia animæ in homine operatio Ca. 33. valeat anima, expecto vt exponas. A V G. O vtinam doctiſsimum aliquẽ, neq; id tũ, ſed ẽt eloquentiſsimum, & omnino ſapientiſſimum, perfectumq́; hominẽ de hoc ambo interrogare poſſemus, quonã ille modo quid K
aia in corpore valeret, quid in ſeipſa, quid apud deum, cui mundiſsima proxima eſt, & in quo habet ſummũ atq; omne bonũ ſuũ,

dicendo

dicendo ac disputando explicaret. Nunc autem cum mihi ad hanc rẽ desit aliud, audeo tamen tibi non deesse: sed hoc mercedis est, quod dum quid valeat anima, indoctus expedio, quid ipse valeã, securus experior. In primis tamen tibi amputem latissimã quandã & infinitã expectationẽ, ne me de omni anima dicturum putes, sed tãtum de humana, quam solã curare debemus, si nobismetipsis curæ sumus. Hæc igitur primo, quod cuiuis animaduertere facile est, corpus hoc terrenum atque mortale p̃sentia sua viuificat, colligit in unum, atque in vno tenet, diffluere atque contabescere non sinit: alimenta per membra æqualiter suis quibusque redditis distribui facit, congruentiam eius modumq́ conseruat, non tantum in pulchritudine, sed etiam in crescendo atque gignẽdo. Sed hæc omnia homini etiam cum arbustis communia videri queunt. Hęc enim ẽt dicimus viuere, in suo vero quidq́; illorum genere custodiri, ali, crescere, gignere videmus atque fatemur. Ascende itaque altegrum gradum, & vide q d posit aia sensibus, vbi euidentior manifestiorq́ue vita intelligitur. Non enim audienda est, nescio quæ impietas rusticana planè magisq́; lignea quàm sint ipsæ arbores, quibus patrocinium p̃bet quę dolore vitem quando vua decerpitur, et non solum sentire ista cum cæduntur, sed ẽt videre atque audire credit. De quo errore sacrilego, alius est differendi locus. Nũc, quod instituerat, attende, quę sit vis aiæ in sensibus, atq; in ipso motu manifestior est animantis, quorum nobis cum ijs quæ radicibus fixa sunt, nulla potest esse cõmunio. Intendit se anima in tactum, & eo calida, frigida, aspera, lenia, dura, mollia, leuia, grauia sentit atque discernit. Deinde innumerabiles differentię saporum, odorum, sonorum, formarum gustando, olfaciendo, audiendo, videndoq́ue diiudicat. Atque in ijs omnibus, ea quæ secundum naturam sui corporis sunt, ascisçit atque appetit, reiicit fugitq́; cõtraria. Remouet se ab his sensibus certo interuallo temporum, & eorum motus quasi per quasdam ferias reparans, imagines rerũ quas p eos hausit, secum cateruatim, & multipliciter versat, & hoc totum est somnus, & somnia. Sæpe etiam gestiendo ac vagando facilitate motus delectatur, & sine labore ordinat membrorum concordiam, pro copulatione sexus agit quod põt, atque in duplici natura, societate atq; amore molit vnũ.

Primus gradus animæ.

Secũdus gradus animæ.

Peri-- phrasis somni.

Fœtibus non iam gignendis tm̃modo, sed ẽt fouendis, tuendis, alendis, atque cõseruandis conspirat. Rebus inter quas corpus agit, & quibus corpus sustentat, consuetudine sese innectit, & ab eis quasi membris ægre separatur: quæ consuetudinis vis etiam seiunctionem rerum ipsarum, atque interuallo temporis nõ discissa memoria vocatur. Sed hæc rursus omnia posse animam etiam in bestijs nemo negat. Ergo attollere in tertium gradum qui iam est homini proprius, & cogita memoriam non consuetudine ino litarum, sed animaduersione atq; signis cõmendatarum ac retentarum rerum innumerabilium, tot artes opificum, agrorum cultus, extructiones vrbium, variorum ædificiorum ac moliminum multimoda miracula: inuentiones tot signorum in literis, in verbis, in gestu, in huiusce modi sono, in picturis, atque figmentis: tot gentium linguas, tot instituta, tot noua, tot instaurata: tantum librorum numerum, huiusmodi monimentorum ad custodiendã memoriam, tantãq́ue curam posteritatis: officiorum, potestatũ, honorum, dignitatumq́ue ordines, siue in familijs, siue domi, militiæq́; in republica, siue in prophanis, siue in sacris apparatibus: vim ratiocinandi, & excogitandi fluuios eloquentiæ, carminum varietates, ludendi ac iocandi causa milleformes simulationes, modulandi peritiam, dimetiẽdi subtilitatem, numerandi disciplinam, præteritorum ac futurorum ex p̃sentibus coniecturam: Magna hæc et oĩno humana. Sed ẽ & adhuc ista partim doctis atque indoctis, partim bonis ac malis animis copia communis. Suscipe igitur atque insili quarto gradui, ex quo bonis incipit, atque omnis vera laudatio. Hinc enim anima se non solum suo, siquam vniuersi partem agit, sed ipsi etiam vniuerso corpori audet p̃ponere, bonaq́; eius bona sua nõ putare, atq; potentiæ pulchritudiniq́ue suę cõparata, discernere atque contemnere. Et inde quo magis se delectat, eo magis sese abstrahere à sordibus, totamq́ue emaculare, ac mũdissimam reddere & cõptissimam: roborare se aduersus omnia q̃ de p̃posito ac sententia dimouere moliuntur, societatẽ humanã magnipendere, nihilq́; velle alteri quod sibi nolit accidere: sequi authoritatẽ ac præcepta sapiẽtium, & per hæc loqui sibi Deo credere. In hoc tam præclaro actu aiæ inest adhuc labor, & contra huius mundi molestias atque blãditias magnus acerrimusq́ue cõflictus. In ipso

Tertius gradus animæ.

Quartus gradus aiæ.

ipso enim purgationis negocio subest metus mortis sæpe non magnus, sæpe vero vehemẽtissimus. Non magnus tũ, cũ robustissime creditur: nam videre hoc vtrum sit verum, nõ nisi perpurgatæ animę licet, tanta dei prouidentia iustitiaq́; gubernari omnia, vt nulli mors inique accidere possit, ẽt si eã forte iniquus intulerit. Vehementer aũt formidatur mors in hoc iam gradu, cũ & illud eo credit infirmius, quo solicitius quæritur, & eoipso minus videtur, quo tranquillitas p̃pter metum minor est inuestigandis obscurissimis rebus perneceſsaria. Deinde quo magis magisq́; sentit aĩa, eoipso q̃ p̃ficit, quãtũ intersit inter puram & contaminatam: eo magis timet, ne deposito isto corpore, minus eam possit deus q̃ seipsam, ferre pollutam. Nihil autem difficilius q̃ & non metuere mortem, & ab illecebris huius mundi, sicut pericula ipsa postulant, tẽperare. Tanta est tũ anima, vt etiam hoc possit adiuuante sanè iustitia summi & veri Dei, qua hæc vniuersitas sustentatur & regitur: qua etiã factum est, vt non modo sint omnia, sed etiam sic sint, vt omnino melius esse non possint. Cui se in opere tam difficili mundationis suæ adiuuandam & perficiendã pijssime tutissimeq́; cõmittit. Quod effectũ erit, cum fuerit ab omni tabe anima libera maculisq́; diluta, cũ se deniq́; in seipsa lætissime tenet, nec omnino aliquid metuit sibi, aut vlla sua causa quicq̃ angitur. Est ergo iste quintus gradus. Aliud est enim efficere, aliud tenere puritatẽ: & alia prorsus actio qua se inquinatam redintegrat, alia qua non patitur se rursus inquinari. In hoc gradu omnifariam concipit quanta sit. Quod cum cõceperit, tunc verò ingenti quadã & incredibili fiducia pergit in deũ. i. in ipsam contemplationem veritatis, & illud propter quod tãtum laboratum est, altissimum & sacratissimum premium. Sed hæc actio, id est, appetitio, intelligendi ea q̃ vere summeq́; sunt, summus aspectus est animæ, quo perfectiorem, meliorem, rectioremq́; non habet. Sextus ergo erit iste gradus actionis. Aliud est enim mundari oculum ipsum animæ, ne frustra & temere aspiciat & praue videat: aliud ipsam custodire atq; firmare sanitatem: aliud iam serenum atque rectum aspectum in id, quod videndum est, dirigere. Quod qui prius volunt facere, q̃ mundati & sanati fuerint, ita illa luce reuerberantur veritatis, vt nõ solũ nihil boni, sed ẽt mali plurimum in ea putent esse, atq; ab ea nomen veritatis abiudicent, & cũ quadam libidine & voluptate miserabili in suas tenebras, quas corũ morbus pati põt, medicinæ maledicentes refugiant. Vnde diuino afflatu, & prorsus ordinatissime illud à propheta dicitur: Cor mundũ crea in me deus, & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. Spiritus. n. rectus est, credo, quo fit ut anima in veritate quærenda deuiare atq; errare nõ possit. Qui profecto in ea non instauratur, nisi prius cor mundum fuerit, hoc est, nisi prius ipsa cogitatio ab omni cupiditate ac fece rerum mortalium sese cohibuerit & eliquauerit. Iam vero in ipsa visione atq; cõtemplatione veritatis, qui septimus atq; vltimus animæ gradus est, neq; iam gradus, sed quædam mansio, quò illis gradibus peruenitur, quæ sint gaudia, quæ perfruitio veri & summi boni, cuius serenitatis atq; æternitatis afflatus, quid ego dicam? Dixerunt hæc quantum dicenda esse iudicauerunt magnæ quædam & incomparabiles animæ, quas etiam vidisse ac videre ista credimus. Illud planè ego nunc audeo tibi dicere, nos si cursum quem nobis Deus imperat, & quem tenendum suscepimus, constantissime tenueri mus, prruenturos per virtutẽ dei atq; sapientiam ad summam illam causam, uel summũ authorẽ, vel summum principium rerũ omnium, uel siquo alio modo res tanta cõgruentius appellari potest: quo intellecto vere videbimus, q̃ sint omnia sub sole vanitas vanitantium. Vanitas enim est fallacia, vanitãtes autem vel falsi, vel fallentes, vel vtriq; intelliguntur. Licet tũ dignoscere quantum inter hæc, & ea quæ vere sunt, distet, & quem admodum tamen etiam ista omnia deo authore creata sint, & in illorum cõparatione nulla sint, per se autem considerata mira atque pulchra. Tunc agnoscemus q̃ vera nobis credenda imperata sint, quãq; optime ac saluberrime apud matrẽ ecclesiã nutriti fuerimus, quæue sit vtilitas lactis illius quod Apostolus Paulus paruulis se potum dedisse prædicauit: quod alimentum accipere, cum quis matre nutritur, vtilissimum est, cũ iam grandis est, pudendum, respuere cũ opus est, miserandum: reprehendere aliquando aut odisse, sceleris & impietatis, tractare autẽ ac dispensare commode, laudis & charitatis plenissimum est. Videbimus etiam naturæ huius corporeæ tantas commutationes & vicissitudines, dum diuinis legibus seruit, vt etiã ipsam resurrectionẽ carnis, quæ partim tardius,

Septimus gradus animæ.

Ecclesi. 1: 1. Retr. cap. 7. Ita frequenter citat.

1. Cor. 3.

Psal. 50.

dius,partim oĩno non creditur, ita certã teneamus, vt certius nobis nõ sit solẽ,cũ occiderit,orturũ.Iã vero eos qui ad exẽplũ salutis nostræ ac primitias à filio dei potentissimo,æterno,incommutabili susceptum hominem,eundemq; natum esse de virgine,cæteraq; huius historiæ miracula irridẽt,sic cõtẽnemus,tanq̃ eo pueros,q cũ pictorẽ ꝓpositis tabulis,quas intueatur pingentem viderint,non putent posse hominẽ pingi,nisi aliã picturã qui pingit,aspexerit. Tãta aũt in cõtẽplanda veritate voluptas est,quãtacũq; ex parte eã quisq; contẽplari potest:tanta puritas,tanta synceritas,tam indubitanda rerũ fides,vt neq; quicquam prẽter ea scisse se aliquando aliquis putet, cum sibi scire videbatur,& quo minus impediatur anima toti tota inhærere veritati,mors quæ antea metuebatur,id est,ab hoc corpore omnimoda fuga & elapsio, pro summo munere desideretur.

Aĩa confert ad res conditas & deum.

Audisti quantauis sit aĩæ ac potentia, quod vt breuiter colligam,quemadmodum fatendum est animã humanã non esse quod deus est:ita præsumendũ, nihil inter omnia quæ creauit,deo esse propinquius. Ideoq; diuinè ac singulariter in ecclesia catholica traditur,

Ca. 34.

nullam creaturam colendam esse animæ, libentius enim loquor his verbis, quibus mihi hæc insinuata sunt, sed ipsum tantum modo rerum,quæ sunt omniũ creatorẽ, ex quo

Rom.11

omnia,per quẽ omnia,in quo omnia, id est, incommutabilem veritatẽ, incommutabilẽ æternitatem,incommutabilem virtutem,incommutabilem charitatem,vnum verũ deũ atq; perfectũ, qui nunquã nõ fuerit,nũquã non erit,nunquã aliter fuerit, nunquã aliter erit. Quo nihil sit secretius, nihil præsentius, q difficile inuenitur vbi sit, difficilius vbi non sit:cum quo esse nõ omnes possunt, & sine quo esse nemo potest: & siquid de illo incredibilius, conuenientius tamẽ atq; aptius homines dicere valemus.Hic ergo solus deus animæ colendus est,neq; discretè,neq; confusè.Quicquid enim anima colit vt deũ, necesse est, vt melius esse, q̃ seipsam putet. Animæ autem natura,nec terra, nec maria, nec sydera,nec luna,nec sol, nec quicq̃ omnino quod tangi,aut his oculis videri pot,nõ deniq; ipsũ qd̃ videri à nobis nõ pot,cœlũ, melius esse credendum est. Immò hæc omnia longe deteriora esse, q̃ est quælibet anima,ratio certa conuincit: si modo eam veri amatores ducentem per insolita quædam,& ob hoc ardua constantissime atq; obseruantissime sequi audeant.Siqd vero aliud est in rerum natura, præter ista quæ sensibus nota sunt,& prorsus quæ aliquod spatium loci obtinent, quibus omnibus præstantiorem animam humanam esse diximus. Siquid ergo aliud est eorũ,q̃ deus creauit, quiddã est deterius,quiddam par:deterius,vt anima pecoris: par,vt angeli: melius autẽ nihil.Et si qñ est aliquid horũ melius,hoc peccato eius fit, non natura. Quo tamẽ non vsq; adeo fit deterior,vt ei pecoris anima præferẽda aut cõferenda sit. Deus igitur solus ei colẽdus est, qui solus eius est author. Homo aũt qlibet alius quãquã sapiẽtissimus & ꝓfectissimus, vel prorsus quælibet anima rõnis cõpos atque beatissima,amanda tãtummodo & imitanda est,eiq; pro merito atq; ordine, quod ei congruit deferendũ.Nã dominũ deũ tuũ adorabis,& illi soli seruies. Errantibus verò cognatis animis & laborantibus,quantum licet atq; præceptum est opem ferendam esse sciamus, ita vt hoc ipsum cum bene agitur, deum,per nos agere intelligamus.Neq; quãquã nobis propriũ vẽdicemus inanis gloriæ cupiditate decepti, quo vno malo à summo in ima demergimur. Neq; vitijs oppressos, sed ipsa vitia,neq; peccatores, sed ipsa peccata oderimus.Omnibus enim subuentum vel le debemus, etiam qui nos læserunt, aut lædere,aut omnino lædi volunt. Hæc est vera, hæc est perfecta,hæc sola religio, per quam deo reconciliari pertinet ad animæ, de qua quærimus, magnitudinem, qua se libertate dignam facit. nam ille ab omnibus liberat, cui seruire omnibus vtilissimum est, & in cuius seruitio placere perfectè sola libertas est. Sed video me penè excessisse metas propositi mei, ac sine vlla interrogatione tandiu tibi multa dixisse, neque id me pœnitet. Nam cum sint ista per tam multas ecclesię scripturas dispersa,quanq̃ ea nõ incõmodè collegisse videamur, plene tamen intelligi nequeunt, nisi quisquis in illorum sẽptẽ quarto gradu fortiter agens, pietatemq; custodiens, & ad ea percipienda sanitatẽ,ac robur comparans, inquirat oĩa singillatim diligentissime ac sagacissime:nãque illis omnibus gradibus inest distincta & ꝓpria pulchritudo, quos actus melius appellamus. Querimus quippe de aĩæ potentia, & fieri potest vt hæc omnia simul agat, sed id solũ sibi agere videatur quod agit cum difficulte,aut certe cum timore. Agit enim hoc multo q̃ cætera attentior. Ascendentibus igitur sursum

De potentia animæ iuxta septẽ gradus.

Ca. 35.

sursum versus, Primus actus docendi causa dicatur animatio: secundus,sensus: tertius, ars:quartus,virtus:quintus,trãquillitas: sextus,ingressio:septimus, contemplatio. Possunt & hoc modo appellari:Primus, de corpore:secũdus,ꝑ corpus:tertius,circa corpus: quartus, ad seipsam: quintus,in seipsam:sextus,ad deum:septimus,apud deũ. Possunt & sic:Pulchrè de alio,pulchrè ꝑ aliud, pulchrè circa aliud,pulchrè ad pulchrum,pulchrè in pulchro,pulchrè ad pulchritudinẽ, pulchrè apud pulchritudinem. De quibus omnibus post requires,siquid uidebitur aperiendum: nũc ideo volui tot ista signare vocabulis, ne te moueat cũ alij alijs noibus eadẽ vocant, aut aliter etiã partiuntur, & ob hoc aut ista aut illa improbes: innumerabilibus.n.modis eædẽ res & appellari & diuidi possunt rectissime ac subtilissime,sed in tãta copia modorũ utitur quisq;, quo se cõgrueter uti existimat. Deus igit summus & uerus lege inuiolabili & incorrupta,qua omne,quod condidit, regit,subucit animæ corpus, animã sibi,& sic omnia sibi, neq; in vllo actu eandẽ deserit,siue pœna,siue præmio. Id enim indicauit esse pulcherrimũ, vt esset quicquid est,quo est:& ita naturæ gradibus ordinaretur, ut considerantem vniuersitatem nulla offenderet ex ulla parte deformitas,omnisq; animæ pœna & omne præmium conferret semper aliquid ꝓportioni iustæ pulchritudinis,dispositioniq; rerũ omniũ.Datum est enim animæ liberũ arbitriũ, quod qui nugatorius ratiocinationibus labefactare conant, vsqueadeò cæci sunt,ut ne ista ipsa quidẽ vana atq; sacrilega propria voluntate se dicere intelligant:nec tamen ita liberum arbitrium animæ datum est, vt quodlibet eo moliens, ullã partẽ diuini ordinis legisq; perturbet. Datũ est enim à sapientissimo atq; inuictissimo totius creaturæ dño: sed ista vt videnda sunt, uidere paucorum est, neq; ad hoc quisq̃ nisi uera religione fit idoneus. Est.n. religio uera,qua se vni deo anima, vnde se peccato velut abruperat, reconciliatione religat. Innectit ergo animam in illo actu tertio,atq; incipit ducere,purgat in quarto, reformat in quinto, introducit in sexto, pascit in septimo: atq; hoc sit alias citius, alias tardius,vt quæq; amore ac meritis valent: omnia tamen deus iustissime, moderatissime, pulcherrime facit, quoquo modo sese habere voluerunt, de quibus facit. Iã verò

et puerorũ infantium cõsecrationes quantũ

prosint,obscurissima qõ est, nonnihil tamẽ prodesse credendũ est. Inueniet hoc ratio, cũ quæri oportuerit: quanq̃ & alia multa iam diu quærenda tibi potius aliquando, q cognoscenda protulerim. Quod fiet vtilissime,si duce pietate requirãtur. Quæ cũ ita sint, quis est qui iuste stomachetur, quod agendo atq; ministrando corpori anima data sit, cum tantus & tã diuinus rerum ordo connecti melius non posit? Aut quærendũ putet, qualis in hoc mortali & fragili corpore efficiatur,cum & in mortem propter peccatum iure contrusa sit, & virtute hic etiam possit excellere? Aut qualis post hoc corpus futura sit, cum & pœna mortis necessario manere debeat, manente peccato,& virtuti pietatiq; sit deus ipse,id est,veritas ipsa præmiũ? Quare si iam placet,tanı longũ sermonem terminemus aliquãdo,& implendis dei præceptis vigilantissime & religiosissime operam demus:non enim est alia fuga de tãtis malis. Siquid autem obscurius à me dictum est q̃ velles, facito vt memoriæ mandatum aliãs opportunius requiras. Neq;.n. deerit nobis quærentibus se, qui desuper est magister omniũ. A D. Ego vero & hac oratione tua ita sum affectus,vt eam interpellare nefas putauerim: & si tibi modus sermonis hic placet, tresque illæ quæstiones quæ remanebant tam breuiter perstringendæ in præsentia visæ sunt, cedam iudicio tuo, ac deinceps tam magnis rebus inuestigandis, non modo tempus propter tuas occupationes, sed etiam meipsum opportuniorem seruabo.

Libri de Quantitate animæ Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Libero Arbitrio Liber primus.

Deus quo malorũ author.c.1.

DIc mihi (quæso te) vtrum deus non sit author malı? A V G. Dicam, si planum feceris de quo malo quæras. Duobus.n.modis appellare solemus malũ:vno, cum male quenque fecisse dicimus: alio, cum mali aliquid esse perpessum. E V. De vtroque scire cupio. AVG. At si deum bonũ esse nosti vel credis,neque enim aliter fas est,

fas est,malum nō facit: rursus si deum iustū fatemur, nam & hoc negare sacrilegum est, vt bonis præmia, ita supplicia malis tribuit: quæ vtique supplicia patientibus ma'a sunt. Quamobrem si nemo iniuste pœnas luit, quod necesse est credamus, quandoquidem diuina prouidentia hoc vniuersum regi credimus, Illius primi generis malorum nullo modo, huius autem secundi author est deus. E V. Est ergo alius author illius mali, cuius deum non esse compertum est? A V G. Est certe:non enim nullo authore fieri posset. Si autem quæris,quisnam iste sit dici non potest: non enim vnus aliquis est, sed quisq; malus sui malefacti author est. Vnde si dubitas,illud attende quod su-
1. Retr. pra dictum est: Malefacta iustitia dei vindicari.Non enim iuste vindicarentur, nisi fierent voluntate. EV. Nescio vtrum quisquā peccet,qui non didicerit.Quod si verū est, quisnam sit ille à quo peccare didicerimus, inquiro. AVG. Aliquid boni existimas esse disciplinam? EV. Quis audeat dicere malū esse disciplinam? AV G. Quid si nec bonū nec malum est? E V. Mihi bonum videtur. AV G. Bene sanè. Siquidem scientia per illam datur aut excitatur, nec quisquam nisi per disciplinam aliquid discit. An tu aliter putas? E V. Ego per disciplinam non nisi bona disci arbitror. AVG. Vide ergo ne nō discantur mala: nam disciplina nisi à discen
D do non dicta est. EV.Vnde ergo ab homine fiunt, si non discuntur? AV G. Eo fortasse quod se à disciplina, id est,à discendo auertit atq; abalienat: sed siue hoc, siue aliud aliqd sit,illud certe manifestum est: quoniam disciplina bonum est, & à discendo dicta est disciplina,mala disci omnino non posse. Si enim discuntur, disciplina continetur,atque ita disciplina non erit bonum: bonum est autem,vt ipse concedis. Non igitur discuntur mala, & frustra illum à quo male facere discimus,quæris: aut si discuntur,mala vitanda non facienda discuntur. Ex quo malefacere nihil est nisi à disciplina deuiare.
Malefacere qd. E V. Prorsus ego duas disciplinas esse puto, vnam per quam bene facere, aliam per quā male facere discimus. Sed cum quæreres vtrum disciplina bonum esset, ipsius boni amor intentionem meam rapuit, ut illam disciplinam intuerer, quæ benefaciendi est, ex quo bonum esse respondi: nunc autem admoneor esse aliam, quam proculdubio malum esse confirmo, & cuius authorem requiro. AV G. Saltem intelligentiam non nisi bonum putas? E V. Istam planè ita bonam puto, vt non videam quid in homine E posit esse præstantius: nec vllo modo dixerim aliquam intelligentiam malam esse posse. AVG. Quid cum docetur quisq;, si nō intelligat,poteritne tibi doctus videri? E V. Omnino non poterit. AV G. Si ergo omnis intelligentia bona est, nec quisquam qui non intelligit, discit: omnis qui discit, bene facit. Omnis enim qui discit, intelligit: & omnis qui intelligit, benefacit: Quisquis igitur quærit authorem, per quem aliquid discimus, authorem profecto per quē benefaciamus, quærit. Quapropter desine velle inuestigare nescio quem malum doctorem. Si enim malus est, doctor non est. Si doctor est, malus non est. E V. Age iam quoniam satis cogis vt fatear, non vos discere male facere, dic mihi vnde male faciamus? AVG. Eam quæstionem moues, quæ me admodum adolescentem vehementer exercuit,& fatigatum in hæreticos impulit, atq; deiecit. Quo casu ita sum afflictus, & tantis obrutus aceruis inanium fabularū, vt nisi mihi amor inueniendi veri opem diuinam impetrauisset,emergere inde, atq; in ipsam primam quærendi libertatem respirare non possem. Et quoniam mecum sedulo F actum est,vt ista quæstione liberarer, eo tecum agam ordine,quem secutus euasi. Aderit enim deus,& nos intelligere quod credimus, faciet: Præscriptum enim per prophe tam gradum,qui ait,nisi credideritis non intelligetis: tenere nos debemus, si bene nobis conscii sumus. Credimus autem ex vno deo omnia esse quæ sunt, & tamen non esse peccatorum authorem deum.Mouet autem animum,si peccata ex ijs animabus sunt, quas deus creauit, illæ autem animæ ex Deo,quo modo non paruo interuallo peccata referantur in deum. E V. Id nunc planè abs te dictum est, quod me cogitantem satis excruciat, & quod ad istam inquisitionem coegit & traxit. AV G. Virili animo esto, & crede quod credis.Nihil enim creditur melius, etiam si causa lateat cur ita sit. Optime nāq; de deo existimare verissimum est pietatis exordium, nec quicquam de illo optime existimat, qui non eum omnipotentem, atque ex nulla particula commutabilem credit, bonorum etiam omnium creatorem, quibus est ipse præstantior, rectorem quoque iustissimum eorum omnium,quæ creauit nec

Malæ vn de. ca.2.

Esaiæ.7.

G uit nec ulla adiutum esse natura in creando quasi qui non sibi sufficeret. Ex quo fit vt de nihilo creauerit omnia,de se autem nō creauerit,sed genuerit quod sibi par esset, quem
Col.2. filium Dei vnicum dicimus, quē cū planius enunciare conamur,Dei virtutem & Dei sapientiā nominamus,p quā fecit oia, quę de nihilo facta sunt. Quibus constitutis,ad intelligentiam eius rei quam requiris,opitulā-
alii ex malū si non retur. p.3. te Deo nitamur hoc modo. Quæris certe vnde mala faciamus. Prius ergo discutiendū est, quid sit malefacere:qua de re tibi qd videatur exprome. Quod si non potes totū simul breuiter verbis comprehendere, saltē particulatim malefacta ipsa commemorando, sententiam tuam notam fac mihi. E V. Adulteria,homicidia & sacrilegia, vt omittā cętera, quibus enumerandis vel tempus vel memoria non suppetit,quis est cui nō malefacta videantur? AVG. Dic ergo prius,cur adulterium male fieri putes. An quia id facere lex vetat? E V. Non sanè ideo malum est,quia vetatur lege, sed ideo vetatur lege, quia malū est. AVG. Quid si quispiā nos exagitet,exaggerans delectationes adulterij,
H & quærens à nobis cur hoc malū,& damnatione dignum iudicemus:num ad authoritatem legis confugiendum censes hominibus, iam non tm credere, sed intelligere cupientibus? Nam & ego tecum credo,& inconcusse credo,omnibusque populis atque gentibus credendum esse clamo, malum esse adulteriū:sed nunc molimur id qđ in fidem recepimus,etiā intelligendo scire ac tenere firmissimū. Consydera itaque quantū potes,& renuncia mihi, quanā ratione adulteriū malū esse cognoueris. EV. Hoc scio malum esse, Tob.4. Matt.7. qđ hoc ipse in vxore mea pati nollē. Quisquis āt alteri facit qđ sibi fieri non vult,male vtique facit. AV G. Quid si cuiuspiam libido ea sit, vt vxorem suam p̄beat alteri,libenterque ab eo corrumpi patiatur, in cuius uxorem vicissim cupit parem habere licentiam, nihilne mali tibi facere videtur? E V. Immo plurimum. AVG. At non iste tua regula peccat. Non.n.id facit quod pati nolit. Quamobrē aliud tibi q̄rendū est, vnde malum eē adulteriū cōuincas. EV. Eo mihi videtur malum,quod huius criminis homines uidi sæpe damnari. AVG. Quid? Propter rē facta nonne homines plerunque damna-
I ti sunt? Recense historiam, ne te ad alios libros mittam,eamipsam quæ diuina authoritate præcellit. Iam inuenies quàm male de Apostolis, & de oībus martyribus sentiamus,si placet nobis dānationē certū indiciū esse malefacti, cum illi omnes dānatione digni,propter confessionē suam iudicati sunt. Quamobrē si quicquid damnat, malum est, malum erat illo tēpore credere in Christū, & ipsam confiteri fidem. Si autem nō omne malum est quod damnatur, quære aliud vnde adulterium malū esse doceas. E V. Quid tibi respondeam,non inuenio. AVG. Fortasis ergo libido in adulterio malum est: sed dum tu foris in ipso facto, quod iam videri potest,malum quæris,pateris angustias. Nā De pœ-
ut intelligas libidinem in adulterio malum ni.dist.1. esse,si cui etiam non contingat facultas con- Cap. cumbendi cum coniuge aliena, planum ta- Si cui men aliquo modo sit id eū cupere,& si pote- ettam. stas detur,facturum esse, nō minus reus est, quàm si in ipso facto deprehenderetur. EV. Nihil est omnino manifestius, & iam video non opus esse longa sermocinatione, vt mihi de homicidio,sacrilegio,ac prorsus de omnibus peccatis psuadeatur. Clarum est.n.iā nihil aliud quàm libidinem in toto malefaciendi genere dominari. A V G. Scisne etiā K istam libidinē alio nomine cupiditatem uocari? EV. Scio. AVG. Quid inter hanc & An pe-
metum,nihilne interesse, an aliquid putas? cet qui E V. Immò plurimum hæc ab inuicē distare arbitror. AVG. Credo te ob hoc arbitra metu oc ri,quia cupiditas appetit, metus fugit. E V. ciderit Est ita vt dicis. A V G. Quid si ergo quis- hominē. Cap.4. piam non cupiditate adipiscēdæ alicuius rei, sed metuens ne quid ei mali accidat, hominem occiderit:num homicida iste non erit? E V. Erit quidem,sed nō ideo factum hoc cupiditatis dominatu caret. nam qui metuens hominē occidit,cupit vtique sine metu viuere. AVG. Et paruum tibi videtur bonum sine metu uiuere? EV. Magnum bonum est,sed hoc illi homicidæ per facinus suū prouenire nullo modo potest. AVG. Non quæro qd ei prouenire possit,sed quid ipse cupiat. Certe enim bonū cupit, qui cupit metu liberari, & idcirco ista cupiditas culpanda non est, alioquin omnes culpabimus amatores boni. Pronde cogimur fateri esse homicidium, in quo nequeat malæ illius cupiditatis dānatio reperiri:falsumq; erit illud,qđ in oībus peccatis vt mala sint,libido dominetur: aut erit L aliquod homicidium, quod possit non esse peccatum, si homicidiū est hominem occidere, pōt tñ occidere aliquando sine peccato. Nā & miles hostem, & iudex vel minister eius

Universidad de Deusto Biblioteca

23. q. 5. C. Si homicidiũ.

nocentem, & cui forte inuito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi uidentur peccare, cum hominem occidũt. EV. Assentior. Sed homicidæ isti appellari non solent. AV. Respondere itaq;, vtrum illũ qui dominum occidit, à quo sibi metuebat cruciatus graues, in eorũ numero habendũ existimes, qui sic hominem occidunt, vt ne homicidarũ quidem nomine digni sint? EV. Longe ab eis istũ differre video. nam illi vel ex legibus faciunt, vel non contra leges: huius aũt facinus nulla lex approbat. AVG. Rursus me ad authoritatem reuocas. Sed meminisse te oportet, id nũc à nobis esse susceptũ, vt intelligamus qđ credimus, legibus ãt credimus. Tentandum itaq; est, siquo modo possum, idipsum intelligere, vtrum lex quæ punit hoc factum, non perperã puniat. EV. Nullo modo perperam punit, quandoquidẽ punit eum qui volens & sciens dominũ necat, quod nullus istorum facit. AVG. Et quid recordaris te pauloante dixisse, in omM ni facto malo libidinem dominari, & eoipso malũ esse? EV. Recordor sanè. AV. Quid illud? Nonne idem tu concessisti, eum qui cupit sine metu viuere, non habere malam cupiditatem? EV. Et hoc recordor. AVG. cum ergo ista cupiditate à seruo dominus interimitur, non illa culpabili cupiditate interimitur. Quamobrem cur sit hoc facinus malum, nondũ comperimus. Conuenit. n. inter nos omnia malefacta non ab aliud mala esse, nisi quod libidine. i. improbanda cupiditate fiunt. EV. Iam mihi videtur iniuria iste damnari: quod quidem non auderẽ dicere, si aliud haberem quod dicerẽ. AV. Itane prius tibi persuasisti tñ scelus impunitum esse oportere, q̃ consyderares vtrum ille seruus propter satiãdas libidines suas metu domini carere cupiuerit? Cupere nanq; sine metu viuere, nõ tãtũ bonorũ, sed ẽt malorũ omnium est. Verũ hoc interest, quod id boni appetunt auertendo amorem ab ijs rebus, quæ sine amittẽdi periculo nequeũt habere: mali autem, vt his fruẽdis cum securitate incumbant, remouere impedimentũ conãtur, & propterea facinorosam sceleratamq; uitã quę mors melius vocatur, gerãt.
A EV. Resipisco, & admodum gaudeo tã me plane cognouisse, quid sit etiã illa culpabilis cupiditas, quæ libido noiatur. Quam esse ã apparet carũ rerũ amorẽ, quas pt quisq; inuitus amittere. Quare nunc age q̃ramus, si placet, vtrum ẽt in sacrilegijs libido

Libido quid sit.

dñetur, q̃ videmus plura sine superstitione committi. AV. Vide ne præproperum sit, prius enim mihi disputandũ vr, vtrum vel hostis irruens, vel insidiator sicarius, siue pro vita, siue pro libertate, siue p pudicitia, siue vlla interficiatur libidine. EV. Quomodo possum arbitrari carere istos libidine, qui p ijs rebus digladiantur, quas possunt amittere inuiti: aut si non possunt, quid opus est pro his vsq; ad hominis necẽ progredi? Nõ ergo lex iusta est, q̃ dat ptãtem vel viatori, vt latronẽ, ne ab eo ipse occidatur, occidat: vel cuipiã uiro aut fœminæ, vt violẽter sibi stupratorẽ irruentẽ ante illatũ stuprũ, si possit, interimat: nam militi etiã iubetur lege, vt hostẽ necet: à qua cæde si temperauerit, ab imperatore pœnas luit. Num istas leges iniustas, vel potius nullas dicere audebimus? Nã mihi lex esse non vr, quæ iusta nõ B fuerit. AVG. Legẽ q̃dẽ satis video esse munitam contra huiuscemodi accusationẽ, quæ in eo populo quem regit, minoribus malefactis, ne maiora committerentur, dedit licentiã. Multo est. n. mitius eum, qui alienę uitæ insidiatur, q̃ eũ, qui suam tuetur, occidi. Et multo est immanius inuitum hominem stuprum perpeti, q̃ eum, à quo illa vis infertur, ab eo cui inferre conatur interimi. Iam vero miles in hoste interficiendo minister est legis, quare officium suũ facile nulla libidine impleuit. Porrò ipsa lex, quæ tuẽdi populi causa lata est, nullius libidinis argui põt. Siquidem ille qui tulit, si Dei iussu tulit. i. quod præcepit æterna iustitia, expers omnino libidinis id agere potuit. Si aũt ille cum aliqua libidine hoc statuit, non ex eo fit, vt ei legi cũ libidine obtemperare necesse sit: quia bona lex & à nõ bono ferri potest. Nõ enim siquis, verbi causa, tyrannicam potestatem nactus ab aliquo cui hoc conducit, precium accipiat, vt statuat nulli licere vel ad coniugium fœminam rapere propterea mala lex erit, quia ille iniustus atq; corruptus C hanc tulit. Potest ergo illi legi, quæ tuendorum ciuium causa vim hostilem eadem vi repelli iubet, sine libidine obtẽperari. Et de omnibus ministris, qui iure atq; ordine potestatibus q̃busq; subiecti sunt, id dici pt. Sed illi homines lege inculpata, quomodo inculpati queãt esse, nõ video: non. n. lex eos cogit occidere, sed relinquit in ptãte. Liberum eis itaq; est neminẽ necare p ijs rebus, quas inuiti possunt amittere, & ob hoc amittere debẽt. De vita. n. fortasse cuipiã fit dubium, vtrum

An licet at uim vi repellere. Cap. 5.

vtrũ animæ nullo pacto auferatur, dum hoc corpus interimitur: sed, si auferri potest, cõtemnenda est: si non potest, nihil metuendũ. De pudicitia vero quis dubitauerit, quin ea sit in ipso animo constituta, quandoquidem virtus est? Vnde à uiolento stupratore eripi nec ipsa põt. Quicquid igit erupturus erat ille qui occidit, id totum in ptãte nostra non est: quare quemadmodum nostrum appellandum sit, nõ intelligo. Quapropter legem quidẽ nõ reprehẽdendo, quæ tales permittit interfici: sed quo pacto istos defendã qui interficiunt, non inuenio. EV. Multo minus ego inuenire possum, cur hoibus defensionẽ quæras, quos reos nulla lex tenet. AVG. Nulla fortasse, sed earum legũ quæ apparẽt, & ab hominibus leguntur. nã nescio vtrum D non aliqua vehementiore ac secretissima lege teneantur, si nihil rerum est quod non administret diuina prouidẽtia. Quomõ. n. apud eam sunt isti pctõ liberi, qui pro ijs rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt? EV. Videtur ergo mihi, & legem istam, quæ populo regendo scribitur, recte ista permittere, & diuinam prouidentiã vindicare. Ea enim vindicanda sibi hæc lex populi assumit, quæ satis sint cõciliandæ paci hominibus imperitis, & quanta possunt per hoiem regi. Illæ vero culpæ alias pœnas aptas habent, à quibus sola mihi videtur posse liberare sapientia. AVG. Laudo & probo istam, quãuis inchoatã minusq; perfectam, tñ fidentem & sublimia quædã petentẽ distinctionem tuam. Videtur enim tibi lex ista, quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedere atq; impunita relinquere, quæ per diuinam tñ prouidentiam vindicãtur, & recte. Neq; enim quia non omnia facit, ideo quæ facit improbanda sunt. Sed E per legem istam, quę populos in hac vita cohibet malefacta vicissenda sint. Deinde quid restet, quod per diuinã prouidentiã ineuitabilius secretoq́ue puniatur. EV. Cupio, si modo peruenire possit ad tantæ rei terminos. nam hoc ego infinitum puto. AVG. Immo adesto animo, & rationis vias pietate fretus ingredere. Nihil est enim tam arduũ atq; difficile, quod non Deo adiuuante planissimum atq; expeditissimũ fiat. In ipsum itaq; suspenũ, ab eo auxilium deprecantes, quod instituimus, quæramus. Et prius rñde mihi vtrũ ista lex, quæ literis promulgatur, hominibus hanc vitam viuentibus opitulatur. EV. Manifestum est. nam ex hoibus vtiq; populi ciuitatesq; consistunt. AVG. Quid ipsi homines & populi eiusne generis rerum sunt, vt interire mutariue non possint, æternique omnino sint? An vero mutabiles temporibusque subiecti sunt? EV. Mutabile planè atq; tẽpori obnoxium hoc genus esse quis dubitet? AVG. Ergo si populus sit bñ moderatus et grauis, cõmunisq; vtilitatis diligẽtissimus custos, in quo vnusquisque minoris rem priuatam q̃ publicam pendat, nonne recte lex fertur, qua huic ipsi populo liceat creare sibi magistratus, per quos sua res, id est publica administretur? EV. Recte prorsus. AVG. Porrò si pau- F latim deprauatus idem populus, rẽ priuatã reipub. præferat, atq; habeat venale suffragium, corruptusq; ab eis qui honores amãt, regimẽ in se flagitiosis cõsceleratisq; cõmittat, nõne itẽ recte siquis tũc extiterit uir bonus, qui plurimũ possit, adimat huic populo ptãtem dandi honores, & in paucorũ bonorum, vel etiam vnius redigat arbitrium? EV. Et id recte. AVG. Cũ ergo duæ istę leges ita sibi videantur esse cõtrariæ, vt una earum bonorum dandorum populo tribuat ptãtem, auferat altera, & cum ista secũda ita lata sit, vt nullo modo ambæ in una ciuitate simul esse possint, num dicemus aliquam earum iniustam esse, & ferri minime debuisse? EV. Nullo modo. AVG. Appellemus ergo istã legẽ, si placet, tẽporalem, quę quanuis iusta sit, commutari tamen per tpa iuste põt. EV. Appellemus. AVG. Quid illa lex, quæ summa ratio nominaẽ, cui sem- Ratio le per obtemperandum est, & per quam mali gis animiseram, boni beatam vitam merentur, per ma. quam deniq; illa, quam temporalem vocandam diximus, recte fertur, recteq́; mutatur, potestne cuipiam intelligenti non incommutabilis æternaq́ue videri? An potest aliquando iniustũ esse, vt mali miseri, boni aũt G beati sint: aut ut modestus & grauis populus ipse sibi magistratus creet, dissolutus vero, & nequã ista licentia careat? EV. Video hanc æternã esse atq; incommutabilẽ legẽ. AVG. Simul etiã te videre arbitror in ista temporali nihil esse iustum atq; legitimum, quod nõ ex hac æterna sibi hoies deriuauerint. Nam si populus ille quodam tpe iuste honores dedit, quodã rursus iuste nõ dedit, hæc vicissitudo temporalis ut iusta esset, ex illa æternitate tracta est, qua semper iustum est graue populum honores dare, leuem nõ

dare. An tibi aliter videtur? EV. Assentior. AVG. Vt igitur breuiter æternæ legis notionem, quæ impressa nobis est, quantum valeo verbis explicé, ea est qua iustum est, vt omnia sint ordinatissima. Tu si aliter existimas, prome. EV. Quid tibi vera dicēti contradicam, non habeo. AEG. Cum ergo hæc sit vna lex, ex qua illæ omnes tēporales ad homines regendos variantur, num ideo ipsa variari vllo modo potest? EV. Intelligo omnino non posse: Neque enim ulla vis, vllus casus, vlla rerum labes vnquā effecerit, H vt iustum non sit omnia esse ordinatissima. Scientiæ & expe- rientiæ di- stat: q̄ lex, vt dictum est, temporalis est. Et Cap. 7. AVG. Age nunc videamus, homo ipse ex hominibus vna lege sociatis, populus cōscrimen. dic mihi, vtrum certissimū tibi sit viuere te? EV. Hoc vero quid certius rñderim? AV. Quid illud, potesne dignoscere aliud esse viuere, aliud nosse se viuere? EV. Scio quidē neminē se nosse viuere, nisi viuentem: Sed vtrum omnis viuens nouerit se viuere, ignoro. AVG. Quàm vellem vt credis, ita etiā scires pecora carere ratione, cito nostra disputatio ab ista quæstione transiret: sed qm̄ nescire te dicis, longam sermocinationem moues. Neq; n. talis res est, qua prætermissa pergere in ea quæ intendimus, tāta connexione rationis, quanta opus esse sentio, sinamur. Dic itaque mihi, cum sæpe viderimus bestias ab hominibus domitas, id est, non corpus bestiæ tantum, sed & animā ita homini subiugatam, vt voluntati eius sensu quo- I dā & consuetudine seruiat, vtrum tibi vllo modo fieri posse videatur, vt bestia quælibet immanis vel feritate, vel corpore, vel etiam sensu quolibet acerrima pari vice sibi hominem subiugare conetur, cum corpus eius seu clàm multæ interimere valeant? EV. Nullo modò istud fieri posse consentio. AVG. Bene sanè. Sed item dic mihi, cū manifestum sit, viribus cæterisque officijs corporis à plurimis bestijs hominem facile superari, quæ nam res sit qua homo excellit, vt nulla ei bestiarum, ipse autem multis imperare possit? An forte ipsa est, quæ rationalis intelligentia dici solet? EV. Non inuenio aliud, quandoquidem in animo est id quo beluis antecellimus. Quæ si exanimes essent, dicerem nos eo præstare, q animam habemus. Nūc vero cum et illa sint animalia, id quod eorum animis non ineſt vt subdantur nobis, ineſt ât nostris vt eis melio- res simus, quoniam neq; paruū aliquid esse cuiusuis apparet, quid aliud rectius q̄ ratione vocauerim? AVG. Vide q̄ facile fiat Deo aduersante quod homines difficillimum putant. Nā ego, fateor tibi, quæstionem istam, quæ, vt intelligo terminata est, tandiu nos retenturam putauerā, q̄ fortasse omnia quę dicta sunt ab ipso nostræ disputationis exordio. Quare accipe iam, vt deinde ratio connectatur. Nā credo te ignorare, id quod scire dicimus, nihil esse aliud q̄ rōne hñe perceptū. EV. Ita est. VG. Qui ergo scit se vi K uere rōne non caret. EV. Consequens est. AVG. Viuunt autem bestiæ, & sicut iam emicuit, rationis expertes sunt. EV. Manifestū est. AVG. Ecce igitur iam nosti quod te ignorare respondeas, non omne quod viuit scire se viuere, quanquā oē quod se viuere sciat, necessario viuit. EV. Non mihi est iam dubium: perge quo intenderas. Aliud enim viuere esse, aliud viuere se scire, satis dici. AV. Quid ergo tibi horum duorū vī esse præstantius? EV. Quid putas, nisi scientiam vitę? AVG. Meliorne tibi videt vitæ scientia q̄ ipsa vita? An forte intelligis superiorem quandam & synceriorem vitam esse scientiam, quam scire nemo potest, nisi qui intelligit? Intelligere ât quid est, nisi ipsa lucē mentis illustrius perfectiusque viuere? Quare tu nisi fallor, nō vitæ aliud aliquid, sed cuidā vitæ meliorem vitam præposuisti. EV. Optime omnino & cognouisti & explicasti sniam meam; si tamē scientia mala esse nunquā potest. AV. Nullo modo arbitror, nisi cū translato verbo scientiam p expientia dicimus: Experiri. n. non semper bonum L est: sicut experiri supplicia. Illa vero q̄ proprie ac pure sciētia nominatur, quia ratione atq; intelligentia paratur, mala esse quomō potest? EV. Teneo & istam differentiā: psequere cætera. AVG. Illud est quod volo dicere: hoc quicquid est quo pecoribus hō præponitur, siue mens, siue spūs, siue vtrunque rectius appellatur: nā utrumq; in diuinis libris inuenimus, si dominetur atq; imperet cæteris quibuscunque homo, constat tūc esse hominem ordinatissimum. Videmus. n. hñe nos, non solū cum pecoribus, sed ēt cum arbustis & stirpibus multa cōia. Nanq; alimentum corporis sumere, crescere, gignere, vigere, arboribus quoq; tributum videmus, quæ infima quadam vita continentur. Videre aūt atq; audire, & olfactu, gustu & tactu corporalia sentire posse bestias, & acrius plerasq; Ratione præcellit homo. Cap. 8.

rasq; q̄ nos, cernimus & fatemur. Adde vires & valētiam firmitatēq; mēbrorū, & celeritates, facillimosq; corporis motus, q bus omnibus quasdam earū superamus, quibusdā æquamur, à nonnullis etiam vincimur. Genus tū ipsum rerū est nobis certe cōmu- M ne cum beluis. Iā vero appetere voluptates corporis & vitare molestias, ferinæ vitæ omnis actio est. Sunt alia quædā, quæ iā cadere in feras non videntur, nec tū in homine ipso summa sunt, vt iocari & ridere. Quod humanū quidem, sed infimū hominis iudicat, quisquis de natura humana rectissime iudicat. Deinde amor laudis & glorię, & affectatio dominandi, quæ tā si bestiarū non sunt, non tamē earū rerū libidine bestiis meliores non esse arbitrandum est. Nā & iste appetitus cū rationi subditus nō est, miseros facit. Nemo autē cuiquam miseria se præponēdū putauit. Hisce igitur motibus animæ cum ratio dominatur, ordinatus homo dicendus est. Non enim ordo rectus, aut ordo appellandus est omnino, vbi deterioribus meliora subiiciuntur. An tibi non uidetur? EV. Manifestum est. AVG. Ratio ista ergo vel mens vel spiritus cum irrationales animi motus regit id. s. dominatur in homine, cui dominatio lege debet ea quā ęternā esse cōperimus. EV. Intelligo ac sequor. AVG. Cū ergo ita homo constitutus atq; ordi- natus est, nonne tibi sapiens videtur? EV. Nescio alius quis mihi sapiēs homo videri possit, si hic non videtur. AVG. Credo etiam te illud scire pleroſq; homines stultos esse. EV. Hoc quoq; satis constat. AVG. At si stultus sapiēti est cōtrarius, qm̄ sapientē cōperimus, quis etiā stultus sit, profecto iam intelligis. EV. Cui non appareat hunc esse, in quo mens summam potestatem non habet? AVG. Quid igitur dicendum, cū homo ita est affectus, deesse illi mentem: an quanuis insit, eam carere dominatu? EV. Hoc potius qd̄ vltimum posuisti vel subiecisti, peruellem abs te audire, quibus documentis perceptū habeas mentē inesse homini, quæ suum non exerat principatū. AVG. Vtinā tuas istas partes facere velles: nam nō mihi facile est sustinere quod ingeris. Illud saltem facile est tibi recordari, qd̄ pauloante diximus, quemadmodū bestiæ mansuefactæ ab hoībus ac domitæ seruiant, quod ab eis viciſsim homines, vt demonstrauit ratio, paterentur, nisi aliquo excellerent. Id aūt non inueniebamus in corpore. Ita cū in aīo esse appareret, quid aliud appellandū esset, q̄ ratio, non comperimus: quā postea & mentem & spiritum vocari recordati sumus. Sed si aliud ratio, aliud mens, constat certe non nisi mentem vti posse rōne. Ex quo illud conficitur, eum qui rationē habet, mente carere nō posse. EV. Probè ista reminiscor ac teneo. AVG. Quid illud, credisne domito- B res beluarum nisi sapientes esse non posse? Eos enim sapientes voco, quos veritas vocari iubet, id est, qui regno mētis omni libidinis subiugatione pacati sunt. EV. Ridiculum est tales putare istos, quos vulgo mansuetarios nūcupāt, vel etiam pastores aut bubulcos, aut aurigas, quibus oībus domitū pecus subiectum uidemus, & quorū industria indomitū subijci. AVG. En igit habes documentū certissimū, quo manifestū fiat inesse mētē homini sine dominatu. His quippe ineſt mens: agunt enim talia, quæ agi sine mente non possent: non tamen regnat: nam stulti sunt. Neq; regnū mētis nisi sapientiū esse percognitum est. EV. Mirum est hoc iā fuisse à nobis in superioribus confectum, & mihi quid rñderem, non potuisse in mentē venire. Sed alia cōtexamus. Iam enim & Regnū regnum mētis humanę humanā esse sapien- mentis, tiam, & eam posse etiam non regnare com- & rerū pertū est. AVG. Putasne ista mente, cui re collatio. gnum in libidines æterna lege concessum eē Ca. 10. cognoscimus, potentioré eē libidinem? Ego enim nullo pacto puto. Neque enim esset ordinatissimum, vt impotentiora potētioribus imperarent. Quare necesse arbitror esse, vt C plus possit mēs quàm cupiditas, eoipso quo cupiditati recte iusteque dominatur. EV. Ego quoque ita sentio. AVG. Quid virtutē? Omnemne dubitamus omni vitio sic anteponere, vt virtus quanto melior atque sublimior, tanto firmior inuictiorque sit. EV. Quis dubitauerit? AVG. Nullus igitur vitiosus animus virtute armatū aīum superat. EV. Verissimum est. AVG. Iam corpore omni qualemlibet animum meliorem potē tioremq; esse non te arbitror negaturū. EV. Nemo id negat, qui, quod facile est, videt, aut substantiam viuentem non viuenti, aut eam quæ vitam dat ei quæ accipit, esse præferendā. AVG. Multo minus igitur corpus, qualecunque id sit, animum virtute præditum vincit. EV. Euidentissimum est. AV. Quid animus iustus, mensque ius proprium imperiūque custodiens, nō pōt aliā mentem pari æquitate ac virtute regnātē,

ex arce deijcere atq; libidini subiugare? EV. Nullo modo, non solum propter eandem in vtraq; excellētiam, sed ēt ꝙ à iustitia prior decidet, fietq; vitiosa mens, quæ aliam facere conabitur, eoq; ipso erit infirmior. AV. D Bene intelligis, quare illud restat, vt respondeas, si potes, utrū tibi videatur rōnali & sapienti mente quicquā esse præstantius? EV. Nihil præter Deum arbitror. AVG. Et mea ista sententia. Sed quoniam res ardua est, neque nunc opportunè quæritur, vt ad intelligentiā veniat, quanquam robustissima tueatur fide, integra nobis sit huius q̄- Peccatū stionis diligens & cauta tractatio. In ex libe- præsentia enim scire possumus quæcunque ro arbi. illa natura sit, quā menti virtute pollēti fas non ex est excellere, iniustā esse nullo modo posse. Deo. Quare ne ista quidem, tametsi habeat pote- Ca. 11. statem, coget mentem seruire libidini. EV. Istud prorsus nemo est qui non sine vlla cunctatione fateatur. AVG. Ergo relinqui tur ut quoniam regnanti menti compotiq; virtutis quicquid par aut prælatū est, nō eā facit seruā libidinis propter iustitiam, quicquid aūt inferius est, non posit hoc facere propter infirmitatē, sicut ea quæ inter nos constiterunt, docent, nulla res alia mentē cupiditatis comitem faciat, q̄ propria voluntas & liberum arbitrium. EV. Nihil tam necessariū restare uideo. AV. Sequitur iā ut tibi videatur iuste illam pro peccato tan- E to pœnas pendere. EV. Negare non possumus. AVG. Quid igitur? Num ista ipsa pœna parua existimanda est, ꝙ ei libido dominatur, spoliatamq; virtutis opulentia, per diuersa inopem atque indigentē trahit, nunc falsa pro veris approbantem, nunc ēt defensitātem, nunc improbantem, quæ antea ꝓbauisset, & nihilominus in alia falsa irruētem, nunc assensionem suspendentem suam, & plerunq; perspicuas ratiocinationes formidantem, nunc desperantem de tota inuentione veritatis, & stultitiæ tenebris penitus inhærentem, nunc conantem in lucem intelligendi, rursusq; fatigatione decidentem: cū interea cupiditatum illud regnum tyrannice sæuiat, & varijs contrarijsq; tempestatibus totū hominis animū vitāq; perturbet, hinc timore, inde desyderio: hinc anxietate, inde inani falsaq; lætitia: hinc cruciatu rei amissæ quæ diligebatur, inde ardore adipiscendæ quæ non habetur: hinc acceptæ iniuriæ doloribus, inde facibus uindicādæ: quaquauersum potest coarctare illum anaritia, dissipare luxuria, addicere ambitio, inflare superbia, torquere inuidia, desidia sepelire, peruicacia concitare, afflictare subiectio, & quęcunque alia innumerabilia regnū illius libidinis frequentant & exercent: possumus F ne tandem nullā istā pœnam putare, quam vt cernis, oēs qui nō inhærēt sapientiæ, necesse est perpeti? EV. Magnā quidē istā pœnam esse iudico & oīno iustam, siquis iam in sublimitate sniæ collocatus, inde descēdere ac libidini seruire delegerit: sed vtrū esse quisquā posit, incertum est, qui hoc aut voluerit facere, aut velit. Quanq̄. n. credamus hoiem tam perfecte conditū à Deo, & in beata vita constitutum, vt ad erumnas mortalis vitæ ipse inde propria voluntate delapsus sit, tū hoc cū firmissima fide teneam, intelligentia nondum assecutus sum: Cuius rei diligentem inquisitionē si nunc differendā putas me inuito facis. Verū illud qd̄ me An iux- maxime mouet, cur huiuscemodi acerbissi- ta Plato mas pœnas patiamur nos, qui certe stulti su nem ani mus, nec sapientes vnquā fuimus, vt merito ma pec- hæc dicamur perpeti ꝓꝓ desertā virtutis ar- carit an- cē, & electā sub libidine seruitutē, quin ape- te hanc rias disputando si uales, nullo mō tibi diffe- vitam. rendum esse cōcesserim. AV. Ita istuc dicis, Ca. 12. quasi liquido compertum habeas, nunq̄ nos fuisse sapientes. Attendis. n. tempus ex quo in hanc vitam nati sumus. Sed cum sapien- G tia in animo sit, utrum ante consortiū huius corporis alia quadam vita vixerit animus, et an aliquando sapienter vixerit, magna quæstio est magnū secretum, & suo consyderandū loco. Neque ideo tamen hoc quod nunc habemus in manibus impeditur, quo minus aperiatur vt potest. Nam quæro abs te, sitne aliqua nobis voluntas? EV. Nescio. AV. Visne hoc scire? EV. Et hoc nescio. AVG. Nihil ergo deinceps me interroges. Quare? AVG. Quia roganti tibi respondere non debeo nisi volenti scire quod rogas. Deinde nisi velis ad sapientiam peruenire, sermo tecum de huiuscemodi rebus non est habendus. Postremo meus amicus esse non poteris, nisi velis vt bene sit mihi. Iam vero de te tuipse videris, vtrum tibi volūtas nulla sit beatæ vitæ tuæ. EV. Fateor, negari nō ꝓt habere nos nos voluntatē. Perge iā videa mus quid hinc conficias. AVG. Fac. Sed dic etiam prius, vtrum, & bonā voluntatē te habere sentias. EV. Quid est bona volūtas? Bona uo AV. Voluntas qua appetimus, recte hone- luntas stēq; viuere, & ad summā sapientiam per- quid sit. uenire.

H uenire. Modo tu vide vtrum rectam honestamq; non appetas vitā, aut esse sapiēs non vehementer velis, aut certe negare audeas, cū hoc volumus nos habere voluntatem bonam. FV. Nihil horum nego, & propterea me non solum voluntatē, sed etiam bonam voluntatem iam habere confiteor. AVG. Quanti pendis oro te hāc voluntatē? Nunquidnam ei vlla ex parte diuitias, aut honores, aut voluptates corporis, aut hæc simul omnia conferenda arbitraris? EV. Auerterit Deus istā sceleratā demētiā. AVG. Patumne ergo gaudēdū est habere nos quiddā in animo, hanc ipsam dico bonam voluntatem, in cuius cōparatione abiectissima sunt ea quæ cōmemorauimus, pro q bus adipiscēdis multitudinem videmus hominum nullos labores, nulla pericula recusare? EV. Retr. Gaudendum vero, ac plurimum. AVG. sap. 9. Quid, hoc gaudio qui non fruuntur, paruo dif. damno eos affectos putas tāti boni? EV. Im- ca. ali mō maximo. AVG. Vides igit iam, vt exi- & dif. stimo, in voluntate nostra esse constitutū, vt c. cap. hoc vel fruamur vel careamus tāto & tam autē vero bono. Quid enim tam in voluntate, q̄ ipsa voluntas sita est? Quam quisque cū habet bonam, id certe habet quod terrenis omnibus regnis, voluptatibusq; oibus corporis I longe anteponendum sit. Quisquis autem non habet, caret profecto illa re, quā ꝓstantiorem oībus bonis in potestate nostra non constitutis, sola illi voluntas per seipsam daret. Itaq; cum seipse miserrimū iudicet, si amiserit gloriosam famam, ingētes opes, & quælibet corporis bona, tu eum non miserrimū iudicabis, etiam si talibus abundet omnibus, cū ijs inhæret quę amittere facillime potest, neq; dum vult habet, caret aūt bona voluntate, quæ nec comparanda est istis, & cū sit tam magnum bonum, velle solū opus est vt habeatur. EV. Verisimum est. AVG. Iure igit ac merito stulti homines, tametsi nunq̄ fuerunt sapientes, hoc enim dubium & occultissimū est, huiuscemodi afficiuntur Fra bea miseria. EV. Assentior. AVG. Consy- tu quæ. dera nunc, vtrum tibi videatur esse prudencap. 3. tia appetendarū & vitandarum rerum scien- prudē- tia. EV. Videtur. AVG. Quid fortitudo? tia. Nonne illa est animæ affectio, qua omnia fortitu- incommoda & damna rerum non in nostra dinis. potestate cōstitutarum, contemnimus? EV. tempe- Ita existimo. AVG. Porrò temperātia est rantia. affectio coercens & cohibens appetitum ab K ijs rebus quæ turpiter appetuntur. An tu aliter putas? EV. Immo ita vt dicis sentio. AVG. Iam iustitiam quid dicamus esse, nisi Iustitia. virtutem qua sua cuique tribuuntur? EV. Nulla mihi alia iustitiæ notio est. AVG. Quisquis ergo bonam habens voluntatem, de cuius excellentia iam diu loquimur, hanc vnam dilectione amplexetur, qua interim melius nihil habet, hac sese oblectet, hac denique perfruatur & gaudeat, cōsyderās eam & iudicās quanta sit, quamq; inuito illi eripi vel surripi nequeat: num dubitare poterimus istū aduersari rebus omnibus, quæ huic uni bono inimicæ sunt? EV. Necesse est omnino vt aduersetur. AVG. Nullane hunc putamus præditum esse prudentia, qui hoc bonū appetendum, & vitanda ea, quæ huic inimica sunt, videt? EV. Nullo modo mihi videtur hoc posse quisquam sine prudentia. AVG. Recte. Sed cur non huic etiam fortitudinem tribuimus? Illa quippe omnia quæ in potestate nostra non sunt, amare iste ac plurimi æstimare nō potest. Mala. n. voluntate amātur, cui tanquā inimicæ charissimo suo bono resistat necesse est: cū autem non amat hæc, nō dolet amissa, & omnino cōtemnit, quod opus esse fortitudi L nis dictum atque concessum est. EV. Tribuamus sanè: non enim intelligo quē fortē verius appellare possim, quàm eum qui rebus ijs, quas neq; vt adipiscamur, neque vt obtineamus in nobis situm est, ꝙuo & tranquillo animo caret, quod hunc necessario facere compertum est. AVG. Vide iam vtrum ab eo tēperantiam alienare possimus, cū ea sit virtus quæ libidines cohibet. Quid autem tam inimicum bonæ voluntati est q̄ libido? Ex quo profecto intelligis, istum bonæ voluntatis suæ amatorē resistere omni modo, atq; aduersari libidinibus, & ideo iure temperātem vocari. EV. Perge, assentior. AVG. Iustitia restat, quæ quō de sit huic homini, non sanè video. Qui. n. habet & diligit voluntatem bonam, & obstitit eis, vt dictum est, quæ huic inimica sunt, male cuiq̄ velle non potest. Sequitur ergo vt nemini faciat iniuriam. Quod nullo pacto potest, nisi qui sua cuiq; tribuerit: hoc autem ad iustitiam pertinere cum dicerem approbasse te, vt puto, meministi. EV. Ego vero memini, & fateor in hoc homine, qui suam bonam voluntatē magnipēdit & diligit, omnes quatuor virtutes, quæ abs te paulò ante me assentiente descriptæ sunt, esse cōpertas. AV. M Quid igitur impedit, cur huius vitam non

concedamus esse laudabilẽ? EV. Nihil prorsus, immo hortantur vel ẽt cogunt omnia. AV. Quid vitã miseram, potesne vllo mõ non iudicare fugiendam? EV. Et magnopere quidem iudico, nihilque aliud agendum existimo. AVG. At laudabilem non fugiendam profecto putas? EV. Quin etiam appetendam sedulo existimo. AVG. Non ergo misera est, quæ laudabilis vita est. EV. Hoc vtiq; sequitur. AVG. Nihil iam (quantum opinor) difficile tibi vt assentiaris relinquitur, eam scilicet, quæ misera non est, beatam esse vitam. EV. Manifestissimum est. AVG. Placet igitur beatum esse hominem dilectorem bonæ voluntatis suæ, & præillacontemnentem quodcunq; aliud bonum dicitur, cuius amissio potest accidere etiam cũ voluntas tenendi manet. EV. Quidni placeat, quò superiora, quæ cõcessimus, necessario trahunt? AVG. Bene intelligis. Sed dic quæso, nonne bonam voluntatem suam diligere, & tam magni æstimare q̃ dictum est,
A etiam ipsa bona uoluntas est? EV. Verum dicis. AVG. At si hunc beatum recte iudicamus, nonne recte miserum qui contrariæ voluntatis est? EV. Rectissime. AVG.
1. Retract. ca. 9. Quid ergo causæ est, cur dubitandum putemus, etiam si nunquam antea sapientes fuimus, voluntate nos tamen laudabilẽ & beatam vitam, voluntate turpem ac miseram mereri ac degere? EV. Fateor huc certis & minime negandis rebus esse peruentum. AVG. Vide etiam aliud. Nam credo te memoria tenere, quam dixerimus esse bonam volũtatẽ: opinor. n. ea dicta est, qua recte atque honeste viuere appetimus. EV. Ita memini. AVG. Hanc igitur voluntatem, si bona itidem voluntate diligamus atque amplectamur, rebusque oĩbus, quas retinere non quia volumus, possumus, anteponamus, cõsequenter illæ virtutes, vt ratio docuit, animum nostrum incolẽt, quas habere idipsum
1. Retract. ca. 9. est recte honesteque viuere. Ex quo conficitur, vt quisquis recte honesteq; vult viuere, si id se velle præ fugacibus bonis velit, assequatur tantam rem tanta facilitate, vt nihil aliud ei quàm ipsum velle sit habere q̃d voluit. EV. Vere tibi dico, vix me cõtineo q̃n exclamem lætitia, repente mihi oborto tam magno, & tam in facili constituto bono.
B AVG. Atqui hoc ipsum gaudium quod huius boni adeptione gignitur, cum tranquille & quiete atq; constanter erigit animũ, beata vita dicitur, nisi tu putes aliud dici beate viuere quàm veris bonis certisque gaudere. EV. Ita sentio. AVG. Recte. Sed censes nemine quenquam hominum non omnibus modis velle atq; optare vitã beatã? EV. Quis dubitat oẽm hoiem uelle? AVG. Cur igit eam non adipiscũtur omnes? Dixeramus. n. atque conuenerat inter nos, voluntate illam mereri homines voluntate etiam miserã, & sic mereri vt accipiant. Núc vero existit nescio quæ repugnantia, & nisi diligenter dispiciamus, perturbare nititur superiorẽ tam euigilatam firmamque rationẽ. Quomodo enim voluntate quisque miseram vitam patitur, cũ oio nemo velit misere viuere? Aut quo uoluntate beatam uitam cõsequitur homo, cum tam multi miseri sint, & beati oẽs esse velint? An eo euenit, quod aliud ẽ velle bene aut male, aliud mereri aliquid per bonam vel malam voluntatem? Nam illi qui beati sunt, quos etiam bonos esse oportet, nõ
C propterea sunt beati quia beate viuere volunt, nam hoc volunt etiam mali, sed quia recte viuere volũt, qd̃ mali nolũt. Quamobrẽ nihil mirum est, q̃ miseri homines non adipiscuntur quod volũt. i. beatam vitam. Illud enim cui comes est, & sine quo ea nemo dignus est, nemoq; assequitur, recte scilicet viuere, non itidem volunt. Hæc enim æterna lex illa, ad cuius consyderationem redire iã tẽpus est, incõmutabili stabilitate firmauit, vt in voluntate meritum sit, in beatitudine autẽ & miseria præmium atq; suppliciũ. Itaque cũ dicimus, voluntate homines esse miseros, nõ ideo dicimus, q̃ miseri eẽ velint, sed q̃ in ea volũtate sunt, quã ẽt eis inuitis miseria sequatur necesse est. Quare non repugnat superiori rationi, q̃ volunt oẽs beati esse, nec possunt. Non. n. volunt recte viuere, cui vni volũtati vita beata debetur, nisi quid habes aduersus hæc dicere. EV.

Ego vero nihil. Sed videamus iam quomodo hæc ad propositã illam quæstionẽ de duabus legibus referantur. AVG. Fiat. Sed dic mihi prius vtrum qui recte viuere diligit, eoque ita delectatur, vt non non solũ ei rectum sit, sed etiã dulce atq; iucundũ, amet hanc legem, habeatque charissimã, qua videt tributum esse bonæ voluntati beatam vitam, malæ miseram? EV. Amat omnino ac uehementer: nam istam ipsam sequens ita viuit. AVG. Quid cum hanc amat, mutabile aliq̃d amat ac tpale, an stabile aliquid ac sempiternum? EV. Aeternum sanè atq; incõmutabile. AVG. Quid illi qui in mala

Cap. 14.

pauci euadant beati.

Lex æterna, lex humana

quid valeant.

Cap. 15

D

la volũtate perseuerantes, nihilominus beati esse cupiunt: possuntne amare istam legẽ, qua talibus hominibus miseria merito repẽditur? EV. Nullo modo arbitror. AVG. Nihilne amant aliud? EV. Immò plurima, ea scilicet, in quibus adipiscendis vel retinendis mala voluntas illa persistit. AVG. Opinor te dicere diuitias, honores, voluptates, & pulchritudinem corporis cæteraque omnia, quæ possunt & volentes non adipisci, & amittere inuiti. EV. Ista ipsa sunt. AVG. Num hæc æterna esse censes cum tpis volubilitati videas obnoxia? EV. Quis hoc vel dementissimus senserit? AVG. Cũ igitur manifestissimum sit, alios esse homines amatores rerum æternarum, alios temporalium, cumq; duas leges esse conuenerit, vnam æternã, aliam temporalẽ, siquid æquitatis sapis, quos istorum iudicas æternæ legi,
E quos tẽporali subdẽdos? EV. Puto in promptu esse quod quæris. nam beatos illos ob amorem ipsorum æternorum sub æterna lege agere existimo, miseris vero temporalis imponitur. AVG. Recte iudicas, dummodo illud inconcussum teneas, quod apertissime iam ratio demonstrauit, eos, qui temporali lege viuunt, non esse posse æterna liberos: Vnde omnia quæ iusta sunt, iusteque variantur, exprimi diximus: eos vero qui legi æternæ per bonam voluntatem inhærent, temporalis legis non indigere, satis, vt apparet, ntelligis. EV. Teneo quod dicis. AVG. Iubet igitur æterna lex auertere amorem à temporalibus, & cum mundatum conuertere ad æterna. EV. Iubet vero. AVG. Quid deinde censes tẽporalẽ iubere, nisi vt hæc quæ ad tẽpus nostra dici pũt, qũ eis homines cupiditate inhærẽt, eo iure possideãt, quo pax & societas humana seruetur, quanta in his rebus seruari potest? Ea sunt autem primo hoc corpus, & eius quæ vocantur bona, vt integra valetudo, acumen sensuum, vires, pulchritudo, & siqua sunt cætera, partim necessaria bonis artibus, & ideo pluris pensanda, partim viliora. Deinde libertas, q̃ quidem nulla vera est, nisi beatorum & legi æternæ adhærentium. Sed eam nunc libertatem commemoro, qua se liberos putãt, qui dños homines nõ habẽt, & quã desiderant ij qui à dominis hominibus manumitti volunt. Deinde parentes, fratres, cõiunx, liberi, propinqui, affines, familiares, & quicunq; nobis aliqua necessitudine adiuncti sunt. Ipsa denique ciuitas, q̃ parẽtis loco haberi solet, hono
F res ẽt & laudes, & ea q̃ dicitur gloria populares. Ad extremũ pecunia, quo vno noie continẽtur omnia, quorũ iure domini sumus, & quorum vendendorum atq; donandorũ habere potestatẽ videmur. Horũ oĩum quẽadmodũ lex illa sua cuiq; distribuat, difficile & lõgũ est explicare, & planè ad id quod ppositum non necessariũ. Satis est. n. videre nõ vltra porrigi huius legis potestatem in iudicando, q̃ vt hæc vel aliquid horum adimat atq; auferat ei quem punit, vel metu coercerat. Ergo & ad id quod vult torquet ac retorquet miserorum animos, quibus regẽdis accommodata est. Dum. n. hæc emittere timent, tenent in his vtendis quendam modũ aptũ vinculo ciuitatis, qualis ex huiusce modi hominibus constitui potest. Non autem vlciscitur peccatum cum amantur ista, sed cum alijs per improbitatem auferuntur. G
Quamobrem vide vtrum iam peruentum sit ad id quod infinitum putabas. Instituerams. n. quærere, quatenus habeat vim vlciscendi ea lex, qua populi terreni ciuitatesq; gubernantur. EV. Video peruentum. AV. Vides ergo etiam illud, quod pœna non esset, siue quæ per iniuriam, siue quæ per talẽ vindictam infertur hominibus, si eas res, quæ inuito auferri possunt, amarent? EV. Id quoque video. AVG. Cum igitur eisdem rebus alius male: alius bene vtatur, & ijs quidem qui male, amore inhæreat atq; implicetur scilicet subditus eis rebus, quas sibi subditas esse oportebat, & ea bona sibi constituens, quibus ordinandis beneq; tractandis ipse esse vtiq; deberet bonum: ille autem qui recte his vtitur, ostendat quidem bona esse, sed non sibi. non enim eum bonum melioremue faciunt, sed ab eo potius fiunt. Et ideo non eis amore conglutinetur, neque velut membra sui animi faciat, quod fit amando, ne cum resecari cœperint, eum cruciatu ac tabe fœdent, sed eis totus superferatur, & habere illa atq; regere, cum opus est, paratus, & amittere aut non habere paratior. Cum ergo hæc ita sint, num aut argentum & aurum propter auaros accusandum putas aut cibos propter voraces, aut vinum H
propter ebriosos, aut muliebres formas propter scortatores & adulteros, atque hoc modo cætera, cum præsertim videas & igne bene vti medicum, & pane scelerate venificum? EV. Verissimum est, non res ipsas, sed homines qui eis male vtuntur, esse culpandos. AVG. Recte. Sed quantum &

quid

1. q. 3. ca. totum.

Universidad de Navarra Biblioteca

lapilog? tractatæ q̃nis. Cap. 16.

quid valeat æterna lex, vt opinor, videre iã cœpimus, & quãtum lex temporalis in vindicando progredi posit, inuentum est, & rerum duo genera, æternarum, & temporalium, duoq; rursus hominum, aliorũ æternas, aliorum temporales sequentium & diligentiũ, satis aperteq; distincta sunt. Quid aũt quisq; sectandũ & amplectendũ eligat, in voluntate esse positum constitit, nullaq; re de arce dominandi, rectoq; ordine mentem deponi nisi voluntate. Et est manifestum, nõ rẽ ullam, cum ea quisq; male vtit, sed ipsum male vtentem esse arguendũ. Referamus nos si placet ad quæstionẽ in exordio huius sermonis propositã, & videamus vtrum soluta sit. Nam quærere instituerabamus quid sit malefacere, & propter hoc omnia quæ dicta sunt, diximus. Quocirca licet nunc animaduertere, & consyderare, quid sit. vtrum sit aliud malefacere, q̃ neglectis rebus æternis, quibus per seipsam mens fruitur, & per seipsam percipit, & quas amans amittere nõ potest, tẽporalia, et quę per corpus hominis partẽ vilissimam sentiuntur, & nunquam esse certa possunt, quasi magna & miranda sectari. Nam hoc vno genere omnia malefacta, id est peccata, mihi videntur includi. Tibi autem quid videatur, expecto cognoscere. EV. Est ita vt dicis, & assentior, omnia peccata hoc uno genere contineri, cũ quisq; auertitur à diuinis vereq; manentibus, & ad mutabilia atq; incerta conuertit. Quæ quanquã in ordine suo recte locata sint, & suã quandam pulchritudinẽ peragant, peruersi tñ animi est, & inordinati eis sequendis subijci, quibus ad nutum suum ducendis potius diuino ordine ac iure prælatus est. Et illud simul mihi videre iam videor absolutum atq; compertum, quod post illam quæstionem quid sit malefacere, deinceps quærere institueramus, vnde male faciamus. Nisi. n. fallor, vt ratio tractata monstrauit, id facimus ex libero voluntatis arbitrio. Sed quæro, vtrum ipsum liberũ uoluntatis arbitrium, quo peccandi voluntatem habere conuincimur, oportuerit nobis dari ab eo qui nos fecit? Videmur enim non fuisse peccaturi, si isto careremus. Et metuendum est, ne hoc modo Deus ẽt malefactorum nostrorũ author existimetur. AVGV. Nullo modo istuc timueris. Sed vt diligentius inquiratur, aliud tempus sumendũ est. Nã hæc sermocinatio modũ terminũq; iam desyderat. Qua velim credas magnarũ abditarumq; rerũ requirendarũ quasi fores esse pulsatas. In quarum penetralia cum deo duce venire cœperimus, iudicabis profecto, quantum inter hanc disputationem, & eas quæ sequuntur interfit, quantumque illæ præstent, non modo inuestigationis sagacitate, sed etiam maiestate rerum, & clarissima luce veritatis: pietas tantum adsit, vt nos diuina prouidentia cursum quem instituimus, tenere & perficere permittat. EV. Cedo voluntari tuæ, & ei meam iudicio & voto libentissime adiungo.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE LIBERO ARBITRIO,
Liber Secundus.

Liberũ arbitriũ ad recte agendũ datum. Cap. 1.

LAm, si fieri potest, explica mihi quare dederit Deus homini liberum voluntatis arbitrium: Quod vtique si non accepisset, peccare non posset. AVG. Iam enim certum tibi atque cognitum est, Deum dedisse homini hoc, quod dari debuisse non putas. EVOD. Quantum in superiori libro intelligere mihi visus sum, & habemus liberum voluntatis arbitrium, & non nisi eo peccamus. AGV. Ego quoq; memini iam nobis id factum esse perspicuum. Sed nunc interrogaui, vtrum hoc quod nos habere, & quo nos peccare manifestum est, Deum nobis dedisse scias. EVOD. Nullum alium puto. Ab ipso enim sumus, & siue peccantes siue recte agentes, ab illo pœnam meremur aut præmium. AVG. Hoc quoque vtrum liquido noueris, an authoritate commotus libenter etiam incognitum credas, cupio scire. EVOD. Authoritati quidem me primum de hac re credidisse confirmo. Sed quid verius quàm omne bonum ex Deo esse, & omne iustum bonum esse, & peccantibus pœnam, rectęque facientibus præmium iustum esse? Ex quo conficitur à Deo affici, & peccantes miseria, & recte facientes beatitate. AVG. Nihil resisto. Sed quæro illud alterum, quomodo noueris nos ab ipso esse? Neque enim hoc nunc, sed ab ipso nos vel pœnam vel præmium mereri explicasti. EV. Hoc quoque non aliunde video esse manifestũ, nisi quòd iam constat Deum vindicare peccata. Siquidem ab illo est omnis iustitia.

Non. n. ut alicuius est bonitatis, alienis pstare beneficia, ita iustitiæ vindicare in alienos. Vnde manifestũ est ad eum nos pertinere, quia nõ solum in nos benignissimus in prẽstando, sed etiam iustissimus in vindicando est. Deinde ex eo quod ego posui, tu quoque concessisti, omne bonum ex Deo esse etiam hominem ex Deo esse intelligi Retra. cta. 9. potest. Homo enim ipse inquantum homo est, aliquod bonum est, quia recte viue A re cum vult, potest. AVG. Planè si hæc ita sunt, soluta est qõ, quam proposuisti. Si enim homo aliquod bonum est, & non posset nisi cum vellet recte facere, debuit habere liberam volũtatem, sine qua recte facere non posset. Non enim quia per illam etiam peccatur, ad hoc eam Deũ dedisse credendũ est. Satis ergo causæ est, cur dari debuerit, quoniam sine illa homo recte non potest viuere. Ad hoc autem datam vel hinc intelligi põt, quia siquis ea usus fuerit ad peccãdũ, diuinitus in eũ vindicatur. Quod iniuste fieret, si non solũ vt recte uiueretur, sed ẽt vt peccaretur, libera esset voluntas data. Qũo enim iuste vindicaretur in eum, qui ad hanc rem vsus esset voluntate, ad quam rem data est? Nũc vero Deus cum peccantem punit, quid videtur tibi aliud dicere, nisi, cur nõ ad eam rem usus es libera uolũtate, ad quã tibi eam dedi, hoc est, ad recte faciendum? Deinde illud bonũ quo cõmendatur ipsa iustitia, in dãnandis peccatis recteque factis honorãdis, qũo esset si homo careret libero uolũtatis arbitrio? Non enim aut peccatum esset, aut recte factũ, qd' nõ fieret uolũtate. Ac p hoc, & pœna iniusta esset & præmiũ, si homo uoluntatem nõ haberet liberam. Debuit autẽ, & in supplicio & in præmio esse iustitia, quoniã hoc unũ est bonorum q̃ sunt ex Deo. Debuit igitur Deus dare homini liberã uoluntatẽ. EV. Iam concedo eã Deum dedisse: Sed nonne tibi uidetur, quæso te, si ad recte faciendum data est, quod non debuerit ad peccandum posse conuerti, sicut ipsa iustitia, quæ data est homini ad bene uiuendum? Nunquid enim potest quispiã per iustitiam suã male uiuere? Sic nemo posset p uoluntatem peccare, si uolũtas data esset ad recte faciendũ. AVG. Donabit quidẽ Deus ut spero, ut tibi ualeam respondere, uel potius ut ipse tibi eadem, quæ summa omnium magistra est, ueritate intus docente respõdeas. Sed pauliſper mihi uolo dicas, si id quod abs te quæsieram, certum & cognitum tenes, deum nobis dedisse liberam voluntatem, vtrum oporteat dicere dari non debuisse qd' dedisse confitemur deum. Si enim incertum est vtrũ dederit, recte quærimus vtrũ bene sit data, ut cũ inuenerimus bene datam esse inueniatur etiam illum dedisse, à quo homini data sunt omnia bona. Si autem inueneri mus non bene datã esse, non eum dedisse intelligamus, quẽ culpare nefas est. Si vero certũ est, q̃ ipse illã dederit, oportet fateamur, quoquo modo data est, neq; nõ dari, neq; aliter dari eã debuisse q̃ data est. Ille. n. dedit cuius factum recte reprehendi nullo pacto põt. EV. Quanq̃ hæc inconcussa fide teneam, tamen quia cognitione nondũ teneo, ita q̃ramus, quasi omnia incerta sint. Video. n. ex hoc quod incertũ est, vtrum ad recte faciendum voluntas libera data sit, cum per illam ẽt peccare possimus, fieri etiã illud incertũ, utrum dari debuerit. Si. n. incertũ est, ad recte faciendum datam esse, incertum est etiam dari debuisse. Ac per hoc ẽt vtrum eã Deus dederit, incertum erit: quia si incertũ est dari debuisse, incertum est ab eo datam esse, quem nefas est credere dedisse aliquid quod dari non debuit. AVG. Illud saltem tibi certum est, deum esse. EV. Etiam hoc non contemplando, sed credendo inconcussum teneo. AVG. Siquis ergo illorum insipientium, de quibus scriptum est, Dixit insipiens in corde suo, non est deus: hoc tibi dicere t, nec vellet tecum credere quod credis, sed cognoscere utrum uera credideris, relinquereſne hominem, an aliquo modo, qd' incõcussum tenes, persuadẽdũ esse arbitrareris præsertim si ille non obluctari peruicaciter, sed studiose id uellet agnoscere? EV. Hoc qd' vltimũ posuisti, satis me admonet, q̃d ei respondeberem. Certe. n. quãuis esset absurdissimus, concederet mihi, cum doloso & peruicaci de nulla omnino, & maxime de re tanta nõ esse differendũ. Quo cõcesso, prior mecum ageret, ut sibi crederem bono animo cum istuc quærere, neque aliquid in se, quod ad rem hãc attinet, doli ac peruicaciæ latere. Tum ego demonstrarem quod cuius facillimum puto, quanto esset æquius cum sibi de occultis animi sui quę ipse nosset, uellet alterum credere qui non nosset, vt etiam ipse tãtorum uirorũ libris, qui se cũ filio dei uixisse testũ literis reliquerunt, esse Deũ crederet, quia & ea se uidisse scripserunt, q̃ nullo modo fieri possent, si nõ esset Deus. Et nimiũ stultus eẽt si me reprehenderet qd' illis

Psal. 52.

crediderim, qui sibi vellet vt crederē. Iā vero quod rēcte reprehendere nō valeret, nullo modo reperiret, cur ēt nollet imitari. AVG. Si igitur vtrum sit deus, satis esse existimas, q̄ non temere tantis viris credēdū esse iudicauimus, cur non, quæso te, de ijs quoq; E rebus quas tā q̄ incertas & planè incognitas quærere instituimus, similiter putas eorundem virorum authoritati sic esse credendū, vt de inuestigatione earum nihil amplius laboremus? EV. Sed nos id quod credimus, Supra noſſe & intelligere cupimus. AVG. Recte de lib. ar meministi, quod etiā in exordio superioris bi. ca. 2. disputationis à nobis positū esse negare non possumus. Nisi enim esset & aliud credere, & aliud intelligere & primo credendum esset, quod magnū & diuinū intelligere cupe- Esa. 7. remus, frustra ꝓpheta dixisset: Nisi crediderit is, non intelligetis. Ipse quoque dominus noster, & dictis & factis ad credendū primo hortatus est, quos ad salutē vocauit. Sed postea cū de ipso dono loqueretur quod erat daturus credētibus, non ait, hæc est aūt vita Ioā. 17. æterna vt credant: sed, Hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscāt te solū deū verū, & quē Math. 7. misisti Iesum Christum. Deinde iam credētibus dicit, Quærite & inuenietis. Nā neq; inuentum dici potest, quod incognitum creditur, neq; quisquam inueniendo deo fit idoneus, nisi antea crediderit quod est postea cogniturus. Quapropter dūi præceptis obtem F perantes quæramus instanter. Q d̄ m. hortāte ipso q̄rimus, eodem ipso demonstrante inueniemus, quantum hæc in hac vita & à nobis talibus inueniri queunt. Nam & à melioribus etiam dum has terras incolunt, & certe à bonis & pijs omnibus post hanc vitam euidentius atq; perfectius ista cerni obtineriq; credendum est, & nobis ita fore sperandum est, & ista contemptis terrenis & humanis, omni modo desiderāda & diligēda sunt. Ratio in hoīe præstantissimū quæ & seipsā itelligit. Cap. 3. Quæramus autem hoc ordine, si placet. Primum qūo manifestum est deum esse. Deinde vtrum ab illo sint, quæcunq; in quantūque sunt, bona sunt. Postremò vtrum in bonis numeranda sit voluntas libera. Quibus compertis satis apparebit, vt opinor, vtrum rectè homini data sit. Quare prius abs te quæro, vt de manifestissimis capiamus exordium, vtrum tuipse sis: an tu fortasse metuis, ne in hac interrogatione fallaris, cum vtiq; si non esse, falli omnino non possis? EV. Perge potius ad cætera. AVG. Ergo quoniā manifestū est esse te, nec tibi aliter manifestū esset, nisi viueres, id quoq; manifestū est, & te viuere. Intelligisne ista duo esse verissima? EV. Prorsus intelligo. AVG. Ergo etiam hoc tertium manifestum est, hoc est, intelligere te. EV. Manifestū. AV. Quid A in his tribus tibi videtur excellere? EV. Intelligentia. AVG. Cur tibi hoc videtur. EV. Quia cū tria sint hęc, esse, viuere, intelligere: & lapis est, & pecus viuit, nec tamen lapidem puto viuere, aut pecus intelligere. Qui autem intelligit, eum & esse & viuere certissimum est, quare non dubito id excellentius iudicare, cui cōia tria insunt, q̄ id cui duo vel vnum defit. Nam quod viuit, vtiq; & est, sed non sequitur vt etiam intelligat: qualē vitā esse pecoris arbitror. Quod autem est, non vtiq; consequens est, vt viuat & intelligat. Nā esse cadauera possum fateri, viuere aūt nullus dixerit. Iā vero quod nō viuit, multo minus intelligit. AVG. Tenemus igitur horum triū duo deesse cadaueri, vnum pecori, nihil homini. EV. Verum est. AVG. Tenemus etiam id esse in his tribus pstantius, quod hō cū duobus cæteris nō bhaet. i. intelligere, quod habentē sequitur & esse & viuere. EV. Tenemus sanè. AVG. Dic mihi iā, vtrū illos vulgatissimos corporis sensus habere te noueris, videndi & audiendi, & olfaciendi, & gustandi, & tangendi? EV. Noui. AVG. Quid putas pertinere ad videndi sensum, id est, quid putas nos videndo sentire? EV. Quæcunq; corporalia. AVG. Num B etiam dura & mollia videndo sentimus? EV. Non. AVG. Quid ergo proprie ad oculos pertinet quod per eos sentimus? EV. Color. AVG. Quid ad aures? EV. Sonus. AVG. Quid ad olfactum? EV. Odor, AVG. Quid ad gustum? EV. Sapor. AVGV. Quid ad tactum? EV. Molle vel durū, leue vel asperū, & multa alia. AVG. Quid corporum formas, magnas, breues, quadras, rotundas, & siquid huiusmodi est, nonne tangendo & videndo sentimus? Et ideo nec visui proprie, nec tactui tribui possunt, sed vtri que? EV. Intelligo. AV. Intelligis ergo q̄dā singulos sensus hīe ꝓpria de quibus renuncient, & q̄dā quosdā habere cōmunia? EV. Et hoc intelligo. AG. Quid igitur ad quenque sensum pertineat, & q d inter se vel omnes vel quidā eorū cōmuniter habeant, nū possumus vllo eorum sensu dijudicare? EV. Nullo modo, sed quodam interiore ista dijudicātur. AV. Num fortasse ipsa est rō quæ C bestiæ carēt? Nā (vt opinor) rōne ista comprehendimus, & ita sese habere cognoscimus. EV. Magis nos arbitror ratione comprehēdere esse interiorem quendam sensum, ad quem ab istis quinq; notissimis sensibus cūcta referuntur. Nāq; aliud est quo videt bestia, aliud quo ea q̄ videndo sentit, vel vitat vel appetit. Ille. n. sensus in oculis est, ille aūt intus in ipsa aīa. Quo nō solū ea q̄ vidētur, sed ēt q̄ audiuntur queq́; cęteris capiuntur corporis sensibus, vel appetunt animalia delectata & assumunt, vel offensa deuitant & respuunt. Hic aūt nec visus, nec auditus, nec olfactus, nec gustus, nec tactus dici pōt, sed nescio quid aliud qd̄ omnibus cōmuniter p̄sidet. Q d̄ cum ratione cōprehendamus, vt dixi, hoc ipsum tū rationem vocare non possum, quoniā & bestijs inesse manifestū est. AVG. Agnosco istud quicquid est, & eū interiorē sensum appellare non dubito. Sed nisi & istū transeat quod ad nos refertur à sensibus corporis, peruenire ad scientiam non potest. Quicquid enim scimus, id ratione cōprehensum tenemus. Scimus aūt vt de cæteris taceam, nec colores auditu, nec voces visu posse sentiri. Et cū hoc scimus, nec oculis, nec auribus scimus, neq; illo sensu interiore quo nec bestiæ carent. Non. n. credendū est, D eas noſſe, nec auribus sentire lucem, nec oculis vocem, quoniā ista non nisi rationali animaduersione & cognitione discernimus. EV. Non possū dicere hoc me hīe ꝓceptū. AVG. Quid si. n. sensu illo interiore, quo eas nō carere cōcedis, hoc quoq; diiudicant, nec colores auditu, nec visu voces posse sentiri? Num etiam putas eas posse discernere ab inuicē colorē qui sentitur, & sensum qui in oculo est, & interiorem illū sensum apud animā, & rationē, qua ista figillatim definiūtur & dinumerātur? EV. Nullo modo. AVGV. Quid ista ratio posset hæc quatuor discernere ab inuicem & definitionibus terminare, nisi ad eam referretur, & color per oculorū sensum, & ipse rursus per illū interiorē qui ei p̄sidet, & idem interior per seipsum, si tū iam nihil aliud interpositū est? EV. Non video qūo aliter posset. AVG. Quid hoc? Videsne, sensu oculorum, colorem sentiri, eū dem aūt sensum eodē sensu non sentiri? Nō enim quo sensu colorē vides, hoc eodē vides ēt ipsum videre. EV. Nō omnino. AVG. Emitere etiam ista diiudicare. Nam credo te non negare aliud colorem esse, & aliud colorem videre: & item aliud etiā cum color nō subest habere sensum, quo videri posset, si subesset. EV. Discerno & ista, & inter se differre concedo. AVG. Nū horū triū quicq̄ E vides oculis nisi colorem? EV. Nihil aliud. AVG. Dic ergo, vnde videas alia duo, nō. n. ea nō visa posses discernere. EV. Nescio q d aliud esse scio, nihil amplius. AVG. Nescis igitur vtrū iam ipsa sit ratio, an illa vita sit, quam sensum interiorē vocamus ꝓcellentem sensibus corporis, an aliquid aliud? EV. Nescio. AVG. Illud tamen scis, ea definiri nisi ratione non posse, neq; rationē id facere, nisi de ijs q̄ sibi examinanda offeruntur. EV. Certū est. AVG. Quicq d igr̄ est aliud quo sentiri pōt omne quod scimus, ministeriū rōnis est, cui offert & renunciat q̄quid attingit, vt ea quæ sentiuntur discerni suis finibus possint, & non sentiendo tantum, sed etiā sciendo cōprehendi. EV. Ita est. AVG. Quid ipsa ratio, q̄ ministros suos, & ea quæ suggerunt, discernit ab inuicē, & itē quid inter hæc & seipsam distet, agnoscit, seq́; illis præpotentiorem esse confirmat, num alia re seipsam nisi seipsa. i. ratione comprehendit? An aliter scires te habere rationē, nisi id rōne perciperes? EV. Verissimum est. AVG. Quoniā ergo cū colorē sentimus, non itidē sensu ipso nos sentire ēt sentimus: neq; cū audimus sonū, nostrum etiā audimus auditū: F neq; cū olfacimus rosam, olet nobis aliquid & ipse olfactus: neq; quicq̄ gustantibus sapit in ore ipse gustus: nec tāgētes aliquid, ipsum ēt tangendi sensum possumus tangere: manifestū est, quinq; istos sensus nullo eorū sensu posse sentiri, quanuis eis corporalia quæque sentiantur. EV. Manifestum est. AVG. Arbitror etiam illud esse manifestū, sensum illum interiorem, non ea tantum sentire, q̄ acceperit à quinq; sensibus corporis, sed ēt ipsos ab eo sentiri. Nō enim aliter bestia moueret se, vel appetendo aliquid, vel fugiendo, nisi se sentire sentiret, non ad sciendum, nam hoc rationis est, sed tantum ad mouendum, quod non vtiq; aliquo illorum quinq; sentit. Quod si adhuc obscurū est, eluceſcet Ratio & si animaduertas, quod exempli gratia sat est alia & in vno aliquo sensu, velut in visu. Namq; se discer aperire oculum, & mouere aspiciendo ad id nit. ca. 4. quod videre appetit, nullo modo posset, nisi oculo clauso vel non ita moto se id non videre sentiret. Si autem sentit se non videre dum non videt, necesse est etiam sentiat se videre dum videt, quia cum eo appetitu non mouet oculum videns, quo mouet nō vidēs, A indicat se vtrunq; sentire. Sed vtrum seipsam

Universidad de Deusto
Biblioteca

sam hæc vita sentiat, quæ se corporalia sentire sentit, non ita clarum est, nisi quod se quisque intus interrogans, inuenit omnem rem viuentem fugere mortem. Quæ cum sit vitæ cõtraria, necesse est vt vita ét seipsam sentiat, q̃ cõtrariũ suũ fugit. Quod si adhuc nõ liquet, omittatur, vt nõ nitamur ad id quod volumus, nisi certis manifestisq; documentis. Manifesta enim sunt, sensu corporis sentiri corporalia, eundem autem sensum hoc eodem sensu non posse sentiri. Sensu aũt interiore & corporalia sensu corporis sentiri, & ipsũ corporis sensũ, rõne vero & illa oía, & eãdẽ ipsam notã fieri & scientia contineri, an tibi nũ videtur? EV. Videtur sanè. AV G V. Age nunc, respõde vnde sit quæstio, ad cuius solutionẽ peruenire cupiẽtes, iã diu
Ordo & istã molimur viã. EV. Quãtũ memini, triũ pstantia illarum quæstionum, quas pauloante ad cõsensuum texendum ordinem huius disputationis poad obie- suimus, nunc prima versatur. i. qũo manifeCta. c. 5. stum fieri possit, quanuis tenacissime firmissimeq; credendum sit, deum esse. AV G.
B Recte hoc tenes. Sed etiã illud diligenter tenere te volo, cum de teipso quæreré, vtrũ te esse noueris, non solum hoc, sed ét alia duo nobis apparuisse cognoueris. E V. Id quoque teneo. A V G. Nunc ergo vide ad quã rem istarum trium intelligas pertinere omne quod corporis sensus attingit, id est, in quo rerũ genere tibi ponẽdũ videatur, quicquid vel oculorũ, vel alio quolibet corporis instrumento noster sensus attingit: vtrum in eo quod tantum est, an in eo quod etiam viuit, an in eo quod ét intelligit? E V. In eo qđ tm̃ est. AVG. Quid ipsum sensũ, in quo genere triũ horũ esse censes? EV. In eo quod viuit. AVG. Quid igitur horum duorũ melius esse iudicas, sensum ipsum, an quod sensus attingit. EV. Sensum scilicet. A V G. Quare? EV. Quia melius est id quod ét vivit, q̃ id quod tm̃ est. AVG. Quid illũ sensum interiorẽ, quẽ qdẽ intra rõnẽ, & adhuc nobis cõmunem cũ bestijs superius indagauimus, dubitabisne huic sensui præponere, quo corpus attingimus, & quem iam ipsi corpori præponendũ esse dixisti. EV. Nullo modo dubitauerim. A V G. Etiam hoc cur non dubites, volo abs te audire. Non.n. poteris dicere, hunc sensum interiorem iam in eo genere trium illorum esse ponendum, quod etiam intelligit, sed adhuc in eo quod
C & est & viuit, etiam, si intellectu caret. Iste enim sensus inest & bestijs, quibus intellectus non inest. Quæ cum ita sint, quæro cur præponas sensum interiorẽ huic sensui, quo corporalia sentiuntur, cum sit vterq; in eo genere quod viuit. Sensum autem istum qui corpora attingit, ideo præposuisti corporibus, quia illa sunt in eo genere quod tm̃ est, iste vero in eo quod ét viuit. In quo cũ & ille interior reperiatur, cur eũ meliorẽ putes dic mihi? Si.n. dixeris, quia ille istum sentit, non te credo inuenturum regulam qua fidere possimus, omne sentiens melius esse, q̃ id quod ab eo sentitur, ne fortasis ex hoc ét cogamur dicere omne intelligens melius esse, q̃ id quod ab eo intelligitur. Hoc enim falsum est, quia homo intelligit sapientiam, & non est melior q̃ ipsa sapientia. Quamobrem vide qua causa tibi visum sit, sensum interiorem huic sensui, quo sentimus corpora, esse præferendum. E V. Quia moderatorem & iudicem quendam illum huius esse cognosco. Nam & siquid huic in officio
D suo defuerit, ille tanq̃ debitum à ministro flagitat, sicut pauloante disputatum est. Non enim se videre, aut non videre sensus oculi videt. Et quia non videt, non potest quid sibi desit, aut quid satis sit iudicare, sed ille interior, quo admonetur & anima bestię aperire oculum clausum, & quod deesse sentit implere. Nulli autem dubium est cum qui iudicat, eo de quo iudicat esse meliorem. AVG. Cernis ergo istũ ét corporis sensum de corporibus quodammodo iudicare? Ad illum .n. pertinet voluptas & dolor, cum vel leniter, uel aspere corpus attingitur. Nam sicut ille interior, quid desit vel satis sit oculorum sensui, iudicat, sic ipse sensus oculorum quid desit vel satis sit coloribus, iudicat. Ité sicut ille interior de auditu nostro iudicat, utrum minus an sufficienter intentus sit, sic iudicat auditus ipse de vocibus, quid earum leniter inflet, aut aspere perstrepat. Non necesse est cæteros sensus corporis prosequi. Iam.n. vt opinor, animaduertis quid velim dicere: ita .s. sensum illum interiorem de istis corporis sensibus iudicare, cum eorum & integritatẽ probat, & debitum flagitat, quẽ admodum & ipsi corporis sensus de corporibus iudicant, assumentes in eis lenem tactum, reiicietesq; E contrarium. E V. Cerno sanè, & verissima ea esse consentio. AV G. Attende iam utrũ ratio ét de hoc interiore sensu iudicet. Iam .n. non quæro, utrum eam meliorem illo esse dubites, quia non dubito id te iudicare, quanq̃ ne id quidem iam q̃rendum putem, utrum

vtrum de isto sensu iudicet ratio. Nanq; in ijs ipsis, quæ infra eam sunt. i. in corporibus & in sensibus corporis, & isto interiore sensu, qũo aliud sit alio melius, & q̃ sit illis præstantior ipsa, quid tandẽ nisi ipsa renunciat? Quod profecto nullo modo posset, nisi de his ipsa iudicaret. E V. Manifestum est. Cum ergo eam naturam quæ tantum est, nec viuit nec intelligit, sicuti est corpus exanime, præcedat ea natura quæ non tantũ est, sed etiam viuit, nec intelligit, sicuti est anima bestiarum: & rursus hanc præcedat ea quæ simul & est & viuit & intelligit, sicuti in homine mens rationalis, num arbitraris in nobis, id est, in ijs in quibus natura nostra cõpletur, ut homines simus, aliquid inueniri posse præstantius, quàm hoc quod in his tribus tertiõ loco posuimus? Nam & corpus non habere manifestum est, & vitam quandam qua ipsum corpus animatur atq; vegetatur, quæ duo etiam in bestiis agnoscimus, & tertium quiddam quasi animæ nostræ caput, aut oculum, aut siquid congruentius de ratione atq; intelligentia dici potest, quã nõ habet natura bestiarum. Quare vide obsecro, utrũ aliquid inuenire possis, quod sit in natura hominis ratione sublimius. EV. Nihil omnino melius video. AVG. Quid si aliquid inuenire potuerimus, quod non solum esse non dubites, sed ét ipsa nostra ratione pstantius, dubitabisne illud quicquid sit, deum dicere? EV. Non continuo siquid melius, q̃ id quod in mea natura optimũ est inuenire potuero, deũ esse dixerim. Non enim mihi placet deum appellare, quo mea ratio est inferior, sed quo nullus est superior. AVG. Ita planè. Nam ipse huic tuæ rationi dedit, eam de se pie vereq; sentire. Sed (quęso te) si non inueneris esse aliquid supra nostram rationem, nisi quod æternum atq; incommutabile est, dubitabisne hunc deum dicere? Nam & corpora mutabilia esse cognoscis, & ipsam uitã, qua corpus animatur, p affectus varios mutabilitate non carere manifestum est. Et ipsa ratio cum modo ad verum peruenire nititur, modo non nititur, & aliqñ peruenit, aliqñ non peruenit, mutabilis esse profecto conuincitur. Quæ si nullo adhibito
G corporis instrumento, nec per tactum, nec p gustum, nec per olfactum, nec per aures, nec per oculos, nec per vllum sensum se inferiorem, sed per seipsam cernit æternũ aliquid & incõmutabile, simul & seipsam inferiorem, & illum oportet deum suum esse fatea-

tur. E V. Hunc planè fatebor deum, quo nihil superius esse constiterit. AVG. Bene habet. Nã mihi satis erit ostendere esse aliquid huiusmodi, quod aut fateberis deũ esse, aut si aliquid supra est, eumipsum deum esse concedes. Quare siue supra sit aliquid, siue nõ sit, manifestũ erit deum esse, cum ego quod promisi esse supra rationẽ, eodem ipso adiuuãte monstrauero. E V. Demonstra ergo quod polliceris. AV G. Faciam. Sed prius quæro, vtrũ sensus corporis meus idem sit, qui Sẽsus in tuus, an vero meus non sit, nisi meus, & tuus terior & non sit, nisi tuus. Quod si non ita esset, non exterior, possem per oculos meos videre aliquid, qđ & qũo tu non videres. EV. Concedo prorsus, q̃uis idẽ sen- eiusdem generis, tamen singulos nos habere tiatur à sensus videndi vel audiendi, vel quoslibet multis. alios cæterorũ. Nõ enim solum videre, sed Cap. 7. etiam audire aliquis hominũ põt, quod alius non audiat, & aliud aliquid quodlibet alio H sensu quisquam sentire, quod alius non sentiat. Vnde manifestum est & tuum non nisi tuum, & meum sensum non esse nisi meum. AVG. Hoc idem respondebis de illo etiam sensu interiore. An aliquid aliud? E V. Nihil sanè aliud: nam & ille vtiq; sensum meũ sentit meus, & tuum sentit tuus. Nam ideo plerunque interrogor ab eo qui aliquid videt, vtrum hoc etiam ego videam, quia ego me videre aut non videre sentio, non ille qui interrogat. A V G. Quid ipsam rationem, nonne vnusquisque nostrum habet suam? Quandoquidem fieri potest, vt ego aliquid intelligam, cũ tu id nõ intelligis, nec vtrum intelligam tu scire possis, ego autem sciam. E V. Manifestũ est ét rationales mentes singulos quosque nostrum singulas habere. A V G. Num etiam poteris dicere singulos soles nos habere quos videmus, aut lunas, aut luciferos, aut contra huiusmodi, quãuis suo quisq; ac ꝓprio sensu ista videat? E V. Nullo modo istuc dixerim. A V G. Possumus ergo videre vnum aliquid multi simul, cum sint sensus nostri nobis singulis singuli: quibus omnibus illud vnum sentiI mus qđ simul videmus, vt quãuis alius sensus meus sit, & alius tuus, possit tibi fieri, vt id quod videmus, non sit aliud meũ & aliud tuum, sed illud vnum præsto sit vtrique nostrum, & simul ab vtroque videatur. E V. Manifestissimum est. AVG. Possumus etiã vnam aliquam vocem simul audire, ut quãuis alius sit auditus meus, alius tuus, non sit tamẽ alia mea & alia tua vox, quã simul audimus,

dimus,vel alia pars eius auditu meo capiatur,& alia tuo,sed quicquid sonuerit & vnũ & totum audiendum simul asit ambobus. E V. Et hoc manifestum est. AV G. Iam etiam de cæteris sensibus corporis licet animaduertas quod dicimus,neq; omnino illos quod ad hanc rem attinet,ita se habere,ut illos duos oculorum & aurium, neq; omnino non ita. Nam quia ex hoc vno aere & ego & tu possumus implere spiramentũ, & eius aeris affectionem odore sentire: & idẽ quia ex vno melle, vel quolibet alio cibo seu potu ambo gustare possumus, & eius affectionem sapore sentire: q̃is ille vnus sit,nostri autem sint sensus singuli, tibi tuus, & mihi K meus,vnum odorem vel vnum saporem cũ ambo sentiamus, nec tu tũ eum meo sensu sentias, nec ego tuo, nec aliquo vno, qui vtriusq; nostrum possit esse communiter, sed prorsus mihi sensus meus sit, & tuus tibi,etiam si vnus aut odor aut sapor ab utrisque sentiatur. Hinc ergo isti sensus inueniũtur habere aliquid tale,quale illi duo in visu & auditu. Sed in eo dispares sunt, quantum ad id quod nunc agimus pertinet,q̃ etsi vnũ aerem,naribus ambo trahimus, aut vnum cibum gustando capimus,non tamen eam partem aeris duco quam tu, nec eadem partem cibi sumo quam tu, sed aliam ego, aliam tu. Et ideo de toto aere cum spiro, duco partẽ quanta mihi satis est,& tu item de toto aliã, quanta tibi satis est,ducis. Et cibus quamuis vnus & totus ab vtroq; absumatur, non tamen & à me totus,& à te totus absumi põt: quomodo verbum & ego totum audio,& tu totum simul, & speciem quamlibet quantã ego video, tantam & tu simul: sed cibi vel potionis alia pars in me, alia in te transeat necesse est. An parum ista intelligis? E V. Immo vero apertissima & certissima esse cõ sentio. AV G. Num censes tangendi sen- L sum comparandum esse oculorum & auriũ sensibus in ea re,de qua nunc agitur,quia nõ solum corpus vnum ambo possumus sentire tangendo,sed etiam eandem partem tu quoque poteris tangere, quam ego tetigero, ut non solum idem corpus, sed eandem quoq; corporis partem possimus ambo sentire tangendo? Non.n.sicuti cibum aliquem appositum nõ possumus & ego totum & tu totũ capere, cum ambo illo vescimur, sic etiam in tangendo accidit: sed & vnum & totum quod ego tetigero,ẽt tu potes,vt id ambo tãgamus,non singulis partibus, sed totum singuli. E V. Fateor hoc modo duobus illis superioribus sensibus, hunc tangendi sensum esse simillimum. Sed in hoc uideo esse dissimilem,q̃ simul.i.vno tempore, & uidere ali quid unum totũ ambo possumus & audire: tangere autem possumus quidem totum aliquid ambo vno tẽpore,sed partibus singulis, eandẽ autem partem non nisi tpibus singulis. Nam nulli parti quã tactu capis, possum meũ tactũ admouere,nisi tu amoueris tuũ. AV G. Vigilantissime respondisti. Sed oportet te ẽt illud videre, cũ horum omniũ quæ sentimus,alia sint quæ ambo, alia quæ singu M lis sentiamus, ipsos vero sensus nostros, suos quisq; singuli sentiamus, vt neq; ego sentiã sensum tuum,neq; tu meũ,quid de his rebus quæ sentiuntur à nobis per corporis sensus .i.quid de corporalibus rebus non possumus sentire ambo,sed singuli, nisi quod ita sit nostrum vt hoc in nos vertere & commutare possimus: sicuti est cibus & potus,cuius nullam partẽ quam ego percepero,& tu percipere poteris:quia etsi nutrices alimenta mãsa infantibus reddunt, illud tũ quod inde gustus rapuerit atq; in mandentis viscera commutauerit,nullo modo reuocari poterit, ut in escam refundatur infantis. Gula.n.cum aliquid iucunde sapit,& si exiguã, tũ irreuocabilem partem sibi uendicat, & hoc cogit fieri quod naturæ corporis conuenit: quod nisi ita esset, nullus remaneret sapor in ore posteaq̃ fuerint mansa illa reddita atq; desputa. Quod etiam de aeris partibus recte dici potest,quas naribus ducimus. Nam etiam si aliquid aeris quod ego reddidero, possis ẽt tu ducere, non tũ poteris etiam illud quod inde in alimentum meum cesserit: quia nec reddi potest. Nam etiam naribus alimentũ nos capere medici docent: quod alimentum & spirando solus sentire possum, & reflando restituere non possum, vt abs te etiã ductum naribus sentiatur. Nam cætera sensibilia,quæ quamuis sentiamus, non tamen ea sentiendo in nostrũ corpus corrupta mutamus,possumus ea,siue vno tempore,siue singulis uicisim temporibus ambo sentire, sic vt vel totum uel pars ipsa quã sentio, abs te etiam sentiatur: qualia sunt,siue lux, siue sonus,siue corpora quæ attingamus,non tũ lædimus. E V. Intelligo. AVG. Manifestum est ergo ea quæ non commutamus, & tamẽ sentimus corporis sensibus,& non pertinere ad naturã sensuum nostrorum, & propterea magis nobis esse cõia, quia in nostrũ ꝓpriũ &quasi

& quasi priuatum non vertuntur atq; mutant. E V. Prorsus assentior. A V G. Proprium ergo & quasi priuatum intelligendũ est, quod vnusquisque nostrum sibi est, & quod in se solus sentit, quod ad suam naturã proprie pertinet. Commune autem & quasi publicum,quod ab omnibus sentientibus, nulla sui corruptione atque commutatione Numerorũ cognitio vtilis. Cap. 8. sentitur. E V. Ita est. AVG. Age nunc attende,& dic mihi,vtrum inueniatur aliquid quod omnes ratiocinantes sua quisque rõne atque mente communiter videant, cũ illud quod videt præsto sit oibus,nec in usum eorum quibus præsto est commutetur,quasi cibus aut potio, sed incorruptum integrũque permaneat,siue illi uideant,siue non videãt. An forte nihil huiusmodi eẽ arbitraris? E V. Immo multa esse video. E quibus vnum commemorari satis est,quòd ratio & veritas numeri oibus ratiocinantibus præsto est, vt omnis eam computator sua quisque ratione & intelligentia conetur apprehendere. Et alius id facilius, alius difficilius possit, alius omnino non possit, cũ tamen ipsa æqualiter omnibus se præbeat valentibus eam capere: Nec cũ eã quisque percepit, in sui perceptoris quasi alimentum vertatur atq; mutetur: Nec cum in ea quisq; fallitur, ipsa deficiat, sed ea vera & integra permanente,ille in errore sit tanto amplius,quanto minus eam videt. AVG. Recte sanè. Sed video te tanquã non rudem harũ rerum cito inuenisse quod diceres: tamen si tibi aliquis diceret, numeros istos non ex aliqua sua natura,sed ex ijs rebus, quas sensu corporis attingimus, impressos esse animo nostro quasi quasdã imagines quorunque visibilium,quid responderes? An tu quoque id putas? E V. Nullo mõ C id putauerim. Non enim si sensu corporis percipi numeros, idcirco etiam rationẽ partitionis numerorum vel copulationis sensu corporis percipere potui. Hac enim luce mẽtis refello eum, quisquis vel in addendo vel in retrahendo dum computat falsam summam renunciauerit. Et quicquid sensu corporis tãgo,veluti est hoc cœlũ, & hęc terra, & quæcunq; in eis alia corpora sentio, quãdiu futura sint,nescio. Septẽ autẽ & tria decem sunt,& non solum nunc,sed etiam semper. Neque vllo modo aliquando septem & tria non fuerunt decem, aut aliquando septẽ & tria non erunt decem. Hanc ergo incorruptibilẽ numeri naturam, dixi mihi & cuilibet ratiocinanti esse communẽ. AVG. Nõ resisto tibi verissima & certissima respondẽti. Sed ipsos quoque numeros non per corporis sensus attractos esse facile videbis, si cogitaueris quemlibet numerum tot vocari quoties vnum habuerit. Verbi gratia: Si bis habuerit vnũ,duo vocantur: Si ter tria. Et si decies habet vnum, tunc vocantur decẽ. Et quilibet oino numerus quoties habet vnũ, hinc illi nomen est,& tot appellatur. Vnum vero quisquis verissime cogitat,profecto in- D uenit corporis sensibus non posse sentiri. Quicquid.n.tali sensu attingitur, iã nõ vnũ sed multa esse cõuincitur. Corpus enim est, & ideo habet innumerabiles partes. Sed vt minutas quasque minusque articulatas non persequar, quantulumcunq; illud corpusculum sit, habet certe aliam partẽ dexterã aliã sinistrã,aliã superiorẽ aliã inferiorẽ,aut aliã ulteriorẽ aliã citeriorẽ, aut alias finales, aliã mediam. Hæc enim necesse est quãlibet exiguo corporis modulo inesse fateamur. Et ꝓpterea nullum corpus vere pureque vnum esse concedimus, in quo tũ non possent tam multa numerari, nisi illius vnius cognitione discreta. Cum enim quæro vnum in corpore, & me non inuenire non dubito, noui vtiq; quid ibi quærã,& quid ibi nõ inueniã, & non posse inueniri,vel potius oino ibi nõ esse. Vbi ergo noui q̃ non est corpus vnum, quid sit vnum noui: unum enim si non nossem,multa in corpore numerare nõ possem. Vbicunque autem vnum nouerim,non utique per corporis sensum noui, quia per corporis sensum non noui, nisi corpus qđ vere pureq; vnum nõ esse cõuincimus. Porrò si E unum nõ percepimus corporis sensu, nullũ numerũ eo sensu ꝓcepimus, eorũ dũtaxat numerorũ,quos intelligẽtia cernimus. Nullus enim est ex ijs,qui nõ tot vocẽ, quoties habet vnũ,cuius ꝓceptio corporis sensu non fit. Cuiuslibet.n.corpusculi pars dimidia, quantis duabus totum constat, habet & ipsa dimidiã suam. Sic ergo sunt illæ duæ partes in corpore, vt nec ipsæ simpliciter duæ sint. Numerus autem ille qui vocatur duo, quoniã bis habet illud qđ simpliciter vnũ est,pars eius dimidia, id est, illud ipsum qđ simpliciter vnum est, non potest rursus habere dimidiam partẽ,vel tertiam,vel quotãlibet,qm̃ simplex & vere vnum est. Deinde quoniam tenentes ordinem numerorũ,post vnũ duo uidemus, qui numerus ad vnũ collatus,duplus inuenitur: duplus duorũ nõ cõsequenter adiungitur, sed interposito terna-

tio,quaternarius sequit, qui duplus est duorum. Et hæc ratio per oēs cęteros numeros certissima & incommutabili lege pertendit, vt post unū, id est, post primū oim numerorum, ipso excepto primus sit, q duplū eius habet, duo.n. sequuntur. Post secundū autem,id est,post duo,ipso excepto secundus sit q duplum eius habet. Post duo enim primus est ternarius, secundus quaternarius,
F duplus secundi. Post tertium,id est ternariū, ipso excepto tertius sit, qui duplus est eius: Post tertium enim id est post ternarium,primus est quaternarius,secūdus quinarius,tertius senarius,qui duplus est tertij. Atque ita post quartum, ipso excepto quartus habet duplum eius. Post quartum enim,id est quaternarium,primus est quinarius,secūdus senarius,tertius septenarius, quartus octonarius,qui duplex est quarti. Atque ita per oēs cæteros reperies hoc quod in prima copula numerorum id est, vno & duobus inuentū est, vt quotus quisque numerus est ab ipso principio, totus post illum sit duplus eius. Hoc ergo quod per omnes numeros eē immobile,firmum, incorruptumq; conspicimus,unde conspicimus? Nō enim ullus ullo sensu corporis omnes numeros attingit, innumerabiles.n.sunt: Vnde ergo nouimus per omnes hoc esse, aut qua phantasia vel phantasmate tanquam certa veritas numeri per innumerabilia tam fidenter, nisi in luce interiore conspicitur, quam corporalis sen-
G sus ignorat? His, & talibus multis documentis cogūtur fateri, quibus disputantibus Deus donauit ingenium, & pertinacia caligi nem nō obducit, rōnem veritatemq; numerorū,& ad sensus corporis nō ptinere,& inuertibilem synceramq; cōsistere, & oībus raticionātibus ad videndum esse communē. Quapropter cū multa alia possint occurrere, quæ communiter & tanq̄ publice præsto sunt ratiocinantibus, & ab eis videant mēte atque rōne singulorum,quorūq; cernentiū, eaq; inuiolata & incōmutabilia maneāt, nō tamen inuitus acceperim quod ista ratio & ueritas numeri tibi potissimū occurrerit, cū ad id q̄ interrogauerā,rūdere uoluisses. Nō enim frustra in sanctis libris sapientiæ con-
Eccle.7. iunctus est numerus,vbi dictū est: Circuiui
Ps.146. ego & inclinaui cor meum,vt scirem & con-
Quid sa syderarem, & quærerem sapientiam & nu-
pientia, merum. Veruntamen quæso te quid de ip
line qua sa sapientia putas existimandum? Singulas
nemo quasque suas arbitraris singulos quosq; ho-

mines habere sapientias? An vero vna pſto beatus. Cap.9.
est communiter omnibus, cuius quanto magis quisque sit particeps, tanto est sapiētior?
EV. Quam dicas sapientiam, nondum scio. Video quippe varie videri hominibus, quid
H fiat dicaturue sapienter. Nam & qui militant, sapienter sibi facere videntur. Et qui contempta militia colendo agro curam atq; operam impendunt, hoc potius laudant, tribuuntque sapientiæ. Et qui astuti sunt ad excogitandos modos conquirendæ pecunię,sibi uidentur sapientes. Et qui hæc omnia negligunt vel abiiciunt,& quæq; sunt hmōi temporalia & totū studiū suū ad inuestigationem conferunt veritatis, vt semetipsos deumque cognoscant, magnum hoc esse sapientiæ munus iudicant. Et qui huic ocio quærendi, & contemplandi veri nolunt se dare sed potius laboriosissimis curis & officiis agunt,vt hominibus consulant, & in rerum humanarum iuste moderandarum & gubernandarum actione versentur, sapiētes se esse arbitrantur. Et qui vtrumque horum agunt, & partim uiuunt in contemplatione veritatis,partim in laboribus officiosis,quos humanæ societati deberi putāt, sibi palmam sapientię tenere videntur. Omitto innumerabiles sectas, quarum nulla est quę non sectatores suos præponens cæteris, eos solos velit esse sapientes. Quamobrem cum id nunc agatur inter nos, vt nō quid credamus rūdendū sit, sed quid dilucida intelligentia teneamus, nullo mō ad id tibi quod interrogasti rūdere potero, nisi quod credēdo teneo contemplando ēt & ratione cernendo nouerim,quæ sit ipsa sapientia. AVG. Num aliā I putes esse sapientiam nisi veritatē,in qua cernitur & tenet summū bonum? Nam illi oēs quos commemorasti diuersa sectantes bonū appetūt,& malū fugiūt,sed ꝓpterea diuersa sectātur,ꝙ aliud alij videtur bonum. Quisquis ergo appetit quod appetendū non erat, tametsi id non appeteret nisi ei videretur bonum,errat tamen. Errare autem neque ille potest qui nihil appetit, neque ille qui hoc appetit, quod debet appetere. Inquantum igitur omnes homines appetunt vitam beatam,non errant. Inquantum autem quisque non eā tenet vitæ viā quæ ducit ad beatitudinem,cum se fateatur & profiteat nolle nisi ad beatitudinem peruenire, intantum errat. Error est.n.cū seq̄mur aliq̄d, q̄d nō ad id ducit quò volumus peruenire. Et quāto magis in via vitæ quis errat, tanto minus sapit.

pit. Tanto.n.magis longe est à veritate, in qua cernitur & tenetur summū bonū. Sūmo āt bono assecuto & adepto, beatus quisq; fit,
K quod oēs sine controuersia volumus. Vter go constat nos beatos esse velle, ita nos constat velle esse sapientes, quia nemo sine sapientia beatus est. Nemo.n.beatus est nisi sūmo bono,quod in ea veritate, quā sapientiā vocamus,cernitur & tenetur. Sicut ergo an teq̄ beati simus, mentibus tū nostris impressa est notio beatitatis: per hanc.n. scimus fidenterque & sine vlla dubitatione dicimus beatos nos esse velle: ita ēt prius q̄ sapiētes simus,sapientiæ notionē in mente habemus impressam, per quā vnusquisq; nostrū si interrogetur, velitne esse sapiens,sine vlla caligine dubitationis, se velle respondet. Quare si iam constat inter nos quæ sit sapientia, quam fortasse verbis explicare non poteras, nam si eam nullo modo animo cerneres,nullo modo scires,& velle te esse sapientem, & velle debere, quod te negaturū esse non arbitror: volo iam dicas mihi,vtrum ēt sapientiā sicut numeri rationē atq; veritatē omnibus ratiocinantibus cōmunē se præbere arbitreris. An qm̄ tot sunt mentes hominum quot homines sunt,vnde nec ego de tua mente aliquid cerno, nec tu de mea, tot ēt putas esse sapientias quod potuerunt esse sapientes?
EV. Si summum bonum omnibus vnum
L est,oportet ēt veritatē in qua cernitur & tenetur.i.sapientiā omnibus vnā esse cōmunē.
AVG. An dubitas summū bonū, quicquid illud est,omnibus hominibus vnū esse? EV. Dubitò sanè, quia diuersos diuersis rebus gaudere video tanq̄ summis bonis suis. AV
GV. Vellē quidem vt de summo bono ita nemo dubitaret, vt nemo dubitat, quicquid illud est,non nisi eo adepto posse fieri homi nem beatum. Sed quoniam magna quæstio est, & longū sermonem forte desiderat, putemus omnino tot summa bona esse, quot sunt ipsæ res diuersæ, quæ à diuersis tanquā summa bona appetuntur: num ideo sequitur, vt ipsa sapientia ēt non sit vna cōmunis omnibus,quia ea bona q̄ in illa cernunt & eligunt homines, multa & diuersa sunt? Si enim hoc putas,potes & de luce solis dubitare ꝙ vna sit,qa multa & diuersa sunt, quæ in ea cernimus. De quibus multis eligit quisque pro voluntate, quo fruatur per oculorū sensum. Et alius altitudinem montis alicuius intuetur libenter, & eo gaudet aspectu. Alius campi planiciem,alius cōuexa ualliū, alius nemorum viriditatem, alius mobilem æqualitatem maris,alius hęc omnia,vel quędam horum simul pulchra confert ad lætitiā M
viuendi. Sicut ergo ista multa & diuersa sunt, quæ in luce solis homines vident & eligunt ad fruendum,lux tū ipsa vna est, in qua videt & tenet quo seruatur vniuscuiusque intuentis aspectus: ita ēt & si multa sint bona eaq; diuersa,è quibus eligat quisq; qđ volet, idq; videndo & tenendo ad fruendū summum sibi bonum recte vereq; cōstituat, fieri tū pōt,vt lux ipsa sapientiæ, in qua hęc videri & teneri possunt, omnibus sapiētibus sit vna communis. EV. Fateor fieri posse, nec impedire aliquid vt non sit omnibus cō munis vna sapientia, ēt si multa & diuersa sint summa bona. Sed vellem scire an ita sit. Quod enim cōcedimus fieri posse vt ita sit, non continuo ita esse concedimus. AVG. Tenemus interim vnam esse sapientiam. Sed vtrū sit cōmunis vna omnibus, an singuli sapientes suas habeant sicuti animas vel mentes suas, hoc nondum tenemus. EV. Vna sa-
Ita est. AVG. Quid hoc quod tenemus, piētia o-
vel esse sapientiam, vel sapientes, & ꝑbeatos mniū sa-
esse omnes homines velle,vbi videmus? Nā pientum
hoc te videre & uerum esse,nullo modo uti- cōis.c.10
que dubitauerim. Hoc ergo verum sic uides, A
vt cogitationem tuam, quam si mihi non enuncies, ego prorsus ignoro. An ita vt intelligas & à me videri posse hoc verum, tametsi mihi abs te non dicatur? EV. Immo ita vt abs te quoq; etiam me inuito videri posse non dubitem. AVG. Quod ergo vnum verum videmus ambo singulis mentibus,nonne vtriq; nostrū cōmune est? EV. Manifestissime. AVG. Itē credo te non negare studendū esse sapientiæ, atq; hoc verū esse concedere. EV. Prorsus non dubito. AVG. Hoc item verū & vnum esse,& omnibus qui hoc sciunt ad videndum esse cōe, quāuis vnusquisq; id nec mea, nec tua, nec cuiusquā alterius, sed sua mente conspiciat, cū id quod cōspicitur, omnibus cōspicientibus cōiter præsto sit,nunquid negare poterimus? EV. Nullo modo. AVG. Item iuste esse viuēdū,& deteriora melioribus esse subdenda,& paria paribus comparanda, & propria suis quibusq; tribuenda, nonne fateberis esse verissimum,& tam mihi q̄ tibi, atq; omnibus id videntibus præstò esse cōiter?
EV. Assentior. AVG. Quid incorruptum melius esse corrupto, æternum temporali, inuiolabile violabili poteris negare? EV. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis poteſt? AVG. Hoc ergo verum põt quiſque ſuũ proprium dicere, cum incõmutabiliter contẽplandum aſsit oĩbus, qui hoc contẽplari vãlent? EV. Nullus hoc uere dixerit ſuũ eſſe proprium, cum tã ſit vnum atque omnibus commune q̃. verũ eſt. AVG. Item à corruptione auertendum animũ atque ad incorruptionem conuertendũ eſſe, id eſt non corruptionem, ſed incorruptionẽ diligendã eſſe quis negat? Aut quis cum verũ eſſe fateatur, non etiam incõmutabile intelligat, atq; omnibus mentibus id valẽtibus intueri, communiter præſto eſſe videat? EV. Veriſsimum eſt. AVG. Quid eam vitam quæ nullis aduerſitatibus de certa & honeſta ſententia dimouetur, dubitat aliquis eſſe meliorem, quàm eam quæ facile incõmodis temporalibus frangitur atque ſubuertitur? EV. Quis dubitauerit? AVG. Iam huiuſmodi plura nõ quæram. Satis enim eſt quòd iſtas tanquam regulas & quædã lumina virtutum, & vera, & incõmutabilia, & ſiue ſingula ſiue oĩa communiter adeſſe, ad contemplandũ eis qui hæc valent ſua quiſque rõne
C ac mẽte cõſpicere, pariter mecũ vides, certiſsimũq; eſſe cõcedis. Sed ſanè q̃ro, vtrũ hęc tibi videãtur ad ſapientiam pertinere. Nam credo videri tibi eũ qui ſapientiam aſſecutus eſt, eſſe ſapientem. EV. Videtur omnino, AVG. Quid ille q̃ iuſte viuit, poſſetne ita viuere, niſi videret quę inferiora, quibus potioribus ſubdat, & q̃ paria ſibimet copulet, & quæ propria ſuis quibuſque diſtribuat? EV. Non poſſet. AVG. Qui ergo hæc videt, num eum negabis ſapiẽter videre? EV. Non nego. AVG. Quid ille qui prudenter viuit, nonne eligit incorruptionem, & eã corruptioni præponendam eſſe decernit? EV. Manifeſtiſsime. AVG. Cum ergo id eligit quò conuertat animum, quod eligendum eſſe nemo ambigit, num negari poteſt ſapienter eligere? EV. Nullo modo negauerim. AVG. Cum ergo ad id quod ſapiẽter eligit conuertit animum, ſapienter utiq; conuertit. EV. Certiſsimum eſt. AVG. Et qui ab eo quod ſapienter eligit, & quò ſe ſapienter conuertit, nullis terroribus pœnisq̃ depellitur, ſapienter ſine dubio facit. EV. Prorſus ſine dubio. AVG. Manifeſtiſsimum eſt igitur omnes has, quas regulas diximus & lumina virtutum, ad ſapiẽ-
D tiam pertinere. Quandoquidem quãto magis quiſque ad agendam vitam eis vtitur, & ſecundum hæc agit vitam, tãto magis viuit, facitq̃ ſapienter. Omne aũt quod ſapiẽter fit, non poteſt recte dici à ſapientia eſſe ſeparatũ. EV. Omnino ita eſt. AVG. Quàm ergo veræ atque incommutabiles ſunt regulæ numerorũ, quorum rationẽ atq; veritatẽ incommutabiliter atque communiter omnibus eam cernentibus præſtò eſſe dixiſti, tam ſunt veræ atque incommutabiles regulæ ſapientiæ, de quibus paucis nunc ſingillatim interrogatus reſpondiſti eſſe veras atque manifeſtas, easq̃ omnibus qui hæc intueri valent, cõmunes ad contemplandũ adeſſe concedis. EV. Dubitare nõ poſſum. Sed perSapiẽtia & numerus, & uellem ſcire, vtrum vno aliquo genere conhuius tineãtur hæc duo, ſapientia ſcilicet & numerus, quia cõiuncta etiam in ſcripturis ſanctis laus. hæc poſita eſſe cõmemoraſti, An alterũ exiCap. 11. ſtat ab altero, vt alterum in altero conſiſtat, veluti numerus à ſapientia, vel in ſapientia. Nã ſapientiam exiſtere à numero, aut cõſiſtere in numero non auſim dicere. Neſcio enim quo modo quia multos noui numerarios aut numeratores, vel ſiquo alio nomine vocandi ſunt, qui ſumme atque mirabiliter
E computant, ſapientes aũt perpaucos, aut forſitan neminẽ, lõge venerabilior mihi occurrit ſapientia quàm numerus. AVG. Rem dicis quam ego quoque mirari ſoleo. Nã cũ incommutabilem veritatem numerorũ mecum ipſe conſydero, & eius quaſi cubile ac penetrale vel regionem quãdam, vel ſiquod aliud nomen aptum inueniri poteſt quo nominemus quaſi habitaculum quoddam ſedemq̃; numerorum, longe remoueor à corpore: & inueniens fortaſſe aliquid, quod cogitare poſsim, non tamen aliquid inueniens, quod verbis proferre ſufficiam, redeo tãquã laſſatus in hæc noſtra ut loqui poſsim, & ea quæ ante oculos ſita ſunt dico, ſicut dici ſolent. Hoc mihi accidit etiam cum de ſapiẽtia quantum valeo, vigilantiſsime atque intentiſsime cogito. Et ꝓpterea multũ miror, cum hæc duo ſint in ſecretiſsima certiſsimaq̃ veritate, accedente etiam teſtimonio ſcripturarum quo commemoraui coniuncte ita poſita, plurimum miror, vt dixi, quare numerus uilis ſit multitudini hominum, & chara ſapientia. Sed nimirum illud eſt, quòd vna quædam eademq̃ res eſt. Verum tamen quoniam nihilominus in diuinis li-F Sapiẽ. 8. bris de ſapientia dicitur, quòd attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, ea potentia qua fortiter à fine vſq; ad finem attingit, numerus fortaſſe dicitur.

Ea

Ea vero qua diſponit omnia ſuauiter, ſapiẽtia ꝓprie iam vocatur: cũ ſit vtrunq; vnius eiuſdemq̃; ſapiẽtiæ. Sed quia dedit numeros omnibus rebus etiam infimis, & in fine rerũ locatis: & corpora enim omnia quanuis in rebus extrema ſint, habent numeros ſuos, ſapere autem nõ dedit corporibus neque animis omnibus, ſed tantum rationalibus, tanquam in eis ſibi ſedem locauerit, de qua diſponat, omnia, illa etiam infima quibus numeros dedit. Itaque, qm̃ de corporibus facile iudicamus, tanquam de rebus quæ infra nos ordinatæ ſunt q̃bus impreſſos numeros infra nos eẽ cernimus, & eos propterea vilius habemus. Sed cum cœperimus tanquam ſurſum verſus recurrere, inuenimus eos etiam noſtras mentes tranſcendere, atque incommutabiles in ipſa manere veritate. Et quia ſapere pauci poſſunt, numerare aũté ẽt ſtultis conceſſum eſt, mirãtur homines ſapientiam, numerosq̃; cõtemnũt. Docti aũt & ſtudioſi,
G quãto remotiores ſunt à labe terrena, tanto magis & numerũ & ſapientiã in ipſa veritate contuenſ, & vtrunque charum habent. Et in eius veritatis comparatione non ſolũ eis aurum & argentum, & cætera de quibus homines dimicant, ſed ipſi etiam vileſcunt ſibi. Nec mireris numeros ideo vileſcere hominibus, & charã eſſe ſapientiã, q̃a facilius poſſunt numerare q̃ ſapere, cum videas charius illos habere aurũ quàm lumen lucernæ, cui cõparatum aurum ridetur. Sed honorat amplius res longe inferior, quia lucernã ſibi & mendicus accendit, aurũ vero pauci habent: quanquam ſapientia abſit, vt in comparatione numeri inueniatur inferior, cum eadem ſit, ſi oculus quo cerni poſsit, inquirat. Sed quemadmodum in uno igne conſubſtantialis, ut ita dicam, ſentitur fulgor & calor, nec ſeparari ab inuicem poſſunt, tamen ad ea ca-
Cõpara lignis ad ſapiẽ & nulor pertinet, quæ prope admouẽtur, fulgor vero etiam lõgius latiusq̃ diffunditur: ſic intumerum. telligentiæ potentia quæ ineſt ſapientiæ propinquiora ferueſcunt, ſicuti ſunt animæ rationales: ea vero quæ remotiora ſunt, ſicuti corpora, non attingit calore ſapiendi, ſed
H perfundit lumine numerorum, quod tibi fortaſsis obſcurum eſt. Non enim ulla viſibilis ſimilitudo, inuiſibili rei poteſt ad omnem conuenientiam coaptari. Tantũ illud attende, quod & quæſtioni quam ſuſcepimus ſatis eſt, & humilioribus etiam mentibus quales nos ſumus ſeſe manifeſtat, quia & ſi clarũ nobis eſſe nõ põt, vtrum in ſapientia, vel ex ſapientia numerus, an ipſa ſapiẽtia ex numero, an in numero ſit, an vtrunq; nomẽ vnius rei poſsit oſtendi, illud certe manifeſtum eſt vtrunque verum eſſe, & incommutabiliter uerum. Quapropter nullo mõ negaueris Vna om eſſe incommutabilem veritatem, hæc omniũ cõis nia quæ incommutabiliter vera ſunt contiſumma nentem, quã non poſsis dicere tuam vel meã veritas. vel cuiuſquam hominis, ſed omnibus incõ- Cap. 12. mutabilia uera cernentibus, tanquam miris modis ſecretum & publicum lumen præſto eſſe ac ſe præbere communiter. Omne autẽ quod cõmuniter omnibus ratiocinãtibus atque intelligentibus præſto eſt ad ullius eorum proprie naturam ꝓtinere quis dixerit? Meminiſti enim, ut opinor, quid de ſenſibus corporis pauloante tractatum ſit. Ea ſcilicet quæ oculorum uel aurium ſenſu cõmuniter tãgimus, ſicuti ſunt colores & ſoni, quos ego I & tu ſimul uidemus uel ſimul audimus, non pertinere ad oculorũ noſtrorum auriumue naturam, ſed ad ſentiendum nobis eſſe communia. Sic ergo etiam illa q̃ ego & tu cõmuniter propria quiſq; mente conſpicimus, nequaquam dixeris ad mentis alicuius noſtrũ pertinere naturam. Duorum enim oculi qđ ſimul uident, nec huius nec illius oculos eſſe poteris dicere, ſed aliquid tertium, in quod utriuſque feratur aſpectus. EV. Apertiſsimum atq; ueriſsimũ eſt. AVG. Hanc ergo ueritatẽ, de qua iam diu loquimur, & in qua una tam multa conſpicimus, excellentiorem putas eſſe quàm mens noſtra eſt, an æqualẽ mẽtibus noſtris, an etiam inferiorem? Sed ſi eẽt inferior, non ſecundum illam, ſed de illa iudicaremus, ſicut iudicamus de corporibus quia infra ſunt, & dicimus ea plerunque, nõ tm̃ ita eſſe vel non ita, ſed ita vel non ita eſſe debere. Sic & de animis noſtris non ſolum ita eſſe animum nouimus, ſed plerunq; etiã ita eſſe debere. Et de corporibus quidem ſic iudicamus, cum dicimus minus candidum eſſe quàm debuit, aut minus quadrũ, & multa ſimiliter. De aĩs vero, minus aptus eſt, q̃ debeat, aut minus lætus, aut minus lenis, aut minus uehemens, ſicut noſtrorum morum ſe ratio tulerit. Et iudicamus hæc ſecundum K illas inferiores regulas veritatis, quas communiter cernimus. De ipſis vero nullo modo quis iudicat. Cum.n. quis dixerit ęterna temporalibus eẽ potiora, aut ſeptem, & tria decem eſſe, nemo dicit ita eẽ debuiſſe, ſed tm̃ ita eſſe cognoſcẽs, non examinator corrigit, ſed tantum lætatur inuentor. Si autem eſſet

æqualis mentibus nostris hæc veritas, mutabilis etiã ipsa esset. Mentes.n. nostræ aliqñ eam minus aliquando plus vident, & ex hoc fatẽtur se esse mutabiles: cũ illa in se manẽs nec proficiat cum plus à nobis videtur, nec deficiat cũ minus, sed integra & incorrupta, & cõuersos lætificet lumine, & auersos puniat cæcitate. Quid q; etiã de ipsis nũbus nostris secũdum illã iudicamus, cum de illa nullo modo iudicare possimus? Dicimus enim, minus intelligit quam debet, aut tantũ quantũ debet intelligit. Tantũ aũt mens debet intelligere, quantũ propius admoueri atq; inhærere potuerit incommutabili veritati. Quare si nec inferior, nec æqualis est, restat ut sit superior atque excellentior.

Per similia excitatur ad summũ bonum. Cap. 13. Psal. 37.

Promiserã autẽ si meministi, me tibi demonstraturũ esse aliquid, qđ sit mẽte nostra atque ratione sublimius. Ecce tibi est ipsa veritas: Amplectere illam, si potes, & fruere illa, & delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quid enim petis amplius, q̃ vt beatus sis? Et quid beatius eo qui fruit inconcussa & incõmutabili & excellentissima veritate? An vero clamãt homines beatos se esse, cum pulchra corpora magno desiderio concupita, siue conjugum, siue etiam meretricum amplexant, & nos in amplexu veritatis beatos esse dubitamus? Clamãt homines se beatos eẽ, cũ æstu aridis faucibus ad fontẽ abundantem salubremq; perueniunt, aut esurientes prandiũ cœnamue ornatam copiosamq; reperiunt, & nos negabimus btõs esse, cũ irrigamur pascimurq; veritate? Solemus audire voces clamantiũ se beatos se iaceãt in rosis alijsq; floribus, vel etiã unguẽtis odoratissimis perfruant. Quid fragrantius, quid iucundius inspiratione veritatis? Et dubitamus nos cũ ab illa inspiramur, dicere beatos? Multi beatã vitam in cantu uocũ, & neruorũ, & tibiarum sibi constituunt, & cũ ea sibi desunt, se miseros iudicant, cum autem assunt, efferuntur lætitia: & nos cum mentibus nostris sine ullo strepitu, vt ita dicã, canorum & facundũ quoddã silentium veritatis illabitur, aliam beatam vitam quærimus, & tam certa, et præsente nõ fruimur? Luce auri & argenti, luce gemmarũ & aliorum colorũ, siue ipsius lucis, quę ad hos oculos pertinet, siue in ignibus terrenis, siue in stellis & luna vel sole claritate, & incunditate delectati homines, cum ab ista lætitia nullis molestijs, nulla indigentia reuocantur, bene sibi videntur, & pp hęc semper uolunt uiuere. & nos in luce veritatis beatã vitam collocare nec tuimus? Immo vero qñ in veritate cognoscitur & tenetur summũ bonum, eaque veritas sapiẽtia est, cernamus in ea teneamusque summũ bonũ, eoque pfruamur. Beatus est qppe qui fruitur summo bono. Hęc enim veritas ostendit omnia bona quæ verã sunt, quæ sibi suo captu intelligentes homines, vel singula, vel plura eligunt, quibus fruantur. Sed quemadmodum illi q̃ in luce solis eligunt qđ libenter aspiciant, et eo aspectu lętificantur, in quibus siqui forte fuerint uegetioribus sanisque & fortissimis oculis prędi ti, nihil libentius quàm ipsum solem contuentur, qui etiam cætera quibus infirmiores oculi delectantur, illustrat: Sic fortis acies mentis illustrata, cum multa vera & incõmutabilia certa ratione conspexerit, dirigit se in ipsam veritatem qua cuncta monstrantur, eique inhærens tanquam obliuiscitur cætera, & in illa simul omnibus fruitur. Quicquid enim iucundum est in cæteris veris, ipsa utique ueritate iucundũ est. Hæc est libertas nostra, cum istri subdimur ueritati. Et ipse est Deus noster q̃ nos liberat à morte. i. a conditione peccati. Ipsa.n. ueritas etiã homo cum hominibus loquens, ait credentibus sibi: Si manseritis in uerbo meo, uere discipuli mei estis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Nulla enim re fruitur animam cum libertate, nisi qua fruit cũ securitate. Nemo autem securus est in ijs bonis q̃ pót inuitus amittere. Veritatẽ aũtẽ atque sapientiam nemo amittit inuitus. Non enim locis separari ab ea quisquã potest, sed ea quæ dicitur à ueritate atque sapientia separatio peruersa uoluntas est, qua inferiora diliguntur. Nemo autem uult aliqd nolens. Habens igitur qua fruamur omnes æqualiter atq; cõmuniter: Nullę sunt angustię, nullus in ea defectus. Oẽs amatores suos nullo mõ sibi inuidos recipit, & omnibus communis est, & singulis casta est. Nemo alicui dicit, Recede, vt etiam ego accedam: remoue manus, ut ẽt ego amplectar. Oẽs inhærent, ipsam omnes tãgũt. Cibus eius nulla ex parte discerpit. Nihil de ipsa bibis quod ego nõ possim bibere. Non enim ab eius communione in priuatum tuum mutas aliquid: Sed quod tu de illa capis, & mihi manet integrũ. Quod te inspirat, non expecto ut reddatur abs te, & sic ego inspirer ex eo. Non enim aliquid eius aliquando fit cuiusquã unius, aut quorundam proprium, sed simul omnibus tota

Ioan. 8.

Cap. 14.

tota est communis. Minus ergo ea quæ tangimus, vel quę gustamus, vel quæ olfacimus huic sunt veritati similia, sed magis ea quæ audimus & cernimus: qa & omne verbum à qbus auditur, totum auditur ab omnibus, & simul à singulis totum. Et species omnis quæ oculis adiacet, quanta vĩ ab vno, tanta & ab alio simul. Sed multũ lõgo interuallo sunt ista similia. Nec tota.n. simul sonat q̃libet vox, qa per tẽpora tenditur & producitur, & aliud eius prius sonat, aliud posterius. Et species ois visibilis tanq̃ intumescit per locos, nec vbiq; tota est. Et certe omnia hæc auferũtur inuito, & quo minus eis fruiposimus, quibusdam impedimur angustijs.

C Nam & si posset esse cuius q̃ suauis cantus sempiternus, & studiosi eius certatim ad eũ audiendum venirent, coarctarent sese atque pugnarent de locis, quanto plures essent, vt cantanti esset quisque propinquior, & in audiẽdo nihil tenerent manere secum, sed omnibus vocibus fugientibus tangerentur. Solẽ aũt istũ si vellem intueri, atq; id pertinaciter possem, & in occasu me defereret, & subuelaretur nubilo, & multis alijs obstaculis voluptatem videndi eum inuitus amitterem. Postremo etiam si adesset semper suauitas, & lucis videnti, & vocis audienti, quid magnũ ad me pueniret, cum mihi esset cõmune cũ beluis? At illa veritatis & sapientiæ pulchritudo, tantum absit pseuerans volũtas fruẽdi, nec multitudine audientium constipata secludit venientes, nec peragitur tempore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec vmbra intercluditur, nec sensibus corporis subiacet. De toto mundo ad se conuersis qui diligunt eã, omnibus pxima est, omnibus sempiterna. Nullo loco est, nusq̃ deest: foris admonet, intus docet cernẽtes se: cõmutat oẽs in melius, à nullo in deterius cõmutat: nullus de illa iudicat, nullus sine illa iudicat bene. Ac per hoc eam manifestũ est, mentibus nostris, quæ ab ipsa vna fiunt singulę sapientes, & non de ipsa, sed per ipsam de cæteris iudicant, sine dubitatione esse potiorem.

Cõmendatio sapientiæ.

Summũ quę Deus ẽ, norma sapiẽ.

Cap. 15.

Tu aũt concesseras, siquid supra mẽtes nostras esse monstrarẽ, Deũ te esse confessurũ, si adhuc nihil esset superius. Quã tuã cõcessionem accipiens dixerã satis esse, vt hoc demonstrarẽ. Si.n. aliquid est excellentius, ille potius Deus est: si aũt non est, iam ipsa veritas Deus est. Siue ergo illud sit, siue non sit, Deũ tũ esse negare nõ poteris: q̃ nobis erat ad differendũ & tractandũ qõ cõstituta. Nã si te hoc mouet quod apud sacrosanctam disciplinam Christi in fidẽ recepimus, esse patrẽ sapientiæ: memento nos ẽt hoc in fide accepisse, q̃ æterno patri sit æqualis, quæ ab ipso genita est sapientia. Vnde nihil quærẽdũ est, sed inconcussa fide retinendũ. Est enim Deus, & vere summeque est. Quod iam nõ solũ indubitatũ (quantum arbitror) fide retinemus, sed ẽt certa, quanuis adhuc tenuissima forma cognitionis attingimus, qđ qõni susceptæ sufficit, vt cætera q̃ ad rem pertinẽt explicare possimus. Nisi quid habes aduersus ista quod opponas. EV. Ego vero incredibili omnino, & quam tibi verbis explicare non possum lætitia pfusus accipio ista, & clamo esse certissima. Clamo ãt voce interiore, qua exaudiri cupio ab ipsa veritate & illi inhærere: quod non solum bonũ, sed ẽt summum bonũ & beatificum esse concedo. AVG. Recte sanè, ẽt ego plurimũ gaudeo. Sed q̃so te, nũquid iam sapientes & beati sumus, an adhuc tendimus eo vt id nobis esse proueniat? EV. Eò nos potius tendere existimo. AVG. Vnde ergo ista comprehendis, quibus veris certisq; gaudere te clamas, & hoc ad sapientiã pertinere cõcedis? An quisquam insipiens pt nosse sapientiã? EV. Quandiu insipiens est, nõ potest. AV. Tu ergo iam sapiẽs es, aut nondum nosti sapientiam. EV. Non sum quidem adhuc sapiens, sed nec insipientẽ me dixerim, inquantum noui sapientiã: q̃n & certa sunt ista q̃ noui, & ad sapientiam pertinere negare non possum. AVG. Dic quæso te, nonne fatebaris eum, qui non est iustus, iniustum esse, & q̃ nõ est prudẽs, imprudentẽ esse, & qui nõ est temperans, intemperantem? An dubitari de his aliquid põt? EV. Fateor hominem q̃ iustus non est, iniustum esse: hoc etiã de prudente & tẽperante responderim. AVG. Cur ergo & q̃ sapiens non est, non sit insipiens? EV. Hoc quoq; fateor, q̃ quisq; sapiens nõ est eum esse insipientẽ. AV. Nunc ergo tu quid horum es? EV. Quodlibet horum me appelles nondũ audeo me dicere sapientem: Et ex ijs quæ cõcessi, video esse consequens, vt me insipientem nõ dubitem dicere. AVG. Nouit ergo insipiens sapientiam. Non enim sicut iam dictum est, certus esses velle te esse sapiẽtẽ, itaq; oportere, nisi notio sapiẽtiæ mẽti tibi inhęreret, sicut earũ rerum de quibus singillatim interrogatus respondisti, quæ ad ipsam sapientiam pertinent, quarum cognitione lætatus es. EV.

Quisq; sæpe abutitur quis.

Numerus erigit animum.

Cap. 16.

Ita est vt dicis. AVG. Quid igitur aliud agimus cum studemus esse sapientes, nisi vt quanta possumus alacritate, ad id quod mente contigimus, totam animã nostram quodammodo colligamus, & ponamus ibi atq; stabiliter infigamus, vt non iã priuato suo gaudeat quod implicauit rebus transeuntibus, sed exuta omnibus temporũ & locorũ affectionibus, apprehẽdat id quod vnũ atq; idem semper est. Sicut enim tota vita corporis est anima, sic beata vita animę Deus est. Quod dũ agimus, donec peragamus, in via sumus. Et quod istis veris & certis bonis, quanuis adhuc in hoc tenebroso itinere coruscãtibus, gaudere concessum est, vide vtrũ hoc sit quod scriptum est de sapientia, quid agat cũ amatoribus suis cũ ad eam veniunt,

Sap. 6.

& eam q̃runt. Dictũ est enim: In vijs ostendet se illis hilariter, & omni prudẽtia occurret illis. Quoquò.n.te verteris, vestigijs q̃busdam q̃ operibus suis impresit loquitur tibi, & te in exteriora relabentem ipsis exteriorum formis intro reuocat: vt quicquid te delectat in corpore, & per corporeos illicit sensus, videas esse numerosum, & q̃ras vnde sit, & in teipsum redeas, atq; intelligas te id quod attingis sensibus corporis, probare aut improbare non posse nisi apud te hẽas quasdam pulchritudinis leges, ad quas referas queq; pulchra sentis exterius. Intuere cœlũ, & terram, & mare, & quæcunq; in eis vel desuper fulgent, vel deorsum repunt, vel volant, vel natant, formas habent, quia numeros hñt: adime illis hæc, nihil erunt. A quo ergo sunt, nisi à quo numerus? quandoquidem intantũ illis est esse, inquantũ numerosa esse. Et otium quidẽ formarũ corporearũ artifices homines in arte hñt numeros, quibus coaptent opera sua, & tãdiu manus atq; instrumenta in fabricando mouent, donec illud quod formatur foris, ad eam quæ intùs est lucẽ numerorũ relatũ, quantum p̃t, impetret absolutionem, placeatq; per interpretẽ sensum interno iudici supernos numeros intuẽti. Quære deinde artificis ipsius membra quis moueat, numerus erit. Nã mouentur ẽt illa numerosè. Et si detrahas de manibus opus, & de animo intentionẽ fabricãdi, motusq; ille membrorũ ad delectationem referatur, saltatio vocabitur. Quære ergo quid in saltatione delectet, respondebit tibi numerus, Ecce sum. Inspice iam pulchritudinẽ formati corporis, numeri tenentur in loco. Inspice iam pulchritudinem mobilitatis in corpore, & numeri versantur in tempore. Intra ad artẽ vnde isti procedunt, q̃re in ea tẽpus & locũ, nunq̃ erit, nusquam erit, viuit in ea tñ numerus. Nec eius regio spatiorũ est, nec ætas dierũ, & discendę arti tñ ceũ se accõmodant, qui se artifices fieri volunt, corpus suũ per loca & tẽpora mouent, animum vero per tempora. Accessu quippe tẽporis peritiores fiunt. Transcẽde ergo & animum artificis, vt numerum sempiternũ videas. Iam tibi sapientia de ipsa interiore sede fulgebit, & de ipso secretario veritatis. Quæ si adhuc languidiorem aspectum tuũ reuerberat, refer oculum mẽtis in illam viã, vbi se ostendebat hilariter. Memento sanè distulisse te visionem, quam fortior saniorq; repetas. Væ qui derelinquunt te ducem, & oberrant in vestigijs tuis, qui nutus tuos p̃ te amant, & obliuiscunt quid innuas. O suauissima lux purgatæ mẽtis sapientia. Nõ.n. cessas innuere nobis, quæ & quanta sis. Et nutus tui sunt omne creaturarum decus. Et artifex enim quodammodo innuit spectatori operis sui de ipsa operis pulchritudine, ne ibi totus hæreat, sed speciem corporis fabricati sic percurrat oculis, vt in eum, qui fabricauerit, recurrat affectu. Similes autem sunt hominibus, qui ea quæ facis pro te amant, qui cum audiunt aliquẽ facundum sapiẽtem, dum nimis suauitatem vocis eius, & structuras syllabarum apte locatarum auide audiunt, amittunt sententiarum principatum, cuius illa verba tanquam signa sonuerunt. Væ qui se auertunt à lumine tuo, & obscuritati suæ dulciter inhærent. Tanq̃ enim dorsum ad te ponentes, in carnali opere velut in vmbra sua defiguntur, & tamen etiã ibi quod eos delectat, adhuc habent de circunfulgentia lucis tuæ. Sed vmbra dum amatur, languidiorem facit oculũ animi, & inualidiorem ad perferendum conspectum tuum. Propterea magis magisq̃ homo tenebratur, dum sectatur libentius, quicquid infirmiorẽ tolerabilius excipit. Ex quo incipit nõ posse videre quod summe est, & malum putare quicquid fallit improuidum, aut illicit indignum, aut captum excruciat, cũ ea pro merito patiatur auersionis suę, & quicquid iustum est, malum esse non possit. Si ergo quicquid mutabile aspexeris, vel sensu corporis, vel animi consyderatione ea pere non potes, nisi aliqua numerorum forma teneatur, qua detracta in nihil recidat: noli dubitare vt ista mutabilia non intercipiantur,

piant̃, sed dimensis motibus, & distincta varietate formarum, quasi quosdã versus temporum peragant, esse aliquam formam æternam & incommutabilem: quæ neq; contineatur & quasi diffundatur locis, neq; protendatur atque varietur temporibus, per quam cuncta ista formari valeãt, & pro suo genere implere atq; agere locorum ac temporum numeros. Omnis enim res mutabilis sit necesse est. Sicut autem mutabile dicimus quod mutari p̃t, ita formabile, quod formari potest, appellauerim. Nulla autem res formare seipsam potest: quia nulla res potest dare sibi quod non habet. Et vtiq; vt habeat formam, formatur aliquid. Quapropter quælibet res siquam habet formam, nõ ei opus est accipere quod habet: Siqua vero non habet formam, non potest à se accipere quod nõ habet. Nulla ergo res, vt diximus, formare se potest. Quid aũt amplius de mutabilitate corporis & animi dicamus? Superius.n.satis dictum est. Conficitur itaq;, vt & corpus & animus forma quadã incõmutabili & semper manẽte formentur. Cui formę dictum est: Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Annos sine defectu pro æternitate posuit prophetica locutio. De hac item forma dictũ est, q̃p in seipsa manens innouet oĩa. Hinc etiam cõprehenduntur omnia prouidentia gubernari. Si enim omnia quæ sunt, forma penitus subtracta nulla erunt, forma ipsa incommutabilis p quã mutabilia cũcta subsistunt, vt formarũ suarum numeris impleantur & agantur, ipsa est eorũ prouidentia. Non.n. ista essent, si illa non esset. Intuens ergo & cõsyderans vniuersam creaturam, quicunq; iter agit ad sapientiam, sentit sapientiam in via se sibi ostendere hilariter, & in omni prouidentia occurrere sibi, & tanto alacrius ardescit viam istam peragere, quanto & ipsa via per illam pulchra est ad quam exæstuat peruenire. Tu autem si prẽter id quod est & non viuit, & id quod est & viuit neque intelligit, & id quod est & viuit & intelligit, inueneris aliquod creaturarum genus, tunc aude dicere aliquod bonũ esse quod non sit ex Deo. Tria.n.hæc duobus ẽt nominibus enũciari possunt, si appellentur corpus & uita: quia & illa quæ tantũ viuit, neq; intelligit, qualis est pecorum, & hæc quæ intelligit, sicuti est hominum, rectissime vita dr̃. Hæc aũt duo.i.corpus & vita, q̃ quidẽ creaturæ deputantur: nã & creatoris ipsius vita dr̃, & ea summa vita est. Istę igitur duæ creaturæ corpus & vita, quoniã formabilia sunt, sicuti superius dicta docuerunt, amissæque omnino forma in nihilum recidunt, satis ostendũt se ex ista forma subsistere, quæ semp ciusmodi est. Quamobrẽ quãtacunq; bona, quãuis magna, quãuis minima, nisi ex deo eẽ nõ possunt. Quid.n.magis in creaturis, q̃ uita intelligẽs, aut q̃d minus p̃t esse q̃ corpus? Quæ quãtumlibet deficiant & eo tendant vt non sint, tñ aliquid formæ illis remanet, vt quoquo modo sint. Quicquid autem formæ cuipiam rei deficienti remanet, ex illa forma est, quæ nescit deficere, motusq; ipsos rerũ deficientium vel proficientiũ excedere numerorũ suorũ legẽ, nõ finit. Quicquid igit̃ laudabile aduertitur in rerũ natura, siue exigua, siue ampla laude dignum iudicetur, ad excellentissimã & ineffabilem laudem referendũ est cõditoris: Nisi quid habes ad hæc. EV. Satis mihi psuasum esse fateor, & quẽadmodum manifestũ fiat, quantũ in hac vita atq; inter tales quales nos sumus p̃t, Deũ esse, & ex Deo esse omnia bona: q̃quidem oĩa q̃ sunt, siue q̃ intelligunt & viuunt & sunt, siue q̃ tm̃ viuunt & sunt, siue quæ tm̃ sunt, ex Deo sunt. Nunc iam tertiam quæstionem videamus, vtrum expediri possit, inter bona esse nume randam liberam voluntatem. Quo demonstrato, sine dubitatione concedã, Deũ dedisse nobis eã, dariq; oportuisse. AV. Bene meministi proposita, & secundam qõnem iam explicatam vigilanter animaduertisti. Sed videre debuisti ẽt istam tertiam, iam solutã. Propterea quippe tibi videri dixeras, dari non debuisse liberũ voluntatis arbitrium, q̃p eo quisq; peccat. Cui snię tuæ cũ ego intulissem, recte fieri non posse, nisi eodẽ libero volũtatis arbitrio, atq; ad id potius hoc Deũ dedisse asseuerarem, respõdisti liberã voluntatẽ ita nobis dari debuisse, vt iustitia data est qua nemo nisi recte põt vti. Quæ rũsio tua in tantos circuitus disputationis nos ire compulit, quibus tibi p̃baremus & maiora & minora bona non esse nisi ex Deo. Quod nõ tã dilucide ostẽdi posset, nisi prius aduersus opiniones impiæ stultitiæ, qua dicit insipiens in corde suo, non est Deus, qualiscũq; de re tanta p̃ modulo nostro inita rõ, eodẽ ipso Deo in tã periculoso itinere nobis opitulãte, in aliquid manifestũ intẽderet. Quæ duo tñ.i.Deũ esse, & omnia bona ex ipso esse, quanquam inconcussa fide ẽt antea tenerentur,

Deus formã incõmutabilis, ad quã referenda sunt omnia. Cap. 17.

Psal. 101.

Sapiẽ. 7.

Sapiẽ. 6.

I

K

M

A

B

Et bonis male vti possum. Cap. 18.

1. Retr. Cap. 9.

Psal. 52.

Crentur,sic tñ tractãta sunt,vt hoc quoq; tertiũ inter bona esse numerandum,liberã scilicet voluntatem,manifestissime appareat. Iã enim superiore disputatione patefactum est, constititq; inter uos naturam corporis inferiore gradu esse q̃ animi naturã, ac per hoc animũ maius bonũ esse q̃ corpus.Si ergo in corporis bonis inuenimus aliqua quibus nõ recte vti homo possit,nec tñ propterea dicimus,non ea dari debuisse, quoniam esse confitemur bona,quid mirũ si & in animo sunt quædã bona,q̃bus ẽt nõ recte vti possimus: sed quia bona sunt, nõ potuerũt dari nisi ab illo,à quo sunt omnia bona? Vides.n.quantum boni desit corpori, cui desunt manus,& tamen manibus male vtitur, qui eis operatur vel sæua vel turpia. Sine pedibus aliquẽ si aspiceres,fatereris deesse integritati corporis plurimũ bonũ: & tñ eũ qui ad nocendũ cuipiã, vel seipsum dehonestandũ pedibus vteretur,male vti pedibus non negare. Oculis hanc lucẽ videmus, formasq; internosci mus corporũ: idq; & speciosissimũ est in nostro corpore,vñ in fastigio quodã dignitatis hæc membra locata sunt,& ad salutẽ tuẽdã, multaq; alia vitæ commoda refert vsus ocu
lorum, oculis tamen pleriq; pleraq; agunt
D turpiter,& eos militare cogunt libidini. Et vides quantum bonum desit in facie si oculi desint.Cũ aũt assunt,quis hos dedit,nisi bonorũ omniũ largitor deus? Quẽadmodũ ergo ista probas in corpore, & nõ intuens eos qui male his vtuntur, laudas illum qui hæc dedit bona: Sic liberam voluntatẽ sine qua nemo põt recte viuere, oportet & bonũ esse & diuinitus datũ, & potius eos dãnãdos qui hoc bono male vtũtur,q̃ eũ q̃ dederit, dare non debuisse fatearis.EV. Prius ergo vellẽ, vt mihi probares aliquod bonum esse liberã voluntatem, & ego concederem deum illã dedisse nobis, quia fateor ex deo omnia bona esse. AVG. Itane tandẽ non probaui tibi tanto molimine superioris disputationis, cũ oẽm speciem formãq; corporis à summa omnium rerũ forma, id est,à veritate subsi-
Mat.10. stere fatereris,& bonũ esse concederes? Nã & capillos nostros numeratos esse, ipsa in Euangelio loquitur veritas. De numeri aũt summitate, & à fine vsq; ad finẽ ptendente potẽtia,q̃ locuti fuerimus,excidit tibi? Quæ igitur ista tãta peruersitas, capillos nostros, q̃is inter exigua & omnino abiectissima, tamen inter bona numerare, nec inuenire
E cui authori tribuantur nisi bonorũ omniũ cõditori deo,quia & maxima & minima bona ab illo sunt,à quo est omne bonum:& du bitare de libera voluntate sine qua recte viui non posse concedunt, etiam qui pessime viuunt. Et certe nunc respondes,quæso,quid tibi meli? esse videatur in nobis,sine quo recte viui põt an sine quo rectẽ viui non põt? EV. Iamiã parce(q̃so)pudet cæcitatis. Quis enim ambigat id longe esse præstantius,sine quo recta vita nulla est? AVG. Iam ergo tu negabis luscum hominẽ recte posse viuere? EV. Absit tã immanis amentia. AVG. Cũ ergo in corpore oculũ concedas esse aliquod bonum, quo amisso tñ ad recte viuendũ nõ impeditur voluntas libera, tibi videtur nullum bonum,sine qua recte nemo viuit? Intueris.n.iustitiã,qua nemo male vtitur. Hęc inter summa bona quæ in ipso sunt homine numeratur, oẽsq; virtutes animi q̃bus ipsa recta vita & honesta constat. Nam neq; prudentia,neq; fortitudine, neq; tẽperantia male quis vtitur.in his.n.omnibus,sicut in ipsa ẽt quã tu commemorasti iustitia,recte ratio viget,sine qua virtutes esse nõ possunt. Recta autem ratione male vti nemo potest. Ista
F ergo magna bona sunt. Sed meminisse te oportet,non solum magna, sed etiã minima bona non esse posse, nisi ab illo, à quo sunt omnia bona,hoc est deo. Id enim superior disputatio persuasit, cui totiens tamq; lætus assensus es. Virtutes igitur quibus recte viui tur,magna bona sunt. Species autem quorũlibet corporum, sine quibus recte viui põt, minima bona sunt. Potentiæ vero animæ, sine quibus recte viui non potest, media bona sunt. Virtutibus nemo male vtitur. Cæteris aũt bonis,id est,medijs & minimis,nõ solum bene,sed ẽt male quisq; vti põt. Et ideo virtute nemo male vtitur, quia opus virtutis est bonus vsus istorum, quibus etiam nõ bene vti possumus. Nemo autem bene vten do male vtitur. Quare abũdantia & magnitudo bonitatis dei non solũ magna, sed etiã media & minima bona esse præstitit. Magis laudanda est bonitas eius in magnis, q̃ in medijs, & magis in medijs, q̃ in minimis cap. quæ bonis, sed magis in omnibus quàm si non omnia tribuisset. EV. Assentior. Sed illud me mouet, quoniam de libera voluntate quæstio est,& videmus ipsam bene uti cæteris vel non bene, quomodo & ipsa inter illa, quibus vtimur numeranda sit. AVG.
G Quomodo omnia quæ ad scientiam cognoscimus ratione cognoscimus, & tamen etiam

Magnis bonis ne mo male vtitur. Virtutis opus q. 2.sen.di. 26.ca. at tende. &

ẽt ipsa ratio inter illa numeratur, quæ rõne
Supra eo dem.c.3. cognoscimus. An oblitus es cum quæreremus quæ ratione cognoscantur, confessum te fuisse ẽt rationem ratione cognosci? Noli ergo mirari,si cæteris per liberam voluntatẽ vtimur, ẽt ipsa libera voluntate p eã ipsam vti nos posse:quodammodo seipsa vtatur voluntas, quæ vtitur cæteris, sicut seipsam cognoscit ratio, quæ cognoscit & cætera. Nam & memoria non solum cætera omnia quæ meminimus comprehendit, sed etiam quod non obliuiscimur nos habere memoriã, ipsa se memoria quodammodo tenet in nobis, q̃ non solum aliorum,sed etiã sui meminit,vel potius nos & cætera & ipsam per ipsam meminimus. Voluntas ergo quæ mediũ bonũ est,cum inhæret incommutabili bono, eiq; communi non proprio,sicuti est illa, de qua multũ locuti sumus & nihil digne diximus, ueritas,tenet homo beatam vitam. Eaq; ipsa vita beata, id est, animi affectio inhærentis incommutabili bono,proprium & primum
H est hominis bonũ. In eo sunt etiam virtutes oẽs q̃bus male vti nemo põt. Nã hæc quantis magna in hoïe & prima sint, ꝓpria tñ esse vniuscuiusq; hominis,nõ communia satis intelligitur. Veritate enim atq; sapientia, quæ communis est omnibus, omnes sapientes & beati fiunt inhærendo illi. Beatitudine aũt alterius hominis nõ fit alter beatus,quia & cum eum imitatur vt sit,inde appetit beatus fieri, vnde illũ factum videt illa scilicet incommutabili communiq; veritate. Neq; prudentia cuiusquam sit prudens alius, aut fortis fortitudine, aut temperans temperantia, aut iustus iustitia hoïs alterius quisquã efficitur:sed coaptando animum illis incommutabilibus regulis luminibusq; virtutum, quæ incorruptibiliter viuunt in ipsa veritate sapientiaq; communi, quibus & ille coaptauit & fixit animũ, quem istis virtutibus præditum sibi ad imitandum proposuit. Voluntas ergo adhærens communi atq; incommutabili bono impetrat prima & magna hominis bona, cum ipsa sit medium quoddam bonum. Voluntas autem auersa ab incommutabili & communi bono, & conuersa ad proprium bonũ,aut ad exterius,aut ad inferius,peccat. Ad proprium cõuertitur,cũ suæ potestatis vult esse. Ad exterius, cum aliorũ
I propria, vel quæcunq; ad se non pertinent, cognoscere studet. Ad inferius,cum voluptatẽ corporis diligit. Atq; ita hõ superbus & curiosus & lasciuus effectus, excipit ab alia vita, q̃ in cõparõne supioris vitæ mors est. Quæ tamen regitur administratione diuinæ prouidentiæ quæ congruis sedibus ordinat omnia, & pro meritis sua cuique distribuit. Ita fit,vt neq; illa bona quæ à peccantibus appetuntur, vllo modo mala sint, neq; ipsa voluntas libera, quam in bonis quibusdam medijs numerandam esse comperimus, sed malum sit auersio eius ab incommutabili bono,& cõuersio ad mutabilia bona. Quę tamen auersio atq; conuersio quoniam non cogitur,sed est voluntaria, digna & iusta eã miserię pœna subsequitur. Sed tu fortasse Homo lapsus, quęsiturus es, quoniam mouetur voluntas cum se auertit ab incommutabili bono ad mutabile bonum,vnde ei iste motus existat: ex se nõ potest re
qui profecto malus est, tametsi voluntas li- surgere.
bera,quia sine illa nec recte viui põt, in bonis numeranda sit. Si enim motus iste,id est, Cap.20.
auersio voluntatis à domino deo,sine dubitatione peccatum est, num possumus authorẽ peccati deum dicere? Non erit ergo iste motus ex deo. Vnde igitur erit? Ita quærenti tibi,si respondeam nescire me,fortasse eris tristior. Sed tamen vera respondero. Sciri.n. non potest quod nihil est. Tu tantum pieta- 1.Retra.
tem inconcussam tene,vt nullum tibi bonũ, cap.9.
vel sentienti,vel intelligenti,vel quoquo modo cogitanti occurrat quod non sit ex deo. Ita enim nulla natura occurrit, quę non sit ex deo. Omnem quippe rem vbi mensuram & numerum, & ordinem videris, deo Sap. 11.
artifici tribuere ne cuncteris. Vnde autem ista penitus retraxeris, nihil omnino remanebit:quia & si remanserit aliqua formæ alicuius inchoatio, vbi neque mensuram, neque numerum, neque ordinem inuenias, quia vbicunque ista sunt, forma perfecta est, oportet auferas etiam ipsam inchoationem formæ quæ tanquam materies ad perficiendum subiacere videtur artifici. Si enim formæ perfectio bonum est, nonnullum iam bonum est & formæ inchoatio. Ita detracto penitus omni bono, non quidem non nihil sed omnino nihil remanebit. Omne autem bonum ex deo. Nulla ergo natura est,quæ non sit ex deo. Motus ergo ille auersionis, quod fatemur esse peccatum quoniam defectiuus motus est:om
L nis autem defectus ex nihilo est: vide quò pertineat,& ad deum pertinere non dubites. Qui tamen defectus quoniam est voluntarius,in nostra est positus potestate. Si enim times illum,oportet vt nolis. Si autem nolis

pon

Universidad de Deusto Biblioteca

non erit. Quid ergo securius, q̃ esse in ea vita vbi non possit tibi euenire quod non vis? 1. Retr. cap. 9. 2. sen. di. 27. ca. si igitur. Sed quoniam nõ sicut homo sponte cecidit, ita etiam sponte surgere potest, porrectam nobis desuper dexteram dei, id est, dominũ nostrum Iesum Christum, fide firma teneamus, & expectemus certa spe, & charitate ardenti desideremus. Siquid autem de origine peccati diligentius quærẽdum adhuc putas, nam omnino ego iam opus esse non arbitror: siquid tamen putas, in aliam disputationem differendum est. E V. Sequor sanè voluntatem tuam, vt in tempus aliud quod hinc moueri possit, differamus. Nam illud tibi non concesserim, vt satis iam inde quæsitum putes.

Libri Secundi Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Libero Arbitrio Liber tertius.

M Vnde sit quod hõ deflectiẽ à súmo bono.c.1. QVoniam satis mihi manifestum est, & inter bona, & ea quidem non minima numerandam esse liberam voluntatem, ex quo etiam fateri cogimur eam diuinitus datam esse, dariq; oportuisse: iam si opportunum existimas, cupio per te cognoscere, vnde ille motus existat, quo ipsa voluntas auertitur à communi atq; incomutabili bono, & ad propria, vel aliena, vel infima, atque omnia commutabilia conuertitur bona. AVG. Quid enim opus est hoc scire? E V. Quia si ita data est, vt naturalẽ habeat istũ motum, iam necessitate ad hæc cõuertitur, neq; vlla culpa deprehendi potest, vbi natura necessitasq; dominatur. A V G. Placetne tibi iste motus, an displicet? E V. Displicet. AVG. Reprehendis ergo eum? EV. Vtique reprehendo. AV. Reprehendis igitur animi motum inculpabilem? E V. Inculpabilem animi motum non reprehendo, sed nescio an vlla culpa sit, relicto incommutabili bono ad commutabilia conuerti. AVG. A Reprehendis ergo quod nescis. E V. Noli verbo premere: Ita enim dixi, Nescio an vlla culpa sit, vt intelligi voluerim sine dubio culpam esse. Nam hoc verbo quod dixi, nescio, satis profecto irrisi dubitationem de re manifesta. AVG. Vide quid sit certissima veritas, quæ te coegit tam cito obliuisci quod pauloante dixisti. Si.n. natura vel necessitate iste motus exiit, culpabilis esse nullo pacto potest. Tu vero esse culpabilem ita firmissime tenes, vt dubitationẽ de hac re tam certa ẽt irridẽdã putaueris. Cur ergo tibi vel affirmandum, vel certe cum aliqua dubitatione dicendũ visum est, quod perspicue falsum esse ipse conuincis? Dixisti enim: Si ita data est voluntas libera, vt naturalem habeat istum motum, iam necessitate ad hæc cõuertitur, neq; vlla culpa deprehendi põt, vbi natura necessitasq; dominatur. Nullo modo autẽ dubitare debuisti non esse ita datam, quando istum motum culpabilẽ esse nõ dubitas. EV. Ego ipsum motum culpabilem dixi, & ideo mihi displicere & reprehendendũ esse dubitare nõ possum. Animã vero q̃ isto motu ab incommutabili bono ad cõmutabilia detrahitur, nego esse culpandã si eius B natura talis est, vt eo necessario moueatur. AVG. Cuius est iste motus, quem profecto culpandum esse concedis? EV. In animo eũ video, sed cuius sit nescio. A V G. Nunquid negas eo motu animum moueri? EV. Non nego. AVG. Negas ergo motum quo mouetur lapis motum esse lapidis? Neq; illum dico motum quo eum nos mouemus, vel aliqua vi aliena mouetur, veluti cum in cœlum iacitur, sed eum quo ad terram nutu suo vergit & cadit. EV. Non equidem nego motum quo vt ita dicis inclinatur & ima petit, motum esse lapidis, sed naturalem. Si autem hoc modo etiam illum motum habet anima, profecto etiam ipse naturalis est nec ex eo quod naturaliter mouetur, recte vituperari põt: quia ẽt si ad pernicié mouetur, naturæ tñ suæ necessitate cõpellitur. Porrò quia istum motum non dubitamus esse culpabilem, omnimodo negandum est esse naturalem: Et ideo non est similis illi motui quo naturaliter mouetur lapis. AVG. Egi- Supra li. musne aliquid superioribus duabus disputationibus? EV. Egimus sanè. A V G. Credo ergo memminisse te in prima disputatione satis esse compertum, nulla re fieri mẽtem seruam libidinis, nisi propria voluntate. Nam C neq; à superiore, neq; ab æquali eam posse ad hoc dedecus cogi, quia iniustum est, neque ab inferiore, quia non potest. Restat igitur vt eius sit proprius iste motus, quo fruendi voluntatem ad creaturam à creatore cõuertit. Qui motus si culpæ deputatur, vñ q dubitat, irrisione dignus tibi visus est, non

non est vtiq; naturalis, sed voluntarius. In eoq; similis est illi motui quo deorsum versus lapis fertur, q̃ sicut iste proprius est lapidis, sic ille animi. Veruntamen in eo dissimilis, q̃ in potestate non habet lapis cohibere motũ, quo fertur inferius, animus vero dũ non vult, nõ ita mouetur, vt superioribus desertis inferiora diligat. Et ideo lapidi natura lis est ille motus, animo uero iste voluntarius. Hinc est quod lapidem siquis dicat peccare, q̃ pondere suo tendit in infima, non dicam, ipso lapide stolidior, sed profecto demẽs iudicatur. Animum uero peccati arguimus, cum eum conuincimus superioribus desertis ad fruendũ inferiora præponere. Propterea quid opus est quærere vnde iste motus 1. Retr. exist̃at, quo voluntas auertitur ab incõmu- cap. 9. D tabili bono ad commutabile bonum, cum eũ nõ nisi animi, & voluntarium, & ob hoc culpabilem esse fateamur, omnisq; de hac re disciplina vtilis ad id valeat, ut eo motu impropato atq; cohibito, voluntatem nostram ad fruendum sempiterno bono, à lapsu temporalium conuertamus. E V. Video, & quodã modo tango ac teneo vera esse quę dicis. Nõ enim quicquã tam firmè atq; intimè sentio, q̃ me habere voluntatem, eaq; me moueri ad aliquid fruendum. quid autem meũ dicam prorsus non inuenio, si voluntas qua volo & nolo non est mea. Quapropter cui tribuendum est siquid per illam malefacio, nisi mihi? Cũ.n.bonus deus me fecerit, nec bene aliquid faciam, nisi per voluntatem, ad hoc potius datam esse à bono deo satis appareret. Motus aũt quo huc atq; illuc voluntas conuertitur, nisi esset voluntarius, atq; in nostra potius potestate, neq; culpãdus cum ad superiora, neq; culpãdus homo esset cum ad inferiora detorquet quasi quendam cardinẽ voluntatis: neq; omniuo monendus esset, vt istis neglectis æterna vellet adipisci, atq; vt male nollet viuere, vellet autem bene. Hoc autem monendum non esse hominem, quisquis existimat, de hominum numero exterminandus est. Quæ cum ita sint, ineffabiliter me mouet, quomodo fieri possit, vt & deus præscius sit omniũ futurorũ, & nos nulla necessitate peccemus. Quisquis.n.dixerit aliter euenire posse aliquid q̃ deus ante præsciuit, præscientiam dei destruere insanissima impietate molitur. Quapropter si præsciuit deus peccaturum esse primum hominem, quod necesse est concedat mihi quisquis mecum omnium futurorum præscium fatetur deum: Si ergo ita est, non dico non eum faceret, bonum.n.fecit, nec obesse quicquam deo posset, peccatum eius quem bonum ipse fecit: immò in quo faciendo bonitatem suam ostenderat, ostendit etiam in puniendo iustitiam, & in liberando misericordiam. Non itaq; dico non eum faceret, sed hoc dico, qm̃ si peccaturum esse præsciuerat, necesse erat id fieri, quod futurum esse præsciebat deus. Qũo est igitur voluntas libera, vbi tam ineuitabilis apparet necessitas? AV G. Pulsasti vehementer, misericordia dei asit, aperiatq; pulsantibus. Veruntamen maximam partem hominum ista quæstione torqueri non ob aliud crediderim, nisi quia non piè quęrunt, uelociores sunt ad excusationem, quàm ad confessionem peccatorum suorum. Aut.n.nullam diuinam prouidentiã præesse rebus humanis libenter opinantur, dumq; fortuitis committunt casibus & animos & corpora sua, tradunt se feriendos & dilaniandos libidinibus, diuina iudicia negãtes, humana fallentes, eos à quibus accusantur fortunæ patrocinio propulsare se putant: quam tamen cæcam effingere ac pingere consueuerunt, vt aut meliores ea sint à qua se regi arbitrantur, aut se quoq; cum eadem cæcitate & sentire ista fateantur & dicere. Nec enim talibus absurdè etiã cõceditur, casibus eos agere omnia, quando agendo cadunt. Sed aduersus hanc opinionem plenam stultissimi ac dementissimi erroris, satis, vt arbitror, secunda nostra sermocinatione dissertum est. Alij verò quanquã negare nõ audeant præsidere humanæ vitæ prouidentiã dei, malunt tamen eam vel infirmã vel iniustã vel malam nefario errore credere, q̃ sua peccata pietate supplici confiteri. Qui omnes si persuaderi sibi paterentur, vt cum de optimo & iustissimo & potentissimo cogitant, bonitatem & iustitiam & potentiã Dei longe maiorem superioremq; esse crederent, quod cogitatione concipiunt, considerantesque semetipsos, gratias deo se debere intelligerent, etiam si aliquid inferius eos voluisset esse quàm sunt, omnibusque ossibus & medullis conscientiæ suæ clamarent: Ego dixi domine miserere mei, cura animam meam quia peccaui tibi. Ita certis itineribus diuinæ misericordiæ in sapientiã ducerentur, vt neque inuentis rebus inflati, neq; non inuentis turbulenti, & cognoscendo instructiores fierent ad viuendum, & ad quærendum ignorando mitiores. Tibi

vero

vero cui iã hoc persuasum esse non dubito, vide q̃ facile tam de magna quæstione rẽspõ deam, cum mihi prior interroganti pauca re sponderis. Certè enim hoc te mouet, & hoc miraris, quomodo non sint contraria & repugnantia, vt Deus præscius sit omnium futurorum, & nos non necessitate, sed voluntate peccemus. Si enim præscius est deus, inquis, peccaturum esse hominem, necesse est vt peccet: Si autem necesse est, non ergo est in peccando voluntatis arbitrium, sed potius ineuitabilis & fixa necessitas. Qua ratiocinatione hoc videlicet ne conficiatur
H times, vt aut deus futurorum omnium præscius impie negetur, aut si hoc negare non possumus, fateamur, non voluntate, sed necessitate peccari. An aliquid aliud te mouet? E V. Nihil interim aliud. AVG. Res ergo vniuersas, quarum deus est præscius, non voluntate sed necessitate fieri putas? E V. Omnino ita fieri puto. AV G. Expergiscere tandem, teq; ipsum paululũ intuere, & dic mihi, si potes, qualem sis habiturus cras voluntatem, vtrum peccandi, an recte faciendi? E V. Nescio. AV G. Quid, deum itidem nescire hoc putas? E V. Nullo modo id putauerim. AV G. Si ergo voluntatem tuam crastinam nouit, & omnium hominum, siue qui sunt, siue qui futuri sunt futuras præuidet voluntates, multomagis præuidet quid de iustis impiisq; facturus sit. E V. Prorsus si meorum operum præscium deum dico, multo fidentius eum dixerim præscire opera sua, & quid sit facturus, certissime præuidere. AV G. Nonne igitur caues, ne tibi dicatur, etiam ipsum quẽcunque facturus est, non voluntate sed necessitate facturum, si omnia, quorum Deus præscius est, necessitate fiunt, non voluntate? E V. Ego cum dicerem necessitate vniuersa fieri, quæ deus futura præsciuit, ea sola intuebar, quæ in creatura eius fiunt, non autem
I quæ in ipso. Non.n.ea fiunt, sed sunt sempiterna. AV G. Nihil ergo in sua creatura operatur Deus? E V. Iam semel statuit quemadmodum feratur ordo eius vniuersitatis quam condidit. Neq; enim aliquid noua voluntate administrat. AV G. Nunquid neminem beatum facit? E V. Facit vero. AV G. Tunc vtique facit quando ille fit. E V. Ita est. AV G. Si igitur, verbi gratia, post annum beatus futurus es, post annum te beatum facturus est. E V. Etiam. AV G. Iam ergo præscit hodie', q̃d post annum facturus est. E V. Semper hoc præsciuit. Nunc quoq; hoc eum præscire cõ sentio, si est ita futurũ. AV G. Dic quæso, num tu creatura eius non es, aut tua beatitudo non in te fiet? E V. Immò & creatura eius sum, & in me fiet q̃ beatus ero. AV G. Non ergo volũtate, sed necessitate in te fiet beatitudo tua deo faciente, tu ergo inuitus beatus es? E V. Voluntas illius mihi est necessitas: Si.n.mihi esset potestas vt essem beatus, iam profecto essem: Volo.n.etiam nunc & non sum, quia non ego, sed ille me beatũ facit. AV G. Optime de te ueritas clamat. Non.n.possum aliud sentire esse in potestate nostra, nisi quod eum volumus facimus. K
Quapropter nihil tam in nostra potestate, 2.sen.di.
quam ipsa voluntas est. Ea.n. prorsus nullo 28.c ali-
interuallo mox, vt volumus præsto est. Et bi.2.sen.
ideo recte possumus dicere, non voluntate dist.41.c.
viuimus, sed necessitate, aut non voluntate si autem.
morimur, sed necessitate, & siquid aliud huiusmodi. Non voluntate aũt volumus, quis uel dehinc audeat dicere? Quamobrẽ quãuis præsciat deus nostras voluntates futuras, non ex eo tñ conficitur, vt non voluntate aliquid velimus. Nam & de beatitudine quod dixisti, nõ abs teipso beatum fieri, ita dixisti quasi hoc ego negauerim: Sed dico, cum futurus es beatus, non te inuitum, sed volentẽ futurum. Cũ igitur præscius deus sit futurę beatitudinis tuæ, nec aliter aliq̃d fieri possit q̃ ille p̃sciuit, alioquin nulla præscientia est, non tũ ex eo cogimur sentire, q̃d absurdissimũ est, & longe à veritate seclusum, non te uolentem beatũ futurũ. Sicut aũt voluntatẽ beatitudinis cũ esse cœperis beatus, non tibi aufert p̃scientia dei, quæ hodie de tua futura beatitudine certa est: sic ẽt voluntas culpabilis, siqua in te futura est, non propterea volũtas nõ erit, qm̃ deus eam futurã esse p̃sciuit. Attende.n.queso quanta cæcitate dicatur, si
L præsciuit deus futuram voluntatem meam, qm̃ nihil aliter potest fieri q̃ præsciuit, necesse est vt velim quod ille præsciuit: si aũt necesse est, nõ iam voluntate, sed necessitate id me velle fatendũ est. O stultitiã singularẽ. Qũo ergo non potest aliud fieri q̃ præsciuit deus si voluntas non erit, quã voluntatem futurã ille præsciuerit? Omitto illud æque monstruosum, quod paulò ante dixi eundẽ hominem dicere, necesse est ut ita velim, qui necessitate superposita auferre nititur voluntatem. Si.n.necesse est vt velit, vnde volet, cũ voluntas nõ erit? Quod si nõ hoc modo dixerit,

dixerit, sed dixerit se, quia necesse est vt velit, ipsam voluntatem in potestate non habere, occurretur ex eo quod ipse dixisti, cum quærerem, vtrum inuitus beatus sis futurus. Respondisti enim quod iam esses beatus, si potestas esset in te, velle enim te, sed nondum posse dixisti. Vbi ego subieci de te clamasse veritatem: Non enim negare possumus habere nos potestatem, nisi cum nobis, quod volumus, deest. Dum autem volumus, si ipsa voluntas deest nobis, non vtiq; volumus. Quod si fieri non potest, vt dum volumus non velimus, adest vtiq; voluntas volentibus. Nec aliud quicq̃ est in potestate, nisi quod volentibus adest. Voluntas igi-
M tur nostra nec voluntas esset, nisi esset in nostra potestate. Porrò quia est in potestate, libera est nobis. Non enim est nobis liberũ quod in potestate non habemus, aut potest non esse quod habemus. Ita fit vt & deum non negemus esse præscium omnium futurorum, & nos tamen velimus, quod volumus. Cum enim sit præscius voluntatis nostræ cuius est præscius, ipsa erit. Voluntas ergo erit, quia voluntatis est præscius. Nec voluntas esse poterit, si in potestate non erit. Ergo & potestatis est præscius. Non igitur per eius præscientiam mihi potestas adimitur, quæ propterea mihi certior aderit, quia ille cuius præscientia non fallitur, assuturam mihi esse præsciuit. E V. Ecce iam non nego ita necesse esse fieri quæcunq; præsciuit deus, & ita eum peccata nostra præscire, vt maneat tamen nobis voluntas libera, atque in nostra posita potestate. AV G. Quid ergo te mouet? An forte oblitus quid prima nostra disputatio peregerit, negabis nullo cogente, aut superiore, aut inferiore, aut æquali, sed ea nos voluntate peccare? E V. Nihil horum prorsus audeo negare. Sed tamen fateor, nondum video quomodo sibi non aduersentur hæc duo, præscientia dei de peccatis nostris, & nostrum in peccando liberum arbitrium. Nam & iustum deum necesse est fateamur, & præscium. Sed scire vellem qua iustitia puniat peccata, quæ necesse est fieri. Aut quomodo non sit necesse fieri, quæ futura esse præsciuit. Aut cũ non creatori deputandum est, quicquid in eius creatura fieri necesse est. AV G. Vnde tibi videtur aduersum esse liberum arbitriũ nostrum præscientiæ dei? Quia præscientia est, an quia dei præscientia est? E V. Quia dei potius. AV G. Quid ergo, si tu præscires peccaturum esse aliquem, non esset vt peccaret? E V. Immo necesse esset vt peccaret. Non enim aliter esset præscientia mea nisi certa præscirem. AV G. Non igitur quia dei præscientia est, necesse est fieri quæ præscierit, sed tantummodo quia præscientia est. Quæ si non certa prænoscit, vtiq; nulla est. E V. Consentio. Sed quorsum ista? AV G. Quia, nisi fallor, non continuo tu peccare cogeres quem peccaturum esse præscires. Neque ipsa præscientia tua peccare eum coge-
B ret, quanuis sine dubio peccaturus esset. Non enim aliter id futurum esse præscires. Sicut itaq; non sibi aduersantur hæc duo, vt tu præscientia tua noueris quod alius sua voluntate facturus est, ita deus neminem ad peccatum cogens, præuidet tamen eos qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo non iudicet iustus, quæ fieri non cogit præscius? Sicut enim in memoria tua non cogis facta esse, quæ præterierunt, sic deus præscientia sua non cogit facienda quæ futura sunt. Et sicut tu quædam quæ fecisti meministi, nec tamẽ quæ meministi omnia fecisti: Ita deus omnia quorũ ipse author est præscit, nec tñ omniũ quæ præscit ipse author est. Quorũ aũt non est malus author, iustus est vltor. Hinc ergo iam intellige, quia iustitia deus peccata puniat, quia quæ nouit futura, non facit. nam si propterea non debet retribuere suppliciũ peccantibus, quia præuidet peccaturos, nec recte facientibus debet præmia retribuere, quia & recte facturos nihilominus præuidet. Immo vero fateamur & ad præscientiã eius pertinere, nequid eũ lateat futurorũ, & ad iustitiã, vt peccatũ quia volũtate committitur, ita iudicio eius impune nõ fiat, sicut præscientia non cogitur fieri. Iam illud quod tertio loco posuisti, qũo non creatori deputandum sit, quicquid in eius creatura fieri necesse est, regula illa pietatis facile commonebit, q̃ meminisse nos conuenit, gratiarum actiones nos debere creatori nostro. Cuius p̃fecto largissima bonitas iustissime laudaretur, etiam si aliquo inferiore creaturæ gradu nos condidisset. Quanuis enim aia nostra peccatis tabefacta sit, sublimior est tñ & melior, q̃ si in hãc lucẽ visibilẽ verteretur. Et vides p̃fecto de huius lucis eminentia, quantum laudent animæ deũ ẽt corporis sensibus deditę. Quapropter non te iam moueat, q̃ tam vituperantur animæ peccatrices, vt dicas in corde tuo, melius fuisse si nõ essent. In sui enim comparatione vituperan-

Quur ẽt dãnandas aĩas curat de us. ca.5. C

tuperantur dum cogitantur quales essent si peccare noluissent. Institutor tamen earum deus præclarissime pro humana facultate laudandus est, non solum quoniam peccantes eas iuste ordinat, sed ẽt qa tales instituit, vt ẽt peccatis sordidatæ nullo mõ lucis corporalis dignitate superentur, de qua tũ iure laudatur. Illud quoq; moneo caueas, ne forte non dicas quidem melius fuisse, vt non es-
D sent, sed dicas aliter fieri eas debuisse. Quicquid enim tibi vera ratione melius occurrerit, scias fecisse deũ tanq̃ bonorũ omniũ conditorem. Non est aũt vera ratio, sed inuidiæ infirmitas, cum aliquid melius faciendũ fuisse cogitaueris, iam nihil aliud inferius velle fieri, tanq̃ si perspecto cœlo, nolles terram factam esse vnq̃ omnino. Recte enim reprehenderes, si prætermisso cœlo, terram factã videres, quoniã diceres ita eam fieri debuisse, sicuti posses cogitare cœlum. Cum ergo etiam illud, ad cuius speciem volebas terrã perducere, factum esse perspiceres, non autẽ hoc terram, sed cœlum vocari: credo quod re meliore non fraudatus, vt inferior quoq; aliqua fieret & terra esset, nequaq̃ inuidere deberes. In qua terra rursus secundum partes eius tanta est varietas, vt nihil quod ad terræ pertinet speciem cogitanti occurrat: quod non in tota eius mole deus omnium cõditor fecerit. Nanq; à terra feracissima & amœnissima vsq; ad falsissimam & infœcundissimam ita gradatim per medias peruenitur, vt nullam reprehendere audeas, nisi in
E comparatione melioris. Atq; ita per omnes gradus laudis ascendas, vt quod summum genus terræ inueneris, cœlũ tamẽ esse nolis. Iam vero inter totam terram & cœlũ quanta distãtia est? Interponuntur enim humida flabilisq; natura. Atque ex his quatuor elementis, aliæ innumerabiles nobis, numeratę autem deo rerum species formæq; variantur. Potest ergo esse aliquid in rerum natura, quod tua rõne non cogitas. Non esse aũt quod vera ratione cogitas, non põt. Neq;. n. tu potes aliquid melius in creatura cogitare, quod creaturæ artificem fugerit. Humana quippe anima naturaliter diuinis ex quibus pendet cõnexa rationibus cum dicit, melius hoc fieret q̃ illud, si verum dicit & videt quod dicit, in illis quibus connexa est rationibus videt. Credat ergo deum fecisse, quod vera ratione ab eo faciendum fuisse cognouit, etiam si hoc in rebus factis non videt. Quia etiam si cœlum oculis videre non pos-
set, & tamen ratione vera tale aliquid faciendum fuisse colligeret, credere debuit factum esse, quanuis id oculis non videret. Non enim cogitatione videret fuisse faciendum, nisi in ijs rationibus quibus facta sunt omnia. Quod autem ibi non est, tam nemo põt veraci cogitatione videre, quàm non est verum. In eo pleriq; homines errant, quia meliora cum mente conspexerint, non in sedibus cõgruis ea oculis quærũt. Velut si quis- F
quã perfectã rotunditatem ratione comprehendens, stomachetur quod talem in nuce non inuenit, si nullum vnquam corpus rotundum præter huiuscemodi poma conspexit. Nam ita quidam cùm ratione verissima videant meliorem esse creaturam, quę quan
uis habeat liberam voluntatem, deo tamen semper infixa, nunquam peccauerit, intuentes peccata hominum, non vt peccare desinant, sed quia facti sunt dolent, dicentes. Tales nos faceret, vt semper incommutabili eius veritate perfrui, nunquam autem peccare vellemus. Non clament, non succenseant: quia neq; ipsos ideo coegit peccare, quia fecit, quibus potestatem vtrum vellent, dedit: & sunt tales quidam angeli, qui neq; peccauerunt vnquam, neque peccaturi sunt. Quamobrem si te delectat creatura, quæ perseue
rantissima voluntate non peccat, non est dubitandum, quod eam peccanti recta ratione præponas, sed sicut eam tu cogitatione præponis, sic eam creator deus ordinatione præposuit. Crede esse talem in superioribus sedibus, & in sublimitate cœlorum: quia si bonitatẽ conditor præbuit ad eã condendã, cu G
ius præuidit futura peccata, nullo modo nõ præberet eam bonitatẽ vt creaturã cõderet, quam peccaturam non esse præsciuit. Habet enim illa sublimis perpetuam beatitudinem suã, in perpetuum fruens creatore suo, quã perpetua tenendæ iustitiæ voluntate promeretur. Habet deinde ordinẽ suũ ẽt ista peccatrix, amissa in peccatis beatitudine, sed nõ dimissã recuperandæ beatitudinis facultate, q̃ profecto superat eã, quã peccandi perpetua voluntas tenet. Inter quam & illam priorẽ permanentem in voluntate iustitiæ, hęc modietatem quandã demonstrat, q̃ pœnitendi humilitate altitudinẽ suam recepit. Nã neq; ab illa creatura quã præsciuit deus nõ solum peccaturam, sed ẽt in peccandi voluntate mansuram, abstinuit largitatem bonitatis suæ, vt eam non conderet. Sicut enim melior est, uel oberrans equus q̃ lapis, ꝓpterea nõ

oberrans,

oberrans, quia proprio motu & sensu caret: ita est excellentior creatura, quæ libera volũtate peccat, quàm q̃ propterea nõ peccat, quia non habet liberam volũtatem. Et sicut laudarem vinum in suo genere bonũ, in quo vino inebriatum hominem uituperarem, & tamen eundem hominem iam uituperatum
H & adhuc ebrium, laudato illi vino, de quo ebrius factus est anteponerem. Ita corporalis creatura in suo gradu iure laudãda est, cũ illi uituperãdi sint, qui eius immoderato usu à veritatis perceptione auertuntur: quãuis iidem rursus iam peruersi, & quodammodo temulenti, eidem creaturæ in ordine suo laudabili, cuius auiditate euanuerũt, nõ iam merito vitiorum, sed adhuc naturæ dignitate præferuntur. Quia igitur omnis aia omni corpore est melior, omnisque peccatrix aia quocunq; ceciderit, nulla commutatione corpus efficitur, nec oino illi aufertur, qđ aia est, & ideo nullo pacto amittit, quod corpore est melior, in corporibus autẽ lux tenet primũ locum: consequens est ut primo corpori anima extrema prẽponatur, fieriq̃ possit, vt corpori alicuius animæ aliquod aliud corpus anteferatur, vt autem ipsi aiæ nullo modo. Cur ergo non laudetur Deus, & ineffabili prædicatione laudetur, qui cũ fecerit eas, quæ in legibus essent iustitiæ permansuræ, fecit etiam alias animas, quas uel peccaturas vel in peccatis etiam perseueraturas eẽ prævidebat, cũ & tales adhuc meliores sint eis, quæ qm̃ nullũ hũt rõnale, ac liberũ volũtatis arbitriũ, peccare nõ possunt? Quæ tñ adI
huc ẽt ipsæ meliores sunt quàm corporum quorũlibet quamlibet splendidissimus fulgor, quem pro ipsius summi Dei substantia quidam, quãuis cum magno errore, venerãtur. Qđ si in ordine corporearũ creaturarũ ab ipsis syderum choris usque ad numerum capillorũ nostrorũ, ita gradatim bonarũ rerũ pulchritudo cõtexitur, vt imperitissime dicatur, quid est hoc? aut quid hoc? omnia. n. ordine suo creata sunt: quanto imperitius de quacunque anima dicitur, quę ad quantanlibet sui decoris diminutionem defectumq̃; peruenerit, omniũ corporum dignitatẽ sine vlla dubitatione superauit? Aliter enim ẽsti mat ratio, aliter usus. Ratio æstimat luce veritatis, vt recto iudicio subdat minora maioribus. Vsus autem consuetudine commoditatis plerunque inclinatur, vt ea pluris æstimet, quæ veritas minora esse conuincit. Cũ enim corpora cœlestia corporibus terrestribus magna differentia ratio præponat, quis tñ carnalium hominum nõ mallet vel plura deesse in cœlo sydera, quàm vnam arbusculã in agro suo, aut vaccam in armento? Sed sicut ætate maiores homines vel oino contem K
nunt, vel certe patienter corrigenda expectãt iudicia paruulorum, qui exceptis q̃busdam quorum amore lætantur, quemlibet hominum cęterorum mori malint, quàm passe rem suũ, & multo magis si homo sit ille terribilis, passer autẽ canorus & pulcher: Ita ij qui ꝓfectu animi ad sapientiam ꝓfecerũt, imperitos rerũ æstimatores cũ inuenerint Deum laudantes in creaturis minoribus, qui eas carnalibus suis sensibus accommodatius adhibent, in superioribus uero atque melioribus, partim eũ non laudantes, minusve laudantes, partim ẽt uituperare aut emendare conantes, partim non credentes, quod earũ ille sit conditor, talium iudicia vel oino contemnere, si corrigere nequeũt, vel donec corrigant æquo animo tolerare ac sustinere cõsuescant. Quæ cum ita se habeant, tantũ Pctã deo
abest à uero, quòd creatori deputanda existi- præsciẽti
mantur peccata creaturæ, quãuis necesse est nõ impu
fiant, quæ ipse futura præsciuit, vt cũ tu di- tanda.
xeris non te inuenire qũo non ei deputetur Cap. 6.
quicqd in eius creatura fieri necesse est, ego contra non inueniam modum, neq; inueniri posse atque omnino nõ esse confirmem, quo ei deputetur quicquid in eius creatura ita fieri necesse est, vt voluntate peccantiũ fiat. Si L
enim quis dixerit, non esse quàm miserũ me esse mallem, respondebo, mẽtiris. Nã & núc miser es, nec ob aliud mori non vis, nisi ut sis. Ita cum miser nolis esse, esse uis tñ. Age igitur gratias ex eo quod es volens, ut quod inuitus es afferatur. Volens. n. es, & miser inuitus es. Qđ si ingratus es in eo qđ esse vis, iure cogeris esse quod non uis. Ex illo igitur quod ẽt ingratus habes quod vis, creatoris laudo bonitatem. Ex illo aũt q̃ pateris ingratus quod non vis, ordinatoris laudo iustitiã. Si dixeris, non ideo mori volo, quod malim miser esse, quàm omnino nõ esse, sed ne post mortem miserior sim, respondebo, Si hoc iniustum est, nõ sic eris: si aũt hoc iustum est, laudemus eum cuius legibus sic eris. Si dixeris, Vñ prẽsumam quod si hoc iniustũ est, non sic ero, respõdebo, quia si eris in tua potestate, aut miser non eris, aut tuipse te iniuste regẽdo, iuste eris miser: aut uolẽdo, & nõ ualendo te iuste regere, non eris in tua potestate, & aut in nullius eris, aut in alterius. Si

in nullius,aut inuitus, aut volens. Sed inuitus esse nihil potes, nisi te vis aliqua superauerit. Porrò nulla vi superari potest, qui est
M in nullius potestate. Si aũt uolens in nullius eris ptãte,ad hoc rõ recurrit,vt sis in tua. Et aut te iniuste regẽdo iuste miser sis:aut quoniam quodlibet volens eris, habes adhuc vnde gratias agas bonitati cõditoris tui. Quod si in tua potestate non eris,aut potentior ꝓfecto, aut infirmior te habebit in potestate. Qđ si infirmior,tua culpa & iusta miseria. Poteris enim infirmiorem separare si voles. Si autem potentior te infirmiorem habebit in potestate,nullo modo tam rectam ordinationem recte iniustam putabis. Verisime igitur dictum est. Si hoc iniustum est, non fies: si autem iustum, laudemus eum cuius
Esse & fœlices & miseri cupiunt. Cap.7. legibus sic eris. Si dixeris, Ideo magis uolo vel miser esse,quàm omnino nõ esse,quia iam sum: si autem prius quàm essem, possem consuli, eligerem non esse potius,quàm ut essem miser. Nunc enim quod timeo non esse cum miser sim, ad ipsam miseriam pertinet, qua non id volo quod velle deberem: magis enim non esse, quàm miser esse velle deberem. Nunc vero fateor me quidem malle vel miserum esse, quàm nihil, sed tanto stultius id uolo, quanto miserius. Tanto
A miserius autem, quanto verius video non hoc me velle debuisse. Respondebo, Caue potius ne hic erres, vbi te videre verum putas. Nã si beatus esses,vtique esse quàm non esse malles. Et nunc miser cum sis,mauis tũ esse uel miser, quàm omnino nõ esse,cũ esse nolis miser. Consydera igitur quantum potes,quàm magnum bonũ sit ipsum esse, qđ & beati & miseri volũt. Nã si hoc bene consyderaueris, videbis te intantũ esse miserũ, inquantum nõ proprinquas ei quod summe est: Intantum autem putare melius esse, vt quisque non sit quàm ut miser sit, inquantũ non vides quod summe est: & ideo tamen te esse velle,qm̃ ab illo es qui summe est. Si uis itaque miseriam fugere,ama in te hoc ipsum quia esse vis. Si enim magis magisq; esse volueris,ei quod summe est,propinquabis. Et gratias age nunc quia es: Quanuis enim beatis sis inferior, superior tamen es quàm ea q̃ non habent vel beatitudinis voluntatem, quorum tamen multa etiam à miseris laudãtur. Oia tamẽ eoipso quo sunt,iure laudãda sunt: quia eoipso quo sunt,bona sunt. Quãto enim amplius esse amaueris, tanto amplius vitam æternam desiderabis, teque ita formari exoptabis, vt affectiones tuæ nõ sint B temporales, de temporalium rerum amoribus inustę & impressę:q̃ temporalia & antequam sint non sunt, & cum sunt fugiunt, & cum fugerint non erunt. Itaque cum futura sunt,nondum sunt: cum autem pterita sunt, iam non sunt. Quomodo igitur tenebuntur vt maneant, quibus hoc est incipere ut sint, quod est pergere vt non sint? Qui autem amat esse,probat ista inquantũ sunt, & amat quod semper est. Et si variabatur in amore istorũ, munietur in illius. Et si diffluebat in amore transeuntium,in permanentis amore solidabitur & stabit, & obtinebit ipsum esse quod uolebat, cum timebat non esse, & stare non poterat irretitus amore fugientium. Non igitur tibi displiceat, immo maxime placeat,quod mauis esse vel miser,quàm ꝓpterea miser nõ esse,quia nihil eris. Huic.n. exordio quo esse vis,si adijcias magis magisque esse, consurges atque extrueris in id qđ summe est, atque ita te ab omni labe cohibebis,qua transit, vt non sit, quod infime est, & secum amantis vires subruit. Hinc sicet vt qui malule non esse ne miser sit, quia non esse non potest,restet ut miser sit. Qui autem plus amat esse quàm odit miser esse, adijciendo quod amat, quod odit excludat. Cum enim in suo genere perfecte esse cœperit,miser non erit. Nam illud vide quam absurde atque inconuenienter dicatur. Mallem nõ eẽ q̃ miser esse. Qui enim dicit,mallem hoc quàm illud,eligit aliquid. Non esse autem non est aliquid,sed nihil, & ideo nullo pacto potes recte eligere, quando, quod eligas non est. Dicis velle te quidem esse cũ sis miser,sed non hoc velle debuisse. Quid igitur velle debuisti? Nõ esse,inquis,potius. Si hoc velle debuisti,hoc est melius. Quod autem non est,melius esse non potest. Non ergo id velle debuisti. Veraciorq́; sensus est, quo id non vis, quàm opinatio per quam te id velle debuisse arbitraris. Deinde qđ quisque recte eligit appetendum,cum ad id peruenerit,necesse est melior fiat. Melior autẽ esse non poterit,qui non erit. Nemo igitur recte potest eligere vt non sit. Neque.n. moueri nos oportet eorum iudicio, qui vrgente miseria sese interemerũt. Aut enim eò confugerunt,vbi melius forte sibi putarũt,& nõ est contrarium rationi nostræ, quoquo modo putauerint. Aut si nullos se futuros oino crediderunt, multominus falsa electio nihil eligentium commouebit. Quomodo.n. sc- D
C De ijs q̃ sibi nece conscisc- scunt. Cap.8.
quar

quar eligentẽ,à quo si quæram quid eligat, rñdebit nihil? Nã qui eligit non esse,profecto se nihil eligere,etiã si hoc nõlit, rñdere conuincitur. Veruntũ vt de hac tota re (si potero) dicã quod sentio. Nemo mihi videtur cum seipsum necat, aut quodlibet modo emori cupit, habere in sensu,quod post mortem non sit futurus: tametsi aliquantũ hoc in opinione habeat. Nam opinio, aut in error,aut in veritate ratiocinantis est, vel credentis: Sensus autem aut consuetudine aũt natura valet. Posse aũt fieri vt aliud sit in opinione,aliud in sensu,vel ex hoc cognoscere facile est, qđ plerunq; aliud faciendũ esse credimus, & aliud facere delectat. Et aliq̃n veracior est sensus, q̃ opinio, si illa de errore, ille de natura est: velut cum æger plerunq; aqua frigida cum non obest, dulciter delectatur, quam tamen credit,si biberet,esse nocituram. Aliquando veracior opinio, q̃ sensus,si credit arti medicinæ,obesse frigidam, cum reuera oberit, & tamen bibere delectet. Aliquando vtrunq; in veritate est, cum id quod prodest,nõ solum ita creditur, sed etiam libet. Aliq̃n vtrunq; in errore est,
E cum id quod nocet, & prodesse creditur, & libere non desinit. Solet autem & recta opinio prauam corrigere cõsuetudinem,& prana opinio rectã deprauare naturam. Tanta uis est in dominatu & principatu rationis. Cum ergo quisq; credens, quòd post mortẽ non erit, intolerabilibus tũ molestiis ad totam cupiditatem mortis impellitur,& decernit atq; arripit mortem, in opinione habet errorem omnimodæ defectionis, in sensu autem naturale desiderium quietis. Quod autem quietum est,non est nihil, immo etiam magis est,q̃ id quod inquietum est. Inquietudo enim variat affectiones, vt altera alteram perimat, quies autem habet constantiã, in qua maxime intelligitur esse quod dictũ est. Omnis itaq; ille appetitus in voluntate mortis,non vt qui moritur non sit, sed vt requiescat intenditur. Ita cum errore credat non se futurum, natura tamen quietus esse, hoc est, magis esse desiderat. Quapropter sicut nullo pacto fieri potest, vt non esse aliquem libeat: ita nullo pacto fieri potest, vt ex eo quod est quisq;, bonitati creatoris ingratus sit. Si dixerit, non erat tam difficile aut laboriosum omnipotenti Deo, vt omnia quæcunq; fecit sic haberent ordinem suum, vt nulla creatura vsque ad miseriam perueniret. Non enim hoc aut omnipotẽs nõ potuit, aut bonus inuidit. Respondebo F ordinem creaturarum à summa vsq; ad infimam gradibus iustis ita decurrere,vt ille inuideat qui dixerit, ista non esset: inuideat etiam ille qui dixerit, ista talis esset. Si.n. talem vult esse qualis est superior, iam illa est, & tanta est, vt adiici ei non oporteat, quia perfecta est. Qui ergo dicit,etiam ista talis esset, aut pfectæ superiori vult addere, & erit immoderatus & iniustus:aut istã vult interimere, & erit malus atq; inuidus. Qui autem dixerit, ista non esset, nihilominus erit malus atq; inuidus, cum eam non vult esse,qua inferiorẽ laudare adhuc cogitur. Velut si dicat, non esset luna, cũ ẽt lucernæ claritatem longe inferiorem,in suo tamen genere pulchram, & terrenis tenebris decoram, atq; aptam nocturnis vsibus, atq; in his omnibus pro suo modulo utiq; laudabilem, aut fateatur, aut stultissime vel contentiose neget. Quo ergo recte dicere audebit, luna non esset in rebus: qui si diceret,lucerna nõ esset: deridendũ se esse sentiret? Quod si non dicit, luna non esset: sed qualẽ solem videt,talem dicit lunã esse debuisse: non in- G
telligit nihil aliud se dicere,q̃ non esset luna, sed essent soles duo. In quo dupliciter errat, ꝙ rerum perfectioni, & addere aliquid cupit,cũ desiderat alterũ solem,& minuere, eũ lunã vult detrahi. Hic fortasse dicat, ideo nihil se de luna conqueri, quia splẽdor eius ita minor est,ut miser non sit, de animarum aũt non obscuritate, sed miseria se dolere: sedulo cogitet, ita lunæ splendorem non esse miserum,vt nec splendor solis sit beatus. Quãuis.n.corpora cœlestia sint, corpora sunt tũ quantũ ad lucẽ istam pertinet, quæ per corporeos oculos sentiri potest. Nulla aũt corpora quantũ ad se attinet, vel beata possunt esse vel misera, quanq̃ beatorũ aut miserorũ corpora possint esse. Sed de illis luminibus similitudo adhibita id docet, vt quemadmodum corporũ differentias contemplando, videns alia clariora, iniuste petis auferri quæ obscuriora conspexeris, aut clarioribus adæquari: sed ad perfectionem vniuersitatis referens omnia, quanto magis minusve inter se clara sunt, tanto magis cernis esse omnia: nec tibi occurrit perfecta vniuersitas: nisi H
vbi maiora sic præsto sunt, vt minora non desint. Sic etiam differẽtias animarum cogites,in quibus hoc quoque inuenies,vt miseriã quã doles,ad id quoq; valere cognoscas, vt vniuersitatis perfectioni nec illæ desint

animæ, quæ miserę fieri debuerunt, quia peccatrices animæ esse voluerunt. Tantúq; abest, vt Deus tales facere non debuerit, vt ēt cæteras creaturas laudabiliter fecerit, longe inferiores animis miseris. Sed adhuc videtur minus intelligens, quod dictum est, hŕe quod contradicat. Dicit.n. Si vniuersitatis pfectionem cōplet ēt nostra miseria, defuisset aliquid huic pfectioni, si beati semp essemus. Quapropter si ad miseriam, nisi peccādo non peruenit anima, ēt peccata nostra necessaria sunt perfectioni vniuersitatis, quam condidit Deus. Qūo ergo iuste peccata punit, quæ si defuissent, creatura eius plena, & perfecta non esset? Hic respondetur, non ipsa peccata vel ipsam miseriam perfectioni vniuersitatis esse necessaria, sed animas inquantum animæ sunt: q̄ si velint, peccant: si peccauerint, miseræ fiunt. Si.n. peccatis earū detractis miseria perseuerat, aut ēt peccata præcedit, recte deformari dicitur ordo atq; administratio vniuersitatis. Rursus si peccata fiant, & desit miseria, nihilominus dehonestat ordinem iniquitas. Cum aūt non peccantibus adest beatitudo, perfecta est vniuersitas. Cum vero peccantibus adest miseria, nihilominus pfecta est vniuersitas. Quòd āt ipsæ non desunt animæ quas vel peccantes sequitur miseria, vel recte facientes beatitudo, semper naturis omnibus vniuersitas plena atq; perfecta est. Nō.n. peccatū & supplicium peccati naturæ sunt quędam, sed affectiones naturarū, illa voluntaria, ista pœnalis. Sed voluntaria quæ in peccato fit, turpis affectio est. Cui propterea pœnalis adhibetur, ut ordinet eam vbi talem esse nō turpe sit, & decori vniuersitatis congruere cogat, vt peccati dedecus emendet pœna peccati. Hinc fit vt peccans creatura superior, à creaturis inferioribus puniatur, quia ille tam sunt infimæ, vt ornari etiam à turpibus animis possint, atq; ita decori vniuersitatis congruere. Quid.n. tam magnum in domo est q̄ homo, & quid tam abiectū & infimū q̄ cloaca domus? Seruus tñ in tali peccato deiectus, vt mundandæ cloacæ dignus habeatur, ornat eam etiam turpitudine sua, & vtrunq; horum.i. turpitudo serui, & mundatio cloacę, iam coniunctū & redactum in
K quandam sui gñis vnitatem, ita dispositæ domui coaptatur atq; subtexitur, vt eius vniuersitati ordinatissimo decore conueniat. Qui tamen seruus si peccare noluisset, non defuisset domesticę disciplinæ alia prouisio, qua necessaria mundarentur. Quid itaque tam infimum in rebus, q̄ corpus omne terrenum? Hanc tū corruptibilem carnem ēt peccatrix anima sic ornat, vt ei speciē decentissimam præbeat, motumq; vitalem. Habitationi ergo cælesti talis anima non cōgruit p peccatum, terrestri aūt cōgruit per suppliciū: vt quodlibet elegerit, semp sit pulchra vniuersitas decentissimis partibus ordinata, cuius est conditor & administrator Deus. Nanq; optimæ animæ cùm cū infimis creaturis habitant, non eas ornant miseria sua quam non habent, sed vsu earum bono. Si āt peccatrices aīæ permittantur habitare in sublimibus locis, inhonestum est: quia non cōueniūt illis, quibus nec bene vti possunt, nec ornamenti aliquid cōferunt. Ideo quan quā orbis iste terrenus rebus corruptibilibus deputatus sit, tñ seruans quantū potest imaginem superiorum, exempla nobis & indicia quædam demonstrare non cessat. Si L
enim bonum & magnum aliquem virum hortante honestatis officio videamur ignibus quantu[illegible]pus attinet cōcremari, non hoc vocamus pœnam peccati, sed fortitudinis & patiētiæ documentū, eumq; magis diligimus, cum fœdissima corruptio corporea membra eius absumat, q̄ si nihil huiusmodi pateretur. Miramur quippe animi naturam mutabilitate corporis non mutari. At vero crudelissimi latronis membra cum tali supplicio cōfici aspicimus, approbamus ordinem legum. Ornant ergo ambo illa tormenta, sed ille merito virtutis, iste peccati. At si post illos ignes, vel ēt ante illos, optimum virum illū cōmutatum ad congruentiā cœlestis habitationis ad sydera videremus attolli, utiq; lætaremur. Si aūtē scelératum latronem, siue ante suppliciū, siue post supplicium, cum eadem malitia voluntatis ad sedem honoris sempiternam leuari videremus in cœlum, quis nō offenderetur? Ita fit vt inferiores creaturas ambo ornare potuerint, superiores aūt vnus illorū. Ex quo admonemur aduertere, mortalitatē carnis huius & primum hominem ornasse, vt peccato pœna congrueret, & dñm nostrū, vt à peccato misericordia liberaret. Non autem M
sicut iustus potuit in ipsa iustitia pmanens corpus habere mortale: ita iniquus pt dum iniquus est, ad immortalitatem puenire san 1. Co. 6. Luc. 20.
ctorum. s. sublimem & angelicam: non eorū l'errim
angelorum de quibus Apostolus ait: Nesci tis quia angelos sumus iudicaturi, sed eorū de

de quibus dñs ait: & erunt æquales angelis dei. Qui.n. æqualitatē angelorum desiderāt propter inanem gloriam suam, non ideo volunt ęquales esse angelis, sed sibi. Itaque in tali uoluntate perseuerantes, æquabuntur supplicio prævaricatoribus angelis, potestatem suam potius quàm Dei omnipotentis diligentibus. Talibus enim ad sinistram cōstitutis, quia non quæsierunt deum per humilitatis ianuam, quam in seipso dominus Iesus Christus ostendit, & immisericorditer superbęque vixerunt, dicetur. Ite in ignem æternū, qui pparatus est diabolo & angelis eius. Cum enim duæ sint origines peccatorū, vna spōtanea cogitatione, altera per-
A suasione alterius, quo pertinere arbitror qđ propheta dicit: Ab occultis meis munda me dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Vtrunque volūtarium est quidem. Nam sicut propria cogitatione nō peccat inuitus, ita dū cōsentit male suadenti, non utique nisi uoluntate consentit. Sed tamē grauius est, non solū nullo suadente propria cogitatione peccare, sed etiam pctm alteri per inuidentiā dolumque suadere, quàm ad peccandū alterius suasione traduci. Seruata est ergo in utroque peccato iustitia Dei puniētis. Nam & illud appēsum est æquitatis examine, vt nec ipsius diaboli potestati negaretur homo, quem sibi male suadendo subiecerat. Iniquum enim erat, ut ei quem ceperat, non dominaret. Nec fieri ullo mō potest, vt Dei summi & veri pfecta iustitia, quæ vsquequaque pertenditur, deserat ēt ordinandas ruinas peccantiū. Et tñ quia minus peccauerat homo quā diabolus, idipsum ei valuit ad reparandā salutē, quòd scilicet principi huius mundi, partis rerum scilicet huius mortalis atque infimæ, hoc est, principio omnium peccatorum & prępositio mortis vsq; ad mortalitatem carnis addictus est. Ita enim conscientia mortalitatis timidus, & iam à uilissimis & abiectissimis bestijs, vel etiā minutissimis, molestias atq;
B interitum reformidans, incertusque futurorum, & illicitas cohibere delitias, & maxime superbiā, cuius persuasione deiectus est, & quo vno uitio misericordiæ medicina respuitur, frangere & edomare cōsueuit. Quid enim tam opus habens misericordia quam miser? Et quid tam indignum misericordia quàm superbus miser? Et quo factum est, vt illud Dei verbum per quod facta sunt omnia, & quo fruitur omnis angelica beatitudo vsque ad miseriam nostram clementiam suam porrigeret, & verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Sic enim posset panem an- Ioan. 1.
gelorum homo manducare, nondum angelis adæquatus, si panis ipse angelorum homi- Psal. 77.
nibus dignaretur adæquari. Nec sic descendit ad nos ut illos desereret, sed simul integer illis, integer nobis, illos intrinsecus pascēs per id quod Deus est, nos forinsecus admonens per id quod nos sumus, idoneos facit per fidem, quos per speciem pascat æqualiter. Quia.n. rōnalis creatura verbo illo tāquam optimo cibo suo pascitur: humana aūt anima rationalis est, q̄ mortalibus vinculis peccati pœna tenebatur, ad hoc diminutionis redacta, vt per coniecturas rerum visibilium ad intelligenda inuisibilia niteret: cibus C
rationalis creaturę factus est uisibilis, nō cōmutatione naturæ suæ, sed habitu mortalitatis nostræ, vt visibilia sectantes, ad se inuisibilem reuocaret. Sic eum aīa, quē superbiēs intus reliquerat, foris humilem inuenit, imitatura eius humilitatem visibilem, & ad inuisibilem altitudinem reditura. Atque verbum Dei vnicus Dei filius, diabolum quem semper sub legibus suis habuit & habebit, homine indutus, ēt homini subiugauit: nihil ei extorquēs uiolento dñatu, sed superās eum lege iustitiæ: vt quoniam fœmina decepta, & deiecto per fœminā viro, oēm plē primi hominis tanquam peccatricē legibus mortis, malitiosa quidem nocēdi cupiditate, sed tū iure æquissimo vindicabat, tandiu potestas eius valeret, donec interficeret iustū, in quo nihil dignum morte posset ostēdere, non solum quia sine crimine occisus est, sed etiam quia sine libidine natus: cui subiugauerat ille quos ceperat, vt quicquid inde nasceret, tanquam suæ arboris fructus, praua quidem habēdi cupiditate, sed tamen nō iniquo possidendi iure retineret. Iustissime itaque dimittere cogitur credentes in eum, quē D
iniustissime occidit, & quòd tēporaliter moriuntur, debitū exoluant, & quòd semper uiuunt, in illo uiuant, qui pro eis quod nō debebat, exoluit: quibus aūtē infidelitatis pseuerantiā persuasisset, iustè secū haberet in perpetua damnatione cōsortes. Ita factū est, vt neque diabolo per vim eriperetur homo, quem nec ipse vi, sed persuasione ceperat: & qui iusto plus humiliatus est, vt seruiret cui ad malum consenserat, iuste per eum cui ad bonum cōsensit liberaretur: quia minus iste in consentiendo, quàm ille in male suadendo peccauerat. Naturas igitur omnes Ordo &

collatio creaturarum, Cap. 11.

Deus fecit:non solum in virtute atq; iustitia permansuras, sed etiam peccaturas: non vt peccarent,sed vt essent ornaturæ vniuersum siue peccare,siue non peccare voluissent. Si enim rebus deessent animæ quæ ipsum fastigium ordinis in vniuersa creatura sic obtinerent, vt si peccare voluissent, infirmaretur et labefactaretur vniuersitas,magnũ quiddã deesset creaturæ. Illud.n.deesset,quo remoto stabilitas rerum atq; cõnexio turbaretur. Tales sunt optimæ & sanctæ, & sublimes creaturæ cœlestium vel supercœlestium potestatum, quibus solus Deus imperat: vniuersus autem mũdus subiectus est.Sine istarum officijs iustis atq; perfectis esse vniuersitas nõ potest. Item si deessent,quæ siue peccarent,siue non peccarent, nihil vniuersitatis ordini minueretur,ẽt sic plurimum deesset. Animę sunt.n.rationales,& illis superioribus officio quidem impares,sed natura pares, quibus adhuc inferiores sunt multi, & tñ laudabiles à summo Deo constitutarum rerum gradus. Illa ergo natura sublimioris officij est,quæ non solum si non esset,sed ẽt si peccaret,minueret ordinem vniuersitatis. Inferioris officij est ista, quę tantummodo si non esset,non ãt si peccaret,aliquid minus haberet vniuersitas. Illi data est potẽtia omnia continendi officio proprio,quod rerum ordini deesse non posit. Nec ideo in bona voluntate pmanet, quia hoc accepit officiũ, sed ideo accepit,quoniã ab illo qui dedit permansura præuisa est. Nec tñ sua maiestate continet omnia, sed inhærendo illius maiestati & eius imperijs deuotissime obtemperando,à quo,& per quẽ, & in quo facta sunt omnia. Huic autem datum est quidem non peccanti potentissimum officium continendi omnia: non tamẽ proprium,sed cum illa, tanquam ei quæ peccatura prænoscita est. Habent sanè spiritalia quæq; inter se & coniunctionem sine cumulo,& seiunctionẽ sine diminutione: vt neq; adiuuaret illa in actionis suæ facilitate,cũ hæc sibi coniungeretur, neq; difficilior illi actio fieret, si hæc officiũ suum peccando desereret. Non.n.locis & mole corporũ,sed paritate affectuũ iũgi,& disparitate seiungi pũt spiritales creaturæ, q̃uis corpora sua quæq; possideant. In corporibus autem inferioribus atq; mortalibus post pctm̃ ordinata, regit corpus suum,non omnimõ pro arbitrio, sed sicut leges vniuersitatis sinunt. Nec ideo tñ talis aia inferior est corpore cœlesti, cui corpori ẽt corpora terrena subiecta sunt. Pannosa quippe vestis damnati serui multo est inferior veste bene meriti, & in honore magno apud dñm constituti,sed ipse seruus melior est,qualibet veste pciosa,qa hõ est. Illa ergo inhæret Deo, & in cœlesti corpore angelica potestate, etiã terrestre corpus ornat & regit,sicut iubet ille cuius nutum intuetur ineffabiliter. Ista vero mortalibus mẽbris onerata,vix hoc ipsum quo premitur administrat intrinsecus, & tamen ornat quantum põt. Cætera uero extrinsecus adiacentia,longe infirmiore operatione extrinsecus afficit, sicut pt. Vnde colligitur nõ defuturum fuisse ornatũ congruentissimum infimæ corporeæ creaturæ, etiam si ista peccare noluisset: quoniam quæ totũ potest regere,etiam partim regit. Quæ ãt minus potest,non cõtinuo potest ampliora. perfectus enim medicus etiam scabiem sanat efficaciter: at non continuo qui scabioso vtiliter consulit, vniuersæ humanæ valetudini mederi potest. Et ratio quidẽ si certa conspicitur, qua manifestum fiat esse oportuisse creaturam, quæ nunquam peccaturit, nunquam peccatura sit, etiam illud eadem ratio renunciat à peccato illam libera voluntate abstinere neq; coactam non peccare,sed spõte. Veruntamen etiam si peccaret, quanquam non peccauit,sic eam non peccaturam præsciuit Deus,tamen si etiam ipsa peccaret, sufficeret Dei potestas ineffabilis potentiæ, ad regendam istam vniuersitatem,vt omnibus congrua & condigna retribuens, nihil in toto imperio suo turpe atq; indecorũ esse permitteret. Quia siue per nullas ad hoc ipsum conditas potestates, si omnis angelica natura ab eius pręceptis peccando defecisset, maiestate sua decentissime atq; optime regeret omnia,nec sic inuidẽs creaturæ spiritali vt esset: qui etiam corporalẽ peccantibus quoq; spiritalibus longe inferiorẽ tanta largitate bonitatis instituit,vt nullus sit cœlum terramq́; rationabiliter intuens, omnesque naturas visibiles in suis generibus moderatas,formatas,ordinatas,qui vel alium credat artificem omnium esse,quàm & Deum, vel non eum ineffabiliter laudandum esse fateatur: Siue nulla est melior rerum ordinatio, nisi potestas angelica naturæ excellentia & bonitate volũtatis in dispositione vniuersitatis superemineat,etiã si omnes peccassent angeli, nullã inopiã faceret ad regẽdũ imperiũ suũ creatori angelorum.Non enim vel bonitas eius quasi aliquo tedio, vel omnipotentiã

Ro. 11.

tia difficultate deficeret ad creandos alios, quos in eis sedibus collocaret, quas peccãdo alij deseruissent: aut creatura spiritalis quãtilibet numeri, si pro suis meritis damnaretur, angustare posset ordinẽ,qui conuenienter, & decenter excipit quoscunque dãnandos multos. Quacũque te igitur consyderatio nostra cõuerterit, ineffabiliter laudandũ inuenit Deum naturarũ omniũ conditorẽ optimum,& administratorẽ iustissimũ. Postremo ut relinquamus contẽplationẽ pulchritudinis rerũ, ijs qui eam diuino munere videre pñt, nec eos ad ineffabilia contuenda verbis conemur adducere,& tamen propter loquaces aut infirmos aut insidiosos homines tantã quæstionem breuissima complexione peragamus. Omnis natura quæ minus bona fieri potest, bona est:& omnis natura dum corrumpitur,minus bona fit. Aut enim non ei nocet corruptio, & non corrũpitur:aut si corrumpitur,nocet ei corruptio: & si nocet, minuit aliquid de bonis eius, & eam minus bonam facit. Nam si penitus eã priuat omni bono, quicquid eius remanebit,iam corrũpi non poterit: quia nullũ erit bonum cuius adẽptione possit nocere corruptio. Cui autem non põt nocere corruptio, non corrumpitur. Porrò natura, quæ non corrumpit̃,incorruptibilis est. Erit ergo natura,quod absurdissimum est dicere, corruptione facta incorruptibilis. Quapropter,qđ verissime dicitur, omnis natura inquantum natura est,bona est: qa si incorruptibilis est, melior est q̃ corruptibilis: si aũt corruptibilis est, quoniam dũ corrũpitur minus bona fit,sine dubitatione bona est. Omnis autem natura aut corruptibilis est, aut incorruptibilis.omnis ergo natura bona est. Naturam voco q̃ & substantia dici solet. Omnis igitur substantia aut Deus, aut ex Deo:quia omne bonũ,aut Deus,aut ex Deo. Quibus constitutis atq; firmatis tanq̃ in capite rõcinationis nr̃æ,attẽde quid dicam. Omnis ergo natura rationalis, quæ cũ libero voluntatis arbitrio condita est si manet in fruendo summo atq; incommutabili bono, proculdubio laudãda est. Et omnis quę tendit vt maneat, etiam ipsa laudanda est. Omnis autem quæ nõ in eo manet, & nõ vult agere ut maneat, inquantũ ibi non est, & inquantũ nõ id agit ut ibi sit,vituperãda est. Si ergo laudatur rationalis natura quæ est facta, nemo dubitat laudandum esse,qui fecit. Et si vituperaf̃,nemo dubitat eius conditorẽm in ipsa eius vituperatione laudari. Cũ enim propterea vituperamus hanc,qm̃ summo & incommutabili bono,id est, creatore suo frui non vult, illum sine vlla dubitatione laudamus. Quãtum ergo bonum, & quàm vel ineffabiliter linguis omnibus vel ineffabiliter cogitationibus omnibus p̃dicandus & honorãdus est creator omnium Deus, sine cuius laude nec laudari possumus nec vituperari? Nõ.n.vituperari possumus,quia in eo nõ manemus, nisi quia magnum & summũ & primũ nr̃m bonum est,manere in illo. Vnde aũt hoc nisi quia ille ineffabile bonum est? Quid ergo in ueniri potest in nostris peccatis, vnde ille vituperetur, quando vituperatio peccatorũ nostrorum nulla est,nisi ille laudetur? Quid quòd etiam in ipsis rebus quæ vituperãtur, nullius vituperatur nisi vitium? Nullius aũt vituperatur vitium, nisi cuius natura laudatur. Aut enim secundum naturam est qđ vituperas,& non est vitium,tuq́; magis emendãdus es vt recte vituperare noueris, quàm illud quod nõ recte vituperas: aut si vitium est,vt recte vituperari possit,etiam cõtra naturã sit necesse est. Oẽ quippe vitiũ,eoipso quo vitium est,contra naturã est. Si.n.naturæ non nocet, nec vitium est: si autem quia nocet ideo vitium est, ideo vitium est, quia contra naturam est. Quod si non suo, sed alieno vitio aliqua natura corrumpitur, iniuste vituperatur,& quærendũ est utrum illa natura nõ corrumpaf̃ vitio suo, cuius vitio potuit alia natura corrumpi.Sed quid est aliud vitiari,nisi vitio corrumpi? Porrò natura q̃ non vitiatur, caret vitio,cuius autem vitio alia natura corrumpitur,habet vtiq; vitium. Prior ergo vitiosa est,& prior corrumpitur vitio suo,cuius vitio alia quoq; corrũpi potest. Ex quo colligitur contra naturam esse omne vitium,etiam eius rei cuius est vitium. Quapropter qm̃ in quacũq; re nõ uituperatur nisi vitium, ideo aũt vitiũ est,qa contra naturam eius rei est cuius est vitium, nullius rei recte vituperatur vitium,nisi cuius natura laudatur. Non enim tibi recte in vitio displicet, nisi qa vitiat quod in natura placet. Videndum est etiam illud, vtrum vere dicatur aliquam naturam naturæ alterius vitio corrumpi, nullo adiuncto uitio suo. Si enim natura quæ accedit cum vitio suo ad aliam corrumpendã,non in ea corruptibile aliquid inuenit, non eã corrũpit. Si autẽ inuenit, adiuncto eius vitio corruptionem eius operatur. Potẽtior.n.ab infirmio-

An oĩs corruptio à vitio. Cap. 18.

re si corrumpi nolit, non corrumpitur: Si autem velit, prius incipit suo vitio corrumpi quàm alieno. Aequalis aũt ab ęquali nihil dominus si corrumpi nolit, nõ potest. Nam quæcunque natura cum vitio ad eam quæ
A sine vitio est, vt corrumpat accedit, eoipso non accedit æqualis, sed infirmior vitio suo. Si vero potentior inualidiorem corrumpit, aut vtriusque vitio fit, si vtriusque praua cupiditate fit: aut vitio potentioris, si naturæ tanta prẽstantia est, vt inferiorem quam corrumpit, etiã vitiosa præcedat. Quis.n. recte vituperauerit fructus terræ, ꝙ homines eis non vtantur bene, corruptiq; vitio suo, corrumpant eos abutendo ad luxuriam: cum tamen dubitare dementis sit præstantiorem potentiorem q́ esse hominis naturam etiã vitiosam, quàm non vitiosas quasq; fruges? Potest etiam fieri vt aliquam inferiorem potentior natura corrumpat, & hoc nullius earum vitio fiat. Siquidem vitium dicimus, quod vituperatione dignum est. Quis autẽ vel frugalem hominem nihil aliud de frugibus, q̃ subleuamenta naturæ quæritantem, vituperare audeat, aut easdem fruges, quod vsu ciborum eius corrumpantur? Talis.n. nec vsitate corruptio dicitur, quia maxime vitij nomen solet esse corruptio. Nam & illud in rebus facile animaduerti potest, quod plerunque in nonnullos vsus egregiæ indigentiæ suę natura potentior inferio-
B rem corrumpit, vel iustitiæ ordine dũ vin-
1.Co.3. dicat culpam, ex qua regula illud dictum est ab Apostolo: Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illũ Deus. Vel ordine mutabilium rerum sibi credentium secundum leges congruentissimas pro valentia cuiusq; partis vniuersitati datas. Neque enim si cuiusquam oculos pro naturæ suæ modulo ferẽdæ lucis inualidos sol fulgore corrumpat, aut ad explendam indigentiam sui luminis eos commutare putandus est, aut id facere ullo vitio suo: aut saltem ipsi oculi vituperandi sunt, quia & domino suo cesserunt vt contra lucem aperirentur, & ipsi luci vt corrumperentur. Omnium igitur corruptionum sola quæ vitiosa est corruptio recte vituperatur: cæteræ autem aut nec corruptiones quidem dicendæ sunt, aut certe, quia vitiosæ non sunt, dignæ vituperatione esse non possunt. Nam & ipsa vituperatio, quod soli vitio parata, id est, apta & debita sit, inde traxisse vocabulum creditur, vt vituperatio diceretur. Vitium autem, vt dicere cœperã, non aliunde malum est, nisi quia naturæ aduersatur eiusipsius rei cuius est vitium. Vnde manifestum est, hanc eandem rem cuius vitium vituperatur, naturam esse laudabilem, ita vt omnino hanc ipsam vituperationem vitiorum naturarum laudem esse fateamur, earum scilicet quarum vitia C vituperantur. Quia enim vitium naturæ aduersatur, tantum additur malitiæ vitiorũ, quantum naturarum integritati minuitur. Cum ergo vituperas vitium, id profecto laudas, cuius integritatem desideras. Cuius autem, nisi naturæ integritatem? Natura enim perfecta non solum nulla vituperatione, sed etiam laude in suo genere digna est. Quod ergo perfectioni naturæ deesse perspexeris, id vocas vitium, satis tibi eam placere contestans, quam vituperatione imperfectionis eius velles esse perfectam. Si igitur vitupe- Et in vi-
ratio vitiorum ipsarum etiam quarum sunt tiosis lau-
vitia naturarum decus dignitateḿque com- dandus
mendat, quanto magis Deus conditor om- Deus.
nium naturarum etiam in earum vitijs lau- Cap.15.
dandus est, cum & hoc ab illo habeant quod naturę sunt, & intantum vitiosæ sint, inquantum ab eius à quo factę sunt arte discedunt, & intãtum recte vituperentur, inquantum earum vituperator artem, qua factæ sunt videt, vt hoc in eis vituperet, quod ibi non videt? Et si ars ipsa per quam facta sunt omnia, hoc est, summa & incommutabilis sapientia Dei, vere summeq́; est, sicuti est, re- D
spice quo tendat quicquid ab ipsa discedit. Qui tamen defectus non esset vituperatione dignus, nisi esset voluntarius. Attende.n. quæso, vtrum recte vituperes quod ita est, sicuti esse debuit. Non opinor, sed vtique quod nõ ita est, vt debuit. Nemo autem debet quod non accepit. Et quisquis debet, cui debet nisi à quo accepit vt debeat? Nam & quæ redduntur tralegãdo, ei redduntur qui tralegauerat. Et quod creditorum iustis successoribus redditur, ipsis vtiq; redditur, quibus isti iure succedunt. Aliter non redditio, sed cessio vel admissio, vel siquid aliud huiuscemodi nominanda est. Quapropter omnia temporalia, quæ in hoc rerum ordine ita locata sunt, vt nisi deficiant, nõ possint prẽteritis futura succedere, vt tota tp̃orum in suo genere pulchritudo peragatur, absurdissime dicimus non debere deficere. Quantũ enim acceperunt, tantum agunt, & tantum reddunt ei cui debent, quòd sunt in quantũcunq; sunt. Qui.n. dolet ea deficere, ser-
monem

monem suum oportet attendat, eo certe ipso ꝙ ista conqueritur, si iustum & prudentia perfectum esse arbitratur: cuius sermonis quod ad sonum eius attinet, siquis vnã particulam diligat, nec eam velit cæteris defi-
E ciendo locum dare, quibus decedentibus & succedentibus totus ille sermo contexitur, mirabilis dementiæ iudicabitur. In ijs igitur rebus quę ideo deficiunt, quia non vltra esse acceperunt, vt suis temporibus omnia peragãtur, nemo defectum recte vituperat, quia nemo potest dicere, debuit permanere, cum acceptas metas transire non posset. In creaturis autem rationabilibus, quibus siue peccantibus siue non peccantibus, vniuersalis pulchritudo modis congruentissimis terminatur, aut nulla peccata sunt, quod absurdissimum est dicere: peccat.n. saltem qui vel damnat quasi peccata, q̃ nulla sunt: aut non sunt vituperãda peccata, quod nihilominus absurdum est. Incipient quippe nec recte facta laudari, & tota turbabitur humanæ mentis intentio, vitamq́; subuertet: aut vitupera
F bitur factum quod ita factum est, vt debuit, & execrabilis insania, vel vt mitius loquar, error miserrimus orietur: aut si cogit verisima rõ sicuti cogit, vt & vituperentur peccata, & quicquid recte vituperatur ideo vituperetur, quia nõ est ita vt esse debuit. Quære quid debeat natura peccatrix, & inuenies recte factum. Quære cui debeat, & inuenies Deum. A quo enim accepit posse recte facere cum velit, ab eo accepit vt sit etiam misera, si non fecerit, & beata, si fecerit. Quia.n. nemo superat leges omnipotentis creatoris, non finitur anima non reddere debitum. Aut.n. reddit bene vtendo quod accepit, aut reddit amittendo quo bene vti voluit. Itaq; si non reddit faciendo iustitiam, reddet patiendo miseriam: quia in vtroque verbum illud debiti sonat. Hoc.n. etiam mõ dici potuit quod dictũ est, si nõ reddit faciendo qđ debet, reddet patiendo quod debet. Nullo ãt temporis interuallo ista diuidũtur, vt quasi alio tempore non faciat quod debet, & alio patiatur quod debet, ne vel pũcto temporis vniuersalis pulchritudo turpetur, vt sit in ea peccati dedecus sine decore vindictæ. Sed in futurum iudicium seruatur ad manifestationem atq; acerrimum sensum miserię, quicquid nunc occultissime vindicatur. Sicut.n. qui non vigilat dormit, sic quisquis non facit qđ debet, sine interuallo patitur qđ debet, q̃n tanta est beatitudo iustitiæ, vt nemo ab ea nisi ad miseriã possit abscedere. In omnibus ergo defectibus aut non acceperunt vltra esse, q̃ deficiunt, & nulla culpa est: sicut & cum sunt, quia non acceperũt amplius esse q̃ sunt, nihilominus nulla culpa est: aut nolunt esse, quod si vellent, esse acciperent: G
& quia bonũ est, reatus est, si nolint. Deus ãt Ex eo
nulli debet aliquid, quia oia gratuito p̃stat. quod nõ
Et si quisq̃ dicet ab illo aliquid deberi meri accepe-
tis suis, certe vt esset nõ ei debebatur. Nõ.n. rit nemo
erat cui deberetur. Et tñ, quod meritum est, reus est.
conuertere ad eum ex quo es, vt ex ipso etiã Cap.16.
melior sis, ex quo habes vt sis. Quid ergo ei prærogas, vt tanq̃ debitum poscas: qñ si nolles ad eum conuerti, nihil ei deesset: tibi aũt ipse, sine quo nihil esses, & ex quo ita es aliquid, vt nisi connertendo te ad illum, reddideris ei quod ab ipso es, nõ quidem nihil, sed miser tũ eris? Omnia ergo illi debent, primo quicquid sunt, inquantũ naturæ sunt. Deinde quicquid melius possont esse si velint, q̃cunque acceperunt vt velint, aut quicquid oportet eas esse. Ex eo igitur quod non accepit, nullus reus est: ex eo vero quod non faeit quod debet, iuste reus est. Deus ãt si accepit & voluntatẽ liberã & sufficientissimã facultatẽ. Vsqueadeo ãt dum non facit quisque quod debet, nulla culpa est conditoris, vt & laus sit, q̃n quod debet patitur, & in coipso
ꝙ vituperatur non faciendo quod debet, nõ 1. Retr.
nisi laudetur ille cui debet. Si.n. tu laudaris Cap.9.
videndo quid facere debeas, cum id non vi- H
deas, nisi in illo qui est incommutabilis veritas: quanto magis ille qui & velle præcepit, 1. Retr.
& posse præbuit, & non impune nolle per- Cap.9.
misit? Si enim hoc debet quisq; quod accepit, & sic homo factus est, vt necessario peccet: hoc debet vt peccet. Cum ergo peccat, quod debet facit. Quod si scelus est dicere, neminem natura sua cogit vt peccet, sed nec aliena. Non.n. quisquis dũ id quod nõ vult patitur, peccat. Nam si iuste patitur, non in eo peccat ꝙ patitur inuitus, sed in eo peccauit ꝙ ita fecit volens, vt quod nollet, iure pateretur. Si autem iniuste patitur, quõ peccat? Non.n. iniuste aliquid pati, sed iniuste aliquid facere, pctũm est. Quod si neq; sua neque aliena natura quis peccare cogit, restat vt propria voluntate peccetur. Quod si tribuere volueris cõditori, peccantẽ purgabis, qui nihil præter sui conditoris instituta cõmisit. Qui si recte defenditur, non peccauit. Non est ergo quod tribuas conditori. Laudemus ergo conditorem, si potest defendi
pecca-

Universidad de Deusto Biblioteca

I peccator, laudemus, si non potest. Si enim iuste defenditur, non est peccator, lauda ergo creatorem. Si autem defendi non potest, intantum peccator est, inquantum se à creatore auertit, lauda ergo creatorem. Omnino igitur non inuenio, nec inueniri posse, & prorsus non esse confirmo, quomodo tribuãtur peccata nostra creatori nostro Deo: quanto & in ipsis eum laudabilem inuenio, non solum quod ea punit, sed etiam qꝑ tunc fiunt, cum ab eius veritate receditur. EV. Accipio ista libentissime ac probo, & oĩno verum esse cõsentio, nullo modo fieri posse, vt creatori nostro recte pctã nostra tribuantur. Sed tũ scire vellem, si fieri posset, quare illa natura non peccat, quã nõ peccaturã præsciuit Deus, & quare ista peccet, quæ ab ipso peccatura præuisa est. Non.n. iam puto, ipsa dei præscietia vel istã peccare, vel illam non peccare cogi. Sed tamen si nulla causa esset, non ita dispertiretur creatura rationalis, vt alia nunquam peccet, alia in peccando perseueret, alia quasi media inter vtranque aliquando peccet, aliquando ad recte faciendum conuertatur. Quæ causa in has tres partes eam distribuit? Sed nolo mihi respondeatur, voluntas. Ego.n. causam quæro ipsius uoluntatis. Non enim sine causa nunquam vult illa peccare, nunquam ista non vult, quædam vero aliquando vult, aliquando non vult, cum eiusdem
K generis omnes sint. Hoc solum enim mihi videre videor non sine causa esse istam tripartitam voluntatem rationalis creaturæ, sed quæ causa sit, nescio. AVG. Quoniam voluntas est causa peccati, tu autem causam ipsius voluntatis inquiris, si hanc inuenire potuero, nonne causam etiam eius causæ, quæ inuenta fuerit quæsiturus es? Et quis erit quærendi modus, quis finis percunctandi ac differendi, cum te ultra radicem quærere nihil oporteat? Caue enim putes quicquam potuisse dici verius quàm id quod dictum est, radicem omnium malorum esse auaritiam, hoc est, plus velle quam sat est. Tantum autem sat est, quantum sibi exigit naturæ in suo genere conseruandæ modus. Auaritia enim quæ Græce φιλαργυρία dicitur, nõ. in solo argento vel in nummis, vnde magis nomen duxisse resonat, argento enim nummi vel mixto argento frequentius apud veteres fiebant, sed in omnibus rebus, quæ immoderate cupiuntur, intelligenda est, vbicunque omnino plus vult quisque, quàm sat est. Hæc autem auaritia cupiditas est, cupiditas porrò improbo voluntas est. Ergo improba voluntas malorum omnium causa est.
Quæ si secundum naturam esset, conserua- L
ret utique naturam, nec ei pernicioſa esset, & ideo non esset improba. Vnde colligitur radicem omnium malorum non esse secundum naturam, quod sufficit aduersus omnes qui volunt accusare naturas. Tu autem si huius radicis causam requiris, quomodo erit ista radix omnium malorum? Illa enim erit, quæ causa huius est, quam cum inueneris, vt dixi, etiam ipsius causam quæsiturus es, & quærendi nullum habebis modum.
Sed quæ tandem esse poterit ante voluntatem causa uoluntatis? Aut enim & ipsa voluntas est, & à radice ista uoluntatis non receditur: aut non est voluntas, & peccatum nullum habet. Aut igitur ipsa voluntas est prima causa peccandi, aut nullum peccatum prima causa peccandi. Nec est cui recte imputetur peccatum nisi peccanti. Non ergo est cui recte imputetur nisi volenti. Sed nescio cur aliud te quærere libeat. Deinde quæcunq; illa causa est uoluntatis, aut iusta profecto est, aut iniusta. Si iusta, quisquis ei obtemperauerit, non peccabit. Si iniusta, non ei obtemperet, & non peccabit. An forte violenta est, & cogit inuitum? Num eadem totiens replicaturi sumus? Reminiscere superiorum, quæ à nobis tam multa de peccato, & voluntate libera dicta sunt. Sed si laboriosum est omnia mandare memoriæ, hoc breuissimum tene. Quæcunq; ista causa est uoluntatis, si non ei potest resisti, sine peccato ei ceditur. Si autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? Ergo caueat ne fallatur. An tãta fallacia est, vt caueri omnino non possit? Si ita est, nulla peccata sunt. Quis enim peccat in eo quod nullo modo caueri põt? Peccatur autẽ. Caueri igitur potest. Et tũ etiam per ignorãtiam facta quædam improbantur, & corrigenda iudicantur, sicut in diuinis authoritatibus legimus. Ait enim Apostolus: Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Ait & Propheta. Delicta iuuentutis, & ignorantiæ meæ ne memineris. Sunt etiam necessitate facta improbanda, vbi vult homo recte facere, & non potest: nam vnde sunt illæ voces. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum,

1. Retra cta. ca. 9.

2. sent. dist. 41. ca. si aũt.

Etiã per ignorantiam aut M necessitã admissa impunitãtur interdum. Cap. 18.

1. Retracta. ca. 9.

2. sen. di. 28. cap. Quod vero.

De natura, & gratia. ca. 67

1. Tim. 1

Psal. 24.

2. sen. di. 36. cap. quod au-

cap. illud autem. Rom. 7. Gal. 5.
A lum, hoc ago. Et illud. Velle adiacet mihi, perficere aũt bonũ non inuenio. Et illud. Caro cõcupiscit aduersus spũm, spiritus aũt aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur, vt nõ ea quæ vultis faciatis. Sed hęc omnia hominum sunt, ex illa mortis damnatione venientium: nam si non est ista pœna hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. Si.n. non receditur ab eo modo quo naturaliter factus est, ita vt melius esse nõ possit, ea q̃ debet facit, cum hæc facit. Si aũt bonus hõ esset, aliter esset. Nunc autem quia ita est, nõ est bonus, nec habet in potestate vt bonus sit: siue non videndo qualis esse debeat, siue videndo & non valendo esse, qualem debere esse se videt: pœnã istã esse quis dubitet? Ois autem pœna si iusta est, peccati pœna est, & supplicium nominatur: si autem iniusta est pœna, quoniã pœnam esse nemo ambigit, in iusto aliquo dñante hoĩ imposita est. Porrò quia de omnipotẽtia dei & iustitia dubitare dementis est, iusta hæc pœna est, & pro peccato aliquo penditur. Non enim quisquam iniustus dominator aut surripere hominem potuit, velut ignorante Deo: aut extorquere inuito, tanquam inualidiori, vel terrendo vel cõfligendo, vt hominẽ iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo vt hæc iusta pœna de damnatione hominis veniat. Nec mirandum est, qꝑ vel ignorando non habet arb. liberum voluntatis ad eligendum quid recte faciat: vel resistente carnali consuetudine, q̃ violentia mortalis successionis quodãmodo naturaliter inoleuit, videat quid recte faciendum sit, & velit, nec possit implere. Illa est enim peccati pœna iustissima, vt amittat vnusquisq; quo bene vti voluit cũ sine vlla posset difficultate, si vellet. Id est autem vt qui sciens recte non facit, amittat scire quid rectum sit: & qui recte facere, cum posset, noluit, amittat posse cum velit. Nam sunt reuera omni peccanti animæ duo ista pœnalia, ignorantia & difficultas. Ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris, vt erret inuitus, & resistente atq; torquente dolore carnalis vinculi, non posse à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Cum autem de libera voluntate recte faciendi loquimur, de illa scilicet, in qua homo factus est, loquimur. Hic occurrit illa quæstio, quam inter se murmurantes homines rodere consueuerunt, qui quodlibet aliud in peccando q̃ se accusare parati sunt. Dicunt enim, Si Adam & Eua peccauerunt, quid nos miseri sumus, vt cum ignorãtiæ cæcitate, & difficultatis cruciatibus nascaremur, & primo erraremus, nescientes quid nobis esset faciendum: deinde vbi nobis inciperent aperiri præcepta iustitiæ, vellemus ea facere, & renitente carnalis concupiscentiæ nescio qua necessitate non valeremus? Quibus breuiter respõdetur vt quiescant, & aduersus Deum murmurare desistant. Recte enim fortasse quererentur, si erroris & libidinis nullus hominũ victor existere. Cum vero vbiq; sit præsens, qui multis modis per creaturã sibi domino seruientem auersum vocet, doceat credentẽ, consoletur sperantem, diligentẽ exhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantẽ, nõ tibi deputatur ad culpã, qꝑ inuitus ignoras, sed quod negligis quærere qđ ignoras: neq; illud qꝑ vulnerata membra nõ colligis, sed qꝑ volentem sanare contemnis. Ista tua propria peccata sunt. Nulli enim homini ablatũ est scire vtiliter, qđ inutiliter ignoratur, & humiliter confitendã esse imbecillitatẽ, vt q̃renti & confitenti ille subueniat, qui nec errat dum subuenit, nec laborat. Nam illud quod ignorãs quisq; nõ recte facit, & quod recte volens facere non potest, ideo dicũtur peccata, quia de peccato illo liberæ volũtatis originẽ ducunt. Illud enim præcedens meruit ista sequentia. nam sicut linguam dicimus non solum membrum, quod mouemus in ore dum loquimur, sed etiam illud quod huius membri motum consequitur, id est, formam tenoremq; verborum, secundum D
quẽ modum dicitur alia lingua Græca, alia Latina: sic non solum peccatum illud dicimus quod proprie vocatur peccatum, libera enim voluntate & ab sciente committitur, sed etiam illud quod iam de huius supplicio consequatur necesse est. Sic etiam ipsam naturam aliter dicimus, cũ proprie loquimur naturam hominis, in qua primum in suo genere inculpabilis factus est, aliter istã, in qua ex illius damnati pœna, & mortales, & ignari, & carni subditi nascimur. Iuxta quem modum dicit Apostolus: Fuimus enim & nos naturaliter filij iræ, sicut & cæteri. Vt autem de illo primo coniugio, & cum igno- Eph. 2.
rantia, & cum difficultate, & cum mortalita Quote nascamur, quoniam illi cum peccauissent, mõ pec & in errorem, & in erumnam, & in mortem catum præcipitati sunt, rerum moderatori summo originis deo iustissime placuit: vt & in ortu hominis demana origi-

cata fiãt nostra. Cap. 19.

C

originaliter appareret iustitia punientis, & rit ad po in prouectu misericordia liberantis. Non steros. enim damnato primo homini sic adepta est Cap.20. beatitudo,vt etiam fœcunditas adimeretur. Poterat enim & de prole eius, quanuis carnali & mortali, aliquod in suo genere fieri E decus ornamentumq; terrarum. Iã vero vt meliores gigneret qui ipse esset, non erat æquitatis: sed ex cõuersione ad Deum vt vinceret quisq; suppliciũ, quod origo eius ex auersione meruerat,non solũ volentẽ nõ prohiberi, sed et adiuuari oportebat: sic.n.rerũ creator ostendit, quanta felicitate potuisset homo,si voluisset, retinere quod factus est, cum proles eius potuit etiam superare quod nata est. Deinde si vna anima facta est, ex qua omniũ hominũ animæ trahuntur nascẽtiũ,quis põt dicere nõ se peccasse, cũ primus ille peccauit? Si aũt singillatim fiunt in vno quoq; nascentium,nõ est peruersum, immò conuenientissimum & ornatissimum apparet,vt malum meritũ prioris, natura sequentis sit: & bonum meritum sequentis, naturæ prioris sit. Quid.n.indignum, si etiã sic voluit creator ostendere, vtqueadeo excellere creaturis corporeis animæ dignitatem,vt ab eo gradu posit esse ortus alterius, ad quẽ alterius perductus est occasus? Nam cum ad ignorantiam difficultatemq; peruenerit illa peccatrix, ideo pœna recte dicitur,quia melior ante hanc pœnam fuit. Si ergo altera talis esse cœpit,non solum ante peccatum, sed F ante omnem vitã suã,qualis alia post vitam culpabilem facta est, non paruum bonum habet,vnde conditori suo gratias agat: quia ipse ortus eius & inchoatio quouis perfecto corpore est melior. Non enim mediocria bona sunt, non solum qp anima est,quã natura iam omne corpus præcedit,sed etiam qp facultatem habet, vt adiuuante creatore seipsam excolat, & pio studio possit omnes acquirere & capere virtutes, per quas & à difficultate cruciante, & ab ignorantia cæcante liberetur. Quod si ita est,non erit nascentibus animis ignorantia & difficultas supplicium peccati, sed proficiendi admonitio & perfectionis exordium. Non enim ante omne meritum boni operis parum est accepisse naturale iudicium, quo sapientiam præponat errori, & quietem difficultati, vt ad hæc non nascendo, sed studendo perueniat. Quod si agere noluerit, peccati rea iure tenebitur, tanquam quæ non bene vsa sit ea facultate, quam accepit. Quanquam.n. in ignorantia & difficultate nata sit, non tñ ad permanẽdum in eo quod nata est, aliqua necessitate cõprimitur:neq; omnino potuit, nisi deus omnipotẽs esset etiam talium creator animarum, quas & non dilectus ipse faciat, & diligens eas reficiat, & dilectus ipse perficiat: qui & non existentibus præstat ut sint, & amantibus eum à quo sunt, præstat ut beatæ sint. Si vero in Dei aliquo secreto iam existentes animæ mittuntur ad inspiranda & regenda corpora singulorũ quorumq; nascentium, ad hoc vtiq; mittuntur officium,vt corpus quod de pœna peccati, hoc est,de mortalitate primi hominis nascitur,bene administrando,id est,castigãdo per virtutes, & ordinatissime atq; legitime seruituti subiiciendo, & ipsi comparent ordine atque tempore opportuno cœlestis incorruptionis locum. Quæ cum introeunt in hãc vitam, subeuntq; gestanda membra mortalia, subeat etiam necesse est & obliuionem vitæ prioris, & præsentis laborem: vnde illa ignorantia & difficultas cõsequitur, quod in primo homine supplicium mortalitatis fuit, ad animi expendendam miseriam: in istis autem ianua ministerij ad reparandam corporis incorruptionem. Nam hoc quoq; modo non dicuntur ista peccata, nisi quia caro de propagine veniens peccatoris,venientibus ad se animis hanc ignorantiam & difficultatem facit,quæ neq; his neq; creatori tã quã culpanda tribuatur. Dedit.n.ille & facultatẽ bene operandi in laboriosis officiis, & viam fidei in obliuionis cæcitate. Indiciũ illud vel maxime,quod anima omnis & quẽ H rendum esse concedit quod inutiliter nescit, & perseueranter in officiosis laboribus enitendũ ad euincendam rectè faciundi difficultatem,& opem à creatore implorandam: vt conantem adiuuet, qui vel extrinsecus lege, vel in intimis cordis allocutione conãdũ esse præcepit, & præparat ciuitatis beatissimæ gloriam triumphantibus de illo,qui primum hominem ad istam miseriam perduxit victum pessima suasione: quã miseriam isti suscipiunt ad eum vincendum optima fide. Non.n.paruæ gloriæ militia est diabolũ uincere eodẽ suscepto supplicio, quo se ille hominẽ uictũ perduxisse gloriatur. Quisquis autem hoc istius vitæ captus amore negleXerit,nullo pacto iuste flagitium desertionis suæ regis imperio deputabit: sed erit potius sub omnium domino in eius partibus ordinatus, cuius turpe stipendium vt castra sua desere-

desereret adamauit. Si aũt alibi aiæ cõstitutę non mittuntur à domino deo, sed sua sponte ad inhabitanda corpora veniunt, facile est,iã hoc videre, quicquid ignorantiæ difficultatisq; secutũ fuerit earũ propriã voluntatẽ,nullo modo creatorẽ hinc esse culpandũ:quandoquidem ẽt si eas ipse misisset, qui bus etiam in ipsa ignorantia & difficultate liberam voluntatem petendi, & quærendi I & conandi non abstulit,daturus petentibus, demonstraturus quærentibus, pulsantibus aperturus,omnino extra culpã esset. Hãc.n. ignorantiã & difficultatem studiosis & bene uolis euincendam, ad coronam gloriæ valere præstaret, negligentibus autem & peccata sua de infirmitate defendere volentibus, nõ ipsam ignorãtiã difficultatẽq; ꝓ crimine obijceret:sed qa in eis potius permanere, q̃ studio quærendi atq; discendi,& humilitate confitendi atq; orandi,ad veritatem ac facilitatem peruenire voluerunt, iusto supplicio vindicaret. Harũ aũt quatuor de anima sententiarũ,vtrũ de propagine veniãt, an in singulis quibusq; nascentibus nouæ fiant,an in corpora nascentium iam alicubi existentes, vel mittantur diuinitus, vel inde sua sponte labantur, nullam temere affirmare oportebit. Aut enim nondum ista quæstio à diuinorũ librorũ catholicis tractatoribus ꝓ merito suę obscuritatis & perplexitatis euoluta atq; illustrata est:aut si iam factum est, nondum in manus nostras huiusce modi literæ K peruenerunt. Tantũ asit fides,nihil de substãtia creatoris falsũ indignũq; sentiẽdi. Ad illũ.n. tẽdimus itinere pietatis. Si ergo aliud de illo senserimus q̃ est, intentio nostra non in beatitatem sed in vanitatem nos ire cõpellet. De creatura vero siquid aliter q̃ sese habet senserimus,dummodo non id pro cognito perceptoq; teneã, nullũ periculũ est. Nõ.n.ad creaturã iubemur tẽdere vt efficiamur beati,sed ad ipsum creatorem:de quo si aliud q̃ oportet,ac sese res habet, nobis persuadetur,pernicioſissimo errore decipimur. Ad hoc enim pergendo,quod aut non est, aut si est,non facit beatos,ad beatam vitam nullus peruenire potest. Sed ad contẽplandã veritatis æternitatẽ,vt ea perfrui eiq; inhærere valeamus,infirmitati nostræ via de temporalibus procurata est, vt quantum itineri sufficit ad æterna tendentium, præterita & futura credamus. Quæ fidei disciplina, vt authoritate prępolleat,diuina misericordia gubernatur. Præsentia vero,quantum ad creaturã pertinet, in corporis & animi mobilitate & mutabilitate, quasi transeuntia sentiuntur. In quibus quicquid nõ experimur,cognitione qualicũq; tenere non possumus. Quæcũ L que ergo nobis de quibuscunq; creaturis vel præterita vel futura diuina authoritate credenda narrantur, quanuis partim priusquã ea sentire potuerimus præterierint, partim nõdũ in nostros sensus peruenerint,tñ quia plurimũ valent ad roborandã spem nostrã, & exhortandam dilectionem,dũ nobis commẽdant per ordinatissimam seriem temporum, q̃ nõ negligat liberationẽ nostrã deus, sine vlla dubitatione credẽda sunt. Sed quis quis error personam sibi diuinæ authoritatis assumit, ea maxime ratione refellitur, si aut aliquã vel mutabilem speciẽ præter creaturam Dei,aut aliquam mutabilem speciem in substãtiã dei credere aut affirmare cõuincitur:eãq; substãtiã Dei vel plus vel minus q̃ trinitatẽ eẽ cõtẽdit;cui trinitati pie sobrieque intelligẽdæ,ois excubat vigilãtia Christiana,& omnis eius ꝓuectus intẽditur. De cuius trinitatis vnitate & æqualitate, & singularum in ea personarũ quadã ꝓprietate, non hic locus est differendi. Nã cõmemorare quædã de dũo deo authore,& formatore, & ordinatore rerũ omniũ,q̃ ad saluberrimã fidẽ pertineant, & quibus lactens atq; à terrenis in cœlestia sese attollere incipiens,vtiliter adminiculetur intentio,& factu facillimum,& à plerisq; iam factitatum est. Per- M tractare aũt istã totam, atq; ita versare q̃stionem, vt perspicuæ rationi quantũ in hac vita datur,omnis humana intelligentia subiungetur:non modo eloquio, sed ne cogitatione quidem, vel cuiquam hominũ vel certe nobis satis expeditum & facile aggrediendũ videri põt. Núc ergo,vt qđ instituimus,quantum adiuuamur,& quantũ sinimur peragamus,quæcunq; nobis, quantum ad creaturã pertinet,vel narrantur præterita, vel prænũciantur futura, quæ ad commendandam valeant integram religionem,excitando nos ad synceriſsimam dilectionem dei & proximi, sine dubitatione credenda sunt. Aduersus incredulos aũt hactenus defendẽda, vt vel mole authoritatis infidelitas eorum obteratur, vel eis ostendatur quantum potest, primo q̃ non sit stultũ talia credere,deinde q̃ sit stultum talia non credere. Veruntamen falsam doctrinam non tam de præteritis & futuris, q̃ de presentibus,& maxime de incõmutabilibus oportet refellere,& quãtum datur perspicua

ſpicua ratione conuincere. Sanè in miſeria temporalium, inquiſitioni præteritorũ
A futurorum expectatio præferenda eſt. Quandoquidem etiam in diuinis libris ea quæ præterita narrantur, vel præfiguratio-niem futurorum, vel pollicitationem vel teſtificationem prę ſe gerunt. Et reuera in iis etiam, quæ ad hanc uitam pertinent proſperis aduerſisq́; rebus quid quiſque fuerit, non ſatis curat. In id vero quod futurum ſperatur, ſeſe omnis curarum eſtus agglomerat. Neſcio quo quippe intimo naturaliq́; ſenſu, ea quæ nobis acciderunt, quoniam tranſacta ſunt, ſic habentur ad momentum fœlicitatis & miſerię, quaſi nunquam accidiſſent. Quid igitur mihi obeſt ſi eſſe, qñ cœperim neſcio, cum eſſe me nouerim, nec futurum eſſe deſperem? Non.n.in præterita me attẽdo, vt tanq̃ errorem pernicioſiſsimum verear, ſi aliter de ijs ſenſero q̃ fuerint: ſed in id quod futurus ſum, curſum dirigo duce miſericordia conditoris mei. De hoc igitur quod futurus ſum, & de illo apud quẽ futurus ſum, ſi aliter q̃ veritas ſeſe habet crẽdidero aut ſenſero, uehementer cauendus eſt error: ne mihi aut neceſſaria non prępararẽ, aut ad eum ipſum finem propoſiti mei, dũ aliud pro alio mihi videtur, peruenire non poſsim. Quamobrem ſicut ad comparandam ueſtem nihil mihi obeſſet, ſi prętęritæ hyemis oblitus eſſem, obeſſet ãt ſi futurum
B frigus imminere nõ crederem. Ita nihil obe rit animę meę ſi oblita eſt, quid forte pertulerit, ſi modo diligenter aduertat & teneat quò ſe deinceps parare moneatur. Et ſicut, verbi gratia, Romam nauiganti nihil noceret ſi excidiſſet animo, à quo littore nauem ſoluerit, dum tñ ab eo loco vbi eſſet nõ ignoraret quò proram dirigeret: nihil autẽ prodeſſet meminiſſe littoris, vnde iter exorſus eſt, ſi de Romano portu falſum aliquid exiſtimans, in ſaxa incidiſſet. Ita neque ſi non tenuero initium temporis vitæ meæ, quicquã mihi oberit ſcienti quo fine requieſcam: nec prodeſſet aliquid illa ſiue memoria ſiue coniectura inchoatę vitę, ſi de ipſo deo, qui vnus laborum animæ finis eſt, aliter q̃ dignum eſt, opinatus in ſcopulos errorum irruerem. Nec iſte ſermo ad id valuerit, vt quiſquam nos prohibere arbitretur, ne quærant qui potuerint ſecũdum ſcripturas diuinitus inſpiratas, utrum anima de anima propagetur, an ſuo cuiq; animãti ſingulæ in ipſo fiant, an ad regendum animandumq́; corpus diuino nutu alicunde mittantur, uel propria voluntate ſe inſinuent: ſi vel alicuius expediendæ neceſſariæ quæſtionis ratio flagitat iſta conſiderare atque diſcutere, vel à rebus magis neceſſarijs ocium ad C
hęc quærenda & diſſerenda conceditur. Verum ad id potius iſta dixerim, ne quis in re tali vel temere ſuccenſeat ei qui ſuæ opinioni humaniore fortaſſe dubitatione nõ cedit: aut etiam ſiquid hinc certi quiſquã & liquidi comprehenderit, ideo putet alium ſpem perdidiſſe futurorum, quia prętęrita exorſa non recolit. Quoquo modo autem ſe iſtud habeat, ſiue omnino omittendum, ſiue nunc diſſerendũ, & aliàs conſiderandũ ſit, præſens tñ qõ non impeditur, quo minus appareat integerrima, & iuſtiſsima, & inconcuſſa atq; incommutabili maieſtate & ſubſtãtia creatoris, ſupplicia peccatorũ ſuorũ animas luere: q̃ peccata, vt iã diu diſſeruimus, non niſi propriæ voluntati earũ tribuenda ſunt, nec vlla vlterior peccatorum cauſa q̃renda. Ignorantia uero & difficultas ſi naturalis eſt, inde incipit aĩa ꝓficere, & ad cognitionẽ & requiẽ donec in ea perficiatur vita beata ꝓmoueri. Quẽ profectũ in ſtudijs optimis atq; pietate, quorũ facultas ei nõ negata eſt, ſi propria voluntate neglexerit, iuſte in grauiorẽ, quæ iã pœnalis eſt, ignorantiã difficultatemq́; ꝓcipitatur, decentiſsimo & conuenientiſsimo
D rerũ moderamine in inferioribus ordinãte. Nõ enim quod naturaliter neſcit, & naturaliter nõ poteſt, hoc animæ deputatur in reatũ: ſed q ſcire non ſtuduit, & qđ digná facilitati cõparandæ ad recte faciendũ operã nõ dedit. Loqui.n.non noſſe atq; nõ poſſe infanti naturale eſt: q̃ ignorantia difficultasq́; ſermonis nõ modo inculpabilis ſub grammaticorum legibus, ſed etiam humanis affectibus blanda & grata eſt. Non enim vllo vitio illam facultatem comparare neglexit, aut vllo vitio quam comparauerat, amiſit. Itaque ſi nobis in eloquentia eſſet beatitudo conſtituta, atque ita crimini duceretur cum peccatur in linguæ ſonis, quem admodũ cũ peccatur in actibus vitę, nullius utiq; argueretur infantia, ꝙ ab ea eſſet exorſus ad conſequendam eloquentiam, ſed planè merito damnaretur, ſi ſuæ uoluntatis peruerſitate vel ad eam recidiſſet, vel in ea remanſiſſet. Sic etiã & nunc ſi ignorantia veri, & difficultas recti naturalis eſt homini, vnde incipiat i ſapiẽtię q etisq́; beatitudinẽ ſurgere, nullus hanc ex initio naturali recte arguit

Qũ exculet, ignorantia. ca. 2.

guit. Sed ſi proficere noluerit, aut à profectu retrorſum relabi voluerit, iure meritoq́; pœnas luet. Creator vero eius vbiq; laudatur,
E vel ꝙ eam ab ipſis exordijs ad ſummi boni capacitatẽ inchoauerit, vel ꝙ eius profectũ adiuuet, vel ꝙ impleat proficientẽ atq; perficiat, vel ꝙ peccantem, id eſt, aut ab initijs ſuis ſeſe ad perfectionẽ attollere recuſantẽ, aut iam ex profectu aliquo relabẽtem, iuſtiſsima dãnatione pro meritis ordinat. Non.n. propterea malã creauit, quia nondum tanta eſt, quanta vt proficiendo eſſe poſſet, accepit: cũ eius exordio perfectiones omnes corporũ longe inferiores ſint, quas tñ in ſuo genere laudabiles eſſe iudicat, quiſquis de rebus ſaniſsime iudicat. Quòd ergo ignorat quid ſibi agendum ſit ex eo eſt quod nondũ accepit: ſed hoc quoq; accipiet, ſi hoc qđ accepit, bene vſa fuerit. Accepit autem vt pie & diligenter quærat, ſi volet. Et ꝙ agnoſcẽs quid ſibi agendum ſit, non continuo valet implere, hoc quoq; nondũ accepit: præceſſit enim quædam pars eius ſublimior ad ſentiendum quod recte faciat bonũ: ſed quædã tardior atq; carnalis non cõſequenter in ſententiam ducitur: vt ex ipſa difficultate admoneatur eundem implorare adiutorem perfectionis ſuæ, quem inchoationis ſentit autorem: vt ex hoc ei fiat charior, dum non ſuis
F viribus, ſed cuius bonitate habent vt ſit, eius miſericordia ſubleuatur vt beata ſit. Quãto aũt charior illi eſt à quo eſt, tanto in eo firmius acquieſcit, & tanto vberius æternitate eius perfruitur. Si enim arboris nouellũ & rude virgultũ nullo modo recte ſterile dicimus, quanuis aliquot æſtates ſine fructibus traijciat, donec opportuno tẽpore expromat feracitatem ſuã, cur non author animæ debita pietate laudetur, ſi ei tale tribuit exordiũ, vt ſtudẽdo ac proficiendo ad frugẽ ſapiẽtię iuſtitiæq́; perueniat, tãtumq́; illi pręſtitit dignitatis, vt in eius etiam poteſtate poneret, ſi vellet ad beatitudinem tendere? Huic autẽ diſputationi obijci ab imperitis ſolet quędã calumnia de mortibus paruulorũ, & de quibuſdam cruciatibus corporis, quibus eos ſępe videmus affligi. Dicunt.n. Quid opus erat vt naſceretur, qui anteq̃ iniret vllum vitę meritum, exceſsit è vita? Aut qualis in futuro iudicio deputabitur, cui neq; inter iuſtos locus eſt, quoniam nihil recte fecit, neq; inter malos, qaoniã nihil peccauit? Quibus reſpondetur. Ad vniuerſitatis complexum, & totius creaturę vel per locos vel per tẽpora ordinatiſsimam connexionem, non poſſe G
ſuperfluo creari qualemcunq; hominẽ, vbi folium arboris nullum ſuperfluo creatur. Sed ſanè ſuperfluo quæri de meritis eius qui nihil meruerit. Non enim metuendum eſt ne vita eſſe potuerit media q̃dam inter rectẽ factũ atq; peccatũ: & ſententia iudicis media eſſe non poſsit inter pręmiũ atq; ſuppliciũ. Quo loco etiam illud perſcrutari homines De cõſe.
ſolent. Sacramentũ baptiſmi Chriſti quid diſtin. 4.
paruulis profit, cum eo accepto plerunq; mo ca. illud.
riũtur, priuſquã ex eo quic q̃ cognoſcere potuerunt. Qua in re ſatis pie rectęq́; creditur prodeſſe paruulo eorum fidem, à quibus cõſecrandus offertur. Et hoc eccleſiæ commendat ſaluberrima authoritas, vt ex eo quiſq; ſentiat quid ſibi profit fides ſua, qñ in aliorũ quoq; beneficiũ, qui propriã nondũ habẽt, poteſt aliena cõmodari. Quid.n.filio viduæ profuit fides ſua, quam vtique mortuus non habebat, cui tamen profuit matris vt reſurgeret? Quanto ergo potius fides aliena poteſt cõſulere paruulo, cui ſua perfidia nõ poteſt imputari? De cruciatibus aũt corporis, quibus affliguntur paruuli quorum per ętatem nulla peccata ſunt, ſi animæ quibus animantur, non priuſquam ipſi homines eſſe cœperunt, maior querela & quaſi miſericors deponi ſolet cum dicitur. Quid mali H
fecerunt vt iſta paterẽtur? Quaſi poſsit eſſe innocentiæ meritum antequam quiſq; aliquid nocere poſsit. Cum autẽ boni aliquid operatur deus in emendatione maiorum, cũ paruulorum ſuorum qui eis chari ſunt, doloribus ac mortibus flagellantur: cur iſta non fiant: quando cum tranſierint, pro non factis erunt in quibus facta ſunt: propter quos autem facta ſunt, aut meliores erunt, ſi temporalibus incommodis emendatis, rectius elegerint viuere: aut excuſationem in futuri iudicii ſupplicio non habebunt, ſi vitæ huius angoribus ad æternam vitam deſideriũ De origi-
conuertere noluerint? Quis autem nouit, ne aiæ
quid paruulis, de quorũ cruciatibus duritia ad Hier.
maiorum contunditur, aut exercetur fides, cap. 17.
aut miſericordia probatur? Quis ergo no- Matt. 2.
uit quid ipſis paruulis in ſecreto iudiciorum ſuorũ bonæ compenſationis reſeruet Deus? Qui quanquam nihil recte fecerint, tamen nec peccantes aliquid iſta perpeſsi ſunt. Nõ enim fruſtra etiam infantes illos, qui, cũ dñs Ieſus Chriſtus necandus ab Herode quæreretur, occiſi ſunt, in honorẽ martyrum receptos commendat eccleſia, quanquam iſti

calum-

Universidad de Deusto Biblioteca

calumnioſi, & talium quæſtionum ſtudioſiſsimi examinatores, ſed loquaciſsimi ventilatores, etiam de pecorum doloribus & laboribus ſolent minus eruditorum ſolicitare fidem, cum dicunt. Quid etiam pecora vel meruerunt mali, vt tanta patiantur incommoda: vel ſperant boni, quia tantis exercentur incommodis? Sed hęc dicunt vel ſentiunt, quia iniquiſsime de rebus exiſtimant, qui cum ſummum bonum quod & quantũ ſit aſpicere nequeant, talia volunt eſſe omnia, quale putant eſſe ſummum bonũ: præter.n.ſumma corpora quæ cœleſtia ſunt, minusq; corruptioni ſubiacent, ſummum bonum cogitare non poſſunt: ideoq; inordinatiſsime flagitant, vt nec mortem nec vllã corruptionem patiantur corpora beſtiarũ, quaſi non ſint mortalia, cum ſint infima: aut ideo mala ſint, quia ſunt cœleſtia meliora. Dolor autẽ quem beſtiæ ſentiunt, animarum ẽt beſtialiũ vim quandam in ſuo genere mirabilẽ laudabilemq; cõmendat. Hoc ipſo.n.ſatis apparet in regendis animandisq; ſuis corporibus, quàm ſint appetentes vnitatis. Quid eſt enim aliud dolor, niſi quidam ſenſus diuiſionis vel corruptionis impatiens? Vnde luce clarius apparet, quàm ſit illa anima in ſui corporis vniuerſitate auida vnitatis & tenax, quæ nec libenter, nec indifferenter, ſed potius renitenter & reluctanter intenditur in eam paſsionem corporis ſui, per quam eius vnitatem atq; integritatem labefactari moleſte accipit. Non ergo appareret quantus inferioribus creaturis animalibus eſſet appetitus vnitatis, niſi dolore beſtiarũ. Quod ſi non appareret, minus quàm opus eſſet admoneremur in illa ſumma & ineffabili vnitate creatoris eſſe omnia iſta conſtituta. Et reuera ſi pie ac diligenter attendas, omnis creaturæ ſpecies & motus, qui in animi humani conſiderationem cadit, eruditionem noſtram loquitur, diuerſis motibus & affectionibus, quaſi quadam varietate linguarum, vndiq; clamans atq; increpãs cognoſcendum eſſe creatorem. Nulla.n.res eſt earum, quæ nec dolorem, nec voluptatem ſentiunt, quæ non aliqua vnitate decus proprij generis aſſequatur, vel omnino naturæ ſuæ qualemcunq; ſtabilitatem. Nulla itẽ res eſt earum, quæ vel doloris moleſtias, vel blanditias ſentiunt voluptatis, quæ non in eoipſo quòd dolorem fugit, voluptatemque appetit, diręptionem ſe fugere vnitatemque appetere fateatur. Inq; ipſis rationalibus animis omnis appetitus cognitionis, qua illa natura lætatur, & ad vnitatem refert omne quod perçipit, & in errore nihil fugit aliud q̃ incomprehenſibili ambiguitate confundi. Omne autem ambiguum vnde nõle ſtum eſt, niſi quia certam non habet vnitatem? Ex quo apparet omnia, ſiue cum offendunt vel offenduntur, ſiue cum delectant vel delectantur, vnitatem inſinuare atq; prędicare creatoris. Si autem ignorantia & difficultas, à quibus iſtam uitam neceſſe eſt incipere, non ſunt animis naturales, reſtat ut aut officio ſuſceptæ ſint, aut irrogatæ ſupplicio. De quibus iã ſatis eſſe arbitror diſputatum. Quapropter ipſe primus homo qualis factus ſit, magis quærendum eſt, q̃ quomodo eius poſteritas propagata ſit. Multum.n. ſibi videntur acute proponere qõnem qui dicunt. Si ſapiens factus eſt primus homo cur ſeductus eſt? Si autem ſtultus factus eſt, quomodo non eſt deus author vitiorum, cũ ſit ſtultitia maximum vitium? Quaſi uero natura humana præter ſtultitiam & ſapientiam nullam mediam recipiat affectionem, quæ nec ſtultitia nec ſapientia dici poſsit. Tunc.n.homo incipit aut ſtultus eſſe aut ſapiens, aut alterum horum neceſſario appellẽtur, cum iam poſſet niſi negligeret habere ſapientiam, vt vitioſę ſtultitiæ ſit voluntas rea. Non.n.quiſquam ita deſipit, vt ſtultum appellet infantem, quãuis ſit abſurdior, ſi uelit appellare ſapientem. Vt ergo infans nec ſtultus nec ſapiens dici poteſt, quanuis iam homo ſit: ex quo apparet naturam hominis recipere aliquid medium, quod neq; ſtultitiã neque ſapientiam recte vocaueris: ita etiam ſi quiſquam tali affectione animatus eſſet, qualem habent illi qui per negligentiam ſapientia carent, nemo eum ſtultum recte diceret, quem non vitio ſed natura talem videret. Eſt enim ſtultitia rerum appetenda-rum & uitandarum non quælibet, ſed vitioſa ignorantia. Vnde neque animal irrationale ſtultum dicimus, quia non accepit vt ſapiens eſſe poſſet. Appellamus tamen plerunq; ex ſimilitudine aliquid non proprie. Nam & cæcitas cum maximum vitium ſit oculorum, non tñ in catulis naſcẽtibus vitiũ eſt, nec proprie cæcitas dici põt. Si ergo ita factus eſt homo, ut q̃uis ſapiẽs nondũ eſſet, præceptum tñ poſſet accipere, cui utiq; obtẽperare deberet: nec illud iã mirum eſt, q̃ ſeduci potuit: nec illud iniuſtum, q̃ pręcepto nõ obtẽperans pœnas luit: nec creator eius

L

Medium quiddã inter ſapiẽtiam & ſtultitiã. c. 24.

M

Stultitia quid. Serm. 1.

Serm. 3.

A eius author vitiorum eſt, quia nõ hñe ſapientiam nondũ erat vitium hominis, ſi nõdum vt hñe poſſet, acceperat. Sed tamẽ habebat aliquid, quo ſi bene vti vellet, ad id quod non habebat aſcenderet. Aliud eſt.n.eſſe rõnalẽ, aliud eſſe ſapientẽ. Rõne fit quiſq; præcepti capax, cui fidem debet, vt, quod pcipitur, faciat. Sicut ãt natura rõnis pceptum capit, ſic pcepti obſeruatio ſapientiã. Quod eſt ãt natura ad capiendum præceptum, hoc eſt voluntas ad obſeruandum. Et ſicut rõnalis natura tãquam meritum eſt præcepti accipiendi, ſic præcepti obſeruatio meritum eſt accipiendæ ſapientiæ. Ex quo autem incipit hõ præcepti eſſe capax, ex illo incipit poſſe peccare. Duobus aũt modis peccat antequam fiat ſapiens. Si aut ſe non accommodet ad accipiendum pceptum, aut cum acceperit, non obſeruet. Sapiens autem peccat, ſi ſe auerterit à ſapientia. Sicut enim præceptũ non eſt ab illo cui præcipitur, ſed ab illo qui pcepit: ſic ſapientia non eſt ab illo qui illuminat, ſed ab illo qui illuminat. Quid ergo eſt unde non laudandus ſit hominis creator? Bonum eſt enim aliquod homo & melius q̃ pecus,
B ex eo q̃ eſt præcepti capax. Et hoc melius, cum pceptum iã cepit. Rurſus hoc melius, cũ præcepto paruit. Et his omnibus melius, cum æterno lumine ſapientiæ beatus eſt. Peccatum aũt malum eſt in negligentia, vel ad capiendum pceptum, vel ad obſeruandũ, vel ad cuſtodiendã contẽplationẽ ſapientiæ. Ex quo intelligitur, ẽt ſi ſapiens primus hõ factus eſt, potuit tamen ſeduci. Quod peccatum cum eſſet in libero arbitrio, iuſta diuina lege pœna conſecuta eſt. Ita dicit etiam Apoſtolus Paulus, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Superbia enim auertit à ſapientia. Auerſionem autem ſtultitia conſequitur. Stultitia quippe cæcitas quædã eſt, ſicut idẽ dicit, Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Vnde autem hæc obſcuratio, niſi ex auerſione à lumine ſapientiæ? Vnde autem hæc auerſio, niſi dũ ille cui bonum eſt Deus, ſibi ipſe vult eſſe bonum ſuum, ſicuti ſibi eſt Deus? Itaq; ad meipſum, inquit, conturbata eſt anima mea. Et, Guſtate & eritis ſicut dij.
C Turbat aũt conſiderantes, quòd ita quęrũt. Stultitia'ne primus homo receſsit à Deo, an recedendo ſtultus factus eſt? Quia ſi reſponderis eum ſtultitia receſsiſſe à ſapientia, videbitur ſtultus fuiſſe antequam recederet à ſapientia, ut ſtultitia illi cauſa eſſet recedẽdi. Item ſi reſponderis eum recedendo ſtultum eſſe factum, quærunt vtrum ſtulte, an ſapienter fecerit q̃ receſſerit. Si enim ſapienter fecit, recte fecit, nihilq; peccauit: ſi ſtulte, iam erat, inquiunt, in eo ſtultitia, qua factum eſt, vt recederet. Non enim ſtulte aliquid ſine ſtultitia facere poterat. Ex quo apparet eſſe quiddã medium, quo ad ſtultitiam à ſapientia tranſitur, quod neque ſtulte neq; ſapienter factũ dici põt, quod ab hominibus in hac vita conſtitutis non niſi ex contrario datur intelligi. Sicut.n.nullus mortaliũ fit ſapiẽs, niſi à ſtultitia ad ſapientiã tranſeat: ipſe autẽ tranſitus ſi ſtulte fit, non vtiq; bene fit, quod dementiſsimum eſt dicere: ſi aũt ſapienter fit, iam erat ſapientia in homine antequam tranſiret ad ſapientiam, quod nihilominus abſurdũ eſt. Ex quo intelligitur eſſe mediũ, quod neutrum dici poſsit. Ita & ex arce ſapientiæ, vt ad ſtultitiã primus hõ tranſiret, nec ſtultus, nec ſapiens tranſitus ille fuit. Velut in ſomno uigilijs, neq; id eſt dormire quod obdormiſcere, neq; id eſt vigilare q̃d expergiſci, ſed tranſitus quidam ex altero in alterum. Verum hoc intereſt, q̃ ſine voluntate plerunq; iſta fiunt: illa ãt nunq̃ niſi per D
voluntatem, vnde iuſtiſsimæ retributiones conſequuntur. Sed quia voluntatem non allicit ad faciendum quodlibet, niſi aliquod viſum: quid ãt quiſq; vel ſumat vel reſpuat, eſt in ptãte: ſed quo viſo tangatur, nulla poteſtas eſt: fatendum eſt & ex ſuperioribus & ex inferioribus viſis animũ tangi, vt rõnalis ſubſtãtia ex vtroq; ſumat quod voluerit, & ex merito ſumendi vel miſeria vel beatitas ſubſequatur. Velut in paradiſo viſum ex ſuperioribus, præceptum Dei: viſum ex inferioribus, ſuggeſtio ſerpentis. Nam neque quid ſibi pciperetur à domino, neq; quid à ſerpente ſuggereretur, fuit in hominis ptãte. Quàm ſit ãt liberum, & ab oĩbus difficultatis vinculis expeditũ, in ipſa ſapientiæ ſanitate cõſtituto, non cedere viſis inferioris illecebræ, vel hinc intelligi põt, quod ẽt ſtulti ea ſuperant ad ſapientiam tranſituri, ẽt cũ moleſtia carendi perniciоſarum conſuetudinũ peſtilentioſa dulcedine. Quæri autem hoc loco põt, ſi homini præſto fuerint ex vtraq; parte viſa, vnum ex præcepto Dei, alterum ex ſuggeſtione ſerpentis, vnde ipſi diabolo ſuggeſtum ſit appetẽdæ impietatis conſiliũ, E
quo de ſublimibus ſedibus laberetur. Si.n. nullo viſo tangeretur, nõ eligeret facere q̃d fecit. nam ſi non ei aliquid veniſſet in mentem, nullo modo intentionem conuertiſſet

Non ſentire non eſt in nobis, ſed nõ aſſentiri eſt. Cap. 25.

Universidad de Deusto Biblioteca

in nefas. Vnde igitur illi venit in mentem, quicquid illud est quod venit in mentem, vt ea moliretur, quibus ex bono angelo diabolus fieret? Qui.n. vult, ꝓfecto aliquid vult: quod nisi aut extrinsecus per sensum corporis admoneatur, aut occultis modis in mentem veniat, velle non potest. Discernenda igitur sunt genera visorum, quorum vnum est quod proficiscitur à voluntate suadẽtis, quale illud est diabolo, cui hõ consentiendo peccauit: alterum à subiacentibus rebus vel intẽtioni animi, vel sensibus corporis. Intentioni animi subiacet, excepta incommutabili tate trinitatis: quæ quidem non subiacet, sed eminet potius, Subiacet ergo intentioni animi prius ipse animus, vnde nos etiam viuere sentimus: deinde corpus quod administrat, vnde ad quodlibet operandum membrũ, qđ opus est, cũ opus est, mouet. Subiacent aũt sensui corporis quæcunque corporea. Vt ât in contemplatione summæ sapientiæ, quæ vtiq; animus nõ est, nam incõmutabilis est, etiam seipsum qui est cõmutabilis animus intueatur, & sibi ipse quodãmodo veniat in mentem, nõ fit, nisi differentia qua non est quod Deus, & tũ aliquid est quod possit placere post Deum. Melior est aũt cũ obliuiscitur sui præ charitate incõmutabilis Dei, vel seipsum penitus in illius cõparatione cõtemnit. Si ât tanꝫ obuius placet sibi ad peruerse imitandum Deũ, vt ptâte sua frui velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse maiorem. Et hoc est initium oĩs peccati superbia, & initium superbiæ hoĩs apostatare à Deo. Superbiæ aute diaboli accesit maleuolẽtissima inuidia, vt hanc superbiã homini persuaderet, per quam sentiebat se esse damnatum. Vnde factũ est, vt pœna hominẽ susciperet emendatoria potius ꝙ interfectoria, vt cui se diabolus ad imitationem superbiæ præbuerat, ei se dominus ad imitationem humilitatis præberet, per quẽ nobis æterna vita promittitur: vt prærogato nobis Christi sangui ne, post labores miseriasq; ineffabiles, tanta charitate liberatori nostro inhæreamus, & tanta eius in eum claritate rapiamur, vt nulla nos visa ex inferioribus à conspectu superiore detorqueant: quanquam & si aliquid huic intentioni nostrę suggereretur ab appetitu inferiorum, sempiterna nos diaboli damnatio cruciatusque reuocarent. Tanta est autem pulchritudo iustitiæ, tanta iucunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis veritatis, atque sapientiæ, vt ẽtiam si non liceret amplius in ea manere, quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitę pleni delitijs & circumfluentia temporalium bonorum recte meritoque contemnerentur. Non enim falso aut paruo affectu dictum est: Quoniam melior est dies vnus in atrijs tuis super milia, quanquam & alio sensu possit intelligi, vt milia dierum in temporis mutabilitate intelligantur: vnius autem diei nomine incommutabilitas æternitatis vocetur. Nescio me aliquid prætermisisse, quod ex nostra responsione, quantum dominus præbere dignatus est, tuis interrogationibus desit: quanquam & si tibi aliquid occurrit, modus libri nos iam finem facere, & ab hac disputatione requiescere aliquando compellit.

Genera visorũ.

Ecclꝛ. 10.

Pſal. 83.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE VERA RELIGIONE
Liber.

H Philosophi de religione quid sentirent. Cap. 1.

VM omnis vitæ bonæ ac beatæ via in vera religione sit constituta, qua vnus Deus colitur, & purgatissima pietate cognoscitur, principium naturarum omnium à quo omnis vniuersitas & inchoatur & perficitur & continetur, hinc euidentius error deprehenditur eorum populorum, qui multos Deos colere quàm vnum verum Deum & dominum omnium maluerunt, quòd eorum sapientes, quos philosophos vocant, scholas habebant dissentientes & templa communia. Non enim vel populos vel sacerdotes latebat, de ipsorum deorum natura quàm diuersa sentirent, cum suam quisque opinionem publice profiteri non formidaret, atque omnibus (si posset) persuadere moliretur, omnes tamen cum sectatoribus suis diuersa & aduersa sentientibus, ad sacra communia nullo prohibente veniebant. Non nunc agitur quis eorum verius senserit, sed certe illud satis (quantum mihi videtur) apparet, aliud eos in religione suscepisse cum populo, & aliud eodem ipso populo audiente defendisse priuatim. Socrates tñ audacior cæteris fuisse perhibeꝫ, iurando per canẽ quẽlibet & lapidẽ quemlibet, & quicquid iuratu-

De dijs quid Socrates sẽserit. Cap. 2.

ro esset in prõptu, & quasi ad manũ occurrisset. Credo intelligebat qualiacunq; opera naturæ, quæ administrante diuina prouidentia gignerentur, multo ꝙ hoim & quotunlibet opificũ esse meliora, & ideo diuinis honoribus digniora ꝙ ea quę in templis colebantur. Nõ quòd vere lapis & canis essent colenda sapientibus, sed vt hoc modo intelligerent qui possent, tanta superstitione demersos esse homines, vt emergẽtibus hic esset tam turpis demonstrandus gradus: ad quem venire si puderet, viderent quanto magis pudendũ esset in turpiore consistere. Simul & illos qui mundum istum visibilem summum Deum esse opinabantur, admonebat turpitudinis suæ, docens esse consequens, vt quilibet lapis tanquam summi Dei particula iure coleretur. Quod si execrarentur, mutarent sententiam, & unũ Deum colerent, quem solum supra mentes nostras esse, & à quo omnem animam, & totum istum mundum fabricatum esse constaret. Postea suauius ad legendum quàm potentius ad persuadendum scripsit Plato. Non enim sic nati erant isti, id est, Socrates & Plato vt populorum suorum opinionem ad verum cultum veri Dei à simulacrorum superstitione, atq; ab huius mundi vanitate conuerterẽt. Itaq; & ipse Socrates cũ populo simulacra venerabatur, & post eius damnationem mortemq; nemo ausus est iurare per canẽ nec appellare quẽcunque lapidem Iouẽ, sed hæc tantummodo memoriæ literisq; mandare. Quod vtrum timore seueritas, an aliqua cognitione tẽporũ fecerint, iudicare non est meum. Illud tamen fidentissime dixerim, pace horum omniũ qui eorum libros peruicaciter diligunt, Christianis temporibus quænam religio potissimum tenenda sit, & quæ ad veritatem ac beatitatem via est, non esse dubitandum. Si enim Plato ipse viueret, & me interrogantem non aspernaretur, vel potius siquis eius discipulus eoipso tempore quo viuebat, eum interrogaret: cum sibi ab illo persuaderetur, non corporeis oculis, sed pura mente veritatem videri, cui quæcunque anima inhæsisset, eam beatam fieri atque perfectam: ad quam percipiendam nihil magis impedire, quàm vitam libidinibus deditam & falsas imagines rerum sensibilium, quæ nobis ab hoc sensibili mundo per corpus impressæ, varias opiniones erroresque generarent quamobrem sanandum esse animum ad intuendam incõmutabilem rerum formam, & eodem modo semper se habentem, atque vndique sui similẽ pulchritudinem, nec distẽtam locis, nec tempore variatam, sed vnum atque idem omni ex parte seruantem, quam non crederent esse homines, cum ipsa uere summeq; sit: cętera nasci, occidere, fluere, labi, & tamen inquantum sunt, ab illo æterno Deo per eius veritatem fabricata consistere, in quibus animæ tantum rationali & intellectuali datum est, ut eius æternitatis contemplatione perfruatur atque afficiatur, orneturq; ex ea, æternamq; vitam possit mereri. Sed dum nascentium atque transeuntium rerum amore ac dolore sauciatur, & dedita consuetudini huius vitæ atque sensibus corporis, inanibus euanescit imaginibus, irridet eos qui dicunt esse aliquid, quod nec istis videatur oculis, nec vllo phantasmate cogitetur, sed mente sola & intelligentia cerni queat. Cum hæc ergo à magistro sibi persuaderentur, si ex eo quæreret ille discipulus, vtrum si quisquam existeret vir magnus atque diuinus, qui talia populis persuaderet credenda saltem, si percipere non ualerent, aut siqui possent percipere, non prauis opinionibus multitudinis implicati, vulgaribus obruerentur erroribus, eum diuinis honoribus dignum iudicaret: responderet (credo) ille, non posse hoc ab homine fieri, nisi quẽ forte ipsa Dei virtus atque sapientia ab ipsa rerum natura exceptum, nec hominum magisterio sed intima illuminatione ab incunabulis illustratum, tanta honestaret gratia, tanta firmitate roboraret, tanta denique maiestate subueheret, vt omnia contemnendo quæ praui hoĩes cupiunt, & omnia perpetiendo, quæ horrescunt, & oĩa faciendo quæ mirantur, genus humanum ad tam salubrẽ fidẽ summo amore atque authoritate conuerteret. De honoribus vero eius frustra se consuli, cum facile possit existimari quantum honoris debeaꝫ sapientiæ Dei, qua gestante & gubernante ille prõ vera salute generis humani, magnũ aliquid propriũ, & qđ supra homines esse mereretur. Quæ si facta sunt, si literis monimentisq; celebrant: si ab una regione terrarũ, in qua sola vnus colebaꝫ deus, & ubi talẽ nasci oportebat, per totum orbem terrarũ missi electi viri, virtutibus atq; sermonibus diuini amoris incendia concitarunt, si confirmata saluberrima disciplina, illuminatas terras posteris reliquerũt, & ne

Mundus hic pro Deo habetur.

Pla-

de præteritis loquar, quę pōt quisq; nō credere, si hodie ꝑ gētes populosq; ꝓdicaī, In
Ioan.1. principio erat verbum,& verbum erat apud Deū,& Deus erat verbū;hoc erat in principio apud Deum, Oia ꝑ ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil. Si ad hoc percipiēdum,diligendū,perfruēdum, vt anima sanetur,& tantæ luci hauriendę mētis acies con-
Mat.6. ualescat,dicitur auaris, Nolite vobis condere thesauros in terra vbi tinea & ærugo exterminant,& vbi fures effodiunt & furātur: sed thesaurizate vobis thesauros in cælo,vbi neque tinea neq; rubigo exterminat, neque fures effodiunt,neque furantur: Vbi.n. est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū.Dicit luxu
Galat.6. riosis, Qui seminat in carne,de carne metet corruptionē: q seminat in spiritu,de spiritu
Luc.14. metet vitā ęternā. Dicitur superbis, Qui se
B exaltat humiliabitur,& qui se humiliat exal
Matt.5. tabitur.Dicitur iracundis,Accepisti alapam,
Luc.6. para alteram maxillā. Dicitur discordiosis,
Luc.17. Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui
2.Co.4. oderunt vos, dicitur superstitiosis, Regnū
1.Iā.2. Dei intra vos est. Dicitur curiosis, Nolite quærere quæ videntur,sed quę non videtur: quæ.n.videntur tpalia sunt, quę aūt non videntur æterna sunt. Postremo dicitur omnibus,Nolite diligere mundum, neque ea q̄ in mundo sunt: quoniā omne qđ in mūdo est,concupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum,& ambitio seculi.Si hæc per totum orbem iam populis leguntur,& cum ueneratione libentissime audiuntur: si post tm̄ sanguinem,tātos ignes, tot cruces martyrū, tanto fertilius & vberius vsque ad Barbaras nationes ecclesiæ pullulantur: si tot iuuenum & virginum milia contemnentium nuptias, casteq; viuētium iam nemo miratur. Quod cum fecisset Plato,vsqueadeo peruersam temporum suorum timuit opinionē, vt perhibeatur sacrificasse naturæ, naturā execratus vt tanquam pctm̄ illud aboleretur: si hæc sic accipiūtur, vt q̄o antea talia disputare, sic nūc contra disputare monstruosum sit: si tali pollicitationi atque sponsioni per
C omnes terrarum partes,quas homines incolunt,sacra christiana traduntur,si hęc quotidie legūtur in ecclesiis, & à sacerdotibus exponuntur,si tūdunt pectora,qui conanē hęc implere: si tam innumerabiles aggrediuntur hanc viam, vt desertis diuitijs & honoribus huius mundi ex omni hominum genere vni Deo summo totam vitam dicare volentiū, desertæ quōdam insulę, ac multarū terrarū solitudo compleatur. Si deniq; per vrbes atque oppida,castella,vicos & agros etiam villasq; priuatas in tantum aperte persuadetur & appetit à terrenis auersio, & in vnū Deū uerumque conuersio,vt quotidie ꝑ vniuersum orbē humanū genus vna penè voce respondeat, sursum corda se habere ad dñum, quid adhuc oscitamus crapulā hesternam,& in mortuis pecudibus diuina eloquia ꝑscrutamur? Si quando autem ad disputationem venitur, Platonico nomine ora crepantia,q̄ pectus vero Deo plenum, magis habere gestimus. Qui ergo sensibilem istum mundum contēnere & animam virtute purgandam, summo Deo subijcere atq; subiugare vanum aut malū putant,alia ratione refellēdi sunt:si tamē cū his dignum est disputare. D
Qui aūt bonum & appetendum fatētur,cognoscant Deum & cedāt Deo, ꝑ quē populis iā oibus hæc credenda ꝑsuasa sunt. Quod vtique ab ipsis fieret,si tantum valerent: aut si non fieret,crimen inuidētiæ uitare nō possent. Ergo cedāt ei à quo factū est,nec curiositate aut inani iactantia impediantur quo minus agnoscāt quid interfit inter paucorū tumidas coniecturas, & manifestā salutem correptionēque populorum. Illi.n.si reuiuiscerent, quorum isti nominibus gloriant, & inuenirent refertas ecclesias, templaque deserta,et à cupiditate bonorum temporaliū et fluentium ad spem vitę æternæ & bona spiritalia & intelligibilia vocari & currere humanū genus, dicerent fortasse (si tales essent quales fuisse memorantur) hæc sunt q̄ nos ꝑsuadere populis non ausi sumus,& eorum potius consuetudini cesimus, q̄ illos in nostrā fidem voluntatēque traduximus. Itaq; si hāc vitā illi viri nobiscū rursum agere posse tuissent, viderent profecto cuius authoritate facilius consuleretur hominibus, & paucis mutatis verbis atque sententiis Christiani fierent, sicut plerique recentiorum nostrorumque temporum Platonici fecerunt. Aut si hoc non faterētur neq; facerent,in superbia & inuidia remanentes, nescio utrum possent ad eaipsa,quæ appetenda & desiderā da esse dixerant, cum istis sordibus viscoque reuolare. Nā tertio vitio curiositatis in percontandis dæmonibus, quo isti maxime, cū quibus nunc agit,pagani a Christiana salute reuocant: quia nimis puerile est,nescio utrū tales illi præpedirentur uiri. Sed quoquo modo se habeat philosophorum iactantia,illud cuiuis intelligere facile est, religionem

De amore ęclestium. Cap.4.

Platonici minimū abfunt à Christianis.

E

In Phędro. Itē. 9.de leg. ac Timæo. In quibus

nem ab eis non esse quærendam, qui eadem sacra susciebant cum populis, & de suorū deorum natura ac summo bono, diuersas contrariasque sententias in scholis suis eadem teste multitudine personabant. Quod si hoc vnum tantum virium Christiana disciplina sanatum videremus, ineffabili laude prædicandam esse neminem negare oporteret. Hæreses nāq; tam innumerabiles à regula Christianitatis auersæ, testes sunt non admitti ad cōicanda sacramenta eos qui de patre Deo,& sapientia eius, & munere diuino aliter sentiunt, & hominibus persuadere conantur,q̄ veritas postulat.Sic enim credit & docetur quod est humanæ salutis caput, non aliam esse philosophiam, id est, sapiętię
F studium,& aliam religionem, cū ij quorum doctrinam non approbamus, nec sacramenta nobiscum cōmunicant. Quod in illis minus mirandum est, qui eorū quoq; sacramentorū ritu dispares esse voluerunt, sicut nescio qui serpentini,qui appellantur Manichæi,sicut alij nōnulli.Sed in illis magis animaduertendum hoc magisque ꝓdicādum,q̄ paria sacramenta celebrantes,tm̄ quia sententia dispares sunt, & errores suos animosius defendere q̄ cautius corrigere maluerunt, excluſi à catholica cōione, & à participatione quanuis parium sacramentorum,propria vocabula propriosque conuentus, non in sermone tm̄ sed ēt in superstitione merue runt:vt Photiniani, Arriani,multiq; ꝑtercea. Nam de ijs qui schismata fecerunt,alia quæstio est. Posset enim eos area dominica vsq; ad tempus vltimę ventilationis velut paleas sustinere, nisi vento superbiæ nimia leuitate cessissent,& sese à nobis vltro separassent.Iudei vero quanuis vni omnipotenti Deo supplicent, sola tamē tēporalia & visibilia bona de illo expectantes, rudimenta noui populi ab humilitate surgentia,in ipsis suis scripturis nimia securitate noluerunt aduertere,at-
G que ita in veteri homine remāserunt. Quę cum ita sint, neque in confusione paganorū, neque in purgamentis hæreticorum, neque in lāguore schismaticorum,neq; in cæcitate Iudęorū quærenda est religio, sed apud eos solos,qui Christiani,catholici, vel orthodoxi nominantur.i.integritatis custodes,& recta sectantes. Hæc.n.ecclesia catholica p totum orbem validè lateq; diffusa, omnibus errātibus vititur ad profectus suos, & ad eorum correctionem cum euigilare voluerint. Vtitur.n.gentibus ad materiam operationis suæ,hæreticis ad probationem doctrinę suę, schismaticis ad documētum stabilitatis suæ, Iudęis ad comparationem pulchritudinis suæ. Alios ergo inuitat, alios excludit,alios relinquit,alios antecedit, omnibus tū gratiæ Dei participandæ dat potestatem:siue illi informādi sint adhuc,siue reformandi,siue recolligendi,siue admittendi. Carnales autem suos.i.viuentes,aut sentiētes carnaliter, tanquam paleas tolerat,quibus in area frumenta tutiora sunt, donec talibus tegminibus exuantur.Sed quia in hac area pro voluntate quisque vel palea vel frumentum est,tandiu sustinetur peccatum aut error cuiuslibet,do nec aut accusatorem inueniat, aut prauā opi H
nionem pertinaci animositate defendat. Excluſi aūt aut pœnitendo redeunt, aut in nequitiam male liberi defluūt ad monitionem nostræ diligētiæ: aut schisma faciūt ad exercitationē nostræ patientiæ:aut hæresim aliq̄ gignunt, ad examen siue occasionem nostrę intelligentiæ. Hi sunt exitus Christianorū carnalium, qui non potuerūt corrigi aut sustineri. Sæpe etiam sinit diuina prouidentia Cōstan-
per nonullas nimium turbulentas carnaliū tia sanhominum seditiones expelli de cōgregatio- ctorum
ne Christiana,etiā bonos viros. Quā cōtu- pro ecmeliam vel iniuriam suam cum patientissi- clesia.
me pro eccleſię pace tulerint, neq; vllas nouitates vel schismatis, vel hęresis moliti fuerint,docebūt homines quàm vero affectu,& quanta synceritate charitatis Deo seruiendū sit. Talium ergo virorū propositum est,aut sedatis remeare turbinibus: aut si id nō sinātur, vel eadem tempestate perseuerante, vel ne suo reditu talis aut sæuior oriatur, tenent voluntatem consulendi etiam ijsipsis,quorū motibus perturbationibusq; cesserunt, sine vlla conuenticulorum segregatione usq; ad mortē defendentes & testimonio iuuātes eā fidem, quam in ecclesia catholica prædicari sciunt. Hos coronat in occulto pater in oculto uidens.Rarū hoc uidetur genus,sed tm̄ I
exempla non desunt:immo plura sunt quàm credi potest.Ita omnibus generibus hominū & exemplorum ad animarum curationē, & ad institutionem spiritalis populi vtitur diuina prouidentia. Quamobrem cum ante Catholi
paucos annos promiserim tibi scribere cha- cæ eccleriſsime mihi Romaniane qđ de vera religio siæ laus.
ne sentirem,tēpus nunc esse arbitratus sum, Cap.7.
postquā tuas acerrimas interrogationes sine ullo certo fine fluctuare,ea charitate qua tibi obstrictus sum, diutius sustinere, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

possum. Repudiatis igitur oibus, qui neq; in sacris philosophant, nec in philosophia cõsecrant: et ijs q̃ vel praua opinione, vel aliqua simulatione superbientes à regula & cõione ecclesiæ catholicæ deuiarũt: et ijs qui sanctarum scripturarum lumen & spiritalis populi gratiam, quod nouum testamentum vocatur, habere noluerunt, quos quãta potui breuitate perstrinxi. Tenẽda est nobis Christiana religio, & eius ecclesiæ cõmunicatio quæ catholica est, & catholica nominatur, non solum à suis, verum etiam ab omnibus inimicis. Velint.n. nolintue ipsi quoque hæretici, & schismatum alumni, qñ non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, catholicam nihil aliud q̃ catholicam vocãt. Nõ.n. possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab vniuerso orbe nuncupatur. Huius religionis sectandæ caput est historia & prophetia dispẽsationis temporalis diuinę prouidẽtię, pro salute generis humani in æternã vitam reformandi atque reparandi. Quæ cum credita fuerit, mentem purgabit vitæ modus de diuinis præceptis conciliatus, & idoneam faciet spiritalibus percipiendis, quæ nec præterita sunt nec futura, sed eodẽ modo semper manentia, nulli mutabilitati obnoxia, id est, vnum ipsum Deum patrem & filium & spiritũsanctũ: qua trinitate quantũ in hac vita datum est cognita, ois intellectualis & animalis et corporalis creatura, ab eadem trinitate creatrice esse inquantũ est, & speciẽ suã habere, & ordinatissime administrari sine vlla dubitatione perspicitur: non vt aliam partem totius creaturæ fecisse intelligat̃ pater, & aliam filius, & aliam spirituſſanctus, sed et similiter omnia, & vnamquãq; naturam patrem fecisse p filium in dono spirituſſancti. Omnis.n. res vel substantia, vel essentia, vel natura, vel siquo alio verbo melius enunciatur, simul hæc tria habet, vt & vnum aliquid sit, & specie propria discernatur à cæteris, & rerum ordinem non excedat. Quo cognito, satis apparebit, quantũ homo assequi potest, quàm necessarijs & inuictis & iustis legibus, Deo & domino suo cuncta subiecta sint: ex quo illa omnia, quæ primo credidimus, nihil nisi authoritatem secuti, partim sic intelliguntur, vt videamus esse certissima, partim sic ut videamus fieri posse, atque ita fieri oportuisse, deleamusque illos hoc non credentes, qui nos antea credentes irridere, quàm nobiscum credere maluerunt. Nõ.n. iam illa hois sacrosancta susceptio, & virginis partus, & mors filij Dei pro nobis, & resurrectio à mortuis, & in cœlum ascensio, & cõsessus ad dexterã patris, & peccatorũ abolitio, & iudicij dies, & corporũ resuscitatio, cognita æternitate trinitatis & mutabilitate creaturæ creduntur tantum, & nõ etiam iudicantur ad summi Dei misericordiam, quã generi humano exhibet, ptinere. Sed quoniã verissime dictũ est: Oportet multas hæreses esse, vt probati manifesti fiant inter vos, vtamur etiã isto diuinæ prouidentiæ beneficio. Ex his enim hominibus hæretici fiunt, qui etiam si essent in ecclesia, nihilominus errarent. Cũ aũt foris sunt, plurimũ prosunt, non verum docendo, quod nesciunt, sed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendũ spiritales catholicos excitando. Sunt enim innumerabiles in ecclesia sancta Deo probati viri, sed manifesti non fiunt inter nos quandiu imperitiæ nr̃æ tenebris delectati dormire malumus, q̃ lucem veritatis intueri. Quapp multi vt diẽ Dei videãt & gaudeant, per hæreticos de somno exitant. Vtamur igitur etiam hęreticis, nõ vt eorum approbemus errores, sed vt catholicam disciplinam aduersus eorum insidias asserentes, vigilantiores & cautiores simus, etiam si eos ad salutẽ reuocare nõ possumus. Credo aũt affuturum Deum, vt ista scriptura præcedente pietate legentibus bonis, non aduersus vnam aliquam, sed aduersus omnes prauas & falsas opiniones posit valere. Contra eos tñ posimũ est instituta, qui duas naturas vel substantias singulis principijs aduersus inuicem rebelles esse arbitrantur. Offensi.n. quibusdam rebus, & rursus quibusdam delectati, nõ earum q̃bus offenduntr̃, sed earum q̃bus delectãtur, volunt esse authorem Deum. Et cum cõsuetudinẽ suã uincere nequeunt, iam carnalibus laqueis irretiti, duas aias esse in vno corpore existimãt: vnam de Deo, q̃ naturaliter hoc sit quod ipse: alteram de gente tenebrarũ, quã Deus nec genuerit nec fecerit, nec protulerit, nec abiecerit, sed q̃ suam vitã, suã terrã, suos fœtus et aĩalia, suũ postremo habuerit regnum, ingenitumque principium. Sed quodam tpe aduersus Deum rebellasse, Deum autẽ cum aliud qd̃ faceret nõ haberet, & quomodo aliter posset hosti resistere non inueniret, necessitate oppressum misisse huc aĩam bonã, & quandam particulam suæ substantiæ, cuius commixtione atque miseria, hostẽ temperatum esse somniant, & mundum fabricatum. Neque nunq̃

nunc opiniones eorũ refellimus, qd̃ partim iã fecimus, partim, quantũ deus fuerit, faciemus. Sed in hoc opere quomodo aduersus eos fides catholica tuta sit, & qũo non perturbet animum ea quibus commoti hoies in eorum cedunt sententiam, rationibus, quas dñs donare dignatur, quantum possumus demonstramus. Illud sanè in primis tenere uolo, qui bene nosti aium meum, nõ hoc me fugiendæ arrogantiæ gratia quasi solenniter dicere, quicquid in his literis erroris inueniri poterit, hoc solum mihi esse tribuẽdũ: quicquid aũt verũ & cõuenienter expositum, vni oium bonorum munerũ largitori Deo. Quamobrẽ sit tibi manifestũ atq; perceptum, nullum erroré in religione esse potuisse, si anima pro Deo suo non coleret animã, aut corpus, aut phantasmata sua, aut horum aliqua duo cõiuncta, aut certe simul omnia: sed in hac vita societati generis humani sine dolo tpaliter congruens æterna meditaretur, vnum Deum colens. Qui nisi permaneret incõmutabilis, nulla mutabilis natura remaneret. Mutari autem aiam posse, non quidẽ localiter, sed tñ temporaliter, suis affectionibus quisq; cognoscit. Corpus vero & temporibus, & locis esse mutabile cuiuis aduertere facile est. Phantasmata porro nihil sunt aliud, quàm de specie corporis corporeo sensu tracta figmenta: quæ memoriæ mandare vt accepta sunt: vel partiri, vel multiplicare, vel contrahere, vel distendere, vel ordinare, vel perturbare, vel quolibet modo figurare cogitãdo facillimum est, sed cum verum quæritur, cauere & vitare difficile. Non ergo creaturæ potius q̃ creatori seruiamus, nec euanescamus in cogitationibus nostris, & perfecta religio est. Aeterno enim creatori adhærentes, & nos æternitate afficiamur necesse est. Sed quia hoc aĩa peccatis suis obruta & implicata p seipsam videre ac tenere non posset nullo in rebus humanis ad diuina capessenda interposito gradu, per quem ad Dei similitudinem à terrena vita homo niteretur, ineffabili misericordia Dei temporali dispensatione per creaturam mutabilem, sed tñ æternis legibus seruiẽtẽ, commemorationẽ primæ suæ perfectæque naturæ, partim singulis hominibus, partim vero ipsi hominum generi subeunitur. Ea est nostris tẽporibus Christiana religio, quã cognoscere ac sequi, securissima, & certissima salus est. Defendi aũt aduersus loquaces, & aperiri quærẽtibus, multis modis potest, oipotente ipso Deo per seipsum demõstrante, quæ vera sunt, & ad hæc intuenda & percipienda, bonas voluntates per bonos angelos, & quoslibet hoies adiuuante. Eo modo autẽ quisque vtitur, quẽ uidet cõgruere iis cũ quibus agit. Ego itaq; diu multumq̃; cõsyderãs, quales oblatrantes, & quales quærẽtes expertus sum, vel qualis ipse sim cũ latrarẽ siue cũ quærerẽ, fuerim, hoc modo mihi vtẽdum putaui. Quæ vera esse perspexeris, tene, & ecclesiæ catholicæ tribue: q̃ falsa, respue, & mihi qui hõ sum ignosce: q̃ dubia, crede, donec aut rẽspuenda esse, aut vera esse, aut semp credenda esse, vel ratio doceat, vel præcipiat authoritas. Intende igitur in hæc, quæ seq̃untr̃ diligenter & pie, quãtũ potes. Tales.n. adiuuat deus. Nulla vita est q̃ non sit ex Deo, quia Deus vtiq; summa vita est, & ipse fons vitæ: nec aliqua vita inquãtum vita est, malũ est, sed inquantum vergit ad mortẽ. Mors autẽ vitę nõ est nisi nequitia, q̃ ab eo qd̃ nequicquam sit, dicta est. Et ideo nequissimi homines nihili hoies appellantur. Vita ergo voluntario defectu deficiens ab eo qui ea fecit, & cuius essentia fruebatur, & volens cõtra Dei legem frui corporibus, quibus eam pfecit, uergit ad nihilum. Et hæc est nequitia, non quia corpus iã nihilum est, nam & ipsum habet aliq̃ concordiam partium suarum, sine qua oino esse non posset. Ergo ab eo factum est & corpus, qui omnis concordiæ caput est. Habet corpus quãdam pacem suæ formæ, sine qua prorsus nihil esset. Ergo ille est & corporis conditor, à quo pax omnis est, & qui forma est infabricata atq; oium formosissima. Habet aliquam speciẽ sine qua corpus non est corpus. Si ergo quęritur quis instituerit corpus, ille quęrat̃, qui est oium speciosissimus. Ois.n. species ab illo est. Quis est autẽ hic, nisi vnus Deus, vna veritas, vna salus oium, & prima atque summa essentia, ex qua est omne quicquid est, inquãtũ est: quia inquãtum est quicquid est, bonum est. Et ideo ex Deo nõ est mors. Non.n. Deus mortẽ fecit, nec lętatur in perditione viuorum: qm̃ summa essentia esse facit omne quod est, unde & essentia dicitur. Mors autem non esse cogit quicquid moritur, inquantum moritur. Nam si ea quæ moriuntur penitus morerẽtur, ad nihilum sine dubio peruenirent. Sed tantum moriuntur, quãtum minus essentiæ participant. Quod breuius ita dici potest, Tanto magis moriuntur, quanto minus

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt. Corpus aũt minus est, q̃ vita quælibet, qm̃ quantulumcunq; manet in specie, per vi-
E tam manet, sine qua unumquodq; animal, sine qua vniuersa mũdi natura administrat: Corpus ergo magis subiacet morti, & ideo vicinius est nihilo. Quapropter vita q̃ fructu corporis delectata negligit Deũ, inclinatur ad nihilum, & ista est nequitia. Hoc autem pacto vita carnalis & terrena efficitur, & ob hoc ẽt caro & terra nominantur, & quamdiu ita est, regnũ dei nõ possidebit, & eripietur ei qđ amat. Id enim amat quod minus est q̃ vita, quia corpus est: & propter ipsum peccatũ qđ amatur fit corruptibile, vt fluendo deserat amatorẽ suum: quia & ille hoc amando deseruit Deum. Præcepta enim eius neglexit dicentis: Hoc manduca, & hoc noli. Trahit ergo ad pœnas, quia diligendo inferiora, in egestate voluptatũ suarum, & in doloribus apud inferos ordinatur. Quid est. n. dolor qui dicitur corporis, nisi corruptio repentina salutis eius rei quã male vtendo anima corruptioni fecit obnoxiã? Quid est aũt dolor qui dicit animi, nisi carere mutabilibus rebus quibus fruebat, aut frui se posse sperauerat? Et hoc est totũ quod dicitur malum, idest peccatũ & pœna peccati. Si autem dum in hoc stadio vitę humanæ aia degit, vincat eas quas aduersum se nutriuit cupiditates fruendo mortalibus,
G & ad eas vincendas gratia Dei se adiuuari credat, mente illi seruiens & bona voluntate, sine ulla dubitatione reparabit, & à multis mutabilibus ad vnum incõmutabile reuertetur, reformata per sapientiã nõ formatã, sed per quã formant vniuersa, frueturq;
1.Co.2. Deo per spiritũ sanctũ, qđ est donũ Dei. Ita fit hõ spiritalis omnia iudicans, ut ipse à ne-
Mat.22. mine iudicetur, diligens dñm Deum suũ in toto corde suo, in tota anima sua, in tota mẽte sua, & diligens proximum suum non carnaliter, sed tanquã seipsum. Se autẽ spiritali-
ꝛRetra. ter diligit, qui ex toto quod in eo viuit Deũ
cap.13. diligit. In his enim duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Inde iam erit consequens, vt post mortem corporalem, quam debemus primo pctõ, tpe suo atque ordine suo hoc corpus restituatur pristinæ stabilitati, quã non per se hꝫebit, sed p animã stabilitã in Deo. Quæ rursus non per se stabilitur, sed per Deum quo fruitur, ideoq; amplius q̃ corpus vigebit. Corpus. n. per ipm uigebit, & ipsa p incõmutabilẽ veritatẽ, qui filius dei vnicus est, atq; ita & corpus p ipm

Lapsus et reparatio totius hominis Cap.12.

filiũ Dei vigebit, quia oía per ipsum. Dono etiam eius quod animę datur, id est, sancto spiritui, non solum anima cui datur salua, & pacata, & sancta fit, sed ipsum etiam corpus viuificabitur, eritq; in natura sua mundissimum. Ipse enim dixit. Mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt, munda erunt. Dicit & Apostolus. Viuificabit & mortalia corpa vestra propter spiritum manẽtem in uobis. Ablato ergo peccato, auferet & pœna pctī. Et ubi est malum? vbi est mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Vincit enim essentia nihilũ, & sic absorbetur mors in victoriã. Nec aliquid sanctificatis malus angelus oberit, qui diabolus dicit: quia & ipse, inquãtũ angelus est, nõ est malus, sed inquã tũ puersus propria uolũtate. Fatendum est enim, & angelos natura esse mutabiles, si solus Deus est incõmutabilis. Sed ea volũtate qua magis Deũ q̃ se diligunt, firmi & stabiles manent in illo, & fruuntur maiestate ipsius, ei uni libentissime subditi. Ille aũt angelus magis seipsum q̃ Deum diligẽdo, subditus ei esse noluit, & intumuit p superbiã, & à summa essentia defecit, & lapsus est. Et ob hoc minus est quàm fuit, qa eo quod minus erat, frui voluit, cum magis voluit sua potentia frui quàm Dei. Quanquã. n. nõ summe, tñ amplius erat, qm̃ eo quod summe est fruebatur, qm̃ Deus solus summe est. Quicquid autẽ minus est q̃ erat, non inquantum est, sed inquantum minus est, malum est. Eo enim quo minus est q̃ erat, tendit ad mortẽ. Quid autẽ mirum si fit ex defectu inopia, & ex inopia inuidentia qua diabolus vtique diabolus est? Defectus autem iste qui peccatum uocatur, si tanquam febris inuitum occuparet, recte iniusta pœna videret, quæ peccantem consequi, & quæ damnatio nuncupatur. Nunc vero usque adeo peccatum voluntarium est malum, vt nullo modo sit pctm̃, si non sit volũtarium. Et hoc quidem manifestum est, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare aut negandum est pctm̃ committi, aut fatendum est voluntate committi. Non autẽ recte negat peccasse animã, qui & pœnitẽdo eã corrigi fatetur, & ueniã pœnitenti dari, & perseuerantẽ in peccatis iusta lege Dei dãnari. Postremo si nõ voluntate male facimus, nemo ob iurgandus est omnino, aut monendus. Quibus sublatis Christiana lex, & disciplina omnis religionis auferatur necesse est. Voluntate ergo peccatur. Et quoniam

Mat.23.
Rom.8.
1.Co.15
ꝛ Vnus. Angelorum differentia, Cap.13.
A libero arbitrio peccatũ Cap.14. 1.Retra. cap. 13. 15. q.1. cap.1. 2.sentẽ. distin.41. cap.post. hæc. & ca.illius.

K niam peccari non dubium est, nec hoc quidem dubitandũ, video habere animas liberũ voluntatis arbitrium. Tales. n. seruos suos meliores esse Deus iudicauit, si ei seruirent liberaliter. Quod nullo modo fieri posset, si nõ voluntate, sed necessitate seruirent. Liberaliter igit Deo angeli seruiunt, neq; hoc Deo, sed ipsis pdest. Deus. n. bono alterius non indiget, qm̃ à seipso est. quod autem ab eo genitũ est, idipsum est, quia non est factũ, sed genitum. Illa vero quæ facta sunt eius bono indigent, summo scilicet bono, id est, summa essentia. Minus aũt sunt q̃ erant, cum per animæ peccatũ minus ad illum mouentur, nec tñ penitus separantur. nam omnino nulla essent. Quod. n. affectibus contingit animæ, hoc locis corpori. Nã illa mouet volũtate, corpus aũt spatio. Quod aũt hõi à peruerso angelo persuasum dr, ẽt ad hoc vtiq; voluntate consensit. Nã si necessitate id fecisset, nullo peccati crimine teneret. Quòd vero corpus hominis cũ ante peccatum esset in suo genere optimũ, post pctm̃ factum est imbecillũ & morti destinatum, quanq̃ iusta
L vindicta peccati sit, plus tñ clementiæ Dei q̃ seueritatis ostendit. Ita. n. nobis suadetur à corporis voluptatibus & ad æternã essentiam veritatis amorem nostrũ oportere conuerti. Et est iustitiæ pulchritudo cũ benigni tatis gratia concordans, vt qm̃ bonorũ inferiorum dulcedine decepti sumus, amaritudine pœnarũ erudiamur. Nã ita ẽt nostra supplicia diuina prouidentia moderata est, vt & in hoc corpore tam corruptibili ad iustitiã tendere liceret, & deposita omni superbia, vni Deo vero collum subdere, nihil de seipso fidere, illi vni se regendum tuendumque committere. Ita ipso duce hõ bonæ voluntatis molestias huius vitæ in vsum fortitudinis vertit. In copia vero voluptatũ prosperisq; successibus temporaliũ, temperantiã suam probat & roborat: acuit in tẽtationibus prudentiã, vt non solum in eas non inducatur, sed fiat etiã vigilantior, & in amorẽ veritatis, quæ sola non fallit, ardentior. Sed cũ omnibus modis medeatur animis Deus pro temporum opportunitatibus, quæ mira sapientia eius ordinantur, de quibus aut nõ est tractandum, aut inter pios perfectosq; tractandum est, nullo modo beneficentius consulit generi humano, q̃ cum ipsa sapientia
M Dei, id est, vnicus filius consubstantialis patri & coæternus, totum hominem suscipere dignatus est, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ita enim demonstrauit carnalibus & non valentibus intueri mente veritatem, corporeisq; sensibus deditis, q̃ excelsum locum inter creaturas habeat humana natura, q̃ non solum visibiliter, nam id poterat, & in aliquo æthereo corpore ad nostrorum aspectuũ tolerantiã temperato, sed etiam hoibus in vero homine apparuit. Ipsa enim natura suscipienda erat quæ liberanda. Et ne quis forte sexus à suo creatore se contemptum putaret, virũ suscepit natus est ex fœmina. Nihil egit vi, sed omnia suadendo & monendo. Veteri quippe seruitute transacta, tẽpus libertatis illuxerat, & opportune iam homini suadebatur atque salubriter, q̃ libero esset creatus arbitrio. Miraculis cõciliauit fidẽ Deo, qui in eo erat, passione hominem quẽ gerebat. Itaq; loquens ad turbas vt Deus, nunciatam sibi matrem negauit. Et tñ suo, lapsubditus erat. Doctrina enim Deus apparebat, ætatibus homo. Item aquam in vinum conuersurus vt Deus, Recede à me mulier, inquit, quid mihi & tibi est? Nondum venit hora mea. Cum autem venisset hora, qua vt homo moreretur, de cruce cognitam matrem commendauit discipulo, quem præ cæteris diligebat. Satellites voluptatũ diuitias perniciose populi appetebant: pauper esse voluit. Honoribus & imperijs inhiabant: rex fieri noluit. Carnales suos filios magnum bonum putabant: tale cõiugium prolemq; contempsit. Cõtumelias superbissime horrebant. omne genus contumeliarum sustinuit. Iniurias intolerabiles esse arbitrant: quæ maior iniuria q̃ iustum innocentemq; damnari? Dolores corporis execrabantur: flagellatus atq; cruciatus est. Mori metuebant: morte mulctatus est. Ignominiosissimum mortis genus crucem putabant: crucifixus est. Omnia q̃ hr̃e cupientes non recte viuebamus, carendo vilia fecit. Omnia quæ vitare cupiẽtes à studio deuiabamus veritatis, ppetiẽdo deiecit. Nõ. n. vllum pctm̃ cõmitti pt, nisi dũ appetunt ea quæ ille contempsit, aut fugiũtur quæ ille sustinuit. Tota itaque eius in terris per hominem quẽ suscipere dignatus est, disciplina morum fuit. Resurrectio vero eius à mortuis, nihil hominis perire naturę, cum omnia salua sunt Deo, satis indicauit, & quemadmodum cuncta seruiãt creatori suo, siue ad vindictã pctõrum, siue ad hois liberationẽ, quã q̃; facile corpus animæ seruiat, cũ ipsa subiicitur Deo. Quibus

1.Retr. Cap.13.
Mat.12. Lucæ.2. Addit đ
Ioan. 2.
A Ioan.19.
B

Christꝰ uer adue rit. Cap.16.
Ioan. 1.

bus perfectis non solũ nulla substantia malũ est,quod fieri nunq̃ põt,sed ét nullo malo afficitur, quod fieri per peccatum & vindictã potuit. Et hæc est disciplina naturalis. Christianis minus intelligentibus plena fide digna,intelligentibus autem omni errore purgata. Iam vero ipse totius doctrinæ modus partim apertissimis rationibus, partim similitudinibus, in dictis, in factis, in sacramentis, ad omnem animæ instructionem exercitationẽq̃; accommodatus, quid aliud q̃ rationalis disciplinæ regulam impleuit? Nam & mysteriorum expositio ad ea dirigitur,quæ apertissime dicta sunt. Et si ea tantũ essent quæ facillime intelliguntur, nec studiose quæreretur, nec suauiter inueniretur veritas. Neq; si essent in scripturis sacramenta, & in sacramentis non essent signacula veritatis, satis cum cognitione actio conueniret. Nunc uero q̃n pietatis timore inchoat, charitate perficitur,populus timore constrictus tpe seruitutis in veteri lege, multis sacramẽtis onerabat. Hoc.n.talibus utile erat ad desiderandã gratiã Dei, q̃ per prophetas ventura canebat. Quæ vbi venit,ab ipsa dei sapientia homine assumpto,à quo in libertatem vocati sumus, pauca sacra saluberrima constituta sunt,q̃ societatẽ Christiani populi, hoc est sub vno deo liberæ multitudinis continerent. Multa uero q̃ populo Hebræo, hoc est sub eodẽ vno Deo cõpeditæ multitudini erant imposita,ab actione remota sunt, in fide atq; interpretatione manserunt. Ita nunc nec seruiliter alligant, & exercent liberaliter animum. Quisquis ãt ideo negat vtrunq; testtm̃ ab vno Deo esse posse, quia non eisdem sacramentis tenetur populus noster, quibus Iudæi tenebantur vel adhuc tenentur: põt dicere non posse fieri, vt vnus paterfamilias iustissimus, aliud imperet eis quibus seruitutem durioré utilem iudicat, aliud eis quos in filiorum gradum adoptare dignatur. Si ãt præcepta vitæ mouent,quod in veteri lege minora sunt, in Euangelio maiora,& ideo putatur nõ ad vnum deum utraque pertinere: põt qui hoc putat, perturbari, si vnus medicus alia per ministros suos imbecillioribus, alia per semetipsum valentioribus præcipiat ad rẽparandam vel obtinendam salutem. Vt.n. ars medicinæ cũ eadem maneat, neq; vllo pacto ipsa mutetur, mutat tñ præcepta languentibus, quia mutabilis est nostra valetudo: ita diuina prouidentia cum sit ipsa omnino incommutabilis, mutabili tñ creaturæ varie subuenit, & pro diuersitate morborum, alijs alia iubet aut vetat,vt à vitio vnde mors incipit, & ab ipsa morte naturam suã & essentiam,ea quę deficiunt.i.ad nihilum tendunt, reducat & firmet. Sed dicis mihi, Quare deficiunt? Quia mutabilia sunt. Quare mutabilia sunt? Quia non summe sunt. Quare non summe sunt? Quia inferiora sunt eo à quo facta sunt. Quis ea fecit? Qui summe est. Quis hic est? Deus incõmutabilis trinitas, q̃n & per summã sapientiã ea fecit, & summa benignitate cõseruat. Cur ea fecit? Vt essent. Ipsum.n. quantulũcunq; esse, bonum est: quia summũ bonũ est summe esse. Vnde fecit? Ex nihilo. Q̃n quicquid est,quantulacunq; specie sit,necesse est: Ita & si minimũ bonũ,tñ bonum erit,& ex deo erit. Nã q̃n summa species summũ bonũ est,minima species minimum bonũ est. Omne ãt bonũ aut deus,aut ex deo est. Ergo ex deo est ét minima species. Sanè quod de specie dr̃, hoc etiã de forma dici potest. Neq; enim frustra tam speciosissimum, q̃ ét formosissimum in laude ponitur. Id ergo est vnde fecit deus omnia, quod nullã speciem habet, nullamq̃; formam, quod nihil est aliud quàm nihil. Nam illud quod in comparatione perfectorum informe dicitur, si habet aliquid formę, quanuis exiguum quanuis inchoatum, nondum est nihil,ac per hoc id quoq; inquãtum est,non est nisi ex deo. Quapropter ét si de aliqua informi materia factus est mundus,hæc ipsa facta est omnino de nihilo. Nã & quod nondum formatũ est, tñ aliquo modo vt formari posit, inchoatum est, dei beneficio formabile est. Bonum est.n.esse formatum. Nonnullum ergo bonum est & capacitas formæ: & ideo bonorum omnium author, qui præstitit formam, ipse fecit etiã posse formari. Ita omne quod est, inquantũ est: & omne quod nondũ est, inquantum esse potest,ex deo habet. Quod alio modo sic dicitur: Omne formatum, inquantum formatum est: & omne quod nondum formatum est,inquantum formari potest, ex Deo habet. Nulla autem res obtinet integritatẽ naturæ suæ, nisi in suo genere salua sit. Ab eo autem est omnis salus,à quo est omne bonum: & omne bonum ex deo, salus igitur omnis ex deo. Hinc iam oculi mentis patent,nec pernicioso studio vanæ victoriæ caligant,atq; turbantur,facile intelligit,omnia q̃ vitiantur,& moriuntur, bona esse, quanq̃ ipsum

Vetus & nouũ testamẽtũ differant. Ca. 17.

Creatura quare mutabiles.c.18.

Plato in Timæo.

Omnia bona ex Deo. Cap.19.

ipsum vitium & ipsa mors malum sit. Nisi enim salute aliqua priuarentur,non eis noceret vitium vel mors: sed si non noceret vitium,nullo modo esset vitium. Si ergo saluti aduersatur vitium, & nullo dubitante salus bonũ est:bona omnia sunt,quibus aduersatur vitium. Quibus ãt aduersatur vitium, ipsa vitiantur. Bona sunt ergo q̃ vitiantur, sed,ideo vitiantur, quia non summa bona sunt. Quæ igit̃ bona sunt,ex deo sunt: quia non summa bona sunt,non sunt deus. Bonũ ergo quod vitiari non põt,deus est. Cætera aũt omnia bona ex ipso sunt quæ per seipsa possunt vitiari,quia per seipsa nihil sunt:per ipsum aũt partim non vitiantur, partim uitiata sanantur. Est aũt vitiũ primũ animæ rationalis, voluntas ea faciendi quæ vetat summa & intima veritas: Ita homo de paradiso in hoc seculum expulsus est.i.ab æternis ad tẽporalia,à copiosis ad egena,à firmitate ad infirma. Non ergo à bono substantiali ad malum substantiale, quia nulla substantia malum est: sed à bono æterno ad bonum temporale, à bono spiritali ad bonum carnale,à bono intelligibili ad bonũ sensibile,à bono summo ad bonum infimũ. Est igitur quoddã bonũ,quod si diligit anima rationalis,peccat,quia infra illam ordinatum est: quare ipsum peccatum malum est, non ea substantia quæ peccando diligitur. Nõ ergo arbor illa mala est,q̃ in medio paradisi plantata esse scribitur, sed diuini præcepti transgressio. Quæ cum consequentẽ habet iustã dãnationẽ,contigit ex illa arbore quæ cõtra vetitum tacta est,dignoscentia boni & mali: quia cũ suo peccato aĩa fuerit implicata,luẽdo pœnas,discit quid interfit inter ꝓceptum quod custodire noluit,& peccatũ quod fecit: atq; hoc modo malum quod cauendo nõ didicit,discit sentiendo: & bonum quod non obtẽperando minus diligebat,ardentius diligit cõparando. Vitium ergo animæ est quod fecit,& difficultas ex vitio pœna est quã patitur,& hoc est totũ malum. Facere autẽ & pati non est substantia, quapropter substãtia non est malum. Sic enim nec aqua malum est,nec animal quod viuit in aere: nam istæ substantiæ sunt. Sed malum est voluntaria ꝓcipitatio in aquã, & suffocatio quã mersus patitur. Stylus ferreus alia parte qua scribamus,alia qua deleamus à fabro factus est, & in suo genere pulcher, & ad vsum nostrũ accõmodatus. At si quispiam ea parte scribẽ qua deletur, & ea velit delere qua scribitur,nullo modo stylũ malum fecerit, cum ipsum factum iure vituperetur: quod si corrigat,ubi erit malum? Si quis repente meridianum solẽ intueatur, repercussi oculi turbabuntur:nũ ideo aut sol malũ erit aut oculi? Nullo modo. Sunt.n.substantiæ:sed malũ est inordinatus aspectus, & ipsa q̃ consequit̃ perturbatio. Quod malum non erit,cum oculi fuerint recreati, & lucem suã congruenter aspexerint. Neq; cum eadẽ lux quæ ad oculos pertinet, ꝓ luce sapientię quæ ad mẽtẽ pertinet colitur, ipsa fit malũ:sed superstitio malum est,qua creaturę potius q̃ creatori seruitur. Quod malũ omnino nullũ erit, cũ anima recognito creatore,ipsi vni se subiecerit,& cætera per eũ subiecta sibi esse ꝓsenserit. Ita omnis corporea creatura,si tantummodo posideatur ab anima quę diligit deũ,bonum est infimũ,& in genere suo pulchrum:q̃n forma & specie continetur. Si ãt diligatur ab anima quæ negligit deũ, ne sic quidẽ malum fit ipsa: sed q̃n peccatũ malũ est,quo ita diligit̃, fit pœnalis dilectori suo, & eum implicat erumnis,& pascit fallacibus voluptatibus:quia neq; permanent,neq; satiant,sed torquent doloribus: Quia cũ ordinem suum peragit pulchra mutabilitas temporũ,deserit amantem species concupita,i& per cruciatum sentientis discedit à sensibus, & erroribus agitat: ut hanc esse primã speciem putet quæ omniũ infima est natura .s. corporea,quam per lubricos sensus caro male dilecta nunciauerat,vt cũ aliquid cogitat, intelligere se credat vmbris illusus phantasmatum. Siquando aũt non tenens integrã diuinæ prouidentiæ disciplinam, sed tenere se arbitrans carni resistere conatur,vsque ad inuisibiliũ rerum imagines peruenit, & lucis huius quã certis terminis circunscriptã uidet,immensa spatia cogitatione formatina niter, & hanc spẽm sibi futuræ habitationis pollicetur: nescíens oculorum concupiscentiam se trahere,& cum hoc mundo ire velle extra mundum,quẽ propterea ipsum esse non putat, quia eius clariorem partem per infinitum falsa cogitatione distendit. Quod non solũ de hac luce, sed ét de aqua, postremo de vino,de melle,de auro,de argento, de ipsis deniq; pulpis, uel sanguine vel ossibus quorumlibet animaliũ, & cæteris huiusmodi rebus facillime fieri potest. Nihil enim est corporis,quod non uel vno viso possit innumerabiliter cogitari, vel in paruo spatio visum possit eadem imaginandi facultate per

Vnde anima ui.c.20

Universidad de Deusto Biblioteca

te per infinita diffundi. Sed facillimum est
Aía qui execrari carnẽ, difficillimũ aũt non carnalibus reb. ter sapere. Hac ergo peruersitate animæ, q̃
seducit. cõtingit peccato atq; supplicio, fit omnis na-
Cap. 21. tura corporea illud quod per Salomonẽ dr,
Eccle. 1. Vanitas vanitantiũ & omnia uanitas. Quæ
Vanitan abundantia homini in omni labore eius, quo
tium mi ipse laborat sub sole? Neq; .n. frustra est ad
ror vñ ditum vanitãtium, quia si vanitantes detra-
hauserit has, qui tanq̃ prima sectantur extrema, non
Au. Nã erit corpus vanitas, sed in suo genere, quan-
hanc le- uis extremam pulchritudinem sine vllo er-
ctionẽ a- rore monstrabit. Tẽporalium enim specie-

L rum multiformitas, ab unitate dei hominem
licubi p lapsum per carnales sensus diuerberauit, &
bat, quũ mutabili varietate multiplicauit eius affe-
Græci ctũ. Ita facta est abundantia laboriosa, & si
pariter dici potest, copiosa egestas, dũ aliud & aliud
& He- sequitur, & nihil cum eo permanet. Sic à tẽ-
bræi le- pore frumenti, vini, & olei sui multiplicatus
gãt uani est, vt non inueniat idipsum. i. naturã incom
tatum. mutabilem & singularem, quã secutus non
Imo. 1. erret, & assecutus non doleat. Habebit. n. ẽt
Retr. c. eonsequentem redemptionem corporis sui,
7. impro quod iam non corrumpetur. Nũc verò cor-
bat le- pus quod corrumpitur aggrauat animam, &
ctionẽ, q̃ deprimit terrena inhabitatio sensum multa
hẽt, va- cogitantẽ, quia rapitur in ordinem succesio
nitatiũ. nis extrema corporum pulchritudo. Nam
Psal. 4. ideo extrema est, quia simul non põt habere
Sapiẽ. 9. omnia, sed cum alia cedunt atq; succedunt,
author temporaliũ formarum numeros in vnã pul-
rerũ re- chritudinem cõplent. Et hoc totum nõ pro-
bus ante pterea malum, quia transit. Sic. n. & uersus
ponẽdus in suo genere pulcher est, quanuis duæ sylla
Cap. 22. bæ simul dici nullo modo possint. Nec. n. se-
cunda enunciatur, nisi prima transierit, atq;
ita per ordinẽ peruenitur ad finem, ut cum
sola vltima sonat, non secum sonantibus su-
perioribus, formam tũ & decus metri cum
præteritis contexta perficiat. Nec ideo tamẽ
ars ipsa qua versus fabricatur, sic tempori
M obnoxia est, ut pulchritudo eius per mensu-
ras morarum digeratur: sed simul habet om
nia quibus efficit versum, non simul haben-
tem omnia, sed posterioribus priora tollen-
tem, propterea tamen pulchrum, quia extre-
ma vestigia illius pulchritudinis ostendat,
quã constanter atq; incommutabiliter ars ip
sa custodit. Itaq; vt nonnulli peruersi ma-
gis amant versum q̃ artem ipsam qua confi-
citur uersus, quia plus se auribus quàm in-
telligentiæ dederunt: Ita multi tẽporalia di
ligunt, conditricem vero ac moderatricem
temporum diuinam prouidentiam non re-
quirunt, atq; in ipsa dilectione temporalium
nolunt transire quod amant. Et tam sunt ab
surdi, q̃ si quisquã in recitatione præclari car
minis vnam aliquam syllabam solam per-
petuò uellet audire. Sed tales auditores
carminum non inueniuntur, talibus autem
rerum æstimatoribus plena sunt omnia;
Propterea quia nemo est qui non facile, non
modo totum uersum, sed etiam totum car-
men possit audire: totum aũt ordinẽ secun-
dorum sentire nullus hominum potest. Huc
accedit q̃ carminis non sumus partes, seculo A
rum verò partes damnatione facti sumus. Il
lud ergo canitur sub iudicio nostro, ista pe-
raguntur de labore nostro. Nulli autem
victo ludi agonistici placent, sed tamen cum
eius dedecore decori sunt. Et hæc. n. q̃dã imi
tatio veritatis est. Nec ob aliud à talibus p̃-
hibemur spectaculis, nisi ne vmbris rerũ de
cepti, ab ipsis rebus quarũ illæ vmbræ sunt
aberremus. Ita vniuersitatis huius condi-
tio atq; administratio solis impijs animis
damnatisq́; non placet, sed ẽt animabus san-
ctis cum miseria earũ, multisq́; vel in terra
victricibus vel in cœlo sine periculo spectan
tibus placet: Nihil. n. iustum displicet iusto. Ois sub
Quocirca cũ omnis anima rõnalis aut pec- stãtia bo
catis suis misera sit, aut recte factis beata, om na. c. 23.
nis autẽ irrationalis aut cedat potentiori,
aut pareat meliori, aut comparetur æquali,
aut certamen exerceat, aut damnato nocet,
& omne corpus suæ animæ seruiat, quantũ
pro eius meritis & pro rerũ ordine finitur,
nullum malum est naturæ vniuersæ, sed sua
cuiq; culpa fit malũ. Porrò cũ aía p dei gra-
tiã regñata & in integrũ restituta, & illi sub
dita vni à quo est creata, instaurato ẽt corpo
re in pristinã firmitatẽ, non cũ mundo posſi
deri, sed mundũ possidere cœperit, nullũ ei B
malum erit: quia ista infima pulchritudo tẽ
poraliũ vicissitudinũ, quæ cũ ipsa peragebatur, Esa. 65.
sed sub ipsa peragetur, & erit, vt scriptũ Apo. 21.
est, Cœlũ nouũ & terra noua non in parte 1. Cor. 3.
laborantibus animis, sed in vniuersitate re- 1. Cor.
gnantibus. Omnia enim vestra, inquit Apo 11.
stolus, vos aũt Xp̃i, Xp̃s aũt dei. Et, Caput
mulieris vir, caput viri, Xp̃s, caput aũt Xp̃i,
Deus. Q̃m igitur vitiũ aiæ non natura eius,
sed contra naturam eius est, nihilq́; aliud est
q̃ peccatum & pœna peccati, inde intelligi-
tur nullã naturam, vel si melius ita dicitur,
nullam substantiam siue essentiam malũ es-
se. Neq; de peccatis pœnisq́; eius animę effi
citur,

citur, vt vniuersitas vlla deformitate turpe-
tur. Quia rationis substantia, quæ ab omni
peccato munda est deo subiecta, subiectis si-
bi cęteris dominatur. Ea vero quę peccauit,
ibi ordinata est, vbi esse tales decet, vt deo
conditore atq; rectore vniuersitatis decora
sint omnia. Et est pulchritudo vniuersæ crea
turæ per hęc tria inculpabilis damnatione
peccatorum, exercitatione iustorum, perfe-
Aiarum ctione beatorum. Quamobrem ipsa quoq;
medici- animæ medicina, q̃ diuina prouidentia & in
na. c. 24. effabili beneficentia geritur, gradatim distin
C ctęq́; pulcherrima est. Distribuitur. n. in au-
thoritatem atq; rationẽ. Authoritas fidem
flagitat, & rationi præparat hominẽ. Ratio
ad intellectũ cognitionẽq́; perducit. Quãq̃
neq; authoritate ratio penitus deserit, cũ cõ
syderatur cui sit credẽdum, & certe summa
est ipsius iam cognitæ atq; perspicuę veritatis authoritas. Sed qa in tpalia deuenimus,
& eorũ amore ab æternis impedimur, q̃dam
temporalis medicina, quæ non scientes sed
credentes ad salutem vocat, nõ naturæ & ex
cellentiæ, sed ipsius tẽporis ordine prior est.
Nã in quẽcunq; locũ quisq; ecciderit, ibi de
bet incũbere vt resurgat. Ergo ipsis carnali-
bus formis quibus detinemur, nitendum est
ad eas cognoscendas quas caro non nunciat.
Eas autem carnales voco, quæ per carnem
sentiri queũt. i. per oculos, per aures, cæteros
que corporis sensus. His ergo carnalibus vel
corporalibus formis inhærere amore pue-
Miracu- ros necesse est, adolescentes vero propẽ ne-
la quur cesse est, hinc iam procedente ætate non est
rentur. necesse. Q̃m igitur diuina prouidentia, non
Cap. 25. solũ singulis hoibus quasi priuatim, sed vni-
D uerso generi humano tanq̃ publicè cõsulit,
quid cum singulis agatur, deus scit qui agit:
atq; ipsi, cum quibus agitur, sciunt. Quid au
tem agatur cum genere humano, per histo-
riam cõmẽdari voluit, & per prophetiã. Tẽ
poraliũ aũt rerũ fides, siue pteritarũ, siue fu
turarũ, magis credendo q̃ intelligẽdo valet.
Sed nostrũ est consyderare, quibus vel ho-
minibus vel libris credendũ sit, ad colendũ
rectè deum, quæ vna salus est. Huius rei ve-
ro prima disceptatio est, vtrũ ijs potius cre-
damus, qui ad multos deos, an ijs q̃ ad vnũ
deum colẽdũ nos vocant. Quis dubitet eos
potissimum sequendos qui ad vnũ vocant,
præsertim cum illi multorum cultores, de
hoc vno domino cunctorum & rectore con
Retra. sentiant? Et certe ab vno incipit numerus.
cap. 13. Prius ergo isti sequendi sunt, qui vnũ deum
summũ solũ verũ Deũ, & solũ colendũ esse
dicunt. Si apud hos veritas non eluxerit, tũ
demum migrandum est. Sicut. n. in ipsa re-
rum natura maior est authoritas vnius ad
vnũ omnia redigẽtis, nec in genere humano
multitudinis vlla potentia est nisi consentiẽ
tis. i. vnum sentientis: ita in religione qui ad
vnum vocant eorũ maior & fide dignior es-
se debet authoritas. Altera consyderatio est E
d sensionis eius quæ de vnius dei cultu in-
ter homines orta est. Sed accepimus maio-
res nostros eo gradu, quo à tpalibus ad æter
na conscenditur, visibilia miracula, nõ. n. ali-
ter poterant, secutos esse: p quos id actũ est,
vt necessaria non esset posteris. Cum enim 1. Retra.
ecclesia catholica per totum orbem diffusa cap. 13.
atq; fundata sit, nec miracula illa in nostra
tpa durare pmissa sunt, ne animus semp vi-
sibilia q̃reret, & eorũ consuetudine frigesce-
ret genus humanũ, quorum nouitate flagra-
uit. Nec iã nobis dubiũ esse debet ijs esse cre
dendũ, qui cũ ea p̃dicarent q̃ pauci assequũ-
tur, se tñ sequẽdos populis persuadere potue
runt. Nunc. n. agitur quibus credẽdũ sit, an-
tequã quisq; sit idoneus ineundæ rationi de
diuinis & de inuisibilibus rebus. Nã ipsi ra-
tioni purgatoris animæ, quæ ad perspicuam
veritatem peruenit, nullo modo authoritas
humana præponit, sed ad hanc nulla super-
bia humana pducit. Quæ si non esset, nõ es-
sent hæretici, neq; schismatici, nec carne cir-
cũcisi, nec creaturæ simulacrorũq́; cultores.
Hi aũt si non essent ante p̃fectionẽ populi q̃
promittitur, multo pigrius veritas quæreretur. Dispẽsatio ergo temporalis, & medicina
diuinæ ꝓuidẽtiæ, erga illos qui peccato mor F
talitatẽ meruerũt, sic traditur. Primo vnius Vetus &
cuiuslibet hominis nascentis natura & eru- nouꝰ hõ
ditio cogitatur. Prima huius ætas infantia in cap. 26.
nutrimentis corporalibus agitur, penitus o- Li. 1. de
bliuiscenda erescenti. Eam pueritia sequi- Gen. cõ
tur, vnde incipimus aliq̃d meminisse. Huic tra Ma-
succedit adolescentia, cui iam propagatione nichę.
prolis natura permittit, & patrem facit. Por cap. 23.
rò adolescentiam iuuentus excipit, iam exer
cenda muneribus publicis, & domanda sub
legibus: in qua vehementior prohibitio pec-
catorũ, & pœna peccãtiũ seruiliter coercẽs,
carnalibus animis atrociores impetus libidi-
nis gignit, & omnia cõmissa cõgeminat. Nõ
enim simplex peccatũ est, nõ solũ malũ, sed
ẽt vetitũ admittere. Post labores aũt iuuen-
tutis seniori pax nõnulla cõceditur. Inde vs
que ad mortem deterior ętas ac decolor, &
morbis

Universidad de Deusto
Biblioteca

morbis subiectior debilisq; producit. Hæc est vita hominis viuentis ex corpore & cupiditatibus rerũ tpalium colligati. Hic dr uetus hõ,& exterior & terrenus,ẽt si obtineat eam quã vulgus vocat fœlicitatẽ, in bñ cõstituta terrena ciuitate,siue sub regib.siue sub prin-
G cipibus,siue sub legibus, siue sub his oibus. Aliter.n.bene cõstitui populus non põt, ẽt qui terrena sectatur. Habet quippe & ipse modũ quendã pulchritudinis suæ. Hunc ãt hominẽ quẽ veterẽ & exteriorẽ & terrenũ descripsimus,siue in suo genere moderatũ, siue ẽt seruilis iustitiæ modũ excedentẽ,non nulli agunt totũ ab istius vitæ ortu vsq; ad occasum. Nonnulli ãt istam vitã necessario ab illo incipiunt,sed renascuntur interius,& cæteras eius partes suo robore spiritali & incrementis sapientiæ corrumpunt & necant, & in cœlestes leges donec post visibilẽ mortem totum instauretur, astringunt. Iste dr nouus homo & interior & cœlestis, habens & ipse proportione non annis, sed profectibus distinctas quasdã spirituales ætates suas. Primã in vberibus vtilis historiæ, q̃ nutrit exẽplis. Secundã iam obliuiscentẽ humana, & ad diuina tendentem, in qua non authoritatis humanæ sinu continetur,sed ad summã incommutabilẽ legẽ passibus rationis inniti tur. Tertiam iã fidentiorem & carnalem appetitum rationis robore maritantem, gaudẽ temq; intrinsecus in quadam dulcedine coniugali: cum anima menti copulatur,& velamento pudoris obnubitur,vt iam recte viue
H re non cogatur,sed etiã si oẽs concedant,pecare non libeat. Quartã iam idipsum multo firmius ordinatiusq; facientẽ & emicantem in virum perfectũ, atq; aptam & idoneam omnibus ẽt persequutionibus,& mundi huius tẽpestatibus ac fluctibus sustinendis atq; frangendis. Quintam pacatam atq; ex omni parte tranquillã,viuentẽ in opibus & abũdantia incommutabilis regni, summæ atque ineffabilis sapientiæ. Sextã omnimodæ mutationis in æternã vitam,& vsq; ad totã obliuionẽ vitæ tẽporalis transeuntẽ in perfectã formã, quæ facta est ad imaginem & similitudinẽ dei. Septima.n. iam quies æterna est, & nullis ætatibus distinguenda beatitudo perpetua. Vt.n.finis veteris hominis mors est, sic finis noui hominis vita æterna. Ille
Vtriusq; nanq; homo peccati est, iste iustitiæ. Sicut hominis autem isti ambo nullo dubitante ita sunt, vt decur- vnum eorũ.i. veterem atq; terrenum possit
sus.c. 27 in hac tota vita vnus homo agere, nouũ ve-

ro & cœlestẽ nemo in hac vita possit nisi eũ vetere: nã & ab ipso incipiat necesse est, & vsq; ad visibilem mortẽ cum illo,q̃uis eo deficiente,se proficiente perduret. Sic proportione vniuersum genus humanũ,cuius tanquã vnius hominis vita est ab Adã vsq; ad I
finẽ huius seculi,ita sub diuinæ ꝓuidẽtiæ legibus administratur,vt in duo genera distributũ appareat. Quorũ in vno est turba impiorũ,terreni hominis imaginẽ ab initio seculi vsq; ad finẽ gerentiũ. In altero series populi vni deo dediti,sed ab Adã vsq; ad Ioannẽ baptistã terreni hominis vitã gerentis seruili quadã iustitia: cuius historia uetus testamentũ vocat, quasi terrenũ pollicẽs regnũ, quæ tota nihil est aliud q̃ imago noui populi & noui testamenti pollicentis regnũ cœlorũ. Cuius populi vita interim tẽporalis incipit à dñi aduentu in humilitate vsq; ad diẽ iudicij qñ in claritate venturus est. Post qd̃ iudicium vetere homine extincto, erit illa mutatio quæ angelicam vitã pollicetur. Oẽs .n. resurgemus, sed non omnes immutabimur. Resurget ergo pius populus,vt veteris hominis sui reliquias transformet in nouũ. Resurget ãt impius populus qui ab initio vsque ad finem veterem hominẽ gesserit,vt in secundam mortem præcipitetur. Aetatũ aũt articulos qui diligenter legunt, inueniunt: nec zizania nec paleas perhorrescũt. Impius nanq; pio viuit & peccator iusto,vt eorũ cõ K
paratione alacrius,donec ꝓficiant, assurgãt. Quæq. Quisq; ãt populi terreni tẽporibus vsq; ad bus quo illuminationẽ interioris hominis meruit ꝓ- tradẽda. uenire,genus humanum pro tẽpore adiuuit, Ca. 28. exhibens ei quod ætas illa poscebat, & per prophetiã intimans id quod exhibere opportunũ non erat: quales patriarchæ ac prophetæ inueniuntur ab ijs qui nõ pueriliter insiliunt, sed p e diligenterq; pertractant diuinarũ & humanarum rerum tam bonum & tã grãde secretum. Quod ẽt tpibus noui populi à magnis & spiritalibus viris ecclesiæ catholicæ alũnis, video cautissime prouideri: nequid populariter agant quod nõdum esse tẽporis,vt cũ populo agatur,intelligunt: alimẽta lactea large auidis infirmioribus pluribus atq; instãter infundũt,validioribus ãt cibis cũ sapiẽtibus paucis vescunt. Sapiẽtiã.n. 1.Co.3.
loquũtur inter perfectos,carnalibus vero & animalibus, quãuis nouis hominibus,adhuc tñ paruulis,nonnulla obtegunt,sed nulla mẽtiunt. Non.n.honoribus suis vanis consulunt,& inanibus laudibus,sed vtilitati eorũ,

cum

cũ quibus societatẽ vitæ huius inire meruerunt. Hæc.n.lex est diuinæ prouidentiæ,vt nemo superioribus adiuuetur ad cognoscẽdã
L & percipiendã gratiam dei, qui non ad eadẽ puro affectu inferiores adiuuerit. Ita de peccato nostro quod in homine peccatore ipsa natura nostra cõmisit, & genus humanũ factũ est magnũ decus ornamentũq; terrarũ, & tam decẽter diuinæ prouidentiæ procuratione administratur,vt ars ineffabilis medicinæ ipsam vitiorum fœditatẽ in nescio quam
Huma- sui generis pulchritudinem vertat. Et qñ de
ne natu authoritatis beneficentia,quãtũ in ꝓsentia
e pemi satis visum est,locuti sumus: videamus quatentia. tenus ratio possit progredi à visibilibus ad
Ca. 29. inuisibilia,& à temporalibus ad æterna conscendens. Non enim frustra & inaniter intueri oportet pulchritudinem cœli, ordi-
x Phæ nem syderum,candorem lucis, dierũ & nonorie. ctium vicissitudines,lunę menstrua curricula,anni quadrifariã temperationem, quadripartitis elementis congruentẽ tantã vim seminũ,species numerosq; gignẽtiũ,& omnia in suo genere modũ propriũ naturãq; seruãtia. In quorũ cõsideratione non vana & peritura curiositas exercenda est,sed gradus ad immortalia, & semper permanentia faciendus. Proximum enim est attendere quæ ista sit natura vitalis,quæ cuncta ista sentit, quæ profecto qñ vitã dat corpori,prẽstantior eo
M sit,necesse est. Nõ enim qualiscunq; moles, quanquã ista visibili luce præfulgeat, si vita careat magni ẽstimanda est. Quælibet nanque viua substantia, cuilibet non viuæ substantiæ naturæ lege præponitur. Sed quia irrationabilia quoq; animãtia viuere atq; sentire nemo ambigit, illud in animo humano præstantissimũ est,non quo sentit sensibilia, sed quo iudicat de sensibilibus. Nã & vident acutius, & cæteris corporis sensibus acrius corpora attingũt pleręq; bestiæ q̃ homines: sed iudicare de corporibus nõ sentientis tantum vitę,sed etiam ratiocinantis est,qua illę pri- carent,nos excellimus. Iam vero illud videa Eure facillimũ est, præstantiorẽ esse iudicantẽ, dis sup stitiõe. q̃ illa res est de qua iudicatur. Non solũ aũt rationalis vita de sẽsibilibus,sed de ipsis quoque sensibus iudicat, Cur in aqua remũ infractum oporteat apparere cũ rectus sit, & cur ita per oculos sentire necesse sit. Nã ipse aspectus oculorũ renunciare id põt,iudicare autem nullo modo. Quare manifestũ est,vt sensualem vitã corpori, ita rationalem vtrique præstare. Itaq; si rationalis vita secundum seipsam iudicat, nulla iam est natura A
præstantior. Sed quia clarum est eam esse Lex sumutabilem,quando nunc perita,nunc imperita inuenitur,tanto aũt melius iudicat quanto est peritior: & tãto est peritior, quãto alicuius artis vel disciplinę vel sapientiæ participeps est,ipsius artis natura q̃renda est. Neq; nunc artẽ intelligi volo q̃ notatur experiendo,sed quæ ratiocinando indagatur. Quid enim prẽclarum nouit, qui nouit ea impensa q̃ calce & arena cõficitur tenacius lapides cohærere q̃ luto? Aut qui tam elegãter ędifi cat,vt quæ plura sunt, paria paribus rñdeãt, quæ aũt singula sunt,medium locũ teneant? Quanq̃ iste sensus sit rationi veritatiq; vicinior. Sed certe quærendũ est,cur nos offendat, si duabus fenestris non super inuicem, sed iuxta inuicẽ localis, vna earũ maior minorve sit,cũ æquales esse potuerint. Si vero super inuicẽ fuerint,ambæq; de medio quã uis impares, non ita offendat illa inæqualitas: & cur non multum curemus, quanto sit vna earum aut maior aut minor, quia duę sunt. In tribus aũt sensus ipse videtur expete re,vt aut impares nõ sint, aut inter maximã & minimam ita sit media, vt tanto præcedat minorem,quanto à maiore præceditur. Ita B
enim primo quasi natura ipsa consulitur qd ꝓbet. Vbi potissimũ notandũ est quẽadmodũ quod solũ inspectũ minus displicuerit,in melioris comparatione respuatur: ita reperitur nihil esse aliud arte vulgarẽ, nisi rerum 1.Retra.
expertarum placitarumq; memoriam, vsu cap. 13.
quodam corporis atq; operationis adiũcto: quo si careas,iudicare de operibus possis,qd̃ multo est excellẽtius,quanuis operari artificiosa non possis. Sed cũ in omnibus artibus conuenientia placeat, qua vna salua & pulchra sunt omnia,ipsa vero cõueniẽtia æqualitatem vnitatemq; appetat,vel similitudine parium partiũ,vel gradatione dispariũ, quis est qui summam ęqualitatẽ vel similitudinẽ in corporibus inueniat,audeatq; dicere cum diligenter considerauerit quodlibet corpus vere ac simpliciter vnum esse: cũ omnia vel de specie in speciem,vel de loco in locũ transeundo mutentur,& partibus cõstẽt sua loca obtinẽtibus, per q̃ in spatia diuersa diuiduntur? Porro ipsa vera æqualitas ac similitudo, atq; ipsa vera & prima vnitas,non oculis carneis,neq; vllo tali sensu,sed mente intellecta cõspicitur. Vnde enim qualiscunq; in corporibus appeteret æqualitas,aut vnde conuinceretur longe plurimum differre à perfecta, C

nisi

nisi ea quæ perfecta est mẽte videretur: si tũ quæ facta non est, perfecta dicenda est? Et cũ omnia quæ sensibiliter pulchra sunt, siue natura edita, siue artibus elaborata, locis & tẽporibus sint pulchra, vt corpus & corporis motus: illa æqualitas & vnitas menti tantũ modo cognita, secundum quã de corporea pulchritudine sensu internuncio iudicatur, nec loco timida est, nec mutabilis tempore. Non.n.rectè dici potest secundum eã iudicari rotundum canthum, & non secundum eam rotundum vasculũ, aut secundũ eam rotundum vasculum, & non secundũ eam rotundum denarium. Similiter in temporibus atq; in motibus corporum, ridicule dicitur, secundum eã iudicari æquales annos, & non secundum eam æquales menses, aut secundũ eam æquales menses, & non secundum eam æquales dies. Sed siue per hæc spatia, siue p horas, siue per breuiora momenta cõuenienter moueatur aliquid, eadem vna & incommutabili æqualitate iudicatur. Quòd si minora & maiora spatia figurarum atq; motionum, secundum eam legem parilitatis vel similitudinis, uel congruentię iudicantur, ipsa lex maior est his omnibus, sed potentia. Cæterum spatio, aut loci aut temporis, nec maior, nec minor: quia si maior esset, non secũdũ eam iudicaremus minora: si ãt minor esset, non secundũ eam iudicaremus maiora. Nunc verò cũ secundum totã quadraturæ legẽ iudicetur, & forum quadratum, & lapis quadratus, & tabella, & gẽma quadrata: rursus secundum totã æqualitatis legem iudicẽtur conuenire sibi motus pedũ currentis formicæ, & secundum eã gradientis elephantis: quis eam dubitet locorũ interuallis ac tẽporum, nec maiorem esse, nec minorem, cũ potentia superet omnia? Hæc aũt lex omniũ artium cum sit omnino incõmutabilis, mẽs vero humana cui talem legẽ videre concessum est, mutabilitatẽ pati possit erroris, satis apparet supra mentem nostram esse legẽ, q̃ veritas dicitur. Nec iam illud ambigendũ est, incommutabilem naturam quæ supra rasũmã conalem animã sit, deum esse, & ibi esse prima, iudi- sapientia. Nã hæc est illa incõmutabilis vecare ne- ritas, quæ lex omnium artiũ rectè dicitur, & quaquã. ars omnipotentis artificis. Itaq; cum se ani- Cap.31. ma sentiat, nec corporum speciem motumq;

E iudicare secundum seipsam, simul oportet agnoscat pstare suã naturã ei naturę, de qua iudicat: præstare aũt sibi eã naturã secundũ quã iudicat, & de qua iudicare nullo modo potest. Possum.n.dicere quare similia sibi ex vtraq; parte respondere mẽbra cuiusq; corporis debeant, quia summa æqualitate delector, quam non oculis corporis, sed mentis conteor. Quapropter tanto meliora esse iudico quæ oculis cerno, quanto pro sui natura viciniora sunt iis quæ animo intelligo. Quare autem illa ita sint, nullus põt dicere. Nec ita debere esse quisquã sobrie dixerit, quasi possint esse non ita. Quare aũt nobis placeant, & cur ea quanto melius sapimus, vehementissime diligamus, ne id quidẽ quisquã, si ea rite intelligit, dicere audebit. Vt.nos & omnes animæ rationales secundũ veritatẽ de inferioribus recte iudicamus, sic de nobis, qñ eisdem cohæremus, sola ipsa ueritas iudicat. De ipsa vero nec pater, nõ enim minor est q̃ ipse, & ideo quę pater iudicat, p ipsam iudicat. Omnia.n.quæ appetunt vnitatẽ, hanc habent regulam uel formam uel exemplum, vel siquo alio verbo dici se finit, quoniam sola eius similitudinẽ à quo esse accepit, impleuit, si tamẽ accepit, nõ incõgrue F dicitur pro ea signãtione, qua filius appellat: quia nõ de seipso est, sed de primo summoq; principio qui pater dicitur: ex quo ois paternitas in cœlo & in terra nominatur. Pater Ephe.3. ergo nõ iudicat quenq̃, sed omne iudiciũ de Ioan.5. dit filio: Et spiritalis hõ iudicat omnia, ipse 1.Cor.2. ãt à nemine iudicatur. i.à nullo homine, sed à sola ipsa lege secundũ quã iudicat omnia, qm̃ & illud ueriſsime dictum est, Oportet Ro.14. nos oẽs exhiberi ante tribunal Christi. Om 2.Cor.5 nia ergo iudicat, quia super omnia est qñ cũ Deo est. Cũ illo aũt est, qñ purissime intelligit, & tota charitate quod intelligit, diligit. Ita ẽt quantũ põt, lex ipsa ẽt ipse fit, secundũ quã iudicat omnia, & de qua iudicare nullus potest. Sicut in istis tẽporalibus legibus quã de his homines iudicẽt cũ eas instituũt, tñ cũ fuerint institutæ atq; firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Conditor tñ legum tẽporaliũ, si uir bonus est & sapiẽs, illam ipsam cõsulit æternã, de qua nullt animæ iudicare datũ est: vt secũdũ eius incõmutabiles regulas, quid sit pro tẽpore iubendũ uetandũq; discernat. Aeternam igitur legem mundis animis fas esse cognoscere, iudicare non fas est. Hoc autem interest, quòd ad cognoscendum satis est, vt videamus ita esse aliquid vel non ita. Ad iudicandum uero addimus aliquid quod significemus posse esse & aliter: velut cum dicimus,

dicimus, ita esse debet, aut ita esse debuit, aut ita esse debebit, ut in suis operibus artifices faciunt. Sed multiformis est humana delectatio, nec volunt tendere ad superiora vt iudicent, cur ista visibilia placeant. Itaq; si quæram ab artifice, vno arcu constructo, cur alterum parem cõtra in alterã partẽ moliatur? Rñdebit, credo, vt paria paribus ædificij mẽbra rñdeant. Porrò si pergam quærere idipsum cur eligat, dicet hoc decere, hoc esse pulchrum, hoc delectare cernentes. Nihil audebit amplius. Inclinatus.n.recumbit oculis, et vnde pẽdeat non intelligit. At ego virum intrinsecus oculatum, et mutsibiliter videntem non desinã commonere cur ista placeant, vt iudex esse audeat ipsius delectationis humanæ. Ita enim superferunt illi, nec ab ea tenetur, dum non secundum ipsam, sed ipsam iudicat. Et si prius quærã, vtrum ideo pulchra sint, quia delectãt: an ideo delectẽt, quia pulchra sunt: Hic mihi sine dubitatione respon- H debiſ, ideo delectare, q̃a pulchra sunt. Quæram ergo deinceps, quare sint pulchra. Et si titubabiſ, subijciã, vtrum ideo, q̃a similes sibi partes sunt, & aliqua copulatione ad vnam conuenientiam rediguntur. Quod cum ita esse cõpererit, interrogabo, vtrum hãc ipsam vnitatem, quã conuincunt appetere, summe impleant, an longe infra iaceãt, & eam quodammodo mentiantur. Quod si ita est, quis nõ admonitus videat, neque vllam speciem, neq; vllum oio eẽ corpus, qđ nõ habeat unitatis qualecunq; vestigium, neq; quantũuis pulcherrimum corpus, cum interuallis locorum necessario aliud alibi habeat, posse assequi eam quam sequitur vnitatem? quare si hoc ita est, flagitabo vt respõdeat, vbi videat ipse vnitatem hanc, aut vnde videat: quam si non videret, vnde cognosceret, & quid imitaretur corporum species, & quid implere non posset. Nunc vero cum dicit corporibus, vos quidem nisi aliqua vnitas contineret, nihil essetis: & rursus si uos essetis ipsa vnitas, corpora non essetis, recte illi dicitur. Vnde illam nosti vnitatem, secundum quam iudicas corpora, quam nisi videres, iudicare nõ posses, q̃ eã non impleãt. Si aũt his corporeis oculis eam videres, non vere diceres, I quanquã eius vestigio teneant, lõge tñ ab ea distare. Nam istis oculis corporeis non nisi corporalia vides. Mẽte igitur eam videmus. Sed vbi videmus? Si hoc loco esset vbi corpus nostrum est, non eam videret, qui hoc modo in oriente de corporibus iudicat. Nõ ergo ista continetur loco, & tum adest vbicunque iudicanti, nusquam est p spatia locorum, & per potentiam nusquã non est. Qđ Non sen si eam corpora mentiuntur, non est credendum mentientibus, ne incidamus in vanitates vanitantium: sed quęrendum potius est, cum ideo mentiantur, quia eam videntur ostendere oculis carneis, cum illa mente pura videatur, vtrum intm mentiãtur, inquantum ei similia sunt, an in quãtum eã nõ assequuntur. Nam si assequerentur, quod imitãtur implerent. Si autem implerent, omnino essent similia. Si omnino essent similia, nihil inter illã naturã & istã interessent. Quòd si ita esset, non eam mentirentur. Id enim essent quod illa est, tamen mentiuntur diligentius consyderantibus: quia ille mentitur qui vult videri id quod non est: qui autem non volens aliud putat quàm est, non mentitur, sed fallit tm. Nam ita discernitur mentiens à K fallente, quòd inest omni mentienti voluntas fallendi, etiam si non ei credatur: fallens Differũt autẽ esse non potest qui non fallit. Ergo cor mentiẽs porea species quia nullam voluntatem ha- & fallẽs. bet, non mentitur. Si vero ẽt nõ putetur esse quod non est, nec fallit. Sed ne ipsi quidem oculi fallunt: non enim renunciare pũt animo nisi affectionem suam. Quòd si non solum ipsi, sed oẽs corporis sensus ita renunciant vt afficiuntur, quid ab eis amplius exigere debeamus ignoro. Tolle itaq; vanitantes, & nulla erit vanitas. Siquis remum frangi in aqua opinatur, & cum inde auferẽ integrari, non malum habet internuncium, sed malus est iudex. Nã ille pro sua natura non potuit aliter in aqua sentire, nec aliter debuit. Si enim aliud est aer, aliud aqua, iustum est ut aliter in aere, aliter in aqua sentiatur. Quare oculus recte videt. Ad hoc.n.factus Cicer. est ut tm̃ videat: sed animus puerse iudicat, de acacui ad contẽplandã summã pulchritudinem de.q. mens, non oculus factus est. Ille autem vult liber.2. mẽte cõuertere ad corpora, oculos ad Deũ. Quærit enim intelligere carnalia, & videre spiritalia, quod fieri nõ potest. Quare ista Confiperuersitas corrigenda est: quia nisi fecerit L quod sursum est deorsum, & quod deorsum eta phæ est sursum regno cœlorum aptus non erit. tasmata Non ergo summa quæramus in infimis, nec quomo- ipsis infimis inhæreamus. Iudicemus ea, ne do iudicum ipsis iudicemur, id est, tm̃ eis tribuamus centur. quantum species meret extrema, ne cum in Cap.34. nouissimis prima quærimus, à primis inter nouissima numeremur. Quod nihil ipsi no-

uisibilis obest, sed nobis plurimũ. Nec ideo diuinæ prudentiæ administratio minus decora fit, qa & iniusti iuste, & fœdi pulchre ordinantur. Et si ppea nos fallit rerum visibilium pulchritudo, quia vnitate cõtinetur, & nõ implet vnitatem, intelligamus (si possumus) non ex eo qđ est, nos falli, sed ex eo qđ non est. Omne qppe corpus verum corpus est, sed falsa vnitas. Non n. summe vnũ est, aut intm id imitatur vt impleat: & tũ nec corpus ipsum eẽt, nisi vtcunq; vnum esset. Porrò vtcunque vnum esse non posset, nisi ab eo qđ summe vnum est id haberet. O aiæ peruicaces date mihi qui videat siue ulla imaginatione visorum carnalium. Date mihi qui videat omnis vnius principium non esse, nisi vnum solum à quo sit omne vnum, siue aliud impleat, siue non impleat. Qui vi-
M deat date, non qui litiget, nõ qui videri velit se uidere, qđ non videt. Date qui resistat sensibus carnis; & plagis, quibus p illos in aĩa vapulauit. Qui resistat cõsuetudini hominũ resistat laudibus hominum, qui cõpungat in cubili suo, qui resculpat suum spiritum, qui non foris diligat vanitates, & qrat mendacia qui iã sibi nouerit dicere: Si vna Roma est, quam circa Tyberim nescio quis Romulus dicitur condidisse, falsa est ista quam cogitãs fingo. Non enim est ipsa, nec ibi sum modo. Nam quid ibi agatur modo vtique scirem. Si vnus est sol, falsus est iste quem cogitans fingo: Nam ille curricula sua certis locis & temporibus peragit. Istum vero ego vbi volo, & qñ volo, constituo. Si vnus est ille amicus meus, falsus est iste quem cogitans fingo. Nam ille vbi sit nescio, iste ibi fingitur, vbi volo. Ego ipse certe unus sum, & hoc loco eẽ sentio corpus meũ, & tamen figmento cogitationis pergo quolibet, & loquor cũ quolibet. Falsa sunt hæc: nec quisquã intelligit falsa. Nõ ergo intelligo, cũ ista cõtẽplor et istis credo, quia verũ eẽ oportet quod intellectu contẽplor. Nunquid forte sunt ista q̃ phantasmata dici solent? Vñ ergo impleta est anima mea illusionibus? ubi est verũ qđ mẽte conspicitur? Ita cogitãti iam dici potest. Illa lux uera est qua hæc omnia non esse uera cognoscis. Per hanc illud unum uides, quo iudicas unum esse quicquid aliud uides, nec tũ hoc eẽ quod illud est, q̃q̃d mutabile uides.
Vacandum ut Deum cognoscas. Quod si hæc intueri palpitat mentis aspectus, quiescite, nolite certare, nisi cum cõsuetudine corporã: ipsam uincite, & victa erũt omnia. Vnum certe q̃rimus, quo simplicius nihil est. Ergo in simplicitate cordis q̃ramus illum. Agite ocium, inquit & agnoscetis qa ego sum dñs. Et etiam: Vacate & uidete qm ego sum Deus: nõ ociũ desidiæ q̃ro, sed ociũ cogitationis, ut à locis & tẽporibus uacetis. Hæc enim phantasmata tumoris & uolubilitatis, constantem unitatem uidere nõ sinunt. Loca offerunt quod amemus, tpa surripiunt quod amamus, & relinquunt in anima turbas phantasmatũ, quibus in aliud atq; aliud cupiditas incitetur. Ita fit inquietus & erum nosus animus, fustra tenere à qbus tenetur exoptans. Vocatur ergo ad ocium, id est vt ista nõ diligat, q̃ diligi sine labore non pũt. Sic. n. eis dominabitur, sic non tenebitur, sed tenebit, Iugum enim meum, inquit, leue est. B Huic iugo qui subiectus est, subiecta habet cætera. Non ergo laborabit, non. n. resistit qđ subiectũ est. Sed miseri amici huius mundi, cuius dñi erunt si filij Dei esse noluerint, qm dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Amici ergo huius mundi tam timẽt ab eius amplexibus separari, vt nihil eis sit laboriosius, q̃ non laborare. Sed cui saltem illud manifestum est, falsitatem eẽ, qua id putatur esse, qđ non est, intelligit eam esse ueritatem q̃ tur, et ostendit id qđ est. At si corpora intantum fallunt, inquantum nõ implent illud unum quod conuincuntur imitari à quo principio unum est quicquid est, ad cuius similitudinẽ quicquid nititur, naturaliter approbamus, qa naturaliter improbamus q̃quid ab vnitate discedit, atq; in eius dissimilitudinẽ tendit: daĩ intelligi esse aliquid qđ illius vnius solius, à quo principio vnũ est quicquid aliquo modo vnum est, ita simile sit ut hoc omnino impleat ac sit idipm, & hoc est veritas & verbũ in principio, & verbũ Deus apud Deũ: Si enim falsitas ex ijs est, quæ imitatur unum, non inquantum id imitantur, sed inquantum adimplere non possunt: illa est veritas quæ adimplere potuit, & id esse quod est illud: ipsa est quæ illud ostendit sicut est. Vnde & verbum eius & lux eius rectissime C dicitur. Cætera illius vnius similia dici pñt inquantum sunt, intãtum enim & vera sunt. Hæc autem ipsa eius similitudo, & ideo veritas. Vt enim veritate sunt uera quæ vera sunt, ita similitudine similia sunt, q̃cũq; similia sunt. Vt ergo veritas forma uerorũ ẽ, ita similitudo forma similiũ est. Quapp vera qm intm uera sunt inquantum sunt, intantũ autem sunt inquantum principalis unius similia sunt, ea forma est omnium quæ sunt, quæ

Vñ falsitas oriatur. Cap. 36.

quæ est summa similitudo principij: & veritas est, qa sine vlla dissimilitudine est. Vnde falsitas oritur, nõ rebus ipsis fallentibus, quæ nihil aliud ostendunt sentienti q̃ spẽm suã, quã pro suæ pulchritudinis acceptu sunt gradu: neq; ipsis sensibus fallentibus, qui pro natura sui corporis affecti, non aliud q̃ suas affectiones præsidenti aio nunciant: sed peccata animas fallunt cum verum q̃runt, relicta & neglecta veritate. Nam qm̃ opera magis q̃ artificem atq; ipsam artem dilexerunt, hoc errore puniuntur, vt in operibus artificem artemq; conq̃rant: & cum inuenire nequiuerint, Deus. n. non corporalibus
D sensibus subiacet, sed ipsi mẽti supereminet, ipsa opera existiment esse & artem & artificem. Hinc oritur omnis impietas, nõ mõ peccantium, sed ẽt damnatorum pro peccatis suis. Non enim tm̃ scrutari creaturã contra præceptum Dei, sed qa frui potius q̃ ipsa lege & veritate volunt, qđ ptimi hois pctm̃ deprehenditur, male vtentis libero arbitrio. Sed hoc quoq; in ipsa damnatione addũt, vt non modo diligant, sed ẽt seruiant creaturæ potius quàm creatori, & eam colant per partes eius, à summis usq; ad ima uenientes. Sed
E aliqui se in hoc tenent, vt pro summo Deo animã colant, & primam intellectualẽ creaturam, quã per veritatẽ pater fabricauit ad ipsam veritatẽ semper intuendam, & se per ipsam, quia oĩmodo ei simillima est. Deinde veniunt ad vitam genitalem, per quã creaturam visibilia & temporalia gignentia, Deus æternus & incommutabilis operatur. Hinc ad animalia, & inde ad ipsa corpora colenda dilabuntur, & in his primo eligunt pulchriora, in quibus cœlestia maxime excellunt. Ergo in primis solis corpus occurrit, & in eo nonnulli remanent. Aliqui & lunæ splendorem religione dignum putant: est enim nobis (vt perhibetur) propinquior, vnde vicinorem spẽm hãre sentitur. Alij ẽt cæterorũ syderum corpora adiungunt, & totum cœlũ cum stellis suis. Alij cœlo æthereo copulant aerẽ, & istis duobus superioribus elementis corporeis subijciunt animas suas. Sed inter hos illi sibi uidentur religiosissimi, qui vniuersam simul creaturã. i. mundũ totum cum omnibus quæ in eo sunt, & vitã qua spirat & animatur, quã quidam corpoream, quidã incorpoream esse crediderunt. Hoc ergo totũ simul vnũ Deũ magnũ esse arbitrantur, cuius partes sint cætera. Non. n. vniuersæ creaturæ authorẽ conditoremq; nouerunt. Inde

Impietas idolatrarũ. Cap. 37.

Retra. cap. 13.

est q̃ in simulachra præcipitantur, & ab operibus Dei usq; in opera sua demerguntur, ĩ tũ adhuc visibilia sunt. Est. n. alius deterior & inferior cultus simulachrorũ, quo phãtasmata sua colunt, & quicquid aro errãte rum superbia vel tumore cogitãdo imaginati fuerint, religionis noie obseruant, donec fiat in anima nihil omnino colendũ esse, & errare hoies qui superstitione se inuoluunt & misera se implicãt seruitute. Sed frustra hoc sentiũt. Non. n. efficiunt vt non seruiant: remanent quippe ipsa uitia quibus vt illa colendo opinarẽtur, attracti sunt. Seruiunt. n. cupiditati triplici, vel uoluptatis, vel excellẽtiæ, vel spectaculi. Nego esse quemq̃ istorum qui nihil colendũ existimant, qui non aut carnalibus gaudijs subditus sit, aut potẽtiam vanam soueat, aut aliquo spectaculo delectatus insaniat. Ita nescientes diligunt temporalia, vt inde beatitudinem expectent. His ãt rebus quibus quisque beatus vult effici, seruiat necesse est, velit nolit. Nam quocunq; duxerint sequitur: & quisquis ea visus fuerit auferre posse, metuitur. Possunt ãt auferre ista, & scintilla ignis & aliqua parua bestiola? Postremo vt omittã innumerabiles aduersitates, tẽpus ipsum auferat necesse est omnia trãseuntia. Itaq; cum omnia tpalia trãseuntia mundus iste concludat, omnibus mundi partibus seruiunt, qui propterea putant nihil colendum esse, ne seruiant. Verũtamen quanquã in hac rerum extremitate miseri iaceant, vt vitia sua sibi dominari patiantur vel libidine vel superbia vel curiositate damnati, vel duobus horum, vel omnibus: q̃diu sunt in hoc stadio vitę humanę, licet eis congredi & vincere, si prius credant quod intelligere nõdũ valent, & non diligant mũdũs G qm̃ omne quid in mundo est, sicut diuinitus dictũ est, concupiscentia carnis est, & cõcupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Hoc mõ tria illa sunt notata. Nam cõcupiscentia carnis, voluptatis infimæ amatores significat: Concupiscentia oculorum, curiosos: Ambitio seculi, supbos. Triplex etiã tẽtatio in hoie, quam veritas ipsa susc̃epit, cauenda mõstrata est. Dic, inquit tentator, lapidibus Matt. 4. istis vt panes fiant. At ille vnus & solus magister, Non, inquit, in solo pane viuit homo: sed in omni verbo Dei. Ita enim dominatam docuit esse oportere cupiditatẽ voluptatis, vt nec fami cedendum sit. Sed forte dñationis temporalis fastu decipi poterat, q carnis voluptate non potuit. Omnia ergo

Triplex in mũdo tẽtatio. Cap. 38.

1. Io. 1.

regna mundi monſtrata ſunt ei, & dictũ eſt. Omnia tibi dabo, ſi proſtratus adoraueris me. Cui reſponſum eſt: Dominum Deũ tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Ita calcata eſt ſuperbia. Subiecta eſt autem extrema etiam curioſitatis illecebra. Non enim vt ſe de faſtigio templi præcipitaret, vrgebat, niſi cauſa tẽ aliquid experiendi. Sed neq; hinc victus eſt, & ideo ſic reſpondit, vt intelligeremus non opus eſſe ad cognoſcendum Deũ, tentationibus viſibiliter diuina explorare molientibus: Non tẽtabis, inquit, dñm Deũ tuũ. Quamobrẽ quiſquis intus verbo Dei paſcitur, non q̃rit in iſta eremo voluptatem. Qui vni Deo tm̃ ſubiectus eſt, non quærit in monte. i. in terrena elatione iactantiam. Quiſquis æterno ſpectaculo incommutabilis veritatis adhæreſcit, non per faſtigiũ huius corporis. i. per hos oculos præcipitatur, vt tẽporalia & inferiora cognoſcat. Quid igitur reſtat, vnde non poſsit anima recordari primam pulchritudinem quam reliquit, qñ de ipſis ſuis vitijs poteſt? Ita enim ſapientia Dei pertendit à fine vſq; ad finem fortiter. Ita per hanc ſummus ille artifex opera ſua in vnum finem decoris ordinata contexuit. Ita illa bonitas à ſummo vſq; ad extremum nulli pulchritudini, quæ ab ipſo ſolo eſſe poſſet, inuidit, vt nemo ab ipſa veritate dei ejciatur, qui non excipiatur ab aliqua effigie veritatis. Quære in corporis voluptate quid teneat, nihil aliud inuenies q̃ cõuenientiam. Nã ſi reſiſtentia pariunt dolorem, conuenientia pariunt voluptatem. Recognoſce ergo quæ ſit ſumma conuenientia. Noli foras ire, in te ipſum redi, in interiore homine habitat veritas, & ſi tuã naturã mutabilem inueneris, tranſcẽde & teipſum. Sed memento cum te tranſcendis, rõcinantem aĩam te tranſcẽdere. Illuc ergo tende, vnde ipſum lumen rõnis accenditur. Quò. n. peruenit omnis bonus ratiocinator, niſi ad veritatẽ? Cum ad ſeipſam veritas non vtiq; ratiocinando perueniat, ſed quod rõcinantes appetũt ipſa ſit, vide ibi conuenientiã, qua ſuperior eſſe non poſsit, & ipſe conueni cum ea. Confitere te non eſſe quod ipſa eſt. Siquidem ſe ipſa non quærit, tu aũt ad ipſam quærendo veniſti, nõ locorum ſpatio, ſed mentis affectu, vt ipſe interior homo cum ſuo inhabitatore, non infima & carnali, ſed ſumma & ſpiritali voluptate conueniat. Aut ſi non cernis quæ dico, & an vera ſint dubitas, cerne ſaltem vtrũ te de ijs dubitare nõ dubites, & ſi certum eſt te eſſe dubitantem, quære vnde ſit certum.

H

Ex rebꝰ conditis q̃o deprehẽdatur ſumma veritas.

Cap. 39.

I

Non illic tibi omnino ſolis huius lumen occurret, ſed lumen verũ quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. Quod his oculis videri non poteſt, nec illis quibus phantaſmata cogitantur per eoſdem oculos animæ impacta, ſed illis quibus ipſis phantaſmatibus dr̃; Non eſtis vos quod ego q̃ro, neq; illud eſtis, vnde ego vos ordino, & quod mihi inter vos fœdum occurrerit, improbo, quod pulchrum approbo, cum pulchrius ſit illud, vnde improbo & approbo. quare hoc ipſum magis approbo, & non ſolum vobis, ſed illis omnibus corporibus, vnde vos hauſi, antepono. Deinde regulam ipſam quam vides, concipe hoc modo. Omnis qui ſe dubitantem intelligit, verũ intelligit, & de hac re quã intelligit certus eſt. De vero igitur certus. Omnis igit̃ qui vtrũ ſit veritas dubitat, in ſeipſo habet verũ vnde non dubitet, nec vllũ verũ niſi veritate verũ eſt. Nõ itaq; oportet eũ de veritate dubitare, q̃ potuit vndecunq; dubitare. Vbi vident hæc, ibi eſt lumen ſine ſpatio locorũ & tẽporum, & ſine vllo ſpatiorũ taliũ phãtaſmate. Nunq̃d iſta ex aliqua parte corrũpi pũt, ét ſi omnis rõcinator intereat aut potius apud carnales inferos veteraſcat? Non. n. rõcinatio talia facit, ſed inuenit. Ergo anteq̃ inuenian tur, in ſe manẽt, & cum inueniuntur nõ innouant. Ita renaſcitur interior homo, & exterior corrumpitur de die in diẽ. Sed interior exteriorem reſpicit, & in ſua comparatione fœdũ videt in proprio tm̃ genere pulchrum & corporum cõuenientia lætanté, & corrumpentẽ quod in bonũ ſuum conuertit, alimenta. ſ. carnis: quæ tm̃ corrupta, id eſt, amittentia formam ſuam, in membrorũ iſtorum fabricam migrant, & corrupta reficiũt, in aliam formã per conuenientiam tranſeuntia: & per vitalem motum diiudicantur quo dammodo, vt ex eis in ſtructuram huius viſibilis pulchri quæ apta ſunt aſſumantur, non apta vero per incongruos meatus eijciãtur. Quorum aliud fœculentiſsimum redditur terræ ad alias formas aſſumendas, aliud per totum corpus exhalat, aliud totius animalis latentes numeros accipit, & inchoatur in prolem, & ſiue conuenientia duorum corporum, ſiue tali aliquo phantaſmate commotũ, per genitales vias ab ipſo vertice defluit in infima voluptate. Iam vero in matre per certos numeros temporum in locorum numerum aptatur, vt ſuas regiones quæq; membra

Ioan. 1

Diaboli tentatio

L cedit in decorem vniuerſi. Cap. 40. 2. Co. 7.

Semen à cerebro.

membra occupent, ſi modum parilitatis ſeruauerint, luce coloris adiuncta naſcitur corpus qd̃ formoſum vocatur, & à ſuis dilectoribus amatur acerrime: non tamẽ in eo plus placet forma quæ mouetur, q̃ vita q̃ mouet.

M Nam illud animal ſi nos amet, allicit violentius: ſi oderit autẽ, ſuccenſemus, & ferre non poſſumus, ét ſi formã ipſam præbeat fruenti. Hoc totum eſt voluptatis regnũ & ima pulchritudo, ſubiacet enim corruptioni. Quod ſi non eſſet, ſumma putaretur. Sed adeſt diuina prouidentia quæ hanc oſtendat, & non

K. 146. malam, propter tam manifeſta veſtigia primorum numerorum, in quibus ſapiẽtiæ Dei non eſt numerus, & extremã tm̃ eſſe: miſcẽs ei dolores & morbos & diſtortiones mẽbrorum, & tenebras coloris, & aiorum ſimultates ac diſſenſiones, vt ex his admoneamur incõmutabile aliquid eſſe q̃rendum. Et hoc facit p infima miniſteria eorum q̃bus id agere voluptatis eſt, quos exterminatores & angelos iracundiæ, diuinæ ſcripturæ nominãt, quanuis ipſi neſciant quid de ſe agatur boni. His ſimiles ſunt hoies qui gaudent miſerijs alienis, et riſus ſibi et ludicra ſpectacula exhibent, vel exhiberi volunt euerſionibus & erroribus aliorum. Atq; ita in his oĩbus boni admonenẽ, & exercent, & vincunt, & triumphant, et regnãt. Mali vero decipiuntur, cruciantur, vincuntur, dãnantur & ſeruiunt, nõ vni omnium ſummo dño, ſed vltimis ſeruis,

A illis videlicet angelis, qui doloribus & miſerijs damnatorum paſcunt̃, & p̃ iſta maleuolentia bonorum liberatione torquentur. Ita ordinantur omnes officijs & finibus ſuis in pulchritudinẽ vniuerſitatis, vt quod horremus in parte, ſi cum toto conſyderemus, plurimum placeat: q̃a nec in ædificio iudicando vnum tantum angulũ conſyderare debemus nec in homine pulchro ſolos capillos, nec in bũ p̃nunciante ſolum digitorũ motum, nec in lunæ curſu aliquas tridui tãtum figuras. Ita. n. quæ p̃pterea ſunt infirma, quia partibus imperfectis tota perfecta ſunt, ſiue in ſtatu, ſiue in motu pulchra ſentiantur, tota cõſideranda ſunt, ſi recte volumus iudicare. Verum. n. noſtrum iudicium, ſiue de toto, ſiue de parte iudicet, pulchrum eſt: vniuerſo quippe mundo ſuperferr̃, alicubi parti eius inquãtum verum iudicamus, adhæremus. Error autem noſter parti adhærens eius, ipſe per ſe fœdus eſt. Sed ſicut niger color in pictura cum toto ſit pulcher: ſic totum iuſtum agonem decenter ædit incommutabilis diuina prouidentia, aliud victis, aliud certantibus, aliud victoribus, aliud ſpectatoribus, aliud quietis & ſolum Deum contemplantibus tribuens: cum in his omnibus non ſit malum

B niſi p̃tm̃ & pœna p̃ti, hoc eſt, defectus voluntarius à ſumma eſſentia, & labor in vltima nõ voluntarius. Q̃d alio modo dici põt, libertas à iuſtitia, & ſeruitus ſub peccato.

Duplex exterioris hominis corruptio.

Cap. 12.

Corrumpitur autẽ hõ exterior aut p̃fectu interioris, aut defectu ſuo. Sed profectu interioris ita corrumpitur, vt totus in melius reformetur, & reſtituatur in integrũ in nouiſsima tuba, vt iam non corrumpatur neque corrumpat. Defectu autẽ ſuo in pulchritudines corruptibiliores. i. pœnarum ordinem p̃cipitatur. Nec miremur quòd adhuc pulchritudines nomino. Nihil enim eſt ordinatum, quod non ſit pulchrum. Et ſicut ait Apoſtolus, Omnis ordo à Deo eſt. Neceſſe eſt aũt fateamur meliorẽ eẽ hoiem plorãtẽ, q̃ lætanté vermiculũ: & tm̃ vermiculi laudem ſine vllo mẽdacio copioſe poſſum dicere: conſyderans nitorẽ coloris, figurã teretẽ, & retitudinẽ corporis, priora cũ medijs media cũ poſterioribus congruentia & vnitatis appetentiã p̃ ſuæ naturæ humilitate ſeruantia, nihil ex vna parte formatum, qd̃ nõ ex altera parili dimenſione reſpõdeat. Quid

C iam de anima ipſa dicam, vegetante modulum corporis ſui, quomodo eum numeroſe moueat, quomodo appetat conueniẽtia, q̃o vincat, aut caueat obſiſtentia quantum põt, & ad vnũ ſenſum incolumitatis referens omnia, vnitatem illam conditricem naturarum omniũ, multo euidentius q̃ corpus inſinuet. loquor de vermiculo animante qualicunq;. Cineris & ſtercoris laudem ueriſsime atque vberrime plerique dixerunt. Quid ergo mirum eſt, ſi hominis animam quæ ubicunque ſit & qualiſcunque ſit, omni corpore eſt melior, dicã pulchre ordinari, & de pœnis eius alias pulchritudines fieri, cũ ibi nõ ſit quando miſera eſt, vbi beatos eſſe decet, ſed ibi ſit vbi eſſe miſeros decet? Prorſus nemo nos fallat. Quicquid rectè vituperatur, in melioris comparatione reſpuitur. Omnis autem natura quanuis extrema, quanuis infima, in comparatione nihili iure laudatur. Ex tunc cuique non eſt bene, ſi melius eſſe poteſt. Quare ſi nobis poteſt bene eſſe cum ipſa veritate, male ſumus cum quolibet veſtigio veritatis: multo ergo deterius cum extremitate ueſtigij, quando carnis uoluptatibus adhæremus. Vincamus ergo hu-

Cato apud Cice. in Cato maiore. Et de mori. Mani. Cap. 8.

1. Retra. Cap. 13.

Universidad de Deusto Biblioteca

ius cupiditatis vel blanditias vel moleſtias, ſubiugemus nobis hãc fœminam, ſi viri ſumus. Nobis ducibus & ipſa erit melior, nec iam cupiditas, ſed tẽperantia nominabitur. Nã cũ ipſa ducit, nos autẽ ſequimur, cupiditas illa & libido, nos vero temeritas, & ſtulti nũcupamur. Sequamur Chriſtum caput noſtrũ, vt & nos ſequaẽ cui caput ſumus. Hoc & fœminis ſcipi poteſt, non maritali, ſed fraterno iure, quo iure in Chriſto nec maſculus nec fœmina ſumus. Habent.n.& illæ virile quiddã vñ fœmineas ſubiugent voluptates, vñ Chriſto ſeruiãt, & imperẽt cupiditati. Qđ in multis viduis & virginibus Dei, in multis ẽt maritatis, ſed iam fraterne coniugalia iura ſeruãtibus Chriani populi diſpenſatione manifeſtum eſt. Quòd ſi ab ea parte cui dominari Deum nos iubet, atq; ut in noſtrã poſſeſſionẽ reſtituamur & hortatur & opitulaẽ: ſi ergo ab hac parte p negligẽtiã & impietatem vir ſubditus fuerit. i. mẽs & rõ, erit qdẽ hõ turpis et miſer: ſed deſtinatur in hanc uitã, & poſt hanc vitam ordinatur, quò eum deſtinari, & ubi ordinari ſummus ille rector & dñs iudicat. Nulla itaq; fœditate vniuerſa creatura maculari pmittitur. Ambulemus ergo dum diẽ habemus. i. dum rõne uti poſſumus, vt ad Deum conuerſi, verbo eius quod verum lumẽ eſt, illuſtrari mereamur, ne nos tenebræ comprehendant. Dies eſt.n. preſentia illius luminis, quod illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mũdum. Hominem dixit, qui rõne vti poteſt, & ubi cecidit, ibi incũbere ut ſurgat. Si ergo uoluptas carnis diligitur, ea ipſa diligentius conſyderẽ, & cũ ibi recognita fuerint quorundã veſtigia numerorũ quærẽdũ eſt ubi ſine tumore ſint. Ibi.n.magis vnũ eſt, qđ eſt. Et ſi tales ſunt in ipſa motione uitali q̃ in ſeminibus operatur, magis ibi mirandi ſunt q̃ in corpore. Si enim numeri ſeminum ſicut ipſa ſemina tumerent, de dimidio grano fici, arbor dimidia naſceretur, neq; de aíaliũ ſeminibus ẽt non totis, aíalia tota & integra gignerentur, neq; tantillũ & unum ſemẽ vim haberet ſui cuiuſq; gñis innumerabilẽ. De uno quippe ſecũdũ ſuã naturã pñt, uel ſegetes ſegetũ, uel ſyluæ ſyluarũ, uel greges gregũ, uel populi populorũ p ſecula propagari, ut nullũ ſoliũ ſit uel nullus pilus p tã numeroſam ſucceſsionem, cuius non rõ in illo primo & uno ſemine fuerit. Deinde illud cogitandum eſt, quàm numeroſas quàm ſuaues ſonorũ pulchritudines verberatus aer traiciatur cantante luſcinia, quas illius auiculę aía nõ tam libere cũ libere fabricaretur, niſi uitali motu incorporaliter haberet impreſſas. Hoc & in cæteris animãtibus, quæ ratione carentia ſenſu tñ nõ carent, aiaduerti poteſt. Nullum enim horum eſt qđ non uel in ſono uocis, uel in cætero motu atq; operatione mẽbrorũ numeroſum aliquid, atq; in ſuo gũe moderatũ gerat, non aliquà ſcientia, ſed tñ intimis naturæ terminis, ab illa incommutabili numerorum lege modulatis.

Redea mus ad nos, & omittamus ea quæ cum arbuſtis & beſtijs habemus cõia. Vno nanq; mõ hirũdo nidificat, & unum quodque auium genus uno aliquo ſuo modo. Quid eſt ergo in nobis quo & de illis omnibus iudicamus, quas figuras appetant, & quatenus impleãt, & nos in ædificijs alijsque corporeis operibus, tanquam domini omniũ taliũ figurarũ, innumerabilia machinamus. Quid eſt in nobis qđ intus intelligit has ipſas uiſibiles corporum moles proportione magnas eſſe uel paruas, & oẽ corpus hẽre dimidiũ, quantulumcũq; ſit, & ſi dimidiũ, innumerabiles partes? Itaq; oẽ granũ milij ſuæ parti tantæ, quantum in hoc mundo noſtrum corpus tenet, tã magnum eſſe q̃ mundus eſt nobis, totumq; iſtũ mundũ figurarũ rõne pulchrũ eſſe, nõ mole: magnum aũt uideri, nõ p ſua quantitate, ſed pro breuitate noſtra. i. aialiũ quibus eſt plenus: quæ rurſus cum habeant infinitatem diuiſionis, non ipſa per ſe, ſed in aliorum, & maxime ipſius vniuerſi comparatione tam parua ſunt. Nec in ſpatio temporũ alia ratio eſt, quia ut omnis loci, ſic omnis temporis longitudo habet dimidium ſui: quãuis.n.ſit breuiſsima, & incipit & progreditur & deſinit. Itaq; non põt niſi habere dimidium, dum ibi diuiditur quà tranſit ad finem. Ac per hoc & breuis ſyllabæ tempus in comparatione lõgioris breue, & hora brumalis æſtiuæ horę comparata minor eſt. Sic mora unius horę ad diem, & diei ad menſem, & menſis ad annum, et anni ad luſtrũ, & luſtri ad maiores circuitus, & ipſi ad uniuerſum tempus relati breues ſunt, cum illa ipſa numeroſa ſucceſsio, & quædã gradatio, ſiue localium, ſiue temporalium ſpatiorum, nõ tumore uel mora, ſed ordinata conuenięntia pulchra iudicetur. Ipſę autẽ ordinis modus uiuit in ueritate perpetua, nec mole uastus, nec protractione uolubilis, ſed potẽtia ſuper oẽs locos magnus, æternitate ſup oía tpa immobilis: ſine quo tũ nec ullius motis

Exordi ne rerũ cognoſci. Deum Ca. 43.

G

lis veſtitas in vnum rediĝi, nec vllius tpis productio pt ab errore cohiberi, & aliquid eſſe vel corpus vt corpus ſit, vel motus vt motus ſit. Ipſum eſt vnum principale, nec p finitum, nec per infinitum craſſum, nec per finitum nec per infinitũ mutabile. Non.n. habet aliud hic, aliud alibi, aut aliud nunc, aliud poſtea: quia ſumme vnus eſt pater veritatis, pater ſuæ ſapientiæ, q̃ nulla ex parte diſsimilis, ſimilitudo eius dicta eſt & imago, quia de ipſo eſt. Itaq; ẽt filius recte dicitur ex ipſo, cætera per ipſum. Præceſsit.n.forma omnium ſumme implens vnũ de quo eſt, vt cætera q̃ ſunt inquantum ſunt, vni ſimilia p eam formam fierent. Horum alia ſic ſunt per ipſam, vt ad ipſam ẽt ſint, vt omnis rõnalis & intellectualis creatura, in qua hõ rectiſsime dr factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Non.n.aliter incommutabilem veritatem poſſet mente conſpicere. Alia vero ita ſunt per ipſam facta, vt non ſint ad ipſam. Et ideo rationalis anima ſi creatori ſuo ſeruiat à quo facta eſt, per quem facta eſt, & ad quem facta eſt, cuncta ei cætera ſeruient: I & vita vltima, quæ tam vicina illi eſt, & eſt adiutorium eius, per quod imperat corpori: & ipſum corpus, extrema natura & eſſentia: cui omni mõ cedenti ad arbitrium dominabitur, nullã de illo ſentiens moleſtiã: quia iã non ex ipſo nec per ipſum quæret beatitudinẽ, ſed ex Deo per ſeipſam percipiet. Reformatum ergo corpus ac ſanctificatũ, ſine detrimento corruptionis, & ſine onere difficultatis adminiſtrabit. In reſurrectione.n. nec nubent neq; nubentur, ſed erunt ſicut angeli in cœlis. Eſca ventri, & venter eſcis, Deus aũt & hunc & illas deſtruet, quoniam non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium. Quapropter ẽt in iſta corporis voluptate inuenimus vnde cõmoneamur eã contemnere: nõ quia malum eſt natura corporis, ſed quia in extremi boni dilectione turpiter volutatur, qui primis inhęrere fruiq; cõceſſum eſt. Cum trahitur auriga, & ſuę temeritatis dat pœnas, quicquid illud eſt quo vtebatur, accuſat, ſed imploret auxiliũ, iubeat dñs rerum, obſiſtatur equis, alia iã ſpectacula de illis pcipitatione facientibus, & niſi ſubueniatur de morte faK cturis, reſtituat in locũ, ſuper rotas colloceẽ, habenarũ iura reddant, regat cautius obtem perãtes & edomitas beſtias, tũc ſentiet q̃ bñ currus & tota illa iunctio fabricata ſit, quæ ruina eius, & ipm afflixerat, & curſum decẽtiſsimę moderationis amiſerat: quia & huic corpori imbecillitatem peperit animæ male vtentis auiditas in paradiſo, vſurpãs vetitũ cibum contra medici diſciplinã, qua ſempiterna continẽt ſalus. Si ergo in iſta ipſa viſibilis carnis imbecillitate, vbi beata vita eſſe nõ põt, inuenitur admonitio beatę vitę pp ſpẽm de ſummo bono vſq; ad ima veniẽte: quãto magis in appetitione nobilitatis & excellentię, & in oi ſuperbia vanaq; põpa huius mundi. Quid.n.aliud in ea hõ appetit, niſi ſolus eẽ (ſi fieri poſsit) cui cuncta ſubiecta ſint, peruerſa. ſ. imitatione oipotentis Dei? Quem ſi ſubditus imitareẽ, ſecundum pcepta eius videndo, per eũ hẽret ſubdita cętera, nec ad tantam deformitatem veniret vt beſtiolam timeret, qui vult hominibus imperare. Habet ergo & ſuperbia quendam appetitum vnitatis & omnipotentię, ſed in rerum temporalium principatu, quę omnia tranſeunt tanquã vmbra. Inuicti eſſe volumus & recte: habet.n.hoc animi noſtri natura poſt deũ, à quo ad eius imaginem factus L eſt: ſed eius præcepta erant ſeruanda, quibus ſeruatis nemo nos vinceret. Nunc vero dũ ipſa, cuius verbis turpiter conſenſimus, domatur dolore pariendi, & nos in terra laboramus, & cum magno dedecore ſuperamur ab omnibus quæ nos commouere ac perturbare potuerunt. Itaq; nolumus ab hoibus vinci, & iram non poſſumus vincere. Qua turpitudine quid execrabilius dici pt? Fatemur hoiem hoc eſſe quod nos ſumus, qui tũ & ſi habeat vitia, nõ eſt tũ ipſe vitiũ. Quãto igit honeſtius hõ nos vincit q̃ vitium. Quis ẽt dubitet immane vitiũ eſſe inuidẽtiã, qua neceſſe eſt torqueaẽ & ſubuciaẽ, qui nõ vult in rebus tpalibus vinci? Melius eſt ergo vt hõ nos vincat q̃ inuidentia, vel quodlibet aliud vitium. Sed nec ab hoie vinci pt, q vitia ſua vicerit. Non.n.vincitur, niſi cum ei eripitur ab aduerſario quod amat. Qui ergo amat id ſolũ quod amanti eripi non pt, ille indubitanter inuictus eſt, nec vltra cruciat inuidia. Id.n.diligit, ad quod diligendum & percipiendum quãto plures venerint, tanto M eis vberius gratulatur. Diligit.n. Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte, & diligit proximũ tanq̃ ſeipſum. Non ergo illi inuidet vt ſit qđ ipſe eſt, immo adiuuat ẽt quãtum pt. Nec pt amittere pximũ quẽ diligit tanq̃ ſeipſum, qa neq; in ſeipſo ea diligit quæ oculis ſubiacent, aut vllis alijs corporeis ſenſibus. Ergo apud ſemetipſum habet

Charitas erga deum & pximũ. Cap. 46. Mat. 22.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tobię.4 bet quem diligit tanq̃ ſeipſum. Ea aũt eſt regula dilectionis, vt q̃ ſibi vult bona prouenire,& illi velit, & q̃ accidere ſibi mala non uult,& illi nolit. Hanc voluntatem erga omnes hoíes ſeruat. Nam erga neminẽ operandum eſt malũ. Et dilectio proximi malũ nõ
Ro.14. operatur. Diligamus ergo (vt præceptũ eſt) etiã inimicos nros, ſi uere inuicti eſſe uolumus. Non.n. per ſeipſum quiſquam hoíum
Matth.5 inuictus eſt, ſed per illam incõmutabilẽ legem, cui quicunq; ſeruiunt, ſoli ſunt liberi. Sic.n. eis qđ diligunt auferri non põt. Quæ res una inuictos facit,& perfectos viros. Nã ſi vel ipſum hominem homo dilexerit, non tanquã ſeipſum, ſed tanquam iumentũ, aut balneas, aut auiculam pictã vel garrulam, i. vt ex eo aliquid temporalis uoluptatis aut commodi capiat, ſeruat neceſſe eſt, non homini, ſed (qđ eſt turpius) tã fœdo et deteſtabili uitio, quo non amat hoíem, ſicut homo
A amandus eſt. Quo uitio dominãte, vſq; ad extremã vitã, vel potius mortẽ perducitur. Sed nec ſic quidẽ ab hoíe homo diligendus eſt, vt diliguntur carnales fratres vel filij vel coniuges, vel quique cognati, vel affines aut
1.Retra ctat.c.13. ciues. Nã & dilectio iſta tpalis eſt. Non enim ullas tales neceſsitudines haberemus, q̃ naſcendo & moriendo contingunt, ſi natura noſtra in præceptis & imagine Dei manens, in iſtã corruptionem non religaretur. Itaq; ad priſtinam perfectamq; naturã nos ipſa veritas vocãs, præcipit vt carnali cõſuetudini reſiſtamus, docẽs neminẽ aptum eſſe regno Dei, qui nõ iſtas carnales neceſsitudines oderit. Neq; hoc cuiquam inhumanum videri debet. Magis.n. eſt inhumanum non amare in hoíe qđ hõ ẽ, ſed amare qđ uilius eſt: hoc eſt.n. non in eo amare illud quod ad Deum pertinet, ſed amare illud quod ad ſe ptinet. Quid ergo mirum, ſi ad regnum nõ peruenit, qui non communem ſed priuatam rẽ diligit? Immo vtrunq; ait quiſpiã, Immo illud vnum dicit dñs. Dicit.n. veriſsime veri
Matth.6 tas: Nemo põt duobus dñis ſeruire. Nemo
B enim põt pfecte diligere quò vocamur, niſi oderit unde reuocamur. Vocamur autem ad perfectam naturam humanam, qualem ante peccatum noſtrum Deus fecit. Reuocamur autem ab eius dilectiõne, quã peccando ineruimus. Quare oderimus oportet, unde autem liberemus optamus. Oderimus ergo tẽporales neceſsitudines, ſi æternitatis charitate flagramus. Diligat homo proximum tanq̃ ſeipſum. Certe.n. ſibiipſi nemo eſt pater, aut filius, aut affinis, aut aliquid huiuſmodi, ſed tñ homo. Qui ergo diligit aliquẽ tanquam ſeipſum, hoc in eo debet diligere qđ ſibi eſt. Corpora vero nõ ſunt quod nos ſumus. Non in homine corpus eſt expetendum aut deſiderandum. Valet enim ad hoc
Exo.20. ẽt quod preceptum eſt. Non concupiſcas rẽ proximi tui. Quapropter quiſquis in proximo aliud diligit, q̃ ſibi ipſe eſt, non eum diligit tanquam ſeipſum. Ipſa igitur natura humana ſine carnali conditione diligenda eſt, ſiue ſit perficienda ſiue perfecta. Omnes ſub uno Deo patre cognati ſunt, qui eum diligunt, & faciunt voluntatem ipſius. Et inuicem ſibi ſunt & patres cum ſibi conſulunt, & filij, cum ſibi obtemperant, & fratres, maxime quia eos vnus pater teſtamẽto ſuo ad C
vnam hæreditatem vocat. Quapropter Fortis cur iſte nõ inuictus ſit hoíem diligẽdo, cum oíbus be in eo nihil præter hominem diligat. i. creaturam Dei ad eius imaginem factam, nec ei Cap.47. poſsit deeſſe pfecta natura quã diligit, cum ipſe perfectus eſt? Sicut.n. verbi gratia, ſi qſquam diligat bene cantantem, non hunc aut illum, ſed tñ bene cantantẽ quemlibet, cum ſit cantor ipſe perfectus, ita uult omnes tales eſſe, vt tamen ei non deſit quod diligat, quia ipſe bene cantat. Nam ſi cuiq̃ inuidet bene cantanti, non iam illud diligit, ſed aut laudem, aut aliquid aliud, quò bene cantando uult puenire, & poteſt ei minui uel auferri, ſi & alius bene cãtauerit. Qui ergo inuidet bene cantati, non amat bene cantantem, ſed rurſus qui eo indiget, non bene cantat. Qđ multo accomodatius de bene viuente dici poteſt: quia inuidere nulli poteſt. quo enim peruenerint bene viuentes tantundem eſt omnibus, nec minus ſit, cum plures habuerint. Et poteſt eſſe tempus quo bonus cãtor cantare non decenter queat, & indigeat uoce alterius, qua ſibi exhibeatur quod diligit, tãquam ſi alicubi conuiuetur, vbi eum cãtare turpe ſit, ſed deceat audire cantantem: bene autẽ viuere ſemp decet. Quare q̃ſquis hoc D
& diligit & facit, non ſolum nõ inuidet imitantibus, ſed his ſe præbet libentiſsime atq; humaniſsime quantum poteſt, nec tamẽ eis indiget. Nã qđ in illis diligit, in ſeipſo habet totum atq; pfectum. Ita cum diligit proximum tanq̃ ſeipſum, nõ inuidet ei, qa nec ſibiipſi: pſtat ei qđ poteſt, quia & ſibiipſi: nec eo indiget, qa nec ſeipſo: tm̃ Deo indiget, cui adhærendo beatus eſt. Nemo autem illi eripit deum. Ille ergo veriſsime atq; certiſsime

inuictus homo eſt, qui cohæret Deo, non ut ab eo aliquid boni extra mereatur, ſed cui nihil aliud q̃ ipſum hærere Deo bonum eſt. Hic vir q̃diu eſt in hac vita, vnit amico ad
rependẽdam gratiã, vtitur inimico ad patiẽtiã, utitur quibus poteſt ad beneficentiam, utitur oíbus ad beneuolentiã. Et quanquam tpalia non diligat, ipſe recte utitur temporalibus, & pro eorum ſorte hoibus conſulit, ſi æqualiter non poteſt oibus. Quare ſi aliquem familiarium ſuorum prõptius quàm quemlibet alloquit, non eum magis diligit, ſed ad eum habet maiorẽ fiduciam, & apertiorem temporis ianuam. Tractet enim tẽpori debitos tanto melius, quanto minus ip-
E ſe obligatus eſt tẽpori. Cum itaq; omnibus quos pariter diligit prodeſſe non poſsit, niſi coniunctioribus prodeſſe malit iniuſtus eſt. Animi autem coniunctio maior eſt, q̃ locorum aut temporum, quibus in hoc corpore iunguntur, ſed ea maxime eſt, q̃ oíbus præualet. Nõ ergo iſte affligit morte euiuſquam, qm̃ q toto animo Deum diligit, nouit nec ſibi perire qđ Deo non perit. Deus aute dñs eſt viuorum & mortuorum. Non cuiuſquã miſeria miſer eſt, quia nec cuiuſquã iuſtitia iuſtus eſt. Et ut nemo illi iuſtitiam & Deum, ſic nemo aufert beatitudinem. Et ſi aliquando forte huius periculo vel erro-
re vel dolore commouetur, vſque ad illius auxilium aut correctionem, aut conſolationem, non uſq; ad ſuam ſubuerſionem ualere patitur. In omnibus autem officioſis laboribus futuræ q̃etis certa expectatione nõ frãgitur. Quid.n. ei nocebit, qui bene uti ẽt inimico poteſt? Eius.n. præſidio atq; muni-
Matth.5 mento inimicias non pertimeſcit, cuius pręcepto & dono diligit inimicos. Huic viro
F in tribulationibus parum eſt non contriſtari, niſi etiam gaudeat, ſciens quod tribula-
Rom.5. tio patientiam operatur, patientia probationẽ, probatio ſpem, ſpes autem nõ confundit. Q̃m charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Quis huic nocebit? Quis hunc ſubiugabit? Homo, qui proſperis rebus proficit, aſperis, quid profecerit, diſcit. Cum.n. mutabiliũ bonorum adeſt copia, nõ eis cõfidit: ſed cũ ſubtrahunt, agnoſcit vtrum eum non ceperint. Quia plerunq; cum aſſunt nobis, putamus quod non ea diligamus: ſed cum abeſſe cœperint, inuenimus qui ſimus. Hoc enim ſine amore nro ſaderat, qđ ſine dolore diſcedit. Videt ergo vincere cum vincat, qui ſuperã-
do ad id peruenerit, q̃ cum dolore amiſſurus eſt: & vincit cum uinci videat, quiſquis cedẽdo ad id peruenit quod non amittit inuitus. Quem ergo delectat libertas, ab Quę ſit amore mutabilium rerũ liber eſſe appetat: perfecta & quem regnare delectat, vni oíum regna- iuſtitia. tori Deo ſubditus hæreat, plus eum diligen- Cap.48. do q̃ ſeipſum. Et hæc eſt perfecta iuſtitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus. Sapientem aiam atque perfectam talẽ diligat qualem illam videt: ſtultam nõ talẽ, ſed quia eſſe perfecta & ſapiens poteſt: quia nec ſeipſum debet ſtultum diligere. Nã qui ſe diligit ſtultum, non proficiet ad ſapientiã: G
nec fiet quiſquis qualis cupit eſſe, niſi ſe oderit qualis eſt. Sed donec ad ſapientiam perfectionemq; veniatur, eo animo ferat ſtultitiã pximi, quo ſuã ferret ſi ſtultus eẽt, & amaret ſapientiam. Quapropter ſi & ipſa ſuperbia veræ libertatis & veri regni umbra eſt, ẽt per ipſam nos commemorat diuina prouidentia, quid ſignificemus vitioſi, & quò debeamus redire correcti. Iã vero cun- Oíbus cta ſpectacula, & omnis illa, quæ appellãt cu pferenda rioſitas, quid aliud quærit q̃ de rerum cogni veritas. tione lætitiam? Quid ergo admirabilius, qđ Cap.49. ſpecioſius ipſa veritate, ad quam omnis ſpectator peruenire ſe cupere cõfitetur, cum vehementer ne fallatur inuigilat, & inde ſe iactat ſiquid acutius cæteris, & uiuacius in ſpectãdo cognoſcat, & iudicet? Ipſum deniq; pſtigiatorem nihil aliud q̃ fallaciam profitẽtem diligenter intuent, & cautiſsime obſeruant, & ſi eluduntur, quia ſua non poſſunt, illius delectantur ſcientia, q̃ eos eludit. Nã ſi & ille neſciret, q bus cauſis fallant intuẽtes, vel neſcire crederetur, pariter errãti nullus plauderet. Siquis aũt de populo vnus eũ deprehenderit, maiorem illo laudem ſe mereri
putat, nõ ob aliud, niſi quia decipi falliq; nõ H
potuit. Si aũt multis aptus ſit, nõ ille laudatur, ſed irridẽt cæteri, qui talia deprehendere nequeunt. Ita omnis palma cognitioni datur & artificio, & comprehenſioni veritatis, ad quam nullo mõ peruenient qui foris eã quærunt. Itaq; in tantas nugas & turpitudines merſi ſumus, vt cũ interrogati quid ſit melius, verũ an falſum, ore uno rñdeamus verum eſſe menus iocis, & ludis, tñ ubi nos utiq; nõ vera, ſed falſa delectant, multo propenſius q̃ pceptis ipſius veritatis hæreamus. Ita nro iudicio, & ore punimur, aliud rõne approbantes, aliud vanitate ſectantes. Tãdiu autem eſt ludicrum, & ioculare aliquid,

quid, quãdiu nouimus in cuius veri comparatione rideatur. Sed diligendo talia excidimus à uero & non iã inuenimus quarum rũ incitamẽta sint, quibus tanquam primis pulchris inhiamus, & ab eis recedẽtes ample xamur nostra phãtasmata. Nã redeuntibus nobis ad inuestigandam veritatẽ, ipsa in itinere occurrunt, & nos transire non sinunt, nullis uiribus, sed magnis insidijs latrocinãtia, non intelligentibus q̃ late pateat quod
I dictum est: Cauete à simulachris. Itaq; alij p innumerabiles mundos vana cogitatione volutati sunt. Alij Deum esse nõ posse, nisi corpus igneum putauerunt. Alij candorem lucis immensæ p infinita spatia vsquequaq; porrectum, ex una tamen parte quasi nigro quodã cuneo fissum, duo aduersa regna opinantes, & talia rebus constituẽtes principia, cũ suis phãtasmatibus fabulati sunt. Quos si iurare cogam utrum hæc vera esse sciant, fortasse non audeant, sed vicissim dicant. Tu igit oñde quid uerum sit. Quibus si nihil rñdeã, nisi vt illã lucẽ quærant, quia eis apparet & certũ est, aliud esse credere, aliud intelligere, iurarent & ipsi, nec oculis videri posse istã lucẽ, nec cum aliqua locorũ vastitate cogitari, & nusquã non præsto esse quærentibus, & nihil ea certius atq; serenius inueniri. Quæ rursus oĩa, q̃ de hac luce mentis nunc à me dicta sunt, nulla alia q̃ eadem luce manifesta sunt. Per hãc enim intelligo vera esse, quæ dicta sunt, & hæc me intelligere per hãc rursus intelligo. Et hoc rursus cum quisq; se aliquid intelligere intelligit, & idipsum rursus intelligit, in infinitũ pergere intelligo, & nulla hic esse spatia cuiusquã tumoris aut uolubilitatis intelligo. In-
K telligo etiam non me posse intelligere nisi uiuam, et me uiuaciorẽ intelligẽdo fieri certius intelligo. Aeterna enim vita uitam temporalem uiuacitate ipsa superat. Nec quid sit æternitas, nisi intelligendo conspicio. Mentis quippe aspectu omnem mutabilitatem ab æternitate seiungo, & in ipsa æternitate nulla spatia temporis cerno, quia spatia temporis præteritis, & futuris rerum motibus constant. Nihil autem præterit in æterno, & nihil futurum est: quia & quod præterit esse desiit, & quod futurum est, nondum esse cœpit. Aeternitas autem tantummodo est, nec fuit quasi iam non sit, nec erit quasi adhuc non sit. Quare sola ipsa uerissime dicere potuit humanæ menti, Ego sum qui sum. Et de illa uerissime dici poterat. Qui est, misit me.

Cui si nondum possumus inhærere, ob- Exo.3.
iurgamus saltem nostra phantasmata, & Scriptu-
tam nugatorios, & deceptorios ludos de rarũ, &
spectaculo mentis eijciamus. Vtamur interpre
gradibus quos nobis diuina prouidentia tationũ
fabricare dignata est. Cum enim figmen- ratio.
tis ludicris nimium delectati euanescere- Cap.50
mus in cogitationibus nostris, & totam uitam nostram in quædam uana somnia uerteremus, rationali creatura seruiente legibus suis: per somnos ac literas, ignem, fumum, L
nubem, columnam, quasi quædam uerba uisibilia cum infantia nostra parabolis ac similitudinibus quodammodo ludere, & interiores oculos nostros luto huiusce modi curare non aspernata est ineffabilis misericordia Dei. Distinguamus ergo quam fidem debeamus historiæ, quam fidem debeamus intelligentiæ, quid mandemus memoriæ, verum esse nescientes, sed credentes tamen. Et ubi sit uerum quod non uenit, & transit, sed semper eodẽ modo manet. Qui sit modus interpretandæ allegoriæ, quæ per sapientiam dicta creditur in spiritu sancto. Vtrum à uisibilibus antiquioribus ad uisibilia recentiora eam perducere sufficiat. An usque ad animæ affectiones atque naturam, an usque ad incommutabilem æternitatem: An aliæ significent gesta uisibilia, aliæ motus animorum, aliæ legem æternitatis, an aliqua inueniantur, in quibus hæc oĩa inuestiganda sint. Et quæ sit stabilis fides, siue historica & temporalis, siue spiritalis & æterna, ad quam omnis interpretatio authoritatis dirigenda sit. Et quid prosit ad intelligenda, & obtinenda æterna, vbi finis est omnium bonarum actionum, fides rerum temporalium. Et quid interSit M
inter allegoriam historiæ, & allegoriam Allego-
facti, & allegoriam sermonis & allegoriam ria qua-
sacramenti. Et quomodo ipsa locutio diui- druplex.
narum scripturarum secundum cuiusque Quòd
linguæ proprietatem accipienda sit. Habet ois lin-
enim omnis lingua sua quædam propria ge gua ha-
nera locutionum, quæ cum in aliam linguã beat pro
transferuntur, videntur absurda. Quid pro- pria qdã
sit tanta loquendi humilitas, vt non solum locutio-
ira Dei & tristitia, & à somno expergefa- nis gene
ctio, & memoria, & obliuio, & alia non- ra.
nulla quæ in bonos homines cadere possunt, sed etiam pœnitentiæ, zeli, crapulæ nomina, & alia huiusmodi in sacris libris inueniantur? Et utrum oculi Dei & manus & pe-

& pedes, & alia huius generis membra, quæ in scripturis noĩantur, ad uisibilem formam humani corporis referenda sint, an ad significationes intelligibilium & spiritalium potentiarum, sicut galea & scutum, & gladius & cingulũ, & cætera talia. Et qd maxime q̃rẽdum est, qd prosit generi humano, qd sic nobiscum p rõnalẽ & genitalẽ & corporalẽ creaturã sibi seruientem diuina prouidentia locuta est. Quo uno cognito, omnis ab animo proteruitas puerilis excluditur, & introScriptu- ducitur sacrosctã religio. Omissis igitur
rarũ per & repudiatis nugis theatricis & poeticis, di-
scrutatio uinarum scripturarum cõsideratione & tra-
Cap.51. ctatione pascamus animum atq; potemus,
A vanæ curiositatis fame ac siti festum & æstuantem, & inanibus phantasmatibus tanquã pictis epulis, frustra refici satiariq;, cupiẽtẽ. Hoc vere liberali & ingenuo ludo salubriter erudiamur. Si nos miracula spectaculorũ & pulchritudo delectãt, illã desideremus videre sapientiã, quæ pertẽdit à fine usq; ad
Sapiẽ.8. finẽ fortiter, & disponit oĩa suauiter. Quid enim mirabilius, ut incorporea mundũ corporeum fabricante & administrãte? Aut qd
Et uitia pulchrius ordinante & ornante? Si autẽ
sunt oc- omnes fatenẽ per corpus ista sentiri, et aĩum
casio ad melioré esse q̃ corpus, nihilne p se aĩus ipse
virtutẽ. conspiciet, aut qd conspiciet, potest esse, nisi
Cap.52. multo excellẽtius longeq; prẽstantius? Im-
nisi qd mò vero commemorati ab ijs quæ iudica-
alicubi mus, intueri quid sit secũdum quod iudica-
commemorare mus, & ab operibus artium conuersi ad legẽ
videtur artium, eam spẽm mente contuebimur, cuvsurpare ius comparatione fœda sunt, quæ ipsius bepro com nignitate sunt pulchra. Inuisibilia.n. Dei à
monere. creatura mundi per ea quæ facta sunt intelB lecta cõspiciuntur, & sempiterna eius virtus & diuinitas. Hæc est à temporibus ad æterna regressio, & ex vita ueteris hois in nouũ hominem reformatio Quid est autẽ unde homo cõmoneri non possit ad uirtutes capessẽdas, qñ de ipsis uitijs potest? Quid.n.
Rom.1. appetit curiositas, nisi cognitionem, quæ certa esse non põt, nisi rerum æternarũ & eodẽ modo se semper habentium? Quid appetit superbia nisi potentiam, quæ refertur ad agendi facilitatem, quã non inuenit nisi anima perfecta & deo subdita, & ad eius regnũ summa charitate cõuersa? Quid appetit uoluptas corporis nisi quietẽ, quæ non est, nisi vbi nulla est indigentia, & nulla corruptio? Cauendi sunt ergo inferiores inferi. i. post hanc vitam pœnę graviores, vbi nulla potest esse commemoratio veritatis, quia nulla ratiocinatio. Ideo nulla rõcinatio quia non Ioan.1.
eam perfundit lumen verum, qd illuminat Ioan.12.
oẽm hoiem uenientem in hunc mundum.
Quare festinemus & ambulemus cũ dies pSto est: ne nos tenebræ cõprehẽdãt. Festine- Psal.6.
mus à scda morte liberari, vbi nemo est, qui memor Dei sit, & ab inferno ubi nemo cõfitebit tibi. Sed miseri hoies quibus cogni- Scopi
ta uilescunt, & nouitatibus gaudẽt, libentius stultorũ discunt q̃ norunt, cum cognitio sit finis di- ac sapiẽscẽdi. Et qbus uilis est facilitas actionis, libẽ tum
tius certant q̃ vincunt, cũ uictoria sit finis Cap.53.
certandi. Et quibus vilis est corporis salus, C
malunt uesci q̃ satiari, & malunt frui genitalibus mẽbris, q̃ nullã talẽ commotionem pati. Inueniuntur ẽt qui malunt dormire q̃ non dormitare, cum omnis illius uoluptatis sit finis, nõ esurire ac sitire, & nõ desiderare concubitum, & non esse corpore fatigato. Quare qui fines ipsos desiderant, prius curiositate carent, cognoscẽtes eam esse certam cognitionem quæ intus est, & ea perfruentes quãtum in hac uita queant. Deinde accipiunt actionis facilitatem peruicacia posita, scientes maioré esse facilioremq; victoriam non resistere animositati cuiusquam, & hoc quãtum in hac vita queunt, sentiunt. Postre mò etiã quietem corporis, abstinendo ab ijs rebus sine quibus agi hæc vita nõ potest: ita
guStant q̃ suauis est dñs. Nec erit du- Psal.33.
bium quid post hanc uitã futurũ sit, & perfectionis suæ fide, spe & charitate nutriuntur. Post hanc autem vitã & cognitio perfi- 1.Co.13.
cietur, quia ex parte nunc scimus, cum autẽ venerit quod perfectũ est, non erit ex parte, Rom.7.
& pax omnis aderit. Nunc autem alia lex in mẽbris meis repugnat legi mẽtis meæ, sed liberabit nos de corpore mortis huius gratia D
Dei per Iesum Christũ dominum nostrũ.
Quia ex magna parte cõcordamus cum aduersario, dum cũ illo sumus in uia: & tota sanitas, & nulla indigentia, & nulla fatigatio aderit corpori: quia corruptibile hoc tẽpore atq; ordine suo quo resurrectio carnis su 1.Co.15.
tura est, induetur incorruptione. Non mirum aũt si hoc dabitur ijs, qui in cognitione solam veritatem amãt, & in actione solã pacem, & in corpore tolã sanitatem. Hoc enim
in eis perficietur post hanc uitã, quod in hac Præmia
uita plus diligunt. Qui ergo male vtun- diuersa
tur tanto mentis bono, vt extra eam visibi- post hãc
lia magis appetant, quibus ad concupiscen- vitam.
da diligenda intelligibilia cõmemorari de- Cap.54.
buerunt,

buerunt, dabuntur eis exteriores tenebræ. Harum quippe initium est carnis prudentia,& sensuum corporeorum imbecillitas. Et qui certaminibus delectantur, alienabuntur à pace,& summis difficultatibus implicabuntur. Initiũ.n.summæ difficultatis est bellum atq; contentio. Et hoc significari arbitror Mat.22. & 25. q ligantur ei manus & pedes. i. facilitas omnis aufertur operandi. Et qui sitire & esurire volunt,& in libidine ardescere & defatigari,vt libenter edant & bibant & concũbant & dormiant,amant indigentiã, quod est initium summorum dolorum. Perficietur ergo in eis quod amãt,vt ibi sint, vbi eis sit ploratus & stridor dentium. Plures enim sunt qui hæc omnia simul vitia diligunt, & quorum vita est spectare,contendere, manducare,bibere,concumbere, dormire,& in cogitatione sua nihil aliud q̃ phantasmata, quæ de tali vita colligunt, amplexari, & ex eorum fallacia superstitionis vel impietatis regulas fingere quibus decipiuntur,& quibus inhærent,etiam si ab illecebris carnis se abstinere conentur. Quia non bene vtuntur talento sibi cõmisso. i. mentis acie qua videntur oẽs, qui docti aut vrbani aut faceti nominantur, excellere. Sed habent eam in sudario ligatã, aut in terra obrutam. i. delicatis & superfluis rebus, aut terrenis cupiditatibus inuolutam & oppressam. Ligabuntur ergo his manus & pedes, & mittẽtur in tenebras exteriores, ibi erit ploratus & stridor dentiũ. Non quia ipsa dilexerunt,quis.n.hæc diligat? sed quia illa quæ dilexerunt, initia sunt istorum, & necessario dilectores suos ad ista perducunt. Qui.n.magis amant ire q̃ redire,aut peruenire,in longinquiora mittendi sunt: qm caro F Psal.7. sunt & spũs ambulans,& non reuertẽs. Qui vero bene vtuntur vel ipsis quinq; sensibus corporis ad credenda & prædicanda opera dei, & nutriendam charitatem ipsius, vel actione vel cognitione ad pacificandam naturam suam, & cognoscendum deum,in- Mat.25. trant in gaudium domini sui. Propterea talentum quod male vtenti aufertur,illi datur q talẽtis quinq; bene vsus est: nõ quia transferri potest acumen intelligentiæ, sed ita significatum est, posse hoc amittere negligentes & impios ingeniosos,& ad eam peruenire diligentes & pios,quanuis ingenio tardiores. Non enim datum est illud talentum ei qui acceperat duo, habet enim & hoc qui iam in actione & cognitione bene viuit, sed ei qui acceperat quinq;. Nondum enim habet ad æterna conteplanda idoneam mentis aciem,qui visibilibus tantum,id est temporalibus credit: sed habere potest, qui horum omnium sensibilium deum artificem laudat,& eum persuadet fide,& expectat spe, & quærit charitate. Quæ cum ita sint,hortor vos omnes, homines charissimi & proximi G mei,meq́; ipsum hortor vobiscum, vt ad id quò nos per sapientiam suam deus hortatur, quanta possumus celeritate curramus. Non diligamus mundum, quoniam omnia quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum est, & ambitio seculi. Non diligamus per carnis voluptatem corrumpere atq; corrumpi, ne ad miserabiliorem corruptionem dolorum tormentorumq́; veniamus. Non diligamus certamina, ne angelis qui talibus gaudent in potestatẽ demur,humiliandi,vinciendi,verberandi. Non diligamus visibilia spectacula,ne ab ipsa veritate aberrando, & amando vmbras,in tenebras proijciamur. Non sit nobis religio in phantasmatibus nostris. Melius est enim qualecunq; verum, q̃ omne quicquid pro arbitrio fingi potest. Et tamen animam ipsam, quanuis anima vera sit cum falsa imaginatur,colere non debemus. Melior est vera stipula, q̃ lux inani cogitatione pro suspicantis voluntate formata: & tamen stipulam, quam sentimus & tangimus, dementis est credere colendam. Non sit nobis religio humanorum operum cultus. Meliores enim sunt ipsi artifices qui talia fabricantur,quos tamen colere non debemus. Non sit nobis religio cultus bestiarum. Meliores enim sunt extremi homines, quos tamen colere non debemus. Non sit nobis religio cul H tus hominum mortuorum: quia si pie vixerunt, non sic habentur vt tales quærant honores, sed illum à nobis coli volunt, quo illuminante lætantur meriti sui nos esse conseruos. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Si autem male vixerunt, vbicunq; sint, non sunt colendi. Non sit nobis religio cultus dæmonum, quia omnis superstitio cum sit magna pœna hominum & periculosissima turpitudo,honor est ac triumphus illorum. Non sit nobis religio terrarum cultus & aquarum, quia istis purior & lucidior est aer,etiam caliginosus, quem tamẽ colere nõ debemus. Non sit nobis religio ẽt purioris aeris & serenioris cultus, quia luce absente inumbratur: & purior illo est fulgor ignis ẽt huius

Epilog' exhortãs ad veã religionẽ. c.55.

Opinationes falsæ diis.

huius,quem tamen quoniam pro voluntate accendimus & extinguimus,colore vtiq; nõ debemus. Nõ sit nobis religio cultus corporum æthereorum atq; cœlestium, quæ q̃is omnibus cæteris corporibus recte præponãtur,melior tñ ipsis est q̃cunq; vita. Quapropter si animata sunt, melior est quæuis anima per seipsam q̃ corpus quodlibet animatum, & tñ animam vitiosam nemo colendã esse censuerit. Non sit nobis religio cultus illius vitæ,qua dicuntur arbores viuere,quoniam nullus sensus in illa est. Et ex eo genere est ista, qua nostri etiam corporis numerositas agitur,qua etiã capilli & ossa viuunt, quæ sine sensu præciduntur. Hac aũt melior est vita sentiens, & tñ vitam bestiarũ colere non debemus. Non sit nobis religio vel ipsa perfecta & sapiens anima rationalis, siue in ministerio vniuersitatis, siue in ministerio partium stabilita, siue quæ in summis hominibus expectat commutationem reformationẽq́; portionis suæ, qm̃ omnis vita rationalis si perfecta est, incommutabili veritati secum intrinsecus sine strepitu loquenti obtemperat, non obtemperans autem vitiosa fit. Non ergo per se excellit,sed per illum, cui libenter obtemperat. Quod ergo colit summus angelus, id colendum est ẽt ab homine vltimo, quia ipsa hominis natura id non colendo facta est vltima. Non.n.aliunde sapiens angelus,aliunde homo, aliunde ille verax,aliunde homo, sed ab vna incõmutabili sapientia & veritate. Nam idipsum actum est temporali dispensatione ad salutẽ K nostrã, vt naturã humanã ipsa dei virtus & dei sapientia incommutabilis,& consubstantialis patri & coæternus susciperet dignaretur, per quam nos doceret id esse homini colendum,quod ab omni creatura intellectuali & rationali colendum est. Hoc etiã ipsos optimos angelos, & excellentissima dei ministeria velle credamus, vt vnum cum ipsis colamus deum, cuius contemplatione beati sunt. Neq; enim & nos videdo angelos beati sumus,sed videndo veritatem,qua ẽt ipsos diligimus angelos,& his cõgratulamur. Nec inuidemus q̃ eo paratiores,vel nullis molestijs interpedientibus perfruuntur: sed magis eos diligimus, quoniam & nos tale aliquid spare à cõmuni dño iussi sumus. Qua re honoramus eos charitate, non seruitute. Nec eis tẽpla cõstruimus. Nolũt.n.se sic honorari à nobis, qa nosipsos, cũ boni sumus, templa summi dei esse nouerunt. Recte ita-

Aia venerabilis

Solus deus adorãdus

Mat.22.

1.Co.3.

Apo.22

que scribitur hominem ab angelo prohibitum ne se adoraret,sed vnum deum sub quo ei esset & ille conseruus. Qui aute nos inuitant vt sibi seruiamus, & tãq̃ deos colamus, similes sunt superbis hominibus quibus si liceat, similiter coli volunt: sed istos homines perpeti minus, illos vero colere magis periculosum est. Omnis.n.hominũ dominatus L in homines,aut dominantiũ aut seruientiũ morte finitur. Seruitus aũt sub angelorũ malorũ superbia,propter ipsum tps qd' est post mortem, magis metuenda est. Illud etiã cuius cognoscere facile est, q̃ sub homine dominante liberas cogitationes habere concessum est. Illos aũt dominos in mentibus ipsis formidemus,qtia vnus est oculus intuendæ ac percipiendæ veritatis. Quare si omnibus potestatibus,quæ dãtur hominibus ad regendam rempublicã pro nostro vinculo subditi sumus, reddentes Cæsari quod Cæsaris est, Mat.22. & Deo quod Dei est, non metuendũ,ne hoc post mortem nostram aliquis exigat. Et aliud est seruitus animæ, aliud seruitus corporis. Iusti aũt homines & in vno deo habẽtes omnia gaudia sua,qñ per eorũ facta deus benedicitur, congratulantur laudantibus. Cum vero ipsi tanq̃ ipsi laudantur,corrigũt errantes quos possunt,quos aũt nõ possunt, non eis congratulantur,& ab eo vitio corrigi volunt. Quibus si similes,vel etiam mundiores atq; sanctiores sunt boni angeli, & omnia sancta dei mysteria, quid metuimus M ne aliquem illorum offendamus, si non superstitiosi fuerimus,cum ipsis adiuuantibus ad vnum deum tendentes, & ei vni religantes animas nostras, vnde religio dicta creditur,omni superstitione careamus? Ecce vnũ 1.Retra. deũ colo, vnum omniũ principium: & vnã cap. 13. sapientiam qua sapiens est quæcunq; ani- Religio à religã- ma sapiens est: & ipsum munus, quo beata do. sunt quęcunq; beata sunt. Quisquis angelorum diligit hunc deum,certus sum q̃ etiam me diligit. Quisquis in illo manet, & potest humanas preces sentire, in illo me exaudit. Quisquis ipsum habet bonum suum, in ipso me adiuuat, nec mihi eius participationẽ potest inuidere. Dicãt ergo mihi adoratores aut adulatores partium mundi, quem non optimum sibi conciliet, qui hoc vnum colit quod omnis optimus diligit, & cuius cognitione gaudet, & ad quod principium recurrendo fit optimus. Quisquis vero angelus excessus suos diligit, & veritati esse subditus non vult, & priuato suo lætari cupiens à com-

communi omnium bono & vera beatitudine lapsus est, cui omnes mali subiugandi & premendi sunt, nullus autē bonus nisi exercendus in potestatem datur, nullo dubitante non est colendus, cuius lætitia est nostra miseria, & cuius damnum est nostra reuersio. Religet ergo nos religio vni omnipotenti Deo: quia inter mentem nostram qua illum intelligimus patrem, & veritatem, id est, lucem interiorem per quam illum intelligimus, nulla interposita creatura est. Quare ipsam quoq; veritatem nulla ex parte dissimilem in ipso & cum ipso veneremur, quæ forma est omnium, quæ ab vno facta sunt, & ad vnum nituntur. Vnde apparet spiritalibus animis, per hanc formam esse facta omnia, quæ sola implet quod appetunt omnia. Quæ tamen omnia neque fierent à patre per filium, neque suis finibus salua essent, nisi Deus summe bonus esset: qui & nulli naturæ quæ ab ipso bona esse potest inuidit, & in bono ipso alia quantum vellent, alia quantum possent vt manerent dedit. Quare ipsum donum Dei cum patre & filio æque incommutabile colere & tenere nos conuenit: vnius substantiæ Trinitatem, vnum Deum à quo sumus, per quem sumus, in quo sumus, à quo discessimus, cui dissimiles facti sumus, à quo perire non permissi sumus: principium ad quod recurrimus, formam quam sequimur, & gratiam qua reconciliamur: vnum Deum quo authore conditi sumus, & similitudinem eius, per quem ad vnitatem reformamur, & pacem qua vnitati adhæremus. Deum qui dixit: Fiat, & verbum per quod factum est, omne quod substantialiter & naturaliter factum est, & donum benignitatis eius, quo placuit & conciliatum est authori suo, vt non interiret quicquid ab eo per verbum factum est: vnum Deum quo creatore viuimus, per quem reformati sapienter viuimus: vnum Deum ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Vera religio.

Gene. 1.

Ro. 11.

Spiritus donum.

A

B

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de moribus ecclesiæ catholicæ Liber.

D

IN aliis libris satis opinor egisse nos quemadmodum Manichæorum inuectionibus, quibus in legem quod vetus testamentum vocatur, imperite atque impie feruntur, sesēq; inter imperitorum plausus inani iactatione ventilant, possimus occurrere, quod breuiter etiam hic commemorari à me potest. Quis enim mediocriter sanus non facile intelligat scripturarum expositionem ab iis petendam esse, qui earum doctores se esse profitentur: fieriq; posse, immò id semper accidere, vt multa indoctis videantur absurda, quæ cum à doctoribus exponuntur, eo laudanda videantur elatius, quo abiectius aspernanda videbantur, & eo accipiantur aperta dulcius, quo clausa difficilius aperiebantur. Hoc ferè in sanctis veteris testamenti libris euenit, si modo ille qui eis offenditur, doctorem E potius eorum pium quàm impium lacerato rem requirat, priusq; studio quærentis, q̄ temeritate reprehendentis imbuatur. Nec si ea discere cupiens, in aliquos forte inciderit vel episcopos vel presbyteros vel cuiuscemodi ecclesiæ catholicæ antistites & ministros, qui aut passim caueant nudare mysteria, aut contenti simplici fide, altiora cognoscere nō curarint, desperet ibi scientiam esse veritatis, vbi neq; omnes, à quibus quærit, docere possunt, neq; omnes qui quærunt, discere digni sunt. Et diligentia igitur & pietas adhibenda est: altero fiet vt scientes inueniamus, altero, vt scire mereamur. Sed quoniam duæ maximæ sunt illecebræ Manichæorum, quibus decipiuntur incauti, vt eos velint habere doctores. vna, cum scripturas reprehendunt, vel quas male intelligunt: vel quas male intelligi volunt: altera, cum vitæ castæ & memorabilis continentiæ imaginem præferunt: hic liber congruentem catholicæ disciplinæ sententiam nostram de vita & moribus continebit, in quo fortasse intelligetur & quàm sit facile simulare, & quàm difficile habere virtutem. Eum sanè modum tenebo si potero, vt neque in illorum morbos qui mihi sunt

Quō de tecturus sit fucos manichę orū. c. 1.

Duo qui bus falsi lunt Manichæi.

F

Lenitas & inhæreticos.

sunt notissimi, tam grauiter inuehar, quàm illi in ea quæ ignorant. Sanari enim eos potius, si fieri potest, quàm oppugnari volo: & ea de scripturis assumam testimonia, quibus eos necesse sit credere, de nouo scilicet testamento. De quo tamen nihil proferam eorum quæ solent immissa esse dicere, cum magnis angustijs coarctanturised ea dicam, quæ & approbare & laudare coguntur. Nec omnino vllam relinquam testem sententiam productam de apostolica disciplina, cui non de veteri testamento similem comparem: vt si euigilare tandem deposita pertinacia somniorum suorum, & in Christianæ fidei lucem aspirare voluerint, animaduertent, & quàm non sit christiana vita quam ostentant, & quàm sit Christi scriptura quam lacerant. Vnde igitur exordiar? Ab authoritate, an à ratione? Naturæ quidem ordo ita se habet, vt cum aliquid discimus, rationem præcedat authoritas. Nam infirma ratio videri potest, quæ cum reddita fuerit, authoritatem postea per quam firmetur assumit. Sed quia G caligantes hominum mentes consuetudine tenebrarum, quibus in nocte peccatorum vitiorumque velantur, perspicuitati synceritatiq; rationis aspectum idoneum intendere nequeunt, saluberrime comparatum est, vt in lucem veritatis aciem titubantem veluti ramis humanitatis opacata inducat authoritas. Sed quoniam cum ijs nobis res est, qui omnia contra ordinem & sentiunt & loquuntur & gerunt, nihilq; aliud maxime dicunt nisi rationem prius esse reddendam, morem illis geram, & quod fateor in disputando vitiosum esse suscipiam. Delectat enim me imitari quantum valeo mansuetudinē domini mei Iesu Christi, qui etiam ipsius mortis malo quo nos exuere vellet, indutus est. Ratione igitur quęramus quemadmodum sit homini viuendum. Beate certe omnes viuere volumus, neq; quisquam est in hominum genere, qui non huic sententiæ antequam planè sit emissa consentiat. Beatus autem quantum existimo neq; ille dici potest, qui non habet quod amat, qualecunq; sit, neq; qui habet quod amat, si noxium sit: neq; qui non amat quod habet, etiam si optimum sit. Nam & qui appetit quod adipisci non potest, cruciatur: & qui adeptus est, quod appetendum non est, fallitur: & qui non appetit quod adipiscendum esset ægrotat. Nihil autem istorū

Fruitio.

Homo quid. Cap. 4.

animo contingit sine miseria. Nec miseria & beatitudo in homine vno simul habitare consueuerunt. Nullus igitur illorum beatus est. Quartum restat, vt video, vbi beata vita inueniri queat, cum id quod est hominis optimum, & amatur & habetur. Quid enim est aliud quod dicimus frui, nisi præstò habere quod diligis? Neq; quisquam beatus est, qui non fruitur eo quod est hominis optimum: nec quisquam qui eo fruitur, non est beatus. Præstò ergo esse nobis debet optimum nostrum si beate viuere cogitamus. Sequitur vt quæramus quid sit hominis optimum, quod profecto deterius esse, q̄ ipse homo non potest. Quisquis enim quod seipso est deterius sequitur, sit & ipse deterior. Oportet autem omnem hominem id quod optimum est sequi. Non est igitur homine deterius hominis optimum. Fortasse tale aliquid erit quale ipse homo est. Ita fit sanè, si nihil est homine melius quo perfrui possit. Si autē inuenimus aliquid quod & homine sit excellentius, & præstò esse amanti sese homini possit, quis dubitauerit homini ad id nitendum esse, vt beatus sit, quod eoipso quinititur, manifestum est esse præstantius? Nam si id est beatum esse, ad tale bonum peruenisse quo amplius non potest, id est, autem quod dicimus optimum, quo tandem pacto potest in ea definitione includi, qui ad summum bonum suum nondum peruenerit? Aut quomodo summum est, si est aliquid melius quò peruenire possimus? Hoc igitur si est tale esse debet, quod non amittat inuitus. Quippe nemo potest confidere de tali bono, quod sibi eripi posse sentit, etiam si retinere id amplectiq; voluerit. Quisquis autem de bono quo fruitur non confidit, in tanto timore amittendi beatus esse qui potest? Quæramus igitur, quid sit homine melius. Quod profecto inuenire difficile est, nisi prius consyderato atq; discusso, quid sit ipse homo. Nec nunc definitionem hominis à me postulandam puto. Illud est magis quod mihi hoc loco quærendum videtur, cum inter omnes penè constet, aut certe id quod satis est, inter me atque illos cum quibus nunc agitur hoc conueniat, ex anima, & corpore nos esse cōpositos. Quid est ipse homo, vtrunq; horum, quæ nominauri, an corpus tantummodo, an tantummodo anima? Quanquam enim duo sint anima & K corpus, & neutrum vocaretur homo, si non Ita Plaesset alterū. Nā neq; corpus hō esset si ani- to aiam

ma

dixit homi-
nem, corpꝰ or-
ganũ vel
domici-
lium.

ma non esset,nec rursus anima hõ, si ea corpus non animaretur.Fieri tñ põt,vt vnũ horum & habeatur homo & vocetur.Quid ergo hominem dicimus? Animam & corpus tanquam bigas vel centaurum: an corpus tãtum, quod sit in vsum animæ se regentis tanquam lucernã, non ignem simul & testã,sed testam solã,tñ propter ignẽ appellamus: an nihil aliud hominem q̃ animã dicimus, sed propter corpus quod regit, veluti equitem non simul equum & hominem, sed hominẽ solum,ex eo tamen q̃ regendo equo sit accõmodatus vocamus? Difficile est istam controuersiam dijudicare, aut si ratione facile, oratione longum est. Quem laborẽ ac moram suscipere ac subire non opus est. Siue enim vtrunq;, siue anima sola nomen hominis teneat,nõ est hominis optimũ quod optimum est corporis, sed quod aut corpori simul & animæ,aut soli animæ optimũ est, id est optimum hominis. Corporis autem si q̃rimus quid optimum sit, id certe ratio cogit fateri,per quod fit vt sese corpus q̃ optime habeat. Nihil est aũt omnium,quæ uegetat corpus anima melius atq; præstantius. Est ergo summũ corporis bonum,non voluptas eius,non indolentia,non vires, non pulchritudo,non velocitas, & si quid aliud in bonis corporis numerari solet, sed omnino anima. Nã & ista q̃ cõmemorata sunt,præsentia sui exhibet corpori, & quod antecellit omnibus,vitã. Quamobrẽ non videtur mihi anima esse summum hominis bonũ,siue animã simul & corpus,siue animam solam hominẽ dicimus. Vt enim corporis summum bonũ id inuenit ratio,quod est corpore melius, & quo ei vigor & vita præbetur: ita siue corpus & anima, siue anima ipsa per se homo sit,inueniendum est, siquid animã præcedit ipsam,quod cũ anima sequitur,fit in suo genere quantũ põt optima. Quod si reperire potuerimus, id erit profecto quod ambagibus remotis omnibus, summũ hominis bonum iure meritoq; nominandum est. Aut si corpus est homo, quin hominis optimum anima ipsa sit,recusare non possum.Sed certe cum de moribus agitur,cum quærimus quinam vitę modus sit tenendus vt beatitudinẽ

Hoís optimum quid sit. cap.5.

L

M

posimus adipisci,non corpori præcepta dantur, non corporis inuestiganda est disciplina. Postremò bonos mores ea nostra pars actura est,quæ eos inquirit & discit, & hæc animæ sunt propria. Nõ igitur de copore cũ de uirtute obtinenda satagimus,quæstio est. Quod si est consequens, sicuti est, vt ipsum corpus cũ ab anima regitur,quę virtutis cõpos est, multo & melius regat & honestius, eoq; optime sese habeat, quo est optima illa quæ sibi iusta lege dominatur, id erit hominis optimũ quod animã optimam facit, ẽt si hominẽ corpus vocemus. An vero si mihi auriga obtemperans,equos quibus præst agit ac regit commodissime,atq; ipse quo mihi est obedientior,mea liberalitate perfruit, negare quisquã potest non solum q̃ auriga, verumetiam q̃ equi sese optime habent,mihi deberi? Itaq; siue tantũ corpus, siue tantum anima,siue vtrunq; homo sit, non mihi maxime quærendũ videtur,nisi quid animã faciat optimam. Nam eo percepto,non põt homo non aut optime, aut certe multo melius sese habere,quàm si hoc vnum defuisset. Nemo autem dubitauerit, quin virtus animã faciat optimam. Sed rectissime quæri potest,vtrum ista virtus etiam per se, an nisi in anima esse non possit.Oboritur iterũ altissima & longissimi sermonis indigẽs quæstio: sed hoc bene vtar fortasse compendio: spero deũ affuturũ, vt quantum imbecillitas nostra patitur,de tantis rebus non modo dilucide, sed ẽt breuiter doceamus. Quodlibet enim eorum sit,siue ẽt per se esse possit virtus sine anima, siue nisi animæ inesse non possit, proculdubio aliquid anima sequitur vt virtutem assequatur, Id erit aut ipsa anima,aut virtus,aut aliquid tertium. At si seipsam sequitur vt virtutem adipiscatur, stultũ nescio quid sequitur. Stulta est enim ante adeptam virtutem. Summa sunt aũt vota sequentium, vt id quod quisq; sequitur, assequatur. Aut igitur optabit non assequi quod sequitur anima, quo nihil absurdius & peruersius dici potest: aut cum se sequitur stulta,eandem stultitiam quam vitat assequitur. Si autem virtutem sequitur, hanc assequi cupiens,quomodo sequitur id quod nõ est, aut qũo assequi cupit quod habet? Aut igitur virtus est præter animam, aut si non placet vocare virtutem nisi habitum ipsum,& qua si sapientis animæ qualitatem, quæ nisi in anima esse nõ potest, oportet vt aliquid aliud sequatur anima, vt ei virtus possit innasci: quia neq; nihil sequendo,neq; stultitiam sequendo põt, quantum ratio mea fert, ad sapientiam peruenire. Hoc igitur aliud quod sequendo anima virtutis atq; sapientiæ compos fit,aut homo sapiens est,aut deus.Sed supra dictum est, tale quiddam esse debere, quod

Aliud bñ aliud beate uiuere.c.6

A

B

quod inuiti amittere nequeamus. Quis vero cunctandum putet, hominem sapientem, si eum sequi satis putauerimus, auferri nobis non modo recusantibus,sed etiam repugnantibus posse? Deus igitur, restat, quem si sequimur,bene: si assequimur,non tm bene, sed etiam beate viuimus. Quẽ siqui esse negant,quid ego cogitem quo illis sermone suadendum sit,cum quibus vtrum omnino sermocinandum sit,nescio? Quod tamen si videbitur, longe aliud principium, alia ratio, aliud ingressus incundus est, q̃ in præsentiarum suscepimus. Nũc itaq; cũ illis mihi res est qui Deum esse non negant. Neq; id tm, sed etiam non ab eo negligi res humanas fatẽtur. Nullum enim arbitror aliquo religionis notæ teneri,qui nõ saltem animis nostris diuina prouidentia consuli existimet. Sed quomodo sequimur quem nõ uidemus? aut quomodo videmus,qui non solum homines sed etiam insipientes homines sumus? Quãquam enim non oculis, sed mente cernatur, quæ tandem mens idonea reperiri potest, q̃ cum stultitię nube obtegatur, valeat illam lucem,vel etiam conetur haurire? Confugiendum est igitur ad eorum præcepta, quos sapientes fuisse probabile est. Hactenus potuit ratio perduci. Versabatur nanque,non veritate certior, sed consuetudine securior in rebus humanis. At vbi ad diuina peruentum est, auertit sese, intueri non potest, palpitat, æstuat,inhiat amore, reuerberatur luce veritatis,& ad familiaritatem tenebrarum suarum, non electione, sed fatigatione conuertitur. Quàm hic formidãdum est,quàm tremendum,ne maiorem inde concipiat anima imbecillitatem, vbi quietem fessa conquirit. Ergo refugere in tenebrosa cupientibus per dispensationem ineffabilis sapientiæ,nobis illa opacitas authoritatis occurrat, & mirabilibus rerum, vocibusque librorum veluti signis temperatorijs veritatis, vmbrisque blãdiatur. Quid potuit pro salute nostra fieri amplius? Quid beneficentius, quid liberalius diuina prouidentia dici potest, quæ à legibus suis hominem lapsum,& propter cupiditatem rerum mortalium iure ac merito mortalem sobolem propagantem, non omnino deseruit. Habet.n.potestas illa iustissima,miris et incomprehensibilibus modis p quasdam secretissimas successiones rerum sibi seruientium quas creauit,& seueritatem vindicandi, & clemẽtiam liberandi. Quod quidem quàm sit pulchrum,quàm magnum

C

D

Deus au
oritate
riptura
vesti-
ndus.
ap.7.

thori
scri-
rarũ.

ma
ei.

q̃ Deo dignum, q̃ postremo id quod quærit verum,nequaquã intelligere poterimus:nisi ab humanis & proximis incipiẽtes,veræ religionis fide prẽceptisque seruatis,non deseruimus viam quã nobis Deus & patriarcharum segregatione,& legis vinculo,& pphetarum præsagio,et suscepti hoís sacramento, & apostolorũ testimonio,& martyrum sanguine,& gentiũ occupatione muniuit. Quare deinceps nemo ex me quærat sententiam meam,sed potius audiamus oracula,nostrasque ratiunculas diuinis submittamus assatibus. Videamus quemadmodum ipse dñs in Euangelio nobis præceperit esse uiuendũ: qũo etiam Paulus apostolus.Has enim scripturas illi condemnare non audent. Audiamus ergo quem finem bonorum nobis Christe præscribas, nec dubium est, quin is erit finis, quò nos summo amore tendere iubes, Diliges,inquit,dominum Deum tuum. Die mihi etiam quæso te, qui sit diligẽdi modus: vereor enim ne plus minusve quàm oportet, inflãmer desyderio & amore domini mei.Ex toto,inquit corde tuo.Non est satis.Ex tota anima tua. Ne id q̃dem satis est. Ex tota mente tua.Quid uis amplius? Vellẽ fortasse si viderem quid posset esse amplius. Quid ad hæc Paulus? Scimus,inquit,quoniam diligentibus Deum omnia procedunt in bonum. Dicat etiam ipse dilectionis modum.Qui ergo,inquit,nos separabit à charitate Christi? Tribulatio,an angustia,an persecutio,an fames,an nuditas, an periculum, an gladius? Audiuimus quid diligere, & quantum diligere debeamus. Eò est omnino tendendum, ad id omnia consilia nostra referenda. Bonorum summa, Deus nobis est. Deus est nobis summum bonum: Neque infra remanendum nobis est, neque vltra quærendum. Alterum enim periculosum,alterum nullum est. Age nunc inuestigemus,vel potius attendamus, præstò.n. est& facillime videtur,vtrũ his sententijs ex Euangelio atque Apostolo prolatis, etiam testamenti veteris authoritas congruat. Quid dicam de superiore sententia,cum manifestum sit, omnibus eam de lege quę per Moysen data est,esse depromptam? Ibi enim scriptum est, Diliges dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Quid autem illi,quod ab Apostolo dictum est, comparare de vetere testõ possim, ne diutius quærerem ipse subiecit. Cum enim dixisset nulla tribulatio-

Deus summũ bonum. Cap.8. E

Mat.22.

Pro ἐυνχωρῶ legitur uidetur συνεργεῖ Rom.8.

F

Concen tus uete ris,& no ui testamenti. Cap.9. Deut.6.

Rom.8.

ne,nulla anguſtia,nulla perſecutione, nulla
neceſsitate inopiæ corporalis, nullo pericu-
lo,nullo gladio nos à charitate Chriſti ſepa-
rari, ſtatim ſubiunxit, Sicut ſcriptum eſt:
1. Retra. Cap.7. Pſal.43; Rom.9. Quia propter te afficimur tota die,æſtimati
ſumus vt oues occiſionis. Hæc illi ſolent a
corruptoribus ſcripturarum immiſſa eſſe
dicere. Vſqueadeo nihil habent quod con-
tradicant, vt hæc miſeri reſpondere cogan-
tur. Sed quis non intelligat conuictorum
hominum aliam non eſſe potuiſſe vltimam
G vocem? A quibus tamen quæro, vtrum
iſtam ſententiam in veteri teſtamento eſſe
negent,an nó congruere ſententiæ Apoſto-
licæ affirment? At illud primum libris do-
cebo? In hoc autem altero tergiuerſantes
hoíes,&per abrupta fugientes,aut in pacem
reuocabo, ſi voluerint reſpicere aliquantú
& conſyderare quod dictú eſt:aut eos intel-
ligentia cæterorú,q ſine cupiditate iudicát,
inſectabor. Quid enim pót amicius,q̃ iſte
ſibi conſonare ſententiæ? Nam tribulatio,
anguſtia,pſecutio,fames,nuditas, periculú,
hominem in hac vita conſtitutum grauiter
afficiút.Hæc itaq; oía verba illo vno cóclu
duntur teſtimonio veteris legis, quo dictú
Græce ẽ θανατοῦ μεθα, id eſt mor-te afficimur. eſt,propter te afficimur. Gladius reſtabat,
qui non erumnoſam vitam affert, ſed quam
inuenerit,adimit.Huic ergo reſpondet. Ae-
ſtimati ſumus vt oues occiſionis. Charitas
vero ipſa nõ potuit ſignificari expreſsius, q̃
quòd dictú eſt,propter te. Fac ergo in Pau-
lo Apoſtolo compertum iſtud teſtimonium
ſed à me eſſe prolatum.Nunquidnã tibi de-
monſtrandum eſt hæretice, niſi aut ſcriptú
in uetere lege non eſſe,aut Apoſtolo conue-
nire? Quorú ſi nihil dicere audes:urgeris.n.
cum & codex legitur, quo planũ ſit ſcriptú
eſſe, & homines intelligãt ad id quod Apo-
ſtolus dixit,nihil poſſe aptius conuenire.cur
H ergo valere aliquid putas, quòd ſcripturas
corruptas eſſe inſimulare audes? Poſtremò
quid reſponſurus es ei,qui tibi dicat,Ego ſic
intelligo,ego ſic accipio,ego ſic credo:nec ob
aliud lego illos libros, niſi q̃ ibi oía Chri
ſtianæ fidei concinere video. Illud potius
dic ſi audes, & aduerſus me dicere cogitas,
non eſſe credendũ q̃ uòd Apoſtoli & marty
res ꝓpter Chriſtú affecti gladijs, erumniſ-
que dicũtur, quòd à perſecutoribus vt oues
occiſionis æſtimati ſunt. Quòd ſi non po-
tes dicere, quid calumniaris in quo libro cre
dam, quod me oportere credere confiteris?
Nam illud dicis, concedere te quidem Deum eſſe diligendum,ſed nõ illum Deum
quem colunt ij, qui teſtamenti veteris au-
thoritatem recipiunt. Non ergo illum Deũ
colendum dicitis, qui fecit cœlum & terrã.
Iſte nanque per omnes partes illorum vo-
luminũ ꝓdicatur: vos autem fatemini vni
uerſum iſtum mundum,q nomine cœli, &
terræ ſignificatur,habere authorem & fabri
catorem Deum,& Deum bonum. Cum ex-
ceptione quippe vobiſcum loquendum eſt,
qñ Deus nominatur. Duos.n.deos,vnũ bo-
num,alterum malum eſſe perhibetis. Quod I
ſi dicitis colere vos & colendum arbitrari
Deum,à quo factus eſt mundus, non tñ eũ
eſſe quem ueteris teſtamenti cõmendat au-
thoritas:impudẽter facitis qui alienum ani-
mum atque ſniam quam bene atq; vtiliter
accepimus, male interpretari conamini fru-
ſtra oíno.Neque.n.veſtræ ſtultæ atque im-
piæ diſputationes vllo modo cum piorum
doctiſsimorumq̃ hominum ſermonibus,
per quos in eccleſia catholica ſcripturæ illæ
valentibus digniſq̃ aperiuntur, comparari queunt. Longe prorſus aliter quam puta-
tis, lex & ꝓphetę intelligũtur à nobis.De-
finite errare, non credimus penitentem
Deum, non inuidum, non indigum, non
crudelẽ,non quærentẽ de hominum vel pe-
corum ſanguine voluptatem, non cui flagi-
tia & ſcelera placeant,non poſſeſsionẽ ſuam
terræ quadam particula terminantẽ.In has
.n.atque huiuſmodi nugas grauiter copioſe-
que inuehi ſoletis. Quare nos inuectio ve-
ſtra nõ tangit,ſed aniles quaſdã,vel etiã pue
riles opiniones,eo ineptiore,quo vehemẽtio
re oratione peruellitis. Qua q̃ſquis mouẽ
& ad uos tranſit, non eccleſiæ noſtræ dãnat
diſciplinam, ſed eã ſe ignorare demonſtrat.
Quamobrem ſi q̃d humani corde geritis, K
ſi curæ vobis voſmetipſi eſtis, q̃rite potius
diligẽter & pie qũo illa dicantur. Quærite
miſeri.Nam talem fidem qua Deo inconue
niẽs aliquid credit, nos vehementius & vbẽ
rius accuſamus. Nã & in illis q̃ dicta ſunt,
cũ ſic intelligunt ut litera ſonat,& ſimplici-
tatẽ corrigimus & ꝓtinaciã deridemus. Et Deus in-
alia multa quæ vos intelligere non poteſtis commu-
netat eos credere catholica diſciplina, qui tabilis.
nõ annis,ſed ſtudio, atque intellectu excedẽ
tes quandã mẽtis pueritiã, in canos ſapien-
tiæ promouentur. Nam & credere Deũ lo-
co aliquo quanuis infinito, per quantitatis
quæcunque ſpatia contineri,quàm ſit ſtultũ
docęturet de loco in locũ,vel ipſum,vel ali-
quam

quam eius partem moueri atq; tranſire,arbi
trari nefas habetur. Iã vero aliquid ſubſtan-
tiæ atque naturæ commutationem vel con-
uerſionem quolibet modo pati poſſe, ſiquis
opinetur,miræ dementiæ impietatisq; dam-
nabitur. Ita fit vt apud nos inueniant pueri
quidã,qui humana forma Deũ cogitẽt, atq;
ita ſe habere ſuſpicentẽ, qua opinione nihil é
abiectius: ſed inueniantur item multi ſenes,
qui eius maieſtatem,non ſolum ſuper huma
num corpus, ſed etiã ſuper ipſam mentem
L manere inuiolabilem atq; incommutabilẽ,
eadem ipſa mente conſpiciant. Quas ætates,
non tempore ſed virtute atq; prudentia di-
ſcernendas eſſe iã dictũ eſt. Apud uos autẽ
nemo quidẽ reperit qui Dei ſubſtantiã hu-
mani corporis figuratione deſcribat:ſed rur-
ſus nemo qui ab humani erroris labe ſeiun-
gat. Itaq; illi quos quaſi vagientes eccleſiæ
catholicæ vbera ſuſtentãt, ſi ab hæreticis nõ
fuerint deprædati, pro ſuo quiſq; captu ui-
ribusq; nutriuntur, perducũturq; alius ſic,
alius aũt ſic: primum in virum perfectum,
deinde ad maturitatem caniciemq; ſapiẽtiæ
perueniunt, ut eis,quantum volunt, viuere
ac beatiſsime uiuere liceat. Secutio igitur
Deus ice di-gẽdus. Dei,beatitatis appetitus eſt: conſecutio aũt,
ap.11. ipſa beatitas. Ac eum ſequimur diligendo,
cõſequimur vero non cum hoc oíno effici-
mur qđ eſt ipſe ſed ei proximi,eumq; miri-
fico & intelligibili modo cõtingentes,eiusq;
veritate & ſanctitate penitus illuſtrati atq;
comprehenſi. Ille nanq; ipſum lumen eſt,
nobis autem ab eodem illuminari licet.Ma-
ximum ergo quod ad beatam vitam ducit,
Deute.6 Roma.8 primumq; mãdatũ eſt, Diliges dñm Deum
tuum ex toto corde tuo,& anima & mente.
M Diligentibus.n. Deum omnia procedunt in
bonum. Quamobrem paulò poſt idem Pau
lus,Certus ſum,inquit, q̃ neq; mors,neque
vita,neque angelus,neque virtus, neque in-
ſtantia,neque futura,neque altitudo, neque
profundum, neque creatura alia poterit nos
Roma.8 ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto
Ieſu dño noſtro.Si igitur diligẽtibus Deum
omnia procedunt in bonum: & ſummũ bo-
num qđ ẽt optimum dicitur,non mõ diligẽ-
dum eſſe nemo ambigit, ſed ita diligendum
Deute.6 Matt.22 vt nihil amplius diligere debeamus. Idq; ſi-
gnificatur & exprimitur quod dictum eſt:
Ex tota anima & ex toto corde, & ex tota
mente: quis quæſo dubitauerit his omnibus
conſtitutis, & firmiſsime creditis, nihil no-
bis aliud eſſe optimum,ad quod adipiſcendũ
poſtpoſitis cæteris feſtinare oporteat quàm Roma.8
Deum? Itẽ ſi nulla res ab eius charitate nos
ſeparat q̃d eſſe nõ ſolũ melius,ſed ẽt certius
hoc bono poteſt.Sed ſingula breuiter atten- 1.ſen.diſ.
damus. Nemo nos inde ſeparat, minando 17.ca ad
mortem.Idipſum enim q̃ diligimus Deum, quod.
mori non põt,niſi dum non diligit Deum:
cum mors ipſa ſit non diligere Deum,quod
nihil eſt aliud quã ei quicquã in diligendo A
atq; ſequendo præponere.Nemo inde ſepa-
rat pollicendo vitam.Nemo.n.ab ipſo fonte
ſeparat,pollicendo aquã.Non ſeparat ange-
lus: non.n.eſt angelus cum inhæremus Deo
noſtra mente potẽtior. Non ſeparat uirtus,
nam ſi virtus hic illa nominata eſt, quæ ali-
quam poteſtatem in hoc mundo habet, toto
mundo eſt omnino ſublimior mens inhæ-
rens Deo.Sin virtus illa dicta eſt, quæ ipſius 1.ſen.di.
animi noſtri rectiſsima affectio eſt: ſi in alio 17.ca.qđ
eſt,fauet vt cõiungamur Deo:ſi in nobis eſt, autem.
ipſa cõiungit. Nõ ſeparãt inſtãtes moleſtiæ:
hoc enim leuiores eas ſentimus,quo ei unde
nos ſeparare moliuntur,arctius inhęremus.
Non ſeparat promiſſio futurorũ:nã & quic
quid boni futurũ eſt, certius promittit deus:
& nihil eſt ipſo Deo melius, qui iam profe-
cto bene ſibi inhærentibus præſens eſt. Nõ
ſeparat altitudo neq; profundum, etenim ſi
hæc uerba ſcię forte altitudinem vel profun
ditatem ſignificant, non ero curioſus, ne
ſeiungar à Deo,nec cuiuſquam doctrina me
ab eo ſeparat, vt quaſi depellat errorẽ,à quo
nemo prorſus niſi ſeparatus erraret. Si ue-
ro altitudine, & profundo ſuperna & infer-
na huius mundi ſignificantur,quis mihi cę-
lũ polliceatur,vt à cęli fabricatore ſeiungar? B
Aut quis terreat infernus,vt Deum deſerã,
quẽ ſi nũquã deſeruiſſem,inferna neſcirẽ?
Poſtremo quis me locus ab eius charitate
diuellet,qui nõ ubiq; totus eſſet,ſi vllo con-
tineretur loco? Non, inquit, ſeparat alia Charita
creatura.O altiſsimorum myſteriorũ virũ. te deo cõ
non fuit contentus dicere creatura, ſed alia, necti-
inquit, creatura, admonens ẽt idipſum quo mur dũ
diligimus Deum,& quo inhæremus Deo.i. illi ſubij
aium atq; mentem creaturam eſſe. Alia er- cimur.
go creatura corpus eſt:& ſi animus res quę- Cap.11.
dam eſt intelligibilis.i.quæ tñ intelligendo
innoteſcit, alia creatura eſt omne ſenſibile
ideſt,quod per oculos,uel aures, vel olfactũ,
uel guſtum,uel tactum, quaſi quandam no-
titiam ſui præbeat: atque id deterius ſit ne-
ceſſe eſt, quàm quod intelligentia ſola capi-
tur. Ergo cum ẽt Deus dignis animis notus

Universidad de Deusto Biblioteca

non nisi per intelligentiam posit esse, cum
cū sit ipsa intelligit mente præstantior, quip
pe qui creator eius atque author eius est, ve-
rendum erat ne animus humanus eo quòd
inter inuisibilia & intelligibilia numeratur,
eiusdem se naturæ arbitraretur esse, cuius est
C ipse qui creauit, & sic ab eo superbia decide-
ret, cui charitate iungēdus est. Fit enim Deo
similis, quantum datum est, dum illustran-
dum illi atque illumnandum se subijcit. Et
si maxime ei propinquat subiectione ista
qua similis fit, longe ab eo fiat necesse est au-
datia, qua vult esse sublimior. Ipsa est quæ
legibus Dei obtemperare detractat, dum
suæ ptātis ēē cupit, vt Deus est. Quāto ergo
magis longe discedit à Deo, nō loco sed affe-
ctione atque cupiditate ad inferiora, q̄ est ip
se, tanto magis stultitia miseriaq; cōpletur.
Delectione igitur redit in Deum, qua se illi
non cōponere, sed supponere affectat. Quod
quanto fecerit instantius ac studiosius, tanto
erit beatior atque sublimior, & illo solo do-
minante liberrimus. Quamobrem nosse de-
bet se esse creaturam. Debet enim creatorē
suum credere sicuti est, inuiolabili et incom-
mutabili semper manere natura veritatis at-
que sapientiæ. in se autem cadere posse stulti
tiam atq; fallaciam, vel propter errores, qui-
bus exui desiderat, cōfiteri. Sed rursus cauē-
re debet, ne ab ipsius Dei caritate qua sancti-
ficatur, vt beatissimus maneat, alterius crea-
turæ. i. huius sensibilis mūdi amore separē.
D Non igitur separat nos alia creatura, siquidē
& nos ipsi creatura sumus, à charitate Dei,
Alia cre atura du re inter pretatū. quæ est in Christo Iesu domino nr̄o. Di-
cat nobis idem Paulus quis iste sit Christus
Iesus dūs noster. Vocatis, in q̄t, p̄dicamus Iu
dæis Christū Dei virtutē & Dei sapiētiam.
Per Christū & ei⁹ spi ritū iun gimur i separabi- liter deo. Cap. 13. Ioā. 14. Deut. 6. Mat. 22. Ioā. 14.
Quid ipse Christus? Nōne, inquit, ego sum
veritas? Si ergo quęrimus quid sit bene viue
re, id est, ad beatitudinem bene uiuendum tē
dere, id erit profecto amare virtutem, amare
sapientiam, amare veritatem, & amare ex to
to corde, & ex tota anima, & ex tota mente
virtututem quæ inuiolabilis & inuicta est, sa
pientiam cui stultitia non succedit, veritatē
quę conuerti, atque aliter quàm semper est,
sese habere nō nouit. Per hanc ipse cernitur
pater. dictum est. n. Nemo venit ad patrē ni
si p me. Huic hærentes per sanctificationē.
Sanctificati enim plena, & integra charitate
flagramus, qua sola efficitur, vt à Deo non
auertamur, eique potius quàm huic mundo
cōformemur. Prædestinauit enim, vt ait idē
Apostolus, conformes nos fieri imagini filij Rom. 8.
eius. Fit ergo per charitatē vt conformemur
Deo, et ex eo conformati atque configurati,
& circunciśi ab hoc mundo non confunda-
mur cum ijs quæ nobis debent esse subie-
cta. Fit autem hoc per spiritum sanctum. E
Spes enim inquit, nō confundit, quoniā cha- Rom. 5.
ritas Dei diffusa est in cordibus nostris per
spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nul-
lo modo autem redintegrari possemus per
spiritum sanctum, nisi & ipse semper integer
& incommutabilis permaneret. Quod pro-
fecto non posset, nisi Dei naturæ esset ac ip-
sius subsātiæ, cui sui soli incōmutabilitas at
que, vt ita dicām, inuertibilitas semper est.
Creatura enim neq; hoc ego, sed idem Pau-
lus clamat, vanitati subiecta est. Neque nos Rom. 8.
pōt à uanitate separare, veritatique conne-
ctere quod subiectū est vanitati. Et hoc no-
bis spiritus sanctus pręstat, creatura igit nō
est. Quia oē quod est, aut Deus, aut crea- Trinita-
tura est. Deum ergo diligere debemus tri- ti sum-
nam quandam vnitatem, patrem, & filiū & mo bo-
spiritum sanctum, quod nihil aliud dicam no dile-
esse, nisi idipsum esse. Est. n. vere. summeque ctione
Deus, ex quo omnia, per quē omnia, in quo hære-
omnia. Hęc verba Pauli sunt. Quid deinde mus.
subijcitur? Ipsi gloria. Syncerissime omni- Cap. 14.
no. Neque enim ait ipsis, nam vnus est Ro. 11.
Deus. Quid est autem, ipsi gloria, nisi ip-
si optima & summa & late patens fama?
Quanto enim melius atque diffusius diffa- F
matur, tanto diligitur & amatur ardentius.
Quod cum fit, nihil aliud ab humano gene-
re, quàm certo & constanti gradu in optimā
vitam & beatissimā pergitur. Non arbitror
cū de moribus ac vita fit quęstio, amplius es-
se requirendū, q̄d sit hominis summū bonū,
quò referenda sunt omnia. Id. n. esse patuit,
& ratione quantum valuimus, & ea quæ no
strę rationi antecellit authoritate diuina, ni-
hil aliud quàm ipsum Deum. Nā quid erit
aliud optimū hominis, nisi cui inhærere est
beatissimum? Id autē est solus Deus, cui hæ-
rere certe non valemus, nisi dilectione, amo-
re, charitate. Quòd si virtus ad beatā ui- Quæ
tam nos ducit, nihil omnino esse virtutem tuor vir
affirmauerim, nisi summum amorem Dei. tutes de-
Nanque illud quod quadripartita dicitur finit
virtus, ex ipsius amoris vario quodam af- Christia
fectu, quantum intelligo, dicitur. Itaque ne.
illas quatuor virtutes, quarum vtinam ita Cap. 15.
sit in mentibus vis, vt nomina in ore sunt
omnium, sic etiam definire non ubitem: aut
tem-

temperantia sit amor, integrū se p̄bens ei q̄d
amatur: fortitudo amor, facile tolerās omnia
G propter quod amatur: iustitia amor soli ama
to seruiens & propterea recte dominans: pru
dentia amor, ea quibus adiuuat ab eis a qui-
bus impeditur sagaciter seligens. Sed hunc
amorē non cuiuslibet, sed Dei esse diximus,
id est, summi boni, summæ sapiētiæ, summæ-
que concordiæ. Quare definire etiam sic li-
cet: vt temperantiam dicamus esse amorem
Deo sese integrum incorruptumq́; seruantē:
fortitudinem amorem, omnia p̄p Deum fa-
cile p̄ferentem: iustitiā amorem Deo tm̄ ser-
uientē, & ob hoc bene imperantem cæteris
quæ homini subiecta sunt: prudentiam amo
rem, bene discernentem ea, quibus adiuue-
tur in Deum, ab ijs quibus impediri potest.
Qua- tior uir tutes as- crit à scriptu- ris. Cap. 16. Rom. 8.
Iisdem singulis virtutibus, quinam viuen
di modus ducatur, paucis explicabo, si prius
testimonijs noui testamenti, quibus vtor iā
diu, de ueteri etiam paria, vt pollicitus sum,
comparauero. Num enim Paulus tantum di
cit, Deo nos esse debere subiectos, ita vt in
medio quod separet nihil sit? Nonne & pro-
pheta cōmodissime hoc & breuissime signat
cū dicit, Mihi autē adhærere Deo bonum
Psal. 72. est? Nonne quod ibi latissime de charitatē
dictum est, hic vno verbo continetur quod
ait, inhærere? Item quod addidit, bonum est,
H nonne ad aliud respicit quod ibi positum est,
Rom. 9. diligentibus Deū omnia p̄cedūt in bonum:
ita vt vna sīa duobusq́; verbis p̄pheta &
vim & fructum charitatis ostendat. Cunq;
1. Co. 1. ibi dictum sit, Dei filiū Dei virtutē esse atq;
sapientiam, cumque virtus ad operationem,
sapientia vero ad disciplinam pertinere intel
ligatur, vnde in Euangelio duo ipsa signant̄,
Ioan. 1. cum dicitur, Omnia per ipsum facta sunt:
Nam hoc operationis atque virtutis est. De-
inde quod ad disciplinam veriq́ue cognitio-
nē attinet, Et vita, inquit, erat lux hominū:
potuitne quicquam magis concinere his te-
stimonijs noui testamēti, q̄ illud q̄d in vetē-
Sapiē. 8. re dictū est de sapientia, Attingit autē à fine
vsque ad finē fortiter, & disponit omnia sua-
uiter? Nanque attingere fortiter, magis vir-
tutem significat: disponere aūt omnia sua-
uiter, quasi artem ipsam atq; rationem. Sed
si hoc videtur obscurum, vide quę sequunt̄.
Et omnium, in q̄t, dūs dilexit illā: doctrix est
enim disciplinæ Dei, & electrix operum il-
lius. Videtur hic nihil adhuc de operatione
dictum. Nec enim hoc est intelligere opera,
quod operari, Ergo ut hæc ad disciplinā per-
tineant, opus uirtuti debetur, vt sit plena,
quam volumus demonstrare, sīa. Lege igit I
deinceps quod annexum est, Quod si hone-
sta est, inquit, possesio, quæ concupiscei-
tur in vita, quid sapientia est honestius, quæ
omnia operatur? Potestne quicquam præcla
rius, aut manifestius, aut vero ēt vberius p̄-
ferri? Audi aliud, si parum putas, quod idem
sonet. Et sobrietatem sapientia docet, inquit,
& iustitiam & virtutem. Sobrietas mihi ad Sapiē. 8.
ipsam cognitionem veri videtur pertinere
id est, ad disciplinam: iustitia vero & virtus
ad actionē atq; ad operationē. Quibus duo- 1. Retra.
bus. i. agendi efficacia, & sobrietate contem- Cap. 7.
plandi, quæ Deo virtus & Dei sapientia, id
est Dei filius, dilectoribus suis donat, quid
comparandū sit nescio, eum idem propheta
statim dicat quanti sint ista pendenda. Nam
ita positum est. Sobrietatem. n. sapientia do-
cet, & iustitiam & uirtutem, quibus vtilius
nihil est in vita hominibus. Hæc fortasse q̄s-
piam non de filio Dei dicta esse arbitretur.
Quid ergo aliud ostendit quod dictum est,
Generositatem magnificat, contubernium Sapiē. 8.
habēs Dei? An uero generositas solet signifi-
care aliud q̄ parentes? Cōtuberniū vero nō-
ne cum ipso patre æqualitatem clamat atque
asserit? Deinde cū Paulus dicat, filium Dei K
esse Dei sapientiam: & ipse dominus, Nemo 1. Co. 1.
nouit patrem nisi vnigenitus filius: quid po- Mat. 11.
tuit à Propheta congruentius dici, quàm il- Sapiē. 9.
lud quod dictum est, Et tecum sapiētia quæ
nouit opera tua, quæ affuit tunc cum orbem
terrarum faceres, & sciebat quid placiturum
esset oculis tuis? Quòd autem Christus est Ioā. 15.
veritas, quod idem ostenditur cū splendor Hebr. 1.
patris nuncupatur, num est quicquam in cir
cuitu solis, nisi splendor ipse quem gignit?
Quid ergo potuit apertius, & clarius ex ve
tere testō huic sententiæ consonare, quàm
illud quod dictum est, Et ueritas tua in
circuito tuo? Postremo dicit ipsa sapientia Ioā. 14.
in Euangelio, Nemo venit ad patrem nisi p
me. Dicit per prophetā, Sensum tuum ergo
quis scit, nisi tu dederis sapientiam? Et pau-
lo post, Et quæ tibi placent, didicerunt ho- Sapiē. 9.
mines, & per sapientiā sanati sunt. Dicit Pau Rom. 5.
lus, Charitas Dei diffusa est in cordibus no-
stris per spiritū sanctū, qui datus est nobis.
Dicit propheta, Sanctus. n. spiritus disciplī- Sapie. 1.
næ effugiet dolum. Vbi. n. dolus, charitas nul
la est. Dicit Paulus, Cōformes fieri nos ima Rom. 8.
ginis filij Dei. Dicit Propheta, Signatum est Psal. 4.
super nos lumen vultus tui domine. Osten- Sapiē. 8.

I. dit Paulus Deum esse spiritū sanctū & ideo
non cē creaturam. Dicit Propheta, Et miseris spiritū sanctum de altissimis. Solus enim
Deus altissimus, quo nihil est altius. Ostendit Paulus trinitatē istam vnum Deum esse, cum dicit, Ipsi gloria. Ducitur in veteri
Deut.6. testō, Audi Israel, dominus Deus tuus deus
vnus est. Quid vultis amplius? Quid im-
Apostro perite atq; impie sequitis? Quid indoctas ani
phe ad mas noxio suasione peruertitis? Vtriusq; te
mani- stamenti Deus vnus est. Nam vt ista sibi
chæos congruunt quæ de vtroq; posuimus, ita etiā
ut resi- cætera si diligenter & æquo iudicio velitis
piscant. attendere. Sed quia multa dicuntur submis-
Cap.17. sis & humi repentibus animis, vt accōmodatius per humana in diuina consurgant, multa etiam figurate, & studiosa mens et quæsitis exerceatur vtilius, & vberius lætetur inuentis, vos mirifica dispositione spūssancti, ad decipiendos vestros auditores, & illaqueandos abutimini. Quod ipsum cur diuina prouidentia uos facere sinat, quamq́ veri-
1.Co.11. simè Apostolus dixerit, Oportet multas hæreses esse, vt ꝓbati manifesti fiant inter nos, & longum est disputare, & quod dicendū est vobis, nō est vestrum ista intelligere. Non parum mihi cogniti estis. Crassas omnino mētes & corporeorū simulachrorū pestifero pastu morbidas ad diuina iudicanda defertis quæ multo altiora sunt quàm puta-
Quare vobiscum modo non sic agendum est, vt ea iam intelligatis, quod fieri non potest, sed ut intelligere aliquādo cupiatis. Facit enim hoc simplex & pura charitas Dei, quæ maxime spectatur in moribus, de qua iā multa diximus, quæ inspirata spiritusancto perducit ad filium, id est, ad sapientiam Dei, per quam pater ipse cognoscitur. Nam si sapientia & veritas nō totis animi viribus concupiscatur, inueniri nullo pacto potest. At si ita quæratur, vt dignum est, subtrahere sese atque abscondere à suis dilectoribus nō
Mat.7, potest. Hinc est illud quod in ore habere ēt
Mat.10. vos soletis, quod ait Iesu: Petite & accipietis: quærite & inuenietis: pulsate & aperietur uobis. Nihil est occultum, quod non reuelabitur. Amore petitur, amore quæritur, amore pulsatur, amore reuelatur, amore denique in eo, quod reuelatum fuerit, permanetur. Ab hoc amore sapientiæ diligentięq; q̄-
A rendi, non deterremur veteri testamēto, qđ semper mendacissime dicitis, sed ad hæc vehementissime concitamur. Audite itaque aliquando, & aduertite (quæso) sine pertinacia quid p prophetā dicatur. Clara est, inq̄t, Sapi.6.
& quę nunquam marcescit sapientia, & facile videtur ab ijs qui diligunt illā, & inuenit ab ijs qui quærunt illam: præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se ostendat. Qui vigilauerit ad illam, non laborabit: assidētem.n. illā inuenīet foribus suis. Cogitare enim de illa sensus est consummatus, & qui vigilauerit propter illā, cito erit securus, Quia dignos seipsa circuit quærens, & in vijs ostendit se illis hilariter, & omni prouidentia occurrit illis. Initium enim illius verissima disciplinę cōcupiscentia est. Cura ergo disciplinæ dilectio est, & dilectio custoditio legum illius est. Custoditio autem legum confirmatio incorruptionis est, incorruptio autem facit proximum Deo. Concupiscentia aūt sapiētiæ deducit ad regnū. Itaque tandē adhuc aduersus ista latrabitis? Nonne ita posita & nondum intellecta, cuiuis significant altum se quiddam & ineffabile continere? O utinā possetis intelligere quæ dicta sunt. Cōfestim abiiceretis omnes ineptias fabellarū, & vanissimas imaginationes corporum, totosq́ B
uos magna alacritate, syncero amore, firmissima fide sancti ssimo ecclesiæ catholicæ gremio conderetis. Poterā ꝓ mea mediocri- In ca-
tate discutere singula, & eruere ac demōstra tholica
re quæ accepi, in quorum excellentia & alti- sola per
tudine plerunque uerba deficiunt: sed quan fecta ue
diu latratis, non est faciendum. Non.n.fru- ritas ex
stra dictum est, Nolite sanctū dare canibus. utriusq;
Ne succenseatis. Et ego latraui & canis fui, testame
quando mecum iure non docendi cibo, sed ti cōsen
refellendi fustibus agebatur. Si autem in uo- su.
bis esset charitas, de qua nunc agitur, uel etiā Cap.17.
si fuerit aliqū, quantam cognoscendæ veri- Matt.7.
tatis magnitudo desiderat, aderit Deus qui ostendat uobis, neque apud Manichæos esse Christianam fidem, quæ ad summum apicē sapientiæ ueritatisq́ perducit, qua perfrui nihil est aliud, nisi beate viuere, neque esse vspiam nisi in catholica disciplina. Quid enim aliud uidetur Apostolus Paulus optare cum dicit: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, à quo ois paternitas in cœlo & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ fortitudinē, corroborari per spiritū C
in interiori homine, habitare Christū p fidem in cordibus uestris: ut in charitate radicati & fundati, positis comprehendere cū omnibus sanctis, quæ sit altitudo, & longitudo, & latitudo, & profundum: cognoscere

scere etiam supereminētē scientiā charitatis
Christi, ut impleamini in omni plenitudine
Dei. Potestne quicquam dici manifestius?
Obsecro vigilate paululum, videte testamenti vtriusque concordiam, qui fit in moribus vitæ modus, & quò sint refenda omnia, satis aperiente, & docente amore Dei.
Concitant euangelia, cū dicitur: Petite, quærite, pulsate. Concitat Paulus dicendo: Vt in
Matth.7 charitate radicati & fundati, possitis comprehendere. Concitat etiam propheta, cum dicit, facile sapientiam ab ijs qui eam diligunt, quærunt, concupiscunt, vigilant, cogitant, curāt, posse cognosci. Salus animi & uia beatitudinis utrarumq́ scripturarum pace
Augusti monstrantur, & uos latrare potius aduersus
nus no- hæc, quàm his obtemperare diligitis. Breui
ē annis dicā quod sentio. Audite doctos ecclesiæ cathoMani- licæ viros tanta pace animi, & eo uoto,
chæus. quo uos ego audiui, nihil opus erit nouem
D annis, quibus me ludificastis. Longe omnino, longe breuiore tpe quid interfit inter
Tēperā- veritatem uanitatemq́ cernetis. Sed
tia pro- tempus est ad illas uirtutes quatuor reuer-
net ex sa ti, & ex his singulis eruere ac ducere viuēdi
ctis lite- modum. Itaq; prius temperātiā videamus,
ris. quæ nobis amoris illius, quo innectimur
Cap.18. Deo, integritatem quandam, & incorruptionē pollicetur. Munus enim eius est in coercendis sedandisq́ cupiditatibus, quibus inhiamus in ea quæ nos auertunt à legibus Dei, & à fructu bonitatis eius, quod est, vt breui explicem, beata vita. Ibi enim est fides veri cuius contemplatione perfruentes, eiq́; penitus adhærentes, proculdubio beati sumus, inde autem decidentes, magnis erroribus doloribusq́; implicamur. Nāq; ut ait
1.Tim.6 Apostolus: Radix omnium malorū cupiditas: quam quidam sequentes, naufragauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Quod pctm animæ in ueteri testamento satis aperte bene intelligentibus in ipsius hominis, qui erat in paradiso, præuaricatione signat. In Adam quippe omnes morimur, vt
1.Co.15. ait idem, & in Christo oēs resurgemus. O
E mō suscepi docere uos recta, sed dedocere praua, si potero, id est, si Deus annuerit proposito in uos meo. Dicit ergo Paulus, radicem omnium malorū esse cupiditatē, p quā
Col.2. ēt lex uetus primum hoiem lapsum esse significat. Monet Paulus, ut exuamus nos ueterem hominem, & induamus nouum. Vult autem intelligi, Adam qui peccauit, ueterē hoiem, illum autem quem suscepit in sacramento Dei filius, ad nos liberādos, nouum. Dicit nanq; alio loco: Primus homo de terra terrenus, secundus hō de cœlo celestis.
Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cœ- 1.Co.15.
lestis, tales & cœlestes. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis, hoc est, exuite ueterem, & induite nouum. Omne igit officium Temperātiæ, est exuere veterem hominem & in Deo renouari, id est, contemnere omnes corporeas illecebras, laudemq; popularem, totumq́ amorem ad inuisibilia & diuina conferre. Vnde illud sequitur quod mirifice dictum
2.Co.4. est: Et si exterior homo noster corrumpitur, interior renouatur de die in diem. Audi & Psal.50.
prophetam canentem: Cor mundum crea F
in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Quid contra istam conuenientiam dici, nisi à cæcis latratoribus potest? Illecebræ autem corporis sitæ sunt Illece-
in his omnibus quæ corporeus sensus attin- brę ocu-
git, quæ à nonnullis etiam sensibilia nomi- lorum.
nantur: in quibus maxime lux ista uisibi- Cap.20.
lis excellit, quia & in ipsis sensibus nostris, quibus anima per corpus utitur, nihil est oculis præferendum: & ideo in scripturis sanctis visibilium nomine sensibilia cuncta significantur. Itaque in nouo testamento sic ab istorum amore prohibemur. Non 2.Co.4.
respicientes, inquit, ea quæ videntur, sed quę non uidentur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autē non uidentur, æterna. Ex quo intelligi potest, quòd Christiani nō sint qui solē & lunā non modo diligendos, sed etiam colendos putant. Quid enim uidemus, si solem & lunam non uidemus? Vetiti enim sumus conuerti ad ea quæ videntur. Non sunt igitur etiam ista diligenda ei qui amorē illum incorruptum Deo cogitat exhibere. Sed erit mihi alius locus, quo de istis diligentius requiretur. Non.n.nunc de fide, Mere-
sed de uita dicere instituī, per quam mere- mus Ita
mur scire qđ credimus. Amandus igitur so- Pelagia-
lus Deus est, omnis uero iste mundus. i. oia nus.
sensibilia contemnenda, vtendum aūt his ad G
huius uitę necessitatem. Gloria uero popularis sic in nouo testamento abijcitur at- Curiosi-
que contemnitur. Si hoibus, inquit Aposto- tas sacris
lus, placere uellem, Christi seruus non es- literis dā
sem. Est item aliud quod de corporibus per nata.
imagines quasdā concipit anima, & eā uocat Cap.21.
rerum sciam. Quamobrem recte ēt curiosi Galat.1
esse prohibemur, quod magnum Tēperan-

tiæ munus est. Hinc illud est: Cauete, ne
Colos.2 quis vos seducat per philosophiam. Et quia ipsum nomen philosophiæ si consyderetur, rem magnam totoq; animo appetendam significat. Siquidem philosophia est amor studiumq; sapientiæ, cautissime Apostolus ne ab amore sapientiæ deterrere videretur, subiecit. Et elementa huius mundi. Sunt.n. qui desertis virtutibus, & nesciétes qd sit Deus, & quanta maiestas semper eodem mó manentis naturæ, magnum aliquid se agere putant, si vniuersam istam corporis molem, quam mundum nuncupamus, curiosissime intentisimeq; perquirant. Vnde tanta etiá superbia gignitur, vt in ipso cœlo, de quo sæpe disputant, sibimet habitare videantur. Re
H primat igitur se anima ab huiusmodi vanæ
ἀξιωτῶν τὴς ὑεαγῶ νόμους. cognitionis cupiditate, si se castam Deo seruare disposuit. Tali enim amore plerunque decipitur, vt aut nihil putet esse, nisi corpus: aut ẽt si authoritate cõmota fateatur aliquid esse incorporeum, de illo tñ nisi per imagines corporeas cogitare non possit, & tale aliquid esse credere, quale fallax corporis sensus infligit. Ad hoc ẽt valet q̃ præcipitur ca
1. Ioã.1 uendum esse à simulachris. Huic ergo authoritati noui testamẽti, qua iubemur nihil mundi huius diligere, illa maxime sententia qua dictum est: Nolite conformari huic
Ro. 12. mundo. simul.n. demonstrandum est ei rei quemq; cõformari, quam diligit. Huic ergo authoritati si de veteri testamento queram quid comparem, plura quidem inuenio, sed vnus Salamonis liber Ecclesiastes qui dicitur, copiosissime in summum contemptum omnia ista perducit. Incipit.n. sic: Vanitas
Eccles.1 vanitantium dixit Ecclesiastes, vanitas vani
1. Retr. tantium & omnia vanitas. Quę abundantia
Cap. 7. homini in omni labore suo quem ipse laborat sub sole? Hæc verba omnia si attendãtur si pendãtur, si discutiantur, multa inuenientur perneccssaria ijs qui hunc mundum fugere, & refugere in Deũ desiderant. Sed lon-
I gum est, & aliò festinat oro. Tali tamẽ principio constituto, exequitur omnia, vanitantes esse eos qui rebus huiusmodi falluntur. Idipsum aũt quo falluntur vanitatẽ vocans, non q̃ Deus ista nõ creauerit, sed quia subiicere se homines volunt ijs rebus per peccata, quæ illis per recte facta diuina lege subiectæ sunt. Quid est enim aliud falsis bonis illudi atque decipi, q̃ teipso inferiora miranda & appetenda arbitrari? Habet igitur vir temperans in huiusce modi rebus mortalibus & fluentibus, vitæ regulam vtroque testamento firmatam: vt eorum nihil diligat, nihil per se appetendum putet, sed ad vitæ huius atq; officiorum necessitatem, quantũ satis est, vsurpet, vtentis modestia, non amantis affectu. Hæc dicta sint de temperantia, p rerum magnitudine breuiter, pro instituto tamen opere fortasse copiosius q̃ oportebat.

De fortitudine vero non multa dicenda Fortitudiné prę
sunt. Amor nanque ille de quo loquimur, stat amor dei.
quem tota sanctitate inflãmatum esse oportet in Deum, in non appetendis istis temperans, in amittendis fortis vocatur. Sed inter Ca. 22.
omnia quæ in hac vita possidentur, corpus
homini grauissimum vinculum est, iustissi- K
mis Dei legibus, ꝓpter antiquũ peccatum, quo nihil est ad prædicandum notius, nihil ad intelligendum secretius. Hoc ergo vinculum ne concutiatur atque vexetur, laboris & doloris: ne auferatur atq; perimatur, mortis terrore animam quatit. Amat enim illud vi consuetudinis, non intelligens, si eo bene atque scienter vtatur, resurrectionem reformationemq; eius ope ac lege diuina sine vlla molestia iuri suo subditam fore: sed cum se hoc amore totam in Deum conuerterit, his cognitis mortem non modo contemnet, verumetiam desiderabit. Sed restat cum dolore magna conflictatio. Nihil est tũ tam durum atq; ferreum, quod non amoris igne vincatur. Quo cum se anima rapit in Deũ, super omnẽ carnificinam libera & admiranda volitabit pennis pulcherrimis, & integerrimis, quibus ad Dei complexum amor castus innititur. Nisi vero amatores auri, amatores laudis, amatores fœminarum, amatoribus suis Deus sinat esse fortiores, cum ille non amor, sed congruentius cupiditas vel libido nominetur, in qua tamen apparet, quantus sit impetus animi ad ea quæ diliguntur indefesso cursu per immania quæq; tendentis, argumentoq; nobis est, q̃ sint omnia perferenda ne deseramus Deum, si tanta L
illi vt deserant, perserunt. Quid ergo hic Fortitudinis mo
noui testamenti authoritates colligam, vbi nita & exempla
dictum est: Tribulatio patiẽtiam operatur, ex scripturis.
patientia probationem, probatio vero spem: Ca. 23.
& non solum dictũ, sed ẽt exemplis eorum Rom.5.
qui dixerunt probatum atq; firmatum: de veteri potius testamẽto in qd illi rabide sæuiunt, excitabo exemplum patientię. Neque illum conmemorabo virum, à quo in magnis cruciatibus corporis & horribillitabe membrorũ, non modo sustinentur humana

sed

sed diuina etiam disputantur. In cuius singulis uocibus satis elucet, siquis ęquo aio attendat, quanti pendenda sint ista, quæ cum uolunt homines per dominationem tenere, ab his ipsis potius per cupiditatem tenẽtur, & rerum mortalium serui fiunt, dum imperite dñi esse desiderant. Amisit nanque ille
Iob.1. oẽs diuitias, & factus repente pauperrimus, tam inconcussum animum tenuit & infixũ Deo, vt satis demonstraret, non illas sibi fuisse magnas, sed se illis, sibi autem deum. Quo animo si esse possent nostri temporis hoies, non magnopere in nouo testõ ab istorum possessione prohiberemur, vt perfecti esse possemus. Multo.n. mirabilius est nõ inhęrere istis, quanuis possideas, q̃ oino eas non possidere. Sed qm̃ de dolore atq; cruciatibus corporis tolerandis nunc agitur, relinquo istum uirum, licet magnum, licet inuictum,
2.Mac.7 uirum tamen. Offerunt.n. mihi scripturę illæ stupendæ fortitudinis fœminam, & ad eam iam me transire compellunt. Quæ cum septem liberis tyranno atque carnifici prius viscera omnia, q̃ unum uerbum sacrilegum impendit: cum eius hortatione filij roborarentur, in quorum membris ipsa torquebatur, latura tamen etiã proprio munere quos eos ferre præceperat. Quid ad tãtam patientiam (quæso) addi potest? Quid tamen mirum, si omnibus medullis conceptus Dei amor, & tyranno, & carnifici, & do
lori, & corpori, & sexui, & affectui resistePs. 115. bat? An non audierat: Preciosa in conspectu
Pro.16. dñi mors sanctorum eius? Nõ audierat: Me-
Eccle.2. lior vir patiens fortissimo? Non audierat:
Omne qd tibi applicitũ fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua habe patientiam, quoniã in igne probatur aurum &
A argentum? Non audierat: Vasa figuli pro-
Eccl.27. bat fornax, & hoies iustos tentatio tribulationis? Immo vero & hæc & alia plura percepérat, q̃ uno sancto Dei spũ, ut in istis noui testamenti, sic in illis, qui soli adhuc erãt, libris diuina præcepta fortitudinis conscripta
Prudentiã docẽt scripturę Cap.24. Matth.6 Roma.1 Matth.4 Deut.6. sunt. Quid de iustitia quę ad Deum pertinet? nonne cum & dñs dicat: Non potestis duobus dñis seruire, et Apostolus redarguat eos qui creaturæ potius q̃ creatori seruiunt, in ueteri testamento prius dictum est: Dñm Deum tuum adorabis, & illi soli seruies? Sed quid opus est hinc plura dicere, cum sententijs talibus ibi plena sint omnia? Hanc ergo iustitia vitæ regulam dabit huic amatori, de quo sermo est: vt Deo quem diligit, id

est, summo bono, summę sapientiæ, summæ paci libentissime seruiat: cæteraq; omnia partim subiecta sibi regat, partim subjcienda præsumat. Quæ norma inuendi, vt Prudentia.
docuimus, vtriusque testamenti authoritate roboratur. Nec de prudentia diutius disserendum est, ad quam dignoscẽtia pertinet appetendorum & vitãdorum. Quæ si desit, nihil eorum, de quibus iam dictum est, effici potest. Huius aũt excubię atq; diligentissi- B
ma vigilantia est, ne subrepente paulatim mala suasione fallamur. Vñ sæpe dñs. Vigilate clamat: &, Ambulate, inquit, dum lumen habetis, ne uos tenebrę cõprehendãt. Itemq; Matt.24
dicitur: Nescitis quia modicum fermentum Ioan.12
totam massam corrumpit? Quid autẽ pro- 1.Cor.5.
ferri manifestius de ueteri testamẽto cõtra istã dormitationem animi potest, per quam fit ut non sentiamus quasi minutatim serpẽtem perniciem, q̃ illud quod à propheta dictum est, Qui spernit modica, paulatim de- Eccle.19
cidet? De qua sententia, si opportunum esset festinantibus, copiosissime disputarem: atq; id si à nobis nunc susceptum munus flagitaret, fortasse demonstraremus, q̃ sint alta mysteria, quæ imperitissimi & sacrilegi homines deridendo, non illi quidem paulatim iam decidunt, sed magno lapsu præcipites eunt. Quid amplius de moribus Officia
disputem? Si enim Deus est summum ho- quatuor
minis bonum, qd negare nõ potestis, sequi- virtutũ
tur profecto, quoniã summum bonũ appe- ex scri-
tere, est bene viuere: vt nihil sit aliud bene pturis.
viuere, quàm toto corde, tota aĩa, tota mente Cap.25.
Deum diligere: à quo existit, vt incorruptus in eo amor atque integer custodiatur, C
quod est temperantiæ: & nullis frangatur incommodis, quod est fortitudinis: nulli alij seruiat, qnod est iustitiæ: vigilet in discernendis rebus, ne fallacia paulatim dolusque subrepat, quod est prudentiæ. Hæc est hominis vna perfectio, qua sola impetrat ut veritatis synceritate perfruatur: hæc nobis testamento utroque concinitur, hæc nobis hinc atq; inde suadeĩ. Quid adhuc scripturis, quas ignoratis, calumniamini? Nescitis quanta imperitia lacessatis libros, quos & soli reprehendunt qui nõ intelligunt: & soli intelligere nequeunt, qui reprehẽdunt? Nõ enim eos aut ullus inimicus cognoscere Quid tã
finitur, aut esse nisi amicus cognitis potest. ta impe-
Diligamus igitur Deum ex toto corde, ex ritia lace
tota anima, ex tota mente quicunq; ad uitã ratis li-
æternam peruenire proposuimus. Vita enim bros, etc.

æterna

æterna est totum præmium,cuius promissio nec gaudemus: nec præmium potest precedere merita, & prius homini dari, q̃ dignus est. Quid enim hoc iniustius, & quid iustius Deo? Non ergo debemus poscere præmiũ antequam mereamur accipere. Hic fortasse non incongrue quæritur, æterna ipsa vita quid sit. Sed eus largitorem potius audiamus: Hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te verum Deũ, & quem misisti Iesum Christum. Aeterna igitur vita est ipsa cognitio veritatis. Quamobrem videte, quàm sint peruersi atq; præposteri, qui sese arbitrantur Dei cognitionem tradere, vt perfecti simus, cũ perfectorũ ipsa sit p̃miũ. Quid ergo agendum est? quod, q̃so, nisi vt eum ipsum quem cognoscere volumus, prius plena charitate diligamus? Vnde illud exorit, q̃d ab initio fatis egimus, nihil in ecclesia catholica salubrius fieri, quàm vt rationem præceptorum authoritas. Sed cætera videamus: videtur enim de homine ipso, id est, de amatore ipso nihil actum: sed parum dilucide, qui hoc arbitratur, intelligit. Non enim fieri potest, vt seipsum qui Deum diligit, non diligat: immò vero solus se nouit diligere, qui Deum diligit. Siquidem ille se satis diligit, qui sedulo agit, vt summo & vero perfruat bono: quod si nihil est aliud q̃ Deus, sicut ea, q̃ dicta sunt, docuerunt, quis cunctari p̃t, quin sese amet, qui amator est dei? Quid inter ipsos homines, nullumne esse amoris vinculum debet? Immò vero ita debet, vt nullus certior gradus ad amorem Dei fieri posse credat, q̃ hominis erga hominẽ charitas. Promat nobis ergo alterum præceptum ipse dominus de vitæ præceptis interrogatus: non enim cõtentus fuit vno, qui sciret aliud Deum esse, aliud hominẽ: atq; interesse tm̃, quantum inter eum qui creauit, & id quod ad creatoris similitudinem creatum est. Dicit ergo secundũ p̃ceptum esse, Diliges proximum tuũ sicut teipsum. Te ãt ipsum salubriter diligis, si plus q̃ te diligis Deum. Q̃d ergo agis tecum id agendum cum proximo est: hoc est, vt ẽt ipse perfecto amore diligat Deum. Non.n.eum diligis tanquã teipsum, si non ad id bonum ad quod ipse tendis, adducis. Illud est enim vnum bonum, quod omnibus tecum tendentibus non sit angustum. Ex hoc præcepto nascuntur officia societatis humanæ, in quibus non errare difficile est. Agendum autem imprimis est, vt beneuoli simus, id est, vt nulla malitia, nullo malo aduersus hominem utamur. Quid.n.homini homine propinquius? Accipite etiam quid Paulus dicat: Dilectio, inquit, proximi malum non operatur. Breuissimis utor testimonijs, sed, nisi fallor, idoneis, è quibus susceptæ rei satisfiat. Nã quis ignorat q̃ multa, & quanti ponderis uerba in illis libris de charitate proximi usquequaq; diffusa sint? Sed cum duobus modis peccetur in homine: uno si lædatur, alio si, cum potest, non adiuuetur. eaq; ipsa sint, quibus mali homines esse dicantur, quorũ neutrum qui diligit, facit: satis opinor, quod uolumus demonstrat ista sententia, Dilectio proximi malum non operat. Et si ad bona peruenire non possumus, nisi mala operari destiterimus, ista sunt quasi cunabula charitatis Dei, quibus diligimus proximũ: ut q̃m dilectio proximi malum nõ operat, hinc ad illud ascẽdamus quod dictũ est. Scimus q̃m diligentibus Deũ omnia procedunt in bonum. Sed nescio quomodo aut pariter ista in plenitudinem perfectionemq; cõsurgũt, aut inchoatur prius Dei amor, & prius perficitur proximi. Ad incipiendũ enim citius nos fortasse in se diuina charitas rapit, sed facilius minora perficimus. Quoquo modo autem res se habeat, illud maxime tenendũ est, ne se quisquam credat contempto proximo ad beatitudinem, & ad Deum quẽ diligit esse uenturum. Atque utinam ut facile est bene instituto & benigno diligere proximum, ita facile esset vel consulere, uel nihil nocere. Non.n.ad hæc satis est uoluntas bona, sed opus est magna quadã ratione atque prudentia, qua nemo uti põt, nisi Deus ille fons omnium bonorum id tribuerit. De qua re, quantum arbitror, difficillima tentabimus dicere pro suscepto opere pauco quẽdam, spem totã constituentes in eo, cuius solius ista dona sunt. Homo igitur ut homini apparet, anima rationalis est, mortali atq; terreno utens corpore. Partim ergo corpori, partim uero aiæ hois bñfacit, qui hoiem diligit. Ad corpus quod pertinet, medicina notata est: ad aiam autem disciplina. Sed medicinam nunc uoco, quidquid oĩno corporis uel tuetur, uel instaurat salutem. Ad hanc itaq; pertinent non ea tantum, quę ars eorũ exhibet, qui proprie medici nominãtur, sed etiam cibus & potus, tegmen & tectum, defensio deniq; omnis atque munitio, qua nostrum corpus aduersus etiã externos ictus actusq; seruat, nã & fames & sitis, & frigus & æstus, & quicquid extrinsecus grauiter infligitur, salutem de qua nunc agitur manere non sinunt. Quare illa omnia, quibus huiuscemodi malis incõmodisve resistitur, qui officiose atq; humaniter præbent, misericordes vocantur, etiam si sapientes vsqueadeo sint, vt iam nullo animi dolore turbentur. Nã quis ignoret ex eo appellatam esse misericordiã, q̃ miserum cor faciat condolentis alieno malo. Et quis non concedat ab omni miseria liberũ esse debere sapientẽ, cum subuenit inopi, cum esurienti cibũ præstat, potumq; sitienti, cũ vestit nudum, cũ peregrinum tecto recipit, cum oppressum liberat, cum denique humanitatem suam vsq; ad sepulturam porrigit mortuorum? Etiam si id faciat mente trãquilla, nullis aculeis doloris instinctus, sed adductus officio bonitatis, misericors tamen vocandus est. Huic enim nihil obest nomen, cum absit miseria. Stulti vero, cum misericordiam quasi vitium deuitant, quia officio satis moueri nequeunt, si nec perturbatione commouentur, congelascũt potius rigore inhumanitatis, q̃ rationis tranquillitate serenantur. Itaq; multo prudentius deus etiam ipse misericors dicitur: qui quemadmodum dicatur, restat intelligere ijs qui sese idoneos religione studioq; præstiterint: ne cum verbis doctorum inepte vtimur, indoctorũ animas prius durescere vitãdo misericordiam, q̃ benignitatẽ appetendo mitescere faciamus. Atq; vt misericordia iubet, ista nos ab homine pellere incommoda, sic innocentia prohibet inferre. Quod autem attinet ad disciplinam, per quam ipsi animo sanitas instauratur quæ si absit, nihil ad depellendas miserias salus ipsa corporis vallet, difficillima omnino res est. Atque vt in corpore dicebamus, aliud est se morbos & vulnera curare, quod pauci homines bene facere possunt, aliud autem famem sitimq; sopire, & cætera in quibus subuenire hominẽ homini vulgo passimq; conceditur: Sic in animo sunt quædam in quibus excellentia illa & rara magisteria nõ admodum desiderantur: vt cum hortamur & monemus, vt hæc ipsa indigentibus exhibeantur, quæ corpori exhibenda esse diximus. Cum enim hæc facimus, ope corpori: cum autem docemus vt fiant, disciplina animo subuenimus. Sunt vero alia, quibus multimodi varijq; morbi animorum magna quadam & prorsus ineffabili ratione sanantur. Quæ medicina, nisi diuinitus populis mitteretur, nulla spes salutis esset, tã immoderata transgressione peccãtibus. Quanquã & illa corporis, si altius rerum originem repetas, nõ inuenitur vnde ad homines manare potuerit, nisi à Deo, cui rerum omniũ status salusq; tribuenda est. Hæc tamẽ disciplina, de qua nunc agimus, quæ animi medicina est, quantum scripturis ipsis diuinis colligi licet in duo distribuitur, coertionẽ & instructionem. Coertio timore, instructio vero amore perficitur, eius dico cui per discipli nam subuenitur: nam qui subuenit, nihil horum duorũ habet, nisi amare. In his duobus Deus ipse, cuius bonitate, atq; clementia fit omnino, vt aliquid simus, duobus testamẽtis vetere & nouo disciplinæ nobis regulã dedit. Quanquam enim vtrunq; in vtroq; sit, præualet tamen in vetere timor, amor in nouo: quia ibi seruitus, hic libertas, ab Apostolis prædicatur. De quorũ testamẽtorum admirabili quodam ordine diuinoq; concentu longissimum est dicere, & multi religiosi docti q̃; dixerũt. Multos libros res ista flagitat, vt pro merito quantũ ab homine potest explicari & prædicari queat. Qui ergo diligit proximũ, agit quantum potest, vt sanus corpore sanusq; animo sit: Sed cura corporis ad sanitatem animi referenda est. Agit ergo his gradibus quod ad animũ pertinet, vt primo timeat, deinde diligat Deum. Hi mores sunt optimi, per quos nobis etiam ipsa prouenit, ad quam omni studio rapimur, agnitio veritatis. Atque in his conuenit mihi cũ Manichæis, id est, vt Deum & proximũ diligamus: sed hoc in veteri testamento negant contineri. In quo quantum errent, satis, vt opinor, apparet ex ijs quas superius protulimus de vtroque sententijs. Verumtamen vt breue aliquid dicam, sed tali cui resistere sit mera dementia. Nonne animaduertunt hæc ipsa duo, quæ laudare cogũtur, quàm importunissime à domino in Euangelio de vetere testamento esse prolata neget, vbi scriptum est: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Vel illud alterũ, diliges proximũ tuũ tanquã teipsum? Aut si hæc negare non audent, premuntur enim luce veritatis: illud negare audeant, salubria esse ista præcepta, his mores optimos contineri: negent, si p̃t, & dicãt, non oportere Deũ diligi, non oportere proximũ diligi: neq; diligentibus Deũ ea procedere in bonũ, neq; dilectionẽ proximi malũ non operari, quibus duobus salu-

berrime

Universidad de Deusto Biblioteca

Meritũ.

Ioã. 17.

1. Retr. Cap. 7.

Dilectio fratri et proximi. Cap. 26.

Ro. 13.

Rom. 8.

Benefi- cẽtia in aiam p- ximi. cap. 28.

Benefi- centia in corpus proximi. Cap. 27.

Coertio, Instru- ctio.

Testa- mentum uetus & nouum.

Timor, Amor.

Deut. 6. Mat. 22. Leu. 19. Rom. 8.

Rõ. 13.

berrime atq; optime humana uita disponit.
Quæ si dicunt, nõ solũ illis cũ Christianis, sed ne cum hominibus quidem ratio est. Sin hæc dicere non audent, cogunturq; confiteri esse diuina, quid eos libros vnde ista prolata sunt, impietate nefaria lacessere atq; improbare non desinunt? An illi dicturi sunt, non esse consequens, ut omnia ibi bona sint, vbi hæc inuenire potuimus? Nam hæc solent dicere. Cui ego tergiuersationi quid respondeam, & quemadmodum occurram, non facile video. Discutiamne verba singula veteris testamenti, & in his summam cũ Euangelio esse concordiam peruicacibus indoctisq; demonstrẽ? Sed quando istud erit? Quando aut ego sufficiam, aut ipsi patienẽ? Quid ergo faciam? Deseramne causam, & eos in sententia quanuis improba & falsa, tamen difficili ad dissoluendũ delitescere sinã?

De scripturarũ authoritate. Ca. 29.

Non faciam. Aderit de proximo deus ipse, cuius illa præcepta sunt: nec me in tantis angustiis inopem ac desertum esse patietur. Quamobrem adestote animis Manichæi, siqui forte illa superstitione ita tenemini, vt euadere aliquando possitis. Adestote, inquam, sine pertinacia, sine studio resistendi:
A nam aliter nobis pernicioſissimum est iudicare. Certe enim nemini dubium est, nec auersi vos ita estis à vero, vt non intelligatis, si diligere Deum & proximum bonum est, quod negare nemo potest, quicquid in his duobus præceptis pendet, vituperari iure non posse. Quid ergo in iis pendeat, ridiculum est, si à me quærendum esse putas: ipsum Christum audi, audi, inquam, Chri-
Mat.22. stum, audi dei sapientiam. In his, inquit, duobus pceptis tota lex pẽdet, & oẽs prophetæ. Quid hoc loco potest dicere impudentissima pertinacia? Non hoc Christum dixisse? At in Euangelio verba eius ista conscripta sunt. Falsum esse scriptum? Quid hoc sacrilegio magis impium reperiri põt? Quid ista uoce impudentius? Quid audacius? Quid sceleratius? Simulachrorũ cultores, qui Christi etiã nomen oderunt, nunq; hoc hoc aduersus scripturas illas ausi sunt dicere. Consequetur nanq; omniũ literarũ summa peruersio, & omniũ qui memoriæ mandati sunt librorum abolitio, si quod tanta populorum religione roboratum est, tanta hominũ & tẽporũ consensione firmatũ, in hãc dubitationẽ adducitur, vt ne historiæ quidẽ uulgaris fidẽ possit grauitatemq; obtinere.
B Postremo quid de scripturis ullis proferre poteris, vbi mihi vti hac voce non liceat, si contra meã ratiocinationẽ intentionemque proferatur? Illud vero quis ferre possit, q nos notissimis ac iam in manibus omniũ libris cõstitutis credere vetant, & ijs quæ ipsi protulerunt, imperant, vt credamus? Si de scriptura dubitãdũ est, de qua magis quàm quæ diffamari non meruit, quæ vere potuit sub nomine alio tota mẽtiri? At si istã obdis inuito, & authoritatis exaggeratione cogis in fidẽ: egone de illa, quam constanter latissime diuulgatam video, & ecclesiarum per totũ orbem dispersarum cõtestatione firmatã, dubitabo miser: & quod est miserius, te authore dubitabo, cũ si exemplaria proferres, altera tenere nõ deberem, nisi ea quæ pluriũ consensione commendarentur? Nunc vero nihil te proferẽte quod conferas: præter inanissimam vocẽ temeritatisq; plenissimã, putabis vsqueadeo genus humanũ esse peruersum, & diuinæ prouidentię ope desertum, vt illis scripturis non à te prolatas alias quibus redarguantur, sed tua tantum verba præponat? Proferendus est nanq; tibi alius codex eadem continens, sed tamen incorruptus & verior, vbi sola desint ea, quæ hic immissa C esse criminaris. Vt si verbi causa, Pauli epistolã quæ ad Romanos scripta est, corruptã esse contendis, aliã proferas incorruptã, vel alium codicem potius, in quo eiusdem Apostoli eadem epistola syncera & incorrupta conscripta sit. Non faciam, inquis, ne ipse corrupisse credar. Hoc.n. soletis dicere, & verum dicitis: nihil prorsus aliud suspicabũtur uel mediocriter cordati homines, si hoc feceris. Vide ergo tuipse quid de authoritate tua iudicaueris: & intellige vtrum tuis verbis cõtra illas scripturas credere debeant, si codici ob hoc solum, qui abs te ꝓfertur, magnæ temeritatis est credere. Sed quid hinc Apostro
plura? Quis.n. non videat eos, qui contra phe ad
scripturas Christianas hæc audent dicere, vt ecclesiã
illud non sint quod homines suspicantur, totius sa
certe tamẽ non esse Christianos? Nã Chri pientiæ
stianis hęc dicta est forma viuendi, vt diligamagistrã
mus dominũ Deũ nostrũ ex toto corde, & Cap.30.
ex tota anima, & ex tota mente, deinde pro Deut. 6.
ximum nostrũ tanq; nosmetipsos. In his.n. Mat.22.
duobus præceptis tota lex pendet & omnes
propheręe. Merito ecclesia catholica mater
Christianorum verissima, non solum ipsum
deum, cuius adeptio vita est beatissima, puris D Doctri-
sime atq; castissime colendum prædicant, na catho
nullam nobis adorandam creaturam in-
ducens,

licæ ecclesiæ.

ducens, cui seruire iubeamur: & ab illa incorrupta & inuiolabili æternitate, cui soli homo subiiciendus est, cui soli rationalis anima cohærendo non misera est, excludens omne quod factũ est, quod obnoxiũ cõmutationi, quod subditũ tẽpori, neq; confundens quod æternitas, quod veritas, quod deniq; pax ipsa distinguit. nec rursum separas quod maiestas vna coniungit: sed etiam proximi dilectionem atq; charitatẽ ita complecteris, vt variorum morborum, quibus pro peccatis suis animæ ægrotant, omnis apud te medicina præpolleat. Tu pueriliter pueros, fortiter iuuenes, quiete senes, prout cuiusq; nõ corporis tantum, sed & animi ætas est, exerces ac doces. Tu fœminas viris suis non ad explendam libidinem, sed ad propagandam prolem, & ad rei familiaris societatem casta & fideli obedientia subijcis. Tu viros cõiugibus non ad illudendũ imbecilliorem sexũ, sed synceri amoris legibus præficis. Tu parentibus filios libera quadam seruitute subiungis, parentes filiis pia dominatione ꝓpo-
E nis. Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atq; arctiore q̃ sanguinis nectis. Tu oẽm generis propinquitatẽ & affinitatis necessitudinẽ, seruatis naturæ voluntatisq; nexibus mutua charitate constringis. Tu dominis seruos non tam conditionis necessitate, q̃ officii delectatione doces adhęrere. Tu dominos seruis, summi dei.s. communis domini consideratione placabiles, & ad consulendum, q̃ coercendum propensiores facis. Tu ciues ciuibus, gentes gentibus, & prorsus hominibus homines primorũ parentum recordatione, non societate tantum, sed quadam etiã fraternitate coniungis. Doces reges prospicerẽ populis, mones populos se subdere regibus. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reuerentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus disciplina, quibus obiurgatio, quibus supplicium sedulo doces: ostendens quemadmodum & non omnibus omnia, & omnibus charitas, & nulli debeat iniuria. Iam uero cum hæc humana dilectio
1. Retr. inhærentẽ uberibus tuis nutriuerit & roboCap. 7. rauerit animũ, sequendo Deũ factũ idoneũ: vbi eius maiestas ex tanta parte quanta homini, dũ terræ huius inhabitator est sufficit,
F aperire se cœperit, tantus charitatis ardor in nascitur, & tantum diuini amoris consurgit incendium, vt exustis omnibus vitijs, & homine purgato atq; sanctificato, satis appareat q̃ diuine dictum sit. Ego sum ignis consumens. Et, Ignem veni mittere in mundũ. Deut. 4.
Quæ duæ voces vnius dei in duobus testa- & Heb.
mentis signatæ, sanctificationem animæ con 12.
cordi attestatione declarant, vt fiat aliquan Luc. 12.
do illud quod item in nouam scripturam de
veteri assumptũ est. Absorta est mors in victoriam. Vbi est mors aculeus tuus? Vbi
est mors contentio tua? Quod vnum isti 1. Cor.
hæretici intelligere si ualerẽt, nusquam pro- 15.
fecto deum nisi apud te atq; in tuo gremio
minime superbi, & bene pacata uenerarentur. Merito apud te diuina præcepta late diffuseq; seruantur. Merito apud te bene intelligitur, q̃ sit grauius cognita, q̃ incognita lege peccare. Aculeus enim mortis peccatum, virtus autem peccati lex, qua grauius feriat & interimat contempti præcepti cõscientiã. Merito apud te visum est, q̃ sit sub lege operatio vana, cum libido animum vastat, & cohibetur pœnæ metu, non amore virtutis obruitur. Merito tibi tam multi hospitales, G
multi officiosi, multi misericordes, multi
docti, multi casti, multi sancti, multi vsqueadeo dei amore flagrantes, vt eos in summa
continentia atque mundi huius incredibili
contemptu etiam solitudo delectet. Quid Manifest (quæso) quod vident qui non possunt chæorũ
hominem non diligere, & tamen possunt ho cõtinenminem non videre? Profecto quicquid est, tiæ oppo
præstantius est rebus humanis, cuius contẽ nit Anaplatione potest homo sine homine viuere. choretaIã enim accipite Manichęi perfectorũ Chri rum &
stianorũ, quibus summa castitas non laudan Cœnoda tantum, sed etiam capessenda visa est, mo bitarum
res & continentiã singularẽ: ne vos impudẽ vitã, qua
ter iactare apud animos imperitorum quasi les vtinã
difficillima rerum abstinentia, siquid in vo- nunc ha
bis pudoris est, audeatis. Nec ea dicam quæ beret
vos ignoratis, sed q̃ nobis occultatis. Quis mũdus.
enim nescit summæ continentiæ hominum Cap. 31.
Christianorum multitudinẽ per totũ orbẽ Paulus
in dies magis magisq; diffundi, & in Orien Eremita
te maxime atq; Aegypto, quod uos nullo
modo potest latere. Nihil de iis dicã quos
pauloante cõmemorani, qui secretissimi penitus ab omni hominũ conspectu, pane solo H
qui eis per certa interualla tẽporũ affertur,
& aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio dei, cui puris
mentibus inhæserunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatissimi, quæ nisi sanctorum intellectu percipi nõ potest. Nihil, inquam, de his loquar, videntur.n. nõ nullis

res humanas plusquã oportet deseruisse, nõ intelligẽtibus quantũ nobis eorum animus in orationibus prosit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur. Sed hinc disputare longũ & superuacaneum puto: nam hoc tam excellens fastigium sanctitatis, cui nõ sua sponte mirandũ & honorandum videtur, oratione nostra videri qui potest? Tantũ isti admonẽdi sunt, qui sese inaniter iactant, intãtum processisse temperantiam & continentiam sanctissimorũ catholicæ fidei Christianorũ, vt restringẽda nonnullis, & quasi ad humanos fines reuocanda videatur. Vsqueadeo supra homines illorũ animos euasisse, ab ijs etiã quibus id displicet, iudicatur. Sed si hoc excedit nostram tolerantiã, quis non illos miretur & prædicet, qui contemptis atque desertis mundi huius

I illecebris, in communem vitam castissimam sanctissimamq; cõgregati, simul ætatẽ agũt, viuẽtes orationibus, in lectionibus, in disputationibus: nulla superbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti, nulla inuidẽtia liuidi: sed modesti, verecundi, pacati, concordissimam vitam & intentissimam in Deum, gratissimum munus ipsi offerunt, à quo ista posse meruerunt. Nemo quicquam possidet proprium, nemo cuiquã onerosus est. Operantur manibus ea, quibus & corpus pasci possit, & Deo mens impediri non possit. Opus autẽ suum tradunt eis quos decanos vocãt, eo quòd sint denis præpositi, vt neminẽ illorum cura sui corporis tangat, neque in cibo, neque in vestimento, neq; siquid aliud opus est, vel quotidianæ necessitati, vel mutatæ, vt assolet, valetudini. Illi autem decani cum magna solicitudine omnia disponentes, & præstò facientes quicquid illa vita propter imbecillitatẽ corporis postulat, traditionem tamen etiam ipsi reddunt vni, quem patrem vocant. Hi vero patres non solum sanctissimi moribus, sed etiam diuina doctrina excellentissimi, omnibus rebus excelsi, nulla superbia consulunt ijs quos filios vocant, magna sua in iubendo authoritate, magna illo-

K rũ in obtemperãdo voluntate. Conueniunt autem diei tempore extremo de suis quisq; habitaculis, dũ adhuc ieiuni sunt ad audiendum illum patrẽ, & conueniunt ad singulos patres terna, vt minimum, hominum milia: nã etiã multo numerosiores sub vno agũt. Audiunt autẽ incredibili studio, summo silentio, affectiones animorum suorum, prout eos pepulerit differentis oratio, vel gemitu, vel fletu, sed modesto, & omni clamore vacuo gaudium significantes. Corpus deinde reficitur, quãtum saluti & salubritati sat est, coercẽte vnoquoq; cõcupiscentiã, ne se profundat vel in eaipsa, quæ præstò sunt, parca & vilissima. Ita non solum à carnibus & vino abstinent pro sufficientia domãdarum libidinum, sed ab ijs etiã, quæ tanto concitatius ventris & gutturis prouocant appetitũ, quãto quasi mundiora nonnullis videntur: quo nomine solet turpe desiderium exquisitorum ciborum, quod à carnibus alienũ est, ridicule turpiterq; defendi. Sanè quicquid necessario victui redundat: nã redundat plurimũ ex operibus manuũ, & epularũ restrictione: tãta cura egẽtibus distribuitur, quanta nõ ab ipsis, qui distribuunt, comparatum

L est. Nullo modo nanq; satagunt, vt hæc sibi abundent, sed omni modo agunt, vt non apud se remaneat quod abundauerit, vsqueadeo vt oneratas etiam naues in ea loca mittant, quæ inopes incolunt. Non opus est plura de re notissima dicere. Hæc est etiam vita fœminarum Deo solicite casteq; seruientiũ, quæ habitaculis segregatæ ac remotæ à viris quàm longissime decet, pia tantum illis charitate iunguntur & imitatione virtutis: ad quas iuuenũ nullus accessus est, neq; ipsorũ quamuis grauissimorum & probatissimorũ senũ, nisi vsq; ad vestibulũ necessaria præbẽdi, quibus indigẽt, gratia. Lanificio nanq; corpus exercẽt atq; sustẽtant, vestesq; ipsas fratribus tradunt, ab ijs inuicẽ, quod victui opus est, resumentes. Hos mores, hanc vitã, hunc ordinẽ, hoc institutũ si laudare velim, neq; digne valeo, & vereor ne iudicare videar per seipsum tantummodo expositũ placere non posse, si super narratoris simplicitatem cothurnum etiã laudatoris addẽdum putauero. Hæc Manichęi reprehendite, si potestis. Nolite cæcis hominibus & discernere inualidis ostentare nostra zizania.

M Neq; tamen ita sese anguste habent ecclesiæ catholicæ mores optimi, vt eorũ tantum vitas, quos commemoraui arbitrer esse laudãdas. Quàm.n. multos episcopos optimos viros, sanctissimosq; cognoui, quàm multos ꝑsbyteros, quàm multos diaconos, & hmõi ministros diuinorũ sacramentorũ, quorum virtus eo mihi mirabilior & maiore prædicatione dignior videtur, quo difficilius est eã in multiplici hominũ genere, & in ista vita turbulentiore seruare. Non.n. sanatis magis quàm sanandis hoibus præsunt. Perpotienda

tienda sunt vitia multitudinis, vt curẽtur, & prius toleranda quæ sananda est pestilentia. Difficillimum est hic tenere optimum vitæ modũ & animum pacatum atq; tranquillũ. Quippe ut breuiter explicem, hi agunt vbi

Aliud genus in ciuitate simul viuentiũ. cap. 33. viuere discitur, illi vbi viuitur. Nec ideo tamen laudabile Christianorum genus contempserim, eorum scilicet qui in ciuitatibus degunt, à vulgari vita remotissimi. Vidi ego diuersoria sanctorum Mediolani, nõ paucorum hominum, quibus vnus præsbyter præerat uir optimus & doctissimus. Romę etiam plura cognoui, in quibus singuli grauitate atq; prudentia & diuina scientia præpollentes, cæteris secum habitantibus præ-

A sunt, Christiana charitate, sanctitate, & libertate viuentibus. Ne ipsi quidem cuiquã onerosi sunt, sed Orientis more & Pauli apostoli authoritate manibus suis se transigunt. Ieiunia etiã prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est vsque quaq; vsitatissimum, sed continuũ triduũ vel amplius sæpissime sine cibo ac potu ducere. Neq; hoc in viris tãtũ, sed ẽt in fœminis.

Ieiunia triduana. Quibus itẽ multis viduis & virginibus simul habitantibus, & lana ac tela victũ quæritantibus, præsunt singulæ grauissimæ probatissimæq;, non tantũ in instituendis componendisq; moribus, sed ẽt instruẽdis mentibus peritæ ac paratę. Atq; inter hęc nemo vrgetur in aspera q̃ ferre non põt, nulli qđ recusat imponitur, nec ideo condemnatur à cæteris, q̃ in eis se imitandis fatetur inualidũ. Meminerunt.n. quanto opere scripturis omnibus commendata sit charitas. Memine

Titũ. 1. Mat. 15. Pro no- runt, Omnia munda mundis: &, Non quod intrat in os vestrũ vos coinquinat, sed quod exit. Itaq; non reijciendis generibus ciborũ

B quasi pollutis, sed concupiscentiæ perdomandæ ad- dæ, & dilectioni fratrum retinendæ inuigilat omnis industria. Meminerunt, Esca ventri, & venter escis, deus autem & hunc & illas destruet. Et alibi, Neq; si manducauerimus, abundabimus, neq; si non manducauerimus, egebimus. Et illud præ cæteris, Bonum est fratres non manducare carnes, neque bibere vinũ, neq; in quo frater tuus offenditur. Hic enim ostendit, q̃ sint ad finem charitatis hæc omnia redigenda. Alius enim credit manducare omnia, qui autem infirmus est, olus (inquit) manducet. Qui manducat, non manducantẽ nõ spernat, & q nõ manducat, manducantẽ nõ iudicet. Deus.n.

mina didit de suo. 1. Co. 6. 2. Co. 8. Ro. 14.

Illũ assumit. Tu quis es q̃ iudicas alienũ seruum? Suo domino stat aut cadit: stabit autẽ, potens est enim deus statuere eũ. Et paulo post, Qui manducat, domino manducat, & gratias agit deo: Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Et itẽ in consequentibus, Itaq; vnusquisq; nostrũ pro se rationẽ reddet. Non ergo amplius iudicemus inuicem, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalũ. Scio & cõfido in domino Iesu, quia nihil cõmune per ipsum, nisi ei q̃ existimat quid C cõmune esse, illi commune est. Potuitne magis ostendere nõ in ipsis rebus quibus vescimur, sed in animo esse vim quandã quę ad eum valeat maculandum? & propterea ijs etiam qui ad hæc contemnenda sunt idonei, certoq; sciunt, nõ se pollui, siquid ciborũ sine turpi cupiditate altitudine mentis assumpserint, charitatẽ tũ esse intẽdẽdã: videt quid sequatur. nam si propter escam frater tuus contristatur, iam non secundũ charitatẽ ambulas. Lege cætera, nã longum est omnia interponere, & inuenies præceptũ ijs qui pñt ista contẽnere, id est, firmioribus & securioribus: ideo tũ esse temperandum, ne offendãtur illi, quibus adhuc pro sua imbecillitate huiusce modi opus est temperantia. Hæc illi, de quibus agebam, norunt & tenent. Christiani sunt enim, nõ hæretici: intelligunt scripturas secundum Apostolicam disciplinam, non secundum superbum & cõmenticium nomen Apostolatus: vbi non manducantem nemo spernit, manducantem nemo iudicat: qui infirmus est, olus manducat. Multi tamen firmi propter infirmos idẽ faciunt: multis non est causa ista faciendi, sed viliore victu viuere placet, minimeq; sumptuoso corporis sustentaculo ætatem tranquillissimam ducere. Omnia enim mihi licita sunt, inq̃t, D sed ego non redigar sub potestate vllius. Ita 1. Co. 6. multi neq; vescuntur carnibus, neq; tamen eas immũdas superstitiose putant. Itaq; ijdẽ ipsi, qui salui temperant, si ratio valetudinis cogat, ægroti sine vlla formidine accipiunt. Multi vinum non bibunt, nec tamen eo se coinquinari arbitrantur: nam & quibusdam languidioribus, & prorsus omnibus, qui sine illo nequeũt salutẽ corporis obtinere, humanissime ac modestissime præberi faciunt. Et stulte nonnullos recusantes, fraterne admonent, ne vana superstitione debiliores citius, q̃ sanctiores fiant. Legunt eis Apostolum discipulo præcipientem, vt aliquantum 1. Ti. 5.

vini

vini sumat propter frequentes infirmitates suas. Ita pietatē sedulo exercēt: corporis vero exercitationē, vt ait idē Apostolus, ad exi
1. Ti. 4. guū tempus pertinere nouerunt. Continēt se igitur ij, qui possunt, qui tamen sunt innumerabiles, & à carnibus, & à vino duas ob causas: vel propter fratrū imbecillitatem, vel
E propter suā libertatem. Charitas præcipue custoditur: charitati victus, charitati sermo, charitati habitus, charitati vultus aptatur: coitur in vnā conspiraturq; charitatē. hanc violare tanquam Deum nefas ducitur. huic siquis resistit, expurgatur atq; vitatur. hanc siquis offendit, vno die durare non sinitur. Sciunt hanc ita commendatā esse à Christo & Apostolis, vt si hæc vna absit, inania: si
Ex malo rū Chri stianorū moribus vitu perandā ecclesiā. hæc absit, plena sint omnia. Istis Manichæi (si potestis) obsistite, istos intuemini, istos sine mendacio, si audetis, & cum contumelia nominate: istorū ieiunijs vestra ieiunia, canon stitati castitatē, vestitum vestitui, epulas epulis, modestiam modestię, charitatē denique charitati, & quod rex maxime postulat, prę-
Cap. 24. ceptis præcepta conferte. Iam videbitis quid inter ostentationem & syncerritatē, inter viā rectam & err rem, inter fidem atq; fallaciā, inter robur & tumorē, inter beatitudinē & miseriam, inter vnitatē & consciśionem, po stremo quid inter superstitionis sirenas &
Beatitas. portū religionis intersit. Nolite mihi colligere pfessores nominis Christiani, nec professionis suæ vim aut sciētes, aut exhibētes. Nolite cōsectari turbas imperitorū, qui vel in ipsa vera religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibus dediti, vt obliti sint quid pro-
F miserint Deo. Noui multos esse sepulchrorum & picturarū adoratores: noui multos esse, qui luxuriosissime super mortuos bibant,
Sepulchrorū adoratores. & epulas cadaueribus exhibētes, super sepultos seipsos sepeliant, & voracitates ebrietatesq; suas deputent religioni. Noui multos esse, qui renunciauerunt verbis huic seculo, & se omnibus huius seculi molibus opprimi velint, oppressiq; lætentur. Nec mirum est in tanta copia populorum, quòd non vobis desint, quorū vita vituperata decipiatis incautos, & à catholica salute auertatis cum in vestra paucitate magnas patiamini angustias, dum à vobis exigitur vel vnus ex his, quos electos vocatis, qui præcepta illa ipsa cu stodiat, quæ irrationabili superstitione defenditis. Sed & illa quàm vana sint, quàm noxia, quàm sacrilega, quemadmodū à magna parte vestrum, atq; adeo penè ab omnibus vobis non obseruentur, alio volumine ostēdere instituī. Nunc vos illud admoneo, vt aliquando ecclesiæ catholicæ maledicere desinatis, vituperando mores hominū, quos & ipsa condemnat, & quos quotidie tanquā malos filios corrigere studet. Sed quicunq; illorum bona voluntate Deiq; auxilio corriguntur, quod amiserant peccando, pœnitendo recuperant. Qui autem voluntate mala G
in pristinis vitijs perseuerant, aut etiam addunt grauiora prioribus, in agro quidem domini sinuntur esse, & cum bonis seminibus crescere, sed veniet tempus quo zizania separentur. Aut si iam propter ipsum Christianum nomen magis in palea quàm in spinis esse arbitrandi sunt, veniet etiam qui aream
purget, & à frumentis paleam seperet, & sin- Mat. 13.
gulis partibus pro suo cuiusq; merito, quod Matt. 3.
oportet, summa æquitate distribuat. Vos Manichei interea quid sæuitis, quid excęcamini studio dæmonū cōiugij vsū.
partium. Quid tanti erroris longa defensione implicamini? Fruges in agro, frumenta Cap. 35.
in area quærite, Apparebunt facile, sefeq; offerent ipsa quærentibus. Quid nimis in purgamenta oculos intenditis? Quid ab opimi orti vbertate imperitos homines sepiū asperitate terretis? Est certus aditus, quāuis paucioribus notus, quo posit intrari, quem vos aut esse nō creditis, aut inueniri non vultis. Sunt in ecclesia catholica innumerabiles fideles, qui hoc mundo non vtantur, sunt qui vtantur tanquam nō vtentes, vt ab Apostolo dicitur, quod illis temporibus iam probatum est, quibus ad idolorum cultum Chri- 1. Co. 7.
stiani cogebantur. Quot enim tunc perni- H
cioſi homines, quot patresfamilias rusticani, quot negociatores, quot militares, quot primates vrbium suarū, quot deniq; senatores, vtriusq; sexus, hæc omnia vana & temporalia relinquentes, quibus vtiq; quamuis vterentur non detinebantur, mortem pro salubri fide ac religione subierunt, demōstraueruntq; infidelibus à se potius illa omnia, quàm se ab eis esse possessos. Quid calumniamini, quòd fideles ac iam baptismate re- Matrimonia & possessio.
nouati, procreare filios, & agros ac domos pecuniamq; vllam possidere non debeant? Permittit hoc Paulus. Nam quod negari nō potest, fidelibus scripsit, post multorū quippe vitioſorum enumerationē, qui regnum Dei non possidebunt. Et hæc quidē fuistis, 1. Co. 6.
inquit, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Ablutos procul-

proculdubio & sanctificatos nemo nisi fideles, & eos qui huic mundo renunciauerint, intelligere audebit. Sed qm̄ ostendit quibus scripserit, videamus vtrum his illa permittat, Ita enim sequitur. Omnia mihi licita sunt, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licita sunt, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, & venter escis, deus aūt & has & hunc destruet. Corpus autem non fornicationi, sed dño, & dominus corpori. Deus vero suscitauit dominū, & nos quoq; suscitabit per virtutem suā. An nescitis qm̄ corpora vestra membra Christi sunt? Tol-
1 Cor. 6. lens ergo membra Christi, efficiam mēbra meretricis? Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur?
Gene. 2. Erunt. n. inquit, duo in carne vna. Qui aūt
1 Cor. 6. adhæret dño, vnus spiritus est. Fugite fornicationē. Omne peccatū quodcunq; fecerit homo, extra corpus est, qui aūt fornicatur in corpus suum peccat. An nescitis, qm̄ membra vestra templum est spiritussancti, in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno, glori-
1 Cor. 7. ficate & portate Deum in corpore vestro. De quibus autem scripsistis mihi, Bonū est homini mulierem non tangere. Propter incontinentiam autem vnusquisq; vxorē suā habeat, & vnaquæq; virum suum habeat. Vxori vir debitum reddat, similiter autem & uxor viro. Mulier sui corporis potestatē non habet sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterū
K reuertimini in idipsum, ne vos tentet satanas propter intemperantiā vestram. Hoc āt dico secundum indulgentiam, non secundū imperium. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum, sed vnusquisq; proprium habet donum à Deo, alius quidem sic, alius vero sic. Satisne vobis videtur Apostolus & fortibus demonstrasse quid summum sit, & imbecillioribus permisisse quod proximum est? Nam non attingere mulierem, summū ostendit esse, cum ait, Vellem omnes homines esse sicut meipsum. Huic autem summo coniugalis castitas proxima est, ne homo fornicatione uastetur. Núquid propterea istos dixit adhuc fideles non esse, quia coniugibus vtuntur? Quandoquidem hac castitate coniugij, & ex se inuicem ipsos qui cōiuncti sunt, si alter eorum fuerit infidelis, & eam quæ inde nascitur prolem sanctificari dixit. Sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis in muliere fideli, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quid obstrepitis pertinacia tantæ veritati? Quid lucē veritatis vanis vmbris obnubilare conamini? Nolite iam dicere L
catechumenis licere vti coniugibus, fidelibus autem non licere: cathecumenis licere habere pecuniam, fidelibus aūt non licere. Nam & multi sunt qui vtuntur tanquam non vtentes. Et illo sacro sancto lauacro inchoatur innouatio noui hominis, vt proficiendo perficiatur, in aliis citius, in aliis tardius: à multis tamen proceditur in nouam vitam, si quisquam non inimice, sed diligenter intendat. Ipse quippe sicut ait Apostolus, Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diē. Apostolus de die in diem interiorem hominem renouari dicit, vt perficiatur, & vos à perfectione vultis incipiat. Quod vtinam velitis. Sed quæritis potius, non vnde erigatis inualidos, sed vnde fallatis incautos. Hoc enim non debuistis tanta dicere audacia, nec si vos in eisipsis pugnatorijs mandatis vestris perfectos esse constaret. Cum vero nouerit vestra conscientia eos, quos in sectam vestram introducitis, cum vobis familiarius iungi cœperint, multa inuenturos, quæ in vobis esse, cum alios accusaretis, nemo suspicabatur: quæ tandem impu- M
dentia est perfectionem in catholicis imbecillioribus quærere, vt inde imperitos auertas, & eam nullo modo apud te ijs, quos auerteris, exhibere? Sed nequid in vos temere iam videamur effundere, iste sit huius voluminis modus, ut ad demonstranda præcepta vitæ vestræ, moresq; memorabiles aliquando veniamus.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Moribus Manichæorum Liber secundus.

Quid verisimile sit. Cap. 1.

NVlli esse dubium arbitror, cum de bonis & malis quæritur, hoc genus quæstionis ad moralem pertinere disciplinam, in qua isto sermone versamur. Quamobrē uellem quidem, vt tā serenam mentis

aciem homines ad hæc inuestiganda deferrent, vt possent videre illud summũ bonũ, quo non est quicquam melius aut superius, cui rationalis anima pura & perfecta subiungitur. Hoc enim intellecto atq; perfecto simul viderent id esse, quod summe ac primitus esse rectissime dicitur. Hoc.n.maxime

A Quid dicatur verissime esse.

esse dicendum est, quod semper eodem mõ sese habet, quod omni modo sui simile est, quod nulla ex parte corrumpi ac mutari pt, quod non subiacet tempori, quod aliter nũc se hre, q̃ habeat antea, non potest. Id enim est quod esse verissime dicitur. Subest enim huic verbo manentis in se atq; incommutabiliter sese habentis naturæ significatio. Hãc nihil aliud q̃ Deum possumus dicere, cui si contrarium recte quæras, nihil omnino est. Esse.n.contrarium non habet, nisi non esse. Nulla est ergo Deo natura contraria. Sed quoniam ad hæc contemplanda sauciam & hebetem nugatorijs opinionibus & prauitate voluntatis aciem mentis afferimus, conemur quantum possumus ad qualemcunque tantæ rei notitiã peruenire pedetentim atq; caute, non vt videntes, sed ut palpãtes solent

Malum q̃rere. Sæpe atq; adeo penè semper Manichæi, ab ijs quibus hæresim vestram persuadere molimini, requiritis, vnde sit malũ. Putate me nunc primitus in vos incidisse, impetrem aliquid à vobis, si placet, vt etiam vos deposita paulisper opinione, qua vos ista scire opinamini, rem tantam mecũ tanq̃ rudes indagare tentetis. Percunctamini me, vnde

Malum non esse substantiam. Cap.2.

B sit malum: ac ego vicissim percunctor vos, quid sit malum. Cuius est iustior inquisitio? Eorumne qui q̃runt vnde sit, quod quid sit ignorant: an eius qui prius putat esse q̃rendum quid sit, vt non ignotæ rei (quod absurdissimum est) origo q̃ratur? Verissime dicitis. Quis.n.ita est mente cæcus, qui non videat id cuiq; generi malum esse, quod cõtra eius naturam est? Sed hoc constituto, euertit hæresis vestra. Nulla.n.natura malũ, sed qđ contra naturam est, id erit malũ. Vos ãt asseritis quandam naturã atq; substantiam malum esse. Accedit ẽt illud, q̃ contra naturam quicquid est, vtiq; naturæ aduersatur, & eã perimere nititur. Tendit ergo id quod est,

Natura quid sit.

facere vt non sit. Nam & ipsa nãtura nihil est aliud, q̃ id quod intẽligitur in suo genere aliquid esse. Itaq; vt nos iam nouo nomine ab eo quod est esse vocamus essentiam, quam plerunque substantiã etiam nominamus: ita veteres qui hæc nomina non habebant, pro essentia & substantia naturam vocabant. Idipsum ergo malum est, si præter pertinaciam velitis attendere, deficere ab essentia, & ad id tendere vt non sit. Quocirca cum in Catholica dicitur, omnium naturarum atq; substantiarum esse authorẽ Deũ, C simul intelligitur ab eis q̃ hoc possunt intelligere, non esse Deum authorem mali. Qũo enim potest ille, qui omnium q̃ sunt, causa est vt sint, causa esse rursus, vt non sint. i. vt ab essentia deficiant, & ad non esse tendant? Quod malum generale esse clamat verissima ratio. At vero illa vestra gens mali, quã vultis esse summum malum, quomodo erit contra naturam. i. contra substantiam, cum eam naturam atq; substantiam esse dicatis? Si.n.cõtra se facit, ipsum esse sibi adimit: Qđ si perfecerit, tunc demum peruenit ad summum malum. Non ãt perficiet, quia eã non modo esse, verumetiã sempiternam esse vultis. Non potest igitur esse summum malum, quod perhibetur esse substantia. Sed quid faciam? Scio plures esse in vobis qui hæc intelligere omnino nequeant. Scio rursus esse quosdam, qui quanquam bono ingenio vtcunque ista videant, mala tñ voluntate, qua ipsum quoque ingenium sunt amissuri, pertinaciter agant, & quærant potius quid aduersus ista dicant, quod tardis & imbecillis facile persuadetur, q̃ vera esse consentiãt. Non me tamen scripsisse pœnitebit, quod D aut quisquam in vobis tandem non iniquo iudicio consideret, vestrumq́; relinquat errorem: aut quod ingenioſi & Deo subditi, atque adhuc ab studio vestro integri cũ legerint, non possint vestris sermonibus decipi.

Malum quid sit.

Quæramus ergo ista diligẽtius, & (quantum fieri pt) planius. Percunctor vos iterũ quid sit malum? Si dixeritis id quod nocet, neq; hic mentiemini. Sed quæso animaduertite, quæso vigilate, quæso deponite studia partiũ, & verũ non vincendi, sed inueniendi gratia quærite. Quicquid.n.nocet, bono aliquo priuat eam rem cui nocet. Nam si nullũ bonũ adimit, nihil ꝓrsus nocet. Quid hoc apertius, obsecro uos, quid planius, quid tã expositũ cuiuis mediocri intellectori, mõ non pertinaci? Hoc autem posito, videtur iam, vt opinor, quid sequatur. In illa quippe gente quam summũ malum esse suspicamini, nocere cuiquam rei non pt, vbi nihil est boni. Quòd si duæ naturæ sunt, vt affirmatis, regnum lucis & regnũ tenebrarum: qm̃ regnum lucis Deum esse fatemini, cui simplicem

Summo bono nocere non potest. Cap.3.

plicem quandam naturã cõceditis, ita, vt ibi non sint aliud alio deterius: confiteamini necesse est, quod uehemẽter quidem est aduersum vos, sed tamen necesse est confiteamini istam naturam, quam summum bonum non modo non negatis, sed etiã vehementer persuadere conamini, esse incommutabilem, impenetrabilem, & incorruptibilẽ & inuiolabilem. Nõ enim erit aliter summum bonum. Id est.n.quo nihil est melius. Tali aũt naturę noceri nullo pacto potest. At si nocere bono priuare est, sicut ostendi: noceri non potest regno tenebrarum, quia nihil ibi boni est: noceri non potest regno lucis, quia inuiolabile est: Cui igitur nocebit quod dicitis malum? Quam rem cum uos expedire nese, & par

Boni participatio ac differentia. Cap.4.

E queatis, uidete quàm expedita sit sententia catholicę disciplinę, quæ aliud dicit bonũ quod summe ac per se bonum est, & non participatione alicuius boni, sed propria natura & essentia, aliud quod participando bonum, & habendo: habet autem de illo summo bono ut bonum sit, in se tamen manente illo, nihilque amittente. Hoc autem bonũ quod postea diximus, creaturam vocant, cui noceri per defectum potest: cuius defectus Deus author non est, quia existendi, & ut ita dicam, essendi author est. Ita & malum ostẽ-

F ditur quomodo dicatur: non enim secundũ essentiam, sed secundum priuationem rectissime dicitur: & natura cui noceri possit, apparet. Non enim ipsa est summum malum, cui bonum adimitur cum nocetur: neque summum bonum, quæ propterea deficere à bono potest, quia non existendo bonũ, sed bonum habendo dicitur bona. Neque naturaliter bona res est, quæ cum facta dicitur, utique vt bona esset accepit: Ita et Deus summum bonum est, & ea quæ fecit, bona sunt omnia, quanuis non sint tam bona, q̃ est ille ipse qui fecit. Quis.n.hoc tam insanus audet exigere, vt æqualia sint artifici opera, & conditæ cõditori? Quid amplius desideratis? An

Summũ malum corrũpi nõ posse ut nec bonum. Cap.5.

etiam uultis aliquid planius? Quæramus ergo tertiò quid sit malum? Respondebitis fortasse, corruptio. Quis & hoc negauerit generale malum esse? Nam hoc est contra naturam quod nocet: Sed corruptio non est in scipsa, sed in aliqua substantia, quã corrũpit. Nõ n.substãtia est ipsa corruptio. Ea igitur res, quã corrumpit corruptio, non est malum. Quod enim corrumpitur, integritate & synceritate priuatur. Quod ergo non habet ullam synceritatem qua priuetur, corrumpi nõ potest: quod aũt habet, p̃fecto bonum est participatione synceritatis. Itẽ qđ corrumpitur, profecto peruertitur: quod autem peruertitur, ordine priuatur, ordo autẽ bonum est. Non igitur quod corrumpitur bono caret: eo nanque ipso, quo non caret, uiduari, dum corrũpitur, põt. Gens ergo illa tenebrarũ, si omni bono carebat, vt dicitis, corrumpi non poterat. Non enim habebat qđ ei posset auferre corruptio, quæ si nihil auferat, non corrumpit. Audete iam dicere, si potestis, Deum & Dei regnum potuisse corrũpi, si diaboli regnum quale describitis, quomodo corrumpi posset, nõ inuenitis. Quid ergo lux catholica dicit? Quid putatis, nisi id quod habet veritas, corrumpi posse factã substantiam? Nam & illam non factam, sq̃ summum bonum est, esse incorruptibilem, & ipsam corruptionẽ quæ summũ malũ est, non posse corrumpi, sed hanc non esse substãtiam. Si autem quæritis, quid sit, videte quò conetur perducere, quæ corrumpit. Ex seipsa enim afficit ea, quæ corrumpuntur. Deficiunt autem omnia per corruptionem ab eo quod erant & non permanere coguntur, nõ esse coguntur. Esse enim ad manendum refertur. Itaque quod summe & maxime esse H dicitur, permanẽdo in se dicitur. Nam quod mutatur in melius, non quia manebat mutatur, sed quia peruertebatur in peius. i. ab essentia deficiebat, cuius defectionis author nõ est q. est author essentiæ. Mutantur ergo quædam in meliora, & propterea tendũt ad esse: Nec dicuntur ista mutatione peruerti, sed reuerti atque conuerti. Peruersitas enim contraria est ordinationi. Hæc uero quæ tendunt ad esse, ad ordinem tendunt: quẽ cũ fuerit consecuta, ipsum esse consequuntur, quantum id creatura consequi potest. Ordo enim ad conuenientiam quandam, quod ordinat redigit. Nihil est autẽ esse, q̃ unũ esse. Itaq; inquantum quodque vnitatẽ adipiscitur, in tantum est. Vnitatis est enim operatio, cõuenientia & concordia, qua sunt inquantum sunt ea quæ composita sunt. Nam simplicia per se sunt, quia vna sunt: quæ autem non sunt simplicia, concordia partium imitantur vnitatem & intm̃ sunt, inquantũ assequuntur. Quare ordinatio esse cogit, inordinatio vero non esse, quę peruersio etiam nominãt atque corruptio. Quicquid igitur corrumpitur, eò tendit ut non sit. Iam vestrum est considerare, quò cogat corruptio, vt positis inuenire summum malũ. Nã, id est, quò cor I

Ordo, et unitas dat esse. Cap.6.

G

Universidad de Sevilla Biblioteca

Quomodo Deus restituit omnia. Cap. 7.

ruptio perducere nititur. Sed Dei bonitas eo rem perduci non sinit,& omnia deficientia sic ordinat, vt ibi sint vbi cõgruentissime possint esse, donec ordinatis motibus ad id recurrant vnde defecerunt. Itaque etiam animas rationales,in quibus est potisimum liberum arbitrium,deficientes à se,inferioribus creaturæ gradibus ordinat,vbi tales esse decet. Fiunt ergo miseræ diuino iudicio, dũ conuenienter pro meritis ordinantur. Ex quo id optime est dictum, quod insectari maxime soletis. Ego facio bona,& creo mala. Creare nanq; dicitur condere & ordinare. Itaque in plerisq; exemplaribus sic scriptum est. Ego facio bona,& condo mala. Facere enim est quod omnino non erat: Condere autem ordinare, quod vtcunq; iã erat, vt melius magisq; sit. Ea nanq; cõdit Deus, id est,ordinat,cum dicit, Condo mala, q̃ deficiunt,id est,ad nõ esse tendunt,non ea quæ ad id quò tendunt peruenerunt. Dictum est enim: Nihil per diuinam prouidentiam ad id vt non sit peruenire permittitur. Tractarentur hæc latius & vberius, sed dum vobiscum agitur satis est. Ostendenda enim vobis ianua fuit,quã desperatis,& desperandam facitis imperitis. Nam vos introducit nemo,nisi voluntas bona, quam pacatam efficit diuina clementia,sicut in Euangelio canitur. Gloria in excelsis Deo,& in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Satis est,inquã, vt videatis, nullum esse de bono & malo religiosæ disputationis exitum, nisi quicquid est,inquantum est,ex Deo sit: inquãtum autem ab essentia deficit, non sit ex Deo, sed tamen diuina prouidentia semper,sicut vniuersitati congruit,ordinetur. Quod si nondum videtis,quid amplius nunc faciam, nescio,nisi vt minutius etiam tractem ista,quę dicta sunt. Non.n.ad maiora mentem, nisi pietas veritasq; perducit. Quid.n. aliud cum quæro,quid sit malum,responsuri estis, nisi aut quod contra naturam est, aut quod noceat,aut corruptionem,aut aliquid hmõi? At in his ostẽdi vestra naufragia, nisi forte, vt soletis cum angustati fueritis cum pueris pueriliter agere, respondebitis malum esse ignem,venenum,feram,& cætera hmõi. Nã et de quodam dicente, nullam substantiam malam esse,vnus de primatibus huius hæresis, quẽ familiarius crebriusq; audiebamus, dicebat,Vellem scorpionem in manu hominis ponere ac videre vtrum nõ subtraheret manum. Quod si faceret,non verbis,sed re ipsa conuinceretur aliquã substantiam malum esse,quandoquidẽ illud animal esse substantiam non negaret. Et dicebat hoc nõ coram illo, sed cum ad eum nos cõmoti referremus quod ille dixisset. Respondebat ergo (vt dixi) pueriliter pueris. Quis enim meliuscule imbutus & eruditus,non videat per inconuenientiam corporalis temperationis hęc lædere, ac rursus per conuenientiam nõ lædere,immo & sæpe etiam commoda non parua conferre? Nam si illud venenum per seipsum malum esset, eundem scorpionem magis priusque interimeret. At contra si ei penitus aliquo pacto detrahatur,sine dubitatione interiret. Ergo illius corpori malum est amittere,quod nostro recipere. Item illi bonum est habere id quo nobis bonum est carere. Erit ergo eadem res & bonum & malum? Nullo modo, sed malum est quod contra naturam est: hæc enim & bestiæ illi & nobis malum est,id est, ipsa inconuenientia, quæ sine dubio non est substantia,immo est inimica substantiæ. Vnde est igitur? Attende quò cogat & disces,si tamen in te aliquid interioris luminis viuit. Non esse enim cogit omne qđ perimit. Deus vero author essentiæ est: nec aliqua essentia potest videri esse,qp in qua fuerit cogit non esse.. Dicitur ergo aliquid vnde nõ sit,inconuenientia,nã vnde sit nihil dici potest. Quædam facinorosa mulier Athenienſis, vt prodit historia, venenum quod certo modulo damnati, vt morerentur hauriebant, paulatim bibendo sine vllo vel leui incommodo valetudinis effecit vt biberet. Itaq; cum esset aliqñ damnata, legitimam illã quãtitatem veneni,quã consuetudine vicerat, accepit vt cæteri, nec vt cæteri extincta est. Quod cũ esset magno miraculo,missa est in exilium. Quid putamus si venenum malum est,istã fecisse vt sibi malum non esset? Quid hoc absurdius? Sed quia inconuenientia malum est,fecit potius vt per moderatam cõsuetudinem illud corpus suo corpori conueniret. Nam quando illa qualibet calliditate posset efficere, vt sibi inconuenientia non noceret? Quid ita? Quia quod vere & generaliter malum est, & semper & omnibus nocet. Oleum nostris corporibus commodum est, animaliũ autem multis quæ sex pedes habent, vehementer aduersum. Elleborum, nonne alio mõ cibus est,alio medicamentum,alio venenũ? Salẽ immoderatius acceptũ,quis non venenum esse clamauerit? Quot aũt & quantæ corporis commoditates ex eo sint,quis ꝑt numerare? Aqua maris terrenis animalibus cum bibitur,noxia est: multorum autem corporibus dum illa aqua humectantur accommodatissima & vtilis. In vtroque ãt piscibus saluti & voluptati est. Panis hominem alit, accipitrem necat. Cænũ ipsum quod & haustum & olfactum grauiter offendit & lædit, nonne & æstate tactum refrigerat, & vulneribus quæ ab igne acciderunt,medicamentũ est? Quid stercore aspernabilius? quid cinere abiectius? At hæc tantas agris vtilitates afferunt, vt eorum inuentori, à quo etiam stercus nomen accepit Stercutio diuinos honores Romani deferendos putarent. Sed quid parua colligam, quæ sunt innumerabilia? Quatuor ipsa quæ in promptu sunt elementa,quis dubitet prodesse per conuenientiam,inconuenienter ãt adhibita, vehementer aduersa esse naturæ? Nos qui aere viuimus,& terra & aqua obrutos necant. Innumerabilia vero animantia per arenam laxio remq; terram repunt vitaliter. Pisces ãt in hoc aere moriuntur. Ignis corpora nostra corrumpit,sed conuenienter adhibitus,& resumit à frigore, & morbos innumerabiles pellit. Sol iste cui genuflectitis, quo vere nihil inter visibilia pulchrius inuenitur, aquilarum oculos vegetat, nostros sauciat inspectus & tenebrat: Sed sit per consuetudinem, vt nos quoque in eo sine incommodo aciem figamus. Num ergo finitis, vt illi veneno cum comparemus, quod mulieri Atheniẽsi consuetudo fecit innoxium? Respicite ergo aliquando & aduertite,si substantia vlla malũ est,ideo qp lædit aliquem,lucẽ quam colitis ab hoc crimine non posse defendi. Conſyderate potius hanc inconuenientiam vniuersale malum esse, per quam solis radius tenebrescere oculos facit,cum eis nihil sit luce iucundius. Hæc dixi,vt si fieri potest, tandẽ dicere desinatis malum esse terram per immensum profundã & longã,malum esse mẽtem per terram vagantem: malum esse quinque antra elemẽtorum,aliud tenebris, aliud aquis,aliud ventis,aliud igni, aliud fumo plenum: malum esse animalia in illis singulis nata elementis,serpentina in tenebris, natantia in aquis,volatilia in ventis, quadrupedia in igne,bipedia in fumo. Hæc.n.sicut à vobis describuntur,nullo modo esse poterunt: quoniam quicquid tale est,inquantum est,à summo Deo sit necesse est,quoniam inquantum est, vtiq; bonum est. Si.n.dolor & imbecillitas malum est, erant ibi animalia in tãta corporis firmitate, vt eorum abortiuos fœtus,postq̃ de his secundum vestram fectã fabricatus est mundus, de cœlo in terram ecciderunt & mori non potuisse dicatis. Si cęcitas malum est,videbant: si surditas,audiebãt. Si obmutescere aut mutum esse malum est, vsqueadeo signatæ atq; distinctę ibi voces erant,vt aduersus Deum bellum gerere, sicut asseritis,eis in concione vno persuadente placuerit. Si sterilitas malum est, erat ibi filios procreandi magna fœcunditas. Si exilium malum est, in sua terra erant, suasque regiones incolebant. Si seruitus malum est, erant ibi etiam qui regnabant. Si mors malum est,viuebant, & ita viuebant, vt mentẽ ipsam prorsus nec post victoriam Dei vllo modo nunquam mori posse prædicetis. Cur (quæso) in summo malo inuenio tanta bona ijs malis q̃ commemoraui contraria? Aut si hęc non sunt mala,vllane tandem substantia inquantum substantia est,malum erit? Si malum imbecillitas non est, malumne erit corpus infirmum? Si malum cæcitas nõ est, malumne erunt tenebræ? Si malum surditas non est,malumne erit surdus? Si malum nõ est mutum esse,malumne erit piscis? Si sterilitas malum non est,quomodo malum est animal sterile? Si exilium malũ non est,quõ malũ est animal exulans, vel animal in exilium aliquem mittens? Si seruitus malũ non est,qũ o malum est animal seruiens? Si mors malum non est,quõ malum est animal mortale,vel infereus mortem? Si vero hæc mala sunt,quõ non erunt bona firmitas corporis, visus,auditus,locutio persuadẽs,fœcunditas, solũ genitale,libertas,vita,quæ omnia in illo mali regno fuisse perhibetis, & summũ malum audetis asserere? Postremo si (quod omnino nemo nunquam negauit) inconuenientia malum est,quid conuenientius q̃ illa suis quibusq; animalibus elementa, tenebræ serpentibus,aquę natantibus,venti volatilibus, ignis edacioribus,fumus elatioribus? Tanta enim à nobis in discordiæ gente concordia, & tantus in peruersitatis sede ordo describitur. Si quod nocet malum est, omitto illud valentissimum, quod supra dictum est, noceri non potuisse, vbi nullum erat bonum. sed si hoc obscurum est, illud certe omnibus eminet & apparet, quia,sicut dixi,& vt omnes consentiunt, quod nocet est malum: fumus in illa gente bipedibus animalibus non nocebat. Genuit ea & aluit atque sustinuit

Esa. 45. Creare & condere.

K

Lucæ. 2.

Nulla substantia per se mala,sed per incõgruẽtiã. Cap. 8.

L

Dictum Manichæi.

Mirum.

B

Ne cõsistere quidem Manichæorũ fabulas de bonis et malis. Cap. 9.

C

M

Assueta uenenis.

A

D

Piscis mutus.

E

sine labe nascentia, crescentia, regnatia. Nũc uero postq̃ mixtum est malo bonum, nocẽtior fumus effectus est, ita ut à nobis qui certe bipedes sumus, sustineri non possit. Excęcat, opprimit, necat. Tantane malis elementis commixtione boni cecesit immanitas? tanta Deo regnante peruersitas? Certe cũ in cæteris uidemus tantam congruentiam, quæ authorem uestrum decepit, atque illexit ad componenda mendacia? Cur, inquam, tenebræ serpentibus, aquæ natantibus, uenti uolantibus congruunt: quadrupedem uero ignis incendit, & nos fumus suffocat? Quid

Serpẽtes aprici.

q̃ etiam serpentes acutissime uident, & præsentia solis exultant, ibiq̃ sunt abundãtiores, ubi aer serenior, difficilius & rarius ubi

F nubẽ contrahit? Quid absurdius, quã ibi eẽ acõmodatius & aptius incolas amatoresq̃ tenebrarũ, ubi lucis perspicuitate gaudetur?

aspis gaudet luce.

Quòd si eos dicitis delectari potius calore q̃ lumine multo cõgruẽtius in igne serpẽtes alacres natos, quàm tardum asinum diceretis: & tamen luci huic amicam aspidẽ q̃s neget, cum eius oculi aquilæ oculis cõparent? Sed de bestijs videro. Nosipsos (obsecro) cõsyderemus sine pertinacia, & tãdẽ fabulis vanis & pernicios animũ exuamus. Quis.ntãtam peruersitatem ferat, qua dicitur in tenebrarum gente, cui nihil admixtum erat luminis, aialia bipedia tam firmã, tam vegetã, tam deniq; incredibilẽ vim habuisse in oculorum acie, vt in tenebris suis videret purissimam, quæ à vobis commendatur regnorũ Dei lucẽ, Siquidem illã etiã talibus uisibilẽ fuisse vultis, vt aspicerent & consyderarent, & delectarentur & appeterent: nostros autẽ oculos commixtione lucis, cõmixtione summi boni, commixtione deniq; Dei tam infirmos tã imbecilles esse redditos, vt neq; quicquam videamus in tenebris, & solis aspectũ nullo modo ferre possimus, atque inde con-

G uersi, etiam q̃ à nobis videbant, q̃ramus. Hęc dici possunt, etiam si corruptio malum est, quod æque nemo ambigit: Non.n. tunc fumus corrumpebat genus animalium, quod modo corrumpit: Et ne pergam per singula, quod longum est & non necessariũ, vsqueadeo minus erãt corruptioni obnoxia, quæ ibi animantia fuisse confingitis, vt abortiui eorum fœtus nondum ad nascendum idonei, de cœlo in terram præcipitati, & uiuere, & gignere, & rursus coniurare potuerit, habentes vtique pristinam firmitatem, qua iã erant concepti ante commixtionem boni & mali. Nam post istam concretionem, quę de ijs nata sunt, ea dicitis esse animalia quę nunc infirmissima, & facile corruptioni obnoxia videmus. Quis hunc diutius tolerare possit errorem, nisi qui aut ista non uidet, aut nescio qua incredibili consuetudine familiaritate vobiscum contra oẽs moles ac rationis obduruit? Sed quoniam ostendi, vt arbitror, de bonis & malis generalibus, in quantis tenebris, & in quanta falsitate versemini, nunc videamus tria illa signacula, q̃ in vestris moribus magna laude ac prædicatione iactatis. Quę sunt tãdẽ ista signacula? Oris certe, & manuũ, & sinus. Quid ẽ hoc? Vt ore, inquit, & manibus, & sinu, castus & innocens homo? Quid si oculis, aut au H ribus, vel naribus peccet? Quid si calcibus hominem affligat, vel ẽt necet? Qũo iustum tenebimus reum, qui nec ore nec manibus, nec sinu peccauit? Sed cum os, inquit, nomino, omnes sensus, qui sunt in capite, intelligi volo: Cũ ẽt manum, omnem operationẽ: cum sinũ, omnem libidinem seminalẽ. Quo ergo vultis pertinere blasphemias? Ad os an ad manũ? Est.n. operatio ista per linguã. Itaq; si vno genere operationem oẽm concluditis, cur operationẽ pedũ cõiungitis manibus, linguæ separatis? An quia lingua verbis significat aliquid, eam vultis seiungere ab ea operatione, quæ non significãdi gratia fit: ita vt definiatur signaculum manuũ, ab operatione mala, quæ nõ significãdi causa est cõtinentia? Sed quid facturi estis, si-

Tria signacula quibus peccat. Ca. 10.

quis peccet significando aliquid manibus vt fit cum scribimus, vel gestu aliquid quod intelligatur, ostendimus. Hoc enim ori atque linguę tribuere non potestis, quia manibus fit. Quid enim absurdius, quàm cum tria dicantur signacula, oris, manuum, & sinus, quædam peccata deprehẽsa in manibus tribuantur ori? Si autem operatio generalis manibus datur, quæ tandem ratio est pedũ operationem huic addere, linguæ non addere? Videtisne quomodo nouitatis appeti- I tio comite errore in magnas deducatur angustias? Tribus nanque istis signaculis, quæ noua quadam diuisione prędicatis, quo modo includatis omnium peccatorum purgationem non inuenitis. Sed diuidite vt vultis, prætermittite quicquid vultis, ea, quę maxime soletis commẽdare tractemus. Ad oris enim signaculum dicitis pertinere, ab omni continere blasphemia. Est autem blasphemia, cum aliquã mala dicuntur de

Quæ blasphemi Manichęi d

dicent. Cap. 11. Blasphemia q̃d sit.

de bonis. Itaq; iã uulgo blasphemia nõ accipit, nisi mala uerba de deo dicere: de hoibus nãq; dubitari põt. Deus uero sine cõtrouersia bonus est. Si ergo ratio conuicerit, neminẽ de Deo peiora, q̃ uos dicere, ubi erit memorabile oris signaculũ? Docet enim ratio nec sanè recondita, sed in promptu sita & expósita omnium intellectui, sed inuicta, & eo inuictior, q̃ eam nemo ignorare permittitur, Deum esse incorruptibilẽ, incõmutabilem, inuiolabilem, in quem nulla indigentia, nulla imbecillitas, nulla miseria cadere possit. Vsqueadeo autem ista omnis anima rationalis communiter sentit, ut etiã uos

K cũ dicuntur, annuatis. Sed cum fabulas uestras narrare cœperitis, & corruptibilem & commutabilem, & violabilem, & indigẽtiæ obnoxium, & imbecillitatem admittentem, & à miseria non tutum Deum mira cęcitate possessi suadetis, & mira cæcitate possessis etiã persuadetis. Atq; hoc parum est. Non enim corruptibilẽ tantum Deum dicitis, sed corruptum: nec commutabilem, sed commutatum: nec uiolabilem, sed uiolatum: nec qui possit indigentiam pati, sed indigentem: nec in quem casura sit, sed in quem ceciderit imbecillitas: nec qui miser esse possit, sed miserum. Animam quippe Deum esse dicitis uel partẽ Dei. Nec uideo quomodo Deus non sit, quæ pars Dei dicitur. Nam & auri pars aurum, & argenti argentum, & lapidis lapis. Et ut ad hæc maiora ueniamus, pars terrę terra est, & aquę pars aqua est, & aeris aer, & siquid de igne detraxeris, ignem esse non negabis, & quælibet pars lucis, nihil põt aliud esse quàm lux. Cur ergo pars Dei non erit Deus? An articulata Dei forma est sicut hominis, reliquorunq̃ animãtium? Nam pars hominis non est homo. Sed ad quãlibet istarum opinionum descendo, & singillatim utramq; consídero. Nam

L si Deum ita esse uultis ut lucem, recusare non potestis Deum esse aliquam partẽ Dei. Quamobrem cum partem dei esse animum dicitis, quam non negatis, & corruptam esse, quæ stulta est: & commutatam, quæ sapiens fuit: & uiolatam, quæ propriam perfectionem non habet: & indigentiam, quæ poscit auxilium: & imbecillem, quæ medicina eget: & miseram, quæ beata esse desiderat: hæc omnia in Deum sacrilega opinione conseritis. Aut si non concedítis hæc de anima, nec spiritus est necessarius, qui animã in ueritatẽ inducat, quia stulta nõ est: nec renouatur anima per ueram religionẽ, qua inueterata nõ est: nec signaculis uestris perficitur, quia perfecta est: nec ei Deus opem fert, quia nõ indiget: nec medicus est Christus, quia sana est: nec beata ei uita recte promittitur. Quid quod liberator dicitur Iesus, quod & ipse in Euãgelio clamat: Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis? Et Apostolus Paulus ait: Vos in libertatẽ uocati estis. Ser- Galat. 5. uit ergo anima, quæ istã libertatem nõdum est assecuta. Deus igitur uobis authoribus, siquidem pars Dei est Deus, & stultitia corrũpitur, & cadendo mutatus est, & amissio- M ne perfectionis uiolatur, & opis indiget, & debilis morbo, & oppressus miseria, & seruitute turpatus est. Quòd si Dei pars Deus non est: nec incorruptus potest esse, in cuius parte corruptio est: nec incõmutatus, qui ex aliqua parte mutatus est: nec inuiolatus, qui non ex omni parte perfectus: neq; non indigens, qui sedulo agit, vt sibi restituat partem suam: nec omnino sanus, qui aliqua parte imbecillis est: nec beatissimus, qui habet aliquam partem subiectam miseriæ: nec omnino liber, cuius pars aliqua premitur seruitute. Hæc omnia cogimini dicere, qui animã quam tantis obrutam calamitatibus cernitis, partem Dei esse perhibetis. Hæc & multa huiusmodi de secta uestra si potestis auferre, tunc demum dicite os uestrum carere blasphemiis: Immò sectam illã deserite. Nã si hoc quod ille scripsit, destiteritis credere ac dicere, Manichæi utique non eritis. Summum bonum omnino & quo esse aut cogitari nihil melius potest, aut intelligendus, aut credendus Deus est si blasphemijs carere cogitamus. Ratio aliqua numerorum uiolari & commutari nullo pacto potest, nec ulla natura, qualibet uiolentia effecerit, vt post unum qui sequitur numerus, A non duplo ei concinat. Hoc commutari nullo pacto potest, & Deus à uobis commutabilis dicitur? Tenet ista ratio inuiolabilem integritatem suam, & ei saltem partem Deum esse non uultis? Faciat q̃libet gens tenebrarum, vt ternarius intelligibilis numerus, in quo ita vnum est qđ vnum est, vt partibus careat. Faciat ergo gens ista tenebrarum, ut numerus iste ternarius in duas partes æquales diuidatur. Videt certe mens vestra nullius id maleuolentia posse contingere. Quæ ergo rationem numeri uiolare non poterat, poterat Deum? Si autẽ non poterat, quæ (obsecro) necessitas fuit, ut pars

Exclu-dit Manichæorũ fuffugia. Cap.12.

eius miſceretur malo, & in tantas miſerias truderetur? Hinc.n.illud exortum eſt,qđ etiam cum ſtudioſe vos audiremus,nos magnis premebat angũſtijs: nec vllum exitum reperiebamus, quærentes quid factura erat Deo gens tenebrarum, ſi cum ea nollet cũ tanta patris ſuę calamitate pugnare.Si enim non erat nocitura quieſcenti, crudeliter nobiſcum actum querebamur,qui ad iſtas erũnas miſsi ſumus. Si autem nocitura erat, non eſſe illam naturam incorruptibilem, qualis natura Dei eſſe debeat. In hac quæ-
B ſtione non defuit qui diceret, non Deum malo carere voluiſſe, aut ne ſibi noceretur cauiſſe, ſed propter naturalem bonitatem ſuam inquietę peruerſæque naturæ,vt ordinata eſſet, prodeſſe voluiſſe. Non hoc ſonãt libri Manichæi:cauiſſe Deum ne inuaderet ab hoſtibus,ſæpiſsime ibi ſignificatur, ſæpiſſime dicitur.Sed cõcedamus iſta Manichæũ ſenſiſſe vt ille dicebat, qui non inueniebat aliud quod diceret, num iſta ratione Deus à crudelitate aut infirmitate defenditur? Hæc enim eius in aduerſam gentem bonitas, in ſuos extitit magna pernicies. Huic accedit, quia ſi natura illius corrumpi commutariq; non poſſet,nec nos vlla peſtis commutaret, atque corrumperet: & ille ordo qui naturæ alienæ præſtandus fuit, poſſet ſine veſtra peruerſitate preſtari. Illud vero nondum dictum erat, quod nuper apud Carthaginẽ audiui. Cum enim quidam, quem maxime illo errore cupio liberari, hac quæſtione in eaſdem cogeretur anguſtias, auſus eſt dicere .ſ.regnum habuiſſe quoſdam fines ſuos, qui poſſent inuadi à gente contraria, nã ipſum Deum nullo modo potuiſſe violari. Sed dixit, quod neq; author ille veſter vllo modo dicere cogeretur. Videretur.n.fortaſſe conſequẽtes ruinas ſuæ ſectæ multo per hanc sen
C tentiam,q̃ per aliam faciliores. Et reuera ita ſe hoc hẽt, vt ſi quiſquam mediocris cordis audierit in natura illa fuiſſe, aliud violabile, aliud inuiolabile, facile intelligat non iam duas, ſed tres eſſe naturas, vnam inuiolabilem, alteram violabilem, tertiam violatricem. Hæ igitur blaſphemiæ cum à corde profectæ quotidie in ore veſtro habitent, definite aliquando ſigillaculum oris veſtri ad imperitorum illecebram,quaſi magnum aliquid prædicare. Niſi forte quòd nõ veſcimini carnibus,& vinum non bibitis, ſignaculũ oris mirandum & laudandum putatis. Qđ quæro à vobis,quo fine faciatis. Finis enim quo referũtur ea quæ facimus.i.propter quẽ facimus quicquid facimus:ſi non ſolũ inculpabilis, ſed etiam laudabilis fuerit, tunc demum etiam facta noſtra laude aliqua digna ſunt.Sin ille meritoque culpatur quem ſpectamus & intuemur,cũ in aliquo verſamur officio, id quoq; officium nemo improbandum uituperandumq; dubitauerit. De Catilina memoriæ proditum eſt,quòd frigus, ſitim,famem ferre poterat. Hęc erãt illi ſpurco ſacrilegoque etiam cum Apoſtolis noſtris communia. Vnde ergo diſcernitur parricida iſte ab apoſtolis noſtris, niſi fine illo quem diuerſiſsimum ſequebatur? Namque ille iſta tolerabat, vt immoderatiſsimas & immaniſsimas expleret cupiditates:illi econtrà vt eas premerent,& dominanti rõni ſeruire cogerent.Soletis & vos,cum Catholicarum vobis uirginum multitudo prædicatur dicere:Etiam mula virgo eſt. Temere id quidem,propter imperitiam Catholicę diſciplinæ, ſed tamen ſignificantes vanam eſſe cõtinentiam iſtam, niſi ad aliquem rectiſsimũ finem certa ratione referatur. Poſſunt & catholici Chriſtiani ueſtram à uino, & carnibus abſtinentiam, iumentis & multis paſſeribus, poſtremo etiam innumerabilibus generibus uermium comparare. Sed ne in ueſtram incidam temeritatem, non id præpropere faciam. Sed diſcutiam primo quo iſta fine faciatis. Iam enim conſtat inter uos, ut opinor,huiuſcemodi moribus nihil aliud eſſe quærendum. Si ergo parſimoniæ gratia & coercendæ libidinis, qua eſcis talibus & potu delectamur & capimur,audio & probo. Sed non ita eſt. Nam quæro à uobis, ſi quis exiſtat(quod fieri poteſt) ita homo parcus & frugi, ut appetitum uentris & gutturis moderans, non epuletur bis per unum diem: & huic cœnanti oluſcula cum exiguo lardo apponantur, eodem lardo uncta atque condita, quantum comprimendæ fami ſat eſt: ſitimque irriget propter diligentiam uaD letudinis,duabus aut tribus uini meracis potionibus, isque illi uictus ſit quotidianus. Alius uero ex alia parte nihil guſtans carnium, nihil uini, exquiſitas & peregrinas fruges multis ferculis uariatas & largo pipere aſperſas nona hora libenter aſſumat, noctis etiam principio talia cœnaturus: bibat autem mulſum, carœnum paſſum, & nonnullorum pomorum expreſſos ſuccos uini ſpeciem ſatis imitantes,atque id ẽt ſuauitate uincentes,& bibat nõ quantũ ſitit,ſed quantumlibet,idq; ſibi exhibẽdũ curet quotidie, taliq; victu delicusq; perfruatur, nulla neceſsitate, magna uoluptate: quem tandẽ horum duorũ, qđ ad cibandum potandumq; attinet,abſtinentius vitam ducere iudicatis? Non opinor uſqueadeo uos eſſe cęcos,quin illum de parco lardo, & uino huic gurgiti præferatis. Ita quidem ueritas cogit, ſed ueſter error longe aliter canit. Electus enim ueſter tribus ſignaculis prædicatus,ſi quoti-
F die ita uiuat, vt hic quem poſterius deſcripſimus, ab uno fortaſſe duobus grauioribus reprehendi poteſt, damnari autem tanquam ſignaculi diſsipator omnino non poteſt.Si autem ſemel cum illo priore cœnauerit, fruſtoq; pernę vel rancido labra unxerit & uaporauerit, ſolutor ſignaculi & gehennæ ilico deſtinatus, ueſtri authoris ſententia, mirantibus vobis, ſed tñ conſentientibus, iudicabitur. Quæſo relinquite errorem, quæſo aduertite rationem, quæſo aliquantulum conſuetudini obſiſtite. Quid enim eſt iſta prauitate peruerſius? Quid magis delirum? Quid porrò inſanius dici aut cogitari poteſt, hominem boletos, orizam, tubera, placentas, carœnum, piper, laſer, diſtento ventre cum gratulatione ructantem, & quotidie talia requirentem, non inueniri quemadmodũ à tribus ſignaculis, ideſt à regula ſanctitatis excidiſſe videatur: alium vero fruges uiliſsimas fumoſo obſonio condientẽ, tantumq; hinc aſſumentum, quantum refectioni corporis ſufficit, & tres cyathos uini ſuſtentandæ ualetudinis gratia ſorbentem, & ab illo uictu ad iſtũ tranſeuntem,certo ſupplicio prępararí?
G Et.n.ait Apoſtolus,Bonũ eſt fratres non manducare carnem,neq; bibere uinũ. Quacunq; ſi uero quiſquã noſtrũ id bonum neget: ſed aut eo ſine quẽ ſuperius commemoraui, ſecundum quem dicitur: Et carnis curam ne feceritis in concupiſcentiis,aut eis quos rurſus idem Paulus oſtendit, ideſt aut refrenandæ gulæ cauſa, quæ his rebus ſolet rabidus immoderatiusq; raptari:aut ne frater offendatur: aut ab infirmis idolio cõmunicetur. Eo.n.tẽpore quo hæc ſcribebat Apoſtolus, multa immolatitia caro in macello vendebatur. Et quia uino etiam libabatur dijs gentium,multi fratres infirmiores, qui etiã rebus his uenalibus utebantur, penitus à carnibus ſe & uino cohibere maluerunt, q̃uel neſcientes incidere in eã quam putabant cum idolis communicationem. Propter hos aũt ẽt ij qui firmiores erãt,& hæc maiori fide de contẽnenda iudicarant,ſcientes nihil immundum eſſe,niſi per malam conſcientiam, tenentesq; illam domini ſententiam: Non quod intrat in os ueſtrum uos coinquinat, ſed quod exit: tamen propter hos infirmiores,ne offenderentur, ab his rebus abſtinere debebant.Neq; hoc ſuſpitione colligit, ſed in ipſis Apoſtoli epiſtolis manifeſte inuenitur. Vos autem hoc ſolum nobis dicere ſoletis: Bonum eſt fratres non manducare car- H nem,neque bibere uinum:non autẽ ſubiungere illud quod ſequitur, Neq; in quo frater tuus offenditur,aut ſcandalizatur,aut infirmatur.Hinc.n.elucet quo fine Apoſtolus hæc præcipiebat. Planius hoc indicant ſuperiora & ſequentia, quæ commemorare longum eſt quidem, ſed propter eos qui ad diuinas ſcripturas legendas & pertractandas pigri ſunt, totum iſtum locum retexere cogimur. Infirmum aũt in fide aſſumite, inquit, non in diſceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus manducet. Is qui manducat, non mãducantem non ſpernat,& qui non manducat manducantem nõ iudicet:Deus.n.illum aſſumpſit. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? Suo domino ſtat,aut cadit.Stabit aũt. Potens eſt.n.deus ſtatuere illum. Nam alius iudicat diẽ inter diem,alius iudicat omnem diem: unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Qui ſapit diem, domino ſapit: & qui manducat, domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit Deo. Nemo.n.noſtrum ſibi uiuit, & nemo ſibi moritur. Siue.n.uiuimus, dño uiuimus,ſiue morimur, domino morimur. Siue.n. viuimus ſiue morimur,domi- I ni ſumus. In hoc enim Chriſtus & uiuit & mortuus eſt & reſurrexit, vt & uiuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes.n.ſtabimus ante tribunal dei.Scriptũ eſt.n. Viuo ego dicit dñs, quoniam mihi flectetur omne genu,& confitebitur omnis lingua. Itaque unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem diiudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel ſcandalum. Scio & confido in domino Ieſu,quia nihil commune per ſeipſum, niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe,illi cõmune eſt. Si enim propter cibum frater

Non ex rebus ſed intentione facta eſtimantur. Cap.13.

Salustius in prologo Catilinarij.

Delicata abſtinentia.

Forte à uappæ potatione.

Tribus cauſis abſtinet à certis ciborũ generibus. Cap.14. Ro.14.

1.Co.10

Matt.15.

Ibidem.

Eſa.45. Rom.14

Rom.14

frater tuus contristatur, non iam secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo perdere illum pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritusancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis K sunt in inuicem. Noli pp escam destruere opus Dei. Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offensionē manducat. Bonum est homini non manducare carnē, & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmat. Tu fidē habes penes temetipsum, habe corā Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo qđ probat. Qui aūt discernit, si manducauerit damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, Rom.15 peccatū est. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque nostrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationē. Etenim Xps nō sibi placuit. Satisne apparet Apostolum eis præcepisse, vt carnes nō māducarent, neq; uinū biberent, quicunq; firmiores essent, qa infirmos offendebant non eis congruendo, et faciebant ut putarent eos qui fide oia munda iudicabāt in obsequium idolorum à talibus epulis & potu nolle abstinere? 1.Cor.8. Hoc significat & ad Corinthios hoc modo scribens: De escis autem sacrificiorum quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus L Deus est nisi unus. Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, nobis tamen unus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & unus dns Iesus Christus, per quē omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem in conscientia sua usque adhuc in idolio quasi idolothytum manducant, & conscientia eorum, cum sit infirma, inquinatur. Esca autem nos non cōmendat Deo. Neq;.n. si manducauerimus, abundabimus, neque si non manducauerimus, deficiemus. Videte autem ne forte hæc licentia uestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis uiderit eum qui habet scientiam in idolio recumbentē, nonne conscientia eius cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta, & peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccātes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem scandalizem. Item alio loco, Quid ergo, dico quòd idolis immolatum sit aliquid, aut quòd idolum sit aliquid? 1.Co.10 Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & nō Deo. Nolo autem uos socios fieri dæmoniorum. Nō potestis calicem domini M bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An æmulamur dñm? Nūquid illo fortiores sumus? Omnia mihi licita sunt, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licita sunt, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Omne quod in macello uænit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Siquis autem dixerit, Hoc immolatū est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicat, & propter conscientiā. Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro quo gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudæis & Græcis, & ecclesiæ Dei, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, vt salui fiant. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. 1.Cor.11. Apparet igitur, vt opinor, quo fine à carnibus & à vino sit abstinendum. Is finis est triplex. Ad cōprimendā delectationem, quæ in his maxime cibis haberi solet, atq; in tali potu usq; A ad ebriositatē peruenire. Ad tuendam infirmitatē, propter illa quę sacrificantur atque libantur. Et (quod maxime commendandum est) propter charitatem, ne imbecillitorum ab his continentium offendatur infirmitas. Vos aūt immūda esse obsonia dicitis, eum dicat Apostolus, oia munda esse, sed ei Rom.14 malum esse, qui per offensionē māducat. Et prorsus credo uos istis epulis inquinari, eoipso quo immunda esse arbitramini. Ait.n. Credo & confido in domino Iesu, quia nihil commune per seipsum, sed ei qui existimat aliquid commune esse, illi commune est. Cui autem dubium est, commune illum immundum & inquinatum uocasse? Sed stultum est uobiscum agere de scripturis, cum & rationē pollicendo decipiatis, & eos

libros,

libros, in quibus magna est religionis authoritas, falsis capitibus immissis corruptos esse dicatis. Ratione igitur mihi persuadete, quomodo vescentem carnes coinquinant, si sine vlla offensione, sine vlla infirma opinio-
Māichęi ne, sine vlla libidine sumantur? Operæprequur in- cium est totam superstitiosæ huius abstinen-
terdi B tiæ rationem cognoscere, quæ ita redditur:
cāt esum Quoniam, inquit membrum dei malorum
carniū. substantiæ commixtum est, vt eam refrena-
Cap.15- ret, atque à summo furore comprimeret: sic enim dicitis, de commixta vtraque natura, id est, boni & mali, mundus est fabricatus. Pars autem illa diuina ex omni parte mundi quotidie purgatur, & in sua regna resumitur: sed hæc per terram exhalans, & ad cœlum tendens, incurrit in stirpes, quoniam radicibus terræ affiguntur, atque ita omnes herbas, & arbusta omnia fœcundat & vegetat. Hinc animalia cibū capiunt, quæ si concumbunt, ligant in carne diuinū illud membrum, & à certo suo itinere auersum atque impeditum, erroribus erumnisq; implicant. Itaq; cibi qui de frugibus & pomis parantur, si ad sanctos, id est, ad Manichæos veniant, per eorum castitatem & orationem & psalmos, quicquid in eis est lutulentum purgatur, id est, ex omni parte persicitur, vt ad regna propria sine vlla sordium difficultate referatur. Hinc est, q̄ mendicanti homini, qui Manichæus non sit, panem vel aliquid frugum, vel aquam ipsam, quæ omnibus vilis est, dari prohibetis: ne membrum dei, quod his rebus admixtum est, suis peccatis sordidatum à reditu impediat. Car C nes autem iam de ipsis sordibus dicitis esse concretas. Fugit enim aliquid partis illius diuinæ, vt perhibetis, dum fruges & poma carpuntur, fugit cum affliguntur, vel terendo, vel molendo vel coquendo, vel etiam mordendo, atq; mandendo. Fugit etiam in omnibus motibus animaliū, vel cū gestiunt, vel cum exercentur, vel cū laborant, vel cū omnino aliquid operantur. Fugient in ipsa quiete vestra, dum in corpore illa, quæ appellatur, digestio interiore calore cōficitur. Atq; ita tot occasionibus diuina fugiente natura, quiddam sordidissimum remanet, vnde per concubitum caro formetur. Anima tamen boni generis, quoniam quanuis plurimum, non tamen totum bonum, memoratis illis motibus euolat. Quocirca cum anima etiam carnem deseruerit, nimias sordes reliquas fieri, & ideo corū, qui vescūtur carnibus, animam coinquinari. O rerum naturæ obscuritas, quantum tegmen est fallitatis? Aperit portētotis? Quis non hæc audiens, qui rerum causa manifas non didicit, qui nondum veritatis quanchæorū tulocumque lumine aspersus corporeis imamysteginibus fallitur, eoipso quo hæc minime ria.c. 16. apparent, & per quædam simulacra rerum D visibilium cogitantur & diserte dici possunt, vera esse arbitretur? Talium autem hominum magnæ turbæ atque greges vocantur, quos religiosus timor ab his fallacijs potius, q̄ ratio tutos facit. Quamobrem ita ego ista conabor refellere, quātum me deus adiuuare dignabitur, vt non solum prudentium iudicio, quo simulac dicta fuerint improbentur, sed ipsi etiam vulgari intelligentiæ, q̄ sint falsa & absurda, satis eluescat. Primò enim quæro, vnde doceatis in frumentis ac legumine & oleribus & floribus & pomis inesse istam nescio quam partem dei. Ex ipso coloris nitore inquiunt, & odoris iucunditate, & saporis suauitate manifestum est: quæ dum non habent putria, eodē bono sese deserta esse significant. Non pudet deum naso & palato inuentum putare? Sed hęc omitto. Latine enim vobis dicā, & vt dici assolet, multo est ad vos. Illud potius qualicunq; mente tntelligendum est. Si colore apparet in corporibus boni præsentia, fimum animalium, quod ipsarum etiam carnium purgamentum est, diuersis nitere coloribus, alias candido, plerūq; aureolo, & alijs huiusmodi, quos in pomis & floribus velut testes dei præsentis atq; inhærētis accipitis. Quid tandem causæ est, quod ruborem in rosa indicē abundantis boni esse perhibetis, & eundē dānatis in sanguine? Cur in viola eundē colorem amplectimini, quem in coloribus in morbo ictericorum, in infantis deniq; fimo aspernamini? Cur nitorem atq; E fulgorem olei, clamare copiam coadmixti boni arbitramini, & ad id purgandū fauces & ventrem paratis: de pingui aūt carne simillimi fulgōris distillantibus guttis labra contingere formidatis? Cur de thesauris dei melonem putatis aureum esse: & pernæ adipem rancidū, vel oui mediū non putatis? Cur vobis cādor in lactucis, p̄dicat deū, in lacte non p̄dicat? De coloribus.n. adhuc loquor in quibus vt omittā cętera, vnius pauonis pennis & plumis, quæ certe de concubitu & carne nascūtur, nulla potestis vestita floribus prata conferre. Nā si & odore inuenitur hoc bo Excarni num, nonnullorū animalium carnibus miri bus aniodoris

Universidad de Navarra Biblioteca

matum vnguenta. Lutum.

odoris cõficiũtur vnguẽta. Cibi deniq; ipsi q̃ cum carnibus meliusculis concoqui solent multò iucundius olẽt, q̃ si eis caro defuisset. Postremò si suauius olentia mundiora iudicatis, quodam luto vesci auidius, q̃ cisternia aquam bibere debuistis: quia perfusa imbri terra siccior, nares miro odore permulcet, meliusq; olet tale lutum, q̃ si exciperetur pluuia purior. Quòd si saporem opus est attestari, vt cognoscamus habitare in corpore aliquid dei, magis habitat in dactylis & melle quàm in carne porcina, sed magis in carne porcina, quàm in faba: magis in fico, quàm in ficato: ecce concedo, sed & vos concedite magis in ficato, quàm in beta. Quid q̃ ista ratione cogimini confiteri, quasdam stirpes quas certe omnes mũdiores vultis q̃ carnẽ, ex ipsa carne accipere deum, si sapore deus immixtus agnoscitur? Nam & olera sapidiora fiunt cocta cum carnibus: & herbas quibus pecora pascuntur gustare non possumus, conuersas aũt in succum lactis, & colore præstantiores, & sapore cõmodissimas iudicamus. An bona tria simul vbi fuerint. i. color bonus, & odor, & sapor: ibi esse maiorẽ boni partẽ putatis? Nolite ergo flores tã topere mirari atq; laudare, quos iudicandos ante tribunal palati non potestis admittere. Nolite portulacam saltem carnibus anteponere, quę ab his coctis, & colore, & sapore, & odore superatur. Porcellus assus, hoc enim cogitis vt de bono & de malo, non scriptoribus & librarijs, sed cocis & dulciarijs ministris vobiscum potius disseramus: Porcellus
G ergo assus & colore nitidus, & odore blãdus, & sapore iucundus est? habetis perfectum diuinæ substantię inhabitantis indicium: trino testimonio vos inuitat, & purgari vestra sanctitate desiderat. Inuadite. Quid cuncta mini? quid contra dicere paratis? Colore solo lenticulam fimus vincit infantis, odore solo assa offella superat mitem ac viridem ficum, sapore solo hœdus occisus herbam, quia viuus pascitur, vincit. Inuenta est ẽt caro, cuius causa his simul tribus testibus adiuuetur. Quid quæritis amplius? aut quid dicturi estis? Cur vos epulantes immundos faciant pulpamenta, & disputãtes hæc portenta non faciant: præsertim cum solis istius radius, quem vos certe & carnibus omnibus & frugibus anteponitis, nec oleat, nec sapiat, sed tantummodo inter cætera corpora, præstãtia fulgẽtissimi coloris emineat: qui vos magnopere hortatur, atq; adeo cogit inuitos, vt inter documenta cõmixti boni, nihil coloris nitori præferatis? Ad illas ergo reducemini angustias, vt magis in sanguine, & in ijs, quæ animalium carnibus fœdissima, sed nitide colorata in vicis egeruntur, quàm in oliuæ foliis pallentibus partem dei habitare fateamini. Quòd si dicitis, nam ẽt hoc dicitis, oliuæ folia cum incenduntur, H ignem emittere, in quo præsentia lucis appareat, carnes aũt, cum incenduntur, non idem facere: quid de adipe respondebitis, qui prope oũs Italas lucernas illuminat? Quid de fimo bubali qui est certe bouis carne sordidior, quo siccato rustici sic vtuntur ad focũ, vt eius igne facilius nihil sit, fumoq; purgatius? Quid q̃ si nitor & fulgor maiorẽ præ sentiam diuinæ partis ostendit, eam vos nõ purgatis, non consignatis, non liberatis? Si quidem est maxime in floribus, vt omittam sanguinem, & innumerabilia in carne, vel ex carne simillima, quos certe flores habere in epulis non potestis. Qui si etiã carnibus vescemini, squammas certe piscium, & quosdam vermiculos atque muscas, quæ omnia etiam in tenebris luce propria coruscant, pulmentis vestris non adderetis. Quid igitur restat, nisi vt dicere desinatis habere vos idoneos iudices oculos, nares, palatum, quibus diuinæ partis præsentiam in corporibus approbetis? His autem remotis, vnde docebitis non modo maiorem partem dei in stirpibus esse, q̃ in carnibus, sed omnino esse aliquid eius in stirpibus? An pulchritudo vos mouet, non quæ in suauitate coloris est, sed I quæ in partium congruentia? Vtinam hoc esset. Quando enim corporibus animantiũ, in quorum forma paribus paria membra respondeant, auderetis distorta ligna conferre? Sed si corporalium sensuum testimoniis delectamini, quod necesse est ijs, qui vim essentiæ mente videre non possunt, quomodo probatis per moram tẽporis & per obtritiones quasdam fugere de corporibus substantiã boni, nisi quia inde discedit deus, ut asseritis, & de loco in locum migrat? Plenum est dementiæ. Veruntamen signa vos ad istam sententiam & indicia, quantum existimare possum, nulla duxerunt. Multa enim carpta de arboribus vel euulsa de terra, antequam ad cibum vestrum veniant interpositione aliqua tẽporis meliora redduntur: vt porri & intiba, lactucæ, vuæ, mala, ficus, & quædam pira: & multa præterea, quæ & colorantur melius, dum non statim vt decerpta fuerint

rint assumuntur, & corpore capiuntur salubrius, & sapiunt in ore conditius. Quæ tãta cõmoditas & suauitas inesse his rebus minime deberet, si secundum vestram sententiã, tanto desertiora bono fierent, quanto diuturnius reponuntur, postquam à terra quasi à matre separata sunt. Caro ipsa pridie occiso
K rum animalium profecto est iucundior atq; commodior. Non autem ita esse oportebat, si, vt asseritis, plus haberet boni, eo die recẽs animante interempto, quàm postridie cum diuinæ substantiæ maior fuga facta esset. Vinum uero vetustate purius meliusq; fieri quis ignoret? Nec ad peruertendos sensus redolentius vt putatis, sed ad vegetandum corpus vtilius: tantum asit modus: quẽ in
Mira de musto. omni re dominari decet. Nam musto recentiore peruersitas sensuum citius solet accidere: ita vt si aliquando in lacu remanserit, aliquantulumq; ferbuerit, intuentes desuper percusso cerebro præcipites agat, & nisi aliquo modo subueniatur, extinguat. Iã quod ad valetudinẽ attinet, inflari eo corpora perniciosęq; distendi quis abnuat? Nũ ideo tãta incõmoda insunt, quia plus habet boni: propterea ista in vini vetustate non sunt, quia diuinæ substantię pars magna discessit? Absurdũ est dicere, vobis præsertim, qui prę sentiam partis dei, oculis, naribus, palato, cũ hi sensus bene afficiuntur, iudicatis. Iam vero quæ tanta peruersitas est: vinum putare fel principum tenebrarũ, & vuis comedendis non parcere? Magisne inerit illud fel cũ in cupa, q̃ cũ in acinis fuerit? Quòd si bo-
L no discedente quasi meracius remanet malum, & id tpis mora contigit, non oportebat easdem vuas suspensas atq; seruatas fieri mitiores, dulciores, salubriores: neq; ipsum vinum, quod supra dictũ est, amissa luce liquidius atq; luculentius, & salutifera substantia discedente salubrius. Quid dicam de lignis & frondibus, quæ tẽpore arescunt, nec ex eo à vobis dici possunt deteriora fieri? Id enim amittunt, quo fumus gignitur, id autem retinent vnde lucida flamma consurgit, & ea charitate quam multum diligitis, purius bonum in aridioribus, quàm in viridioribus esse testatur. Ex quo fit, vt aut negetis dei partem in luce pura, quàm in fumosa esse maiorem, & ita omnia documenta vestra turbetis: aut fateamini fieri posse, vt de stirpibus amputatis vel euulsis, si diutur niore tempore reponantur, copiosius fugiat mali natura, quàm boni. Quo concesso, te-

nebimus de frugibus carptis maius malum posse abire, atq; ita in carnibus maius bonũ posse remanere. Et hoc quidem de tempore dictum sit. Nã si cõmotione & subactione & attritione harum rerum, fugæ occasionẽ inuenit diuina illa natura, multa vos similiter redarguunt, quę fiunt mouendo meliora. Hordei quidam succo vinum imitantur, M quod mouendo sit optimum. Sanè quod minime prætereundum est, hoc genus potus citissime inebriat, nec tñ vnq̃ succum hordei fel principum esse dixeritis. Farina parciore aqua peritè contrahitur paulo durius, vt subigendo fiat melior, & quo dici peruersius nihil potest, luce fugiente candidior. Pastillarius mella diu subigit, ut ad illum candorẽ perueniant, & minus noxiam mitioremque dulcedinem. Hoc quo eueniat bono discedente, differite. Quòd si non visu & odorato & gustu, sed auditu etiam delectato præsentiã dei placet probare, caro citharis neruos, tibiis ossa largitur, q̃ siccata & attrita & torta sonora redduntur. Ita dulcedo Musica, quã de diuinis regnis venisse cõtenditis, nobis mortuarum carnium sordibus exhibetur, & tempore arefactis, & attritione tenuatis, & tortione distentis: quibus afflictionibus ẽt de rebus viuentibus diuinã substantiã fugere prædicatis, quod etiam decoctione earum accidere dicitis. Quur ergo elixati cardui minime obsunt valetudini? Vtrũ ab eis dum ita coquuntur, deum, an dei partem discedere existimandum est? Quid cætera persequar, quæ omnia dici, nec facile est, nec necessarium? Cui.n.nõ occurrit q̃ mul- A ta cocta suauiora & salubriora sint? Quod non deberent, si, vt opinamini, huiuscemodi commotionibus deseruntur bono. Nihil vos prorsus inuenire arbitror, vnde istis corporeis sensibus approbetis, ideo carnes immundas esse, atq; animas inquinare vescẽtium, q̃ carptæ fruges post multas commotiones vertantur in carnem, præsertim cum & vetustatem corruptionemq; aceti, putetis vino esse mundiorem, & carænum quod bibitis, nihil aliud q̃ coctum vinum esse videamus, quod vino deberet esse sordidius, si motibus & coctionibus de rebus corporeis mẽbra diuina discedunt. Si autem non ita est, non est cur arbitremini fruges, cum carpuntur, reponuntur, tractantur, coquuntur, digeruntur, fugiente bono deseri, & propterea sordidissimam creandis corporibus præbere materiam. Quòd si non colore & forma, &

odore

odore & sapore ducimini, vt bonum his rebus ineſſe iudicetis, quid aliud poteſtis afferre? An argumento vobis eſt firmitas quædã atq; valentia, quæ iſtis rebus detrahi videtur, dum à terra ſeparantur atq; tractantur? Sed ſi hoc vos moueret: quã q̃ falſum id eſſe cito animaduerti poteſt propter nonnullorũ auctã, poſtq̃ terræ detracta ſunt firmitatem, vt iam de vino commemoratũ eſt, qđ fit robuſtius vetuſtate: tamen ſi hæc firmitas vos moueret, vt dixi, in nullo magis cibo q̃ in carnibus, copioſiorem partem dei probaretis eſſe. Non enim Athletæ, quibus illud robur & valentia maxime neceſſaria eſt, olere ac pomis, & non carne veſcerentur? An quia carnes aluntur arboribus, arbores autẽ carnibus non aluntur, idcirco arbitramini illarum, q̃ noſtra corpora eſſe meliora? Non conſideratis rem tam in promptu ſitã, arbuſta lætiora & fœcundiora, ſegetesq; pinguiores alimento ſtercorum fieri, cum vos in accuſatione carnis nihil grauius vobis dicere videamini, q̃ cum dicitis eſſe ſtercorum domum. Hinc ergo ea aluntur, quæ vobis mũda ſunt, quod in ea re, quæ vobis immunda eſt, multo eſſe immũdius prædicatis. Quòd ſi carnẽ ob hoc aſpernamini, q̃ poſt concubitum naſcitur, vermium vos caro delectet, qui in pomis, lignis, in terra ipſa deniq; ſine vllo concubitu tam multi magniq́; naſcuntur. Sed neſcio quæ iſta ſimulatio eſt. Nã ſi vobis propterea diſpliceret caro, q̃ patris atque matris cõmixtione formatur, non illos principes tenebrarum de fructibus arborũ ſuarum natos fuiſſe diceretis, quos certe amplius aſpernamini q̃ carnes, quas guſtare nõ vultis. Nam q̃ opinamini omnes quidẽ animas animaliũ de parẽtum cibis venire, à quibus carceribus vos liberare gloriamini diuinam ſubſtantiam, quæ in veſtris tenetur alimentis, nimium contra vos & ad carnes edẽdas vos inſtantiſsime impellit. Cur enim animas, quas illigaturi ſunt corpori, qui carnibus epulantur, non præoccupando & veſcendo liberatis? Sed, inquit, non de carnibus aliquid ab eis bonæ partis illigatur, ſed de frugibus quas cũ carnibus ſumũt. Quid ergo de animis leonum, quorum cibus ſola caro eſt, reſpõdẽdũ videtur? Bibunt, inquit, & ideo anima illa de aqua tracta, carniq; implicata eſt. Quid de innumerabilibus auibus? Quid de ipſis aquilis dici poteſt, quæ non niſi carne paſcuntur, nec vllo potu indigent? Certe hic deficitur, & q̃d reſponderi poſsit non inuenitur. Si.n. anima de cibis venit, & ſunt animalia fœtũ gignentia, quorũ & nullus potus, & cibus ſola ſit caro, eſt in carne anima, cui purgandæ more veſtro ſub uenire deberetis veſcendo carne. Niſi forte porcum, q̃ & frugibus alitur, & aquã bibit, animam lucis habere arbitramini: aquilæ vero cui ſol maxime congruit, tenebrarum animam, quia ſola carne viuit, ineſſe defenditis. O rerum anguſtias, ò incredibiles abſurditates, in quas profecto non incidiſſetis, ſi à vaniſsimis fabulis alieni, hoc ad continentiã ciborum ſequeremini quod veritas probat: vt concupiſcentię coercendæ gratia, non vitandæ immunditiæ, quæ nulla eſt, delitioſas eſcas reſpuendas iudicaretis. Nam ſiquis etiam rerum naturam vimq́; animæ & corporis minus intuens, vobis concedat animã coinquinari de obſonio, multo magis eã tũ immundam fieri cupiditate cõceditis. Quæ ergo ratio eſt, vel potius amentia, de numero electorum hominẽ pellere, qui forte carnem valetudinis cauſa nulla cupiditate guſtauerit? Si autem piperata tubera voraciter edere concupierit, immodeſtiæ tantum fore poſitis reprehendere, nõ aũt vt corruptorẽ dãnare ſignaculi. Ita fit vt in electis veſtris eſſe non poſsit, qui proditus fuerit, non concupiſcendo, ſed edendo partem aliquam cœnaſſe gallinæ: eſſe autem in ijs poſsit, qui vehementer cumiphas, & alia placẽta carne carentia deſideraſſe ſe ipſe prodiderit. Tenetis ergo eum, quem cupiditas ſordibus mergit, quem vero ipſe cibus, vt arbitramini, maculat, non tenetis: cum inquinationem de concupiſcentia, q̃ de obſonio longe maiorem fieri fateamini: plectentes tamen eũ, qui conditis ſuauiſsime frugibus imminet inhians, ſeſeq́; non tenet: excludentes eũ qui quaſlibet epulas hominũ cõprimẽdæ famis cauſa ſine vlla cupiditate paratus ſumere, & paratus amittere indifferenter capit. En miri mores, en egregia diſciplina, en memorabilis tẽperãtia. Iam q̃ ea quæ vobis quaſi purganda offerũtur ad epulas, nephas putatis ſiquis alius præter electos ad cibandum tetigerit, quantæ turpitudinis & aliquando ſceleris plenũ eſt? Siquidem ſæpe tam multa dantur, vt cõſumi facile à paucis non poſsint. Et quoniã ſacrilegium putatur, vel alijs dare quod redundat, vel certé abijcere, in magnas cõtrudimini cruditates totum quod datum eſt, quaſi purgare cupientes. Iam vero diſtenti, & propè crepantes, eos q̃ ſub veſtra diſcipli-

na ſunt pueros, ad deuoranda reliqua crudeli dominatione compellitis: ita vt cuidã ſit Romæ obiectum, q̃ miſeros parulos cogendo ad veſcendum tali ſuperſtitione necauerit. Quod nõ crederẽ, niſi ſcirẽ quantũ nephas eſſe arbitremini, vel aliis hæc dare, qui electi non ſunt, vel certe proijcienda curare. Vnde illa veſcendi neceſsitas reſtat, quæ ad turpiſsimam crudelitatem penè quotidiè, aliquando tamen poteſt & vſq; ad homicidium peruenire. Quæ cum ita ſint, etiã panem mendicanti dare prohibetis: cenſetis tamen propter miſericordiam, vel potius propter inuidiam nũmos dari. Quid hic prius arguam crudelitatem an uecordiam? Quid enim ſi eo loco res agatur, ubi venalis cibus inueniri non poteſt? Homo egens ille fame moriturus eſt, dũ tu vir ſapiens & benignus magis cucumerem, quàm hominem miſeraris. Hæc eſt profecto (quid.n.dicã congruẽtius & planius) falſa miſericordia & vera crudelitas. Nunc vecordiam videamus. Quid.n.ſi nummis illis, quos dederis, ſibi panem emat? Nonne hæc in illo pars illa veſtra diuina, qui hanc ſumit à venditore, paſſura eſt, quod paſſura erat ſi te dãte ſumpſiſſet? Inuoluit igitur ſordibus peccator ille mendicus partem dei reuolare cupientẽ, tuis nummis ad tantum ſcelus adiutus: & tamen vos homines prudentiſsimi intereſſe arbitramini, ſi homicidium facturo non detis hominem quẽ occidat, ſed ſcientes pecuniã vnde occidendũ cõparet, detis. Quid ad hanc inſaniam addi põt? Ita.n.fit vt aut homo moriatur, ſi venalem non inuenerit cibũ, aut cibus ipſe ſi inuenerit: quorum alterũ eſt verũ homicidium, alterum veſtrum, vobis tamen ita tribuendũ, tanquã vtrumq; ſit verũ. Nã q̃ auditores veſtros non prohibetis carnibus veſci, ſed occidere animalia prohibetis, quid ſtultius & peruerſius fieri põt? Nam ſi talis non contaminat cibus, vos quoq; ſumite: Si contaminat, quæ tandem dementia eſt maius nefas putare, animã porcinã de corpore ſoluere, q̃ humanã porcino corpore maculare? Sed iam ad manuũ ſignaculum conſiderandum tractandumq́; veniamus. Ac primũ quidem, q̃ ab animalium nece, & ab ſtirpium laceratione vos temperatis, ſuperſtitioſiſsimum Chriſtus oſtendit: qui nullam nobis cum beluis & arboribus ſocietatẽ iuris eſſe iudicantes, & in gregem porcorum dæmones miſit, & arborem in qua fructum non inuenerat, maledicto aridam fecit. Nihil certe porci, nihil arbor illa peccauerat. Neq; .n. vſq; eò dementes ſumus vt arbitremur ſua ſponte arborem vel fructiferam eſſe, vel ſterilem. Neq; illud hic vobis dicendum eſt, his factis dominum noſtrum alia quædam ſignificare voluiſſe. Quis enim neſciat? Sed certe filio Dei non per homicidiũ ſignum dandum fuit, ſi arborem necare, vt vos dicitis, homicidium eſt, aut necare animalia. Nam & de hominibus cum quibus utiq; ſumus iuris ſocietate coniuncti, ſigna quædam dedit: ſed ſanando homines, non necando. Quod de beluis & de arboribus faceret, ſi eadem nos cum illis ſocietate, quã vos opinamini, coniunctos eſſe iudicaret. Quo loco mihi authoritas interponenda uiſa eſt, propterea quia de pecorum anima, & de quadam vita qua dicuntur arbores viuere, non poteſt vobiſcum ſubtiliter diſputari. Sed quoniam priuilegio quodam vos tuemini, vt de ſcripturis opprimi nequeatis, dicendo eas eſſe falſatas: quanquam ea quæ commemoraui de arbore & de grege porcorum nunquam à corruptoribus immiſſa eſſe dicitis: tamen ſi conſiderantes quantum vobis aduerſentur, hoc idem etiam de his aliquando dicere velitis, teneam propoſitum meũ, vt à vobis magnis omnino pollicitatoribus rationis atq; veritatis quæram primũ quid obſit arbori, non dico ſi pomum inde folium ve decerpas, quod quidem apud vos ſiquis non imprudentia ſed ſciẽs fecerit, ſignaculi corruptor ſine vlla dubitatione damnabitur, ſed omnino ſi eam radicitus eruas. Anima nanque illa quam rationalem ineſſe arboribus arbitramini, arbore exciſa vinculo ſoluitur, vos enim hoc dicitis, & eo quidem uinculo in quo magna miſeria nulla vtilitate tenebatur. Nã & reuolutionẽ hominis in arborem, notum eſt vos .i. authorẽ ipſum veſtrum pro ingenti pœna, non tamẽ pro ſumma ſolere imitari: & num poteſt in arbore anima fieri vt in homine ſapientior? Non negandi hominis quippe certiſsima ratio eſt, ne aut eum neces cuius ſapientia & virtus alijs plurimum prodeſt, aut eum, qui forte poterat ad ſapientiam peruenire, ſiue extrinſecus ab aliquo admonitus, ſiue interioribus cogitationibus diuinitus illuſtratus. Animam autem hominis quanto ſapientior corpore exceſſerit, tanto vtilius excedere veritas docet, & ratione ſubtiliſsima, & authoritate latiſsime peruagata. Quamobrem qui arborem deiicit, animam

Salſiſsime ridet ineptias Manichęorũ. Cap. 17. Matt. 8. Mat. 21.

nihil in ſapientia proficientem de illo corpo
K re liberat. Itaq; vos homines ſancti, vos in-
quam potiſsimum excidere arbores deberetis, & earum animas ab illo vinculo exutas, orationibus & pſalmis ad meliora perducere. An de his animis hoc fieri poteſt, non quas mente adiuueritis, ſed quas ventre receperitis? Quanuis idipſum animas arborum quandiu ſunt in arboribus, ad ſapientiam non proficere, ſummæ anguſtiæ (quantum arbitror) vos compellunt fateri, cum à
Arbores ſapiunt. vobis quæritur, cur & arboribus non mittatur præceptor Apoſtolus, aut cur ille qui hominibus mittitur, non & arboribus prædicet veritatẽ. Hic cogimini reſpondere, illas animas percipere in talibus corporibus præcepta diuina non poſſe. Sed vehementius ab alio latere vrgemini, quandoquidem illas perhibetis, & audire voces noſtras, & verba intelligere, & corpora motusq; corporum intueri, cogitationes deniq; ipſas perſpicere. Quæ ſi vera ſunt, cur nihil poſſunt à lucis Apoſtolo diſcere, vel cur etiam multo facilius non poſſunt, q̃ nos interiora etiam mentis aſpiciant? Ita.n. magiſter ille, qui vos loquendo vix docet, vt dicitis, cogitãdo eas poſſet erudire, quæ ſententias eius ante ſermonem in anima cernerent. Si vero hæc falſa
I. ſunt, videte tandem in quo errore iaceatis. Iam q̃ poma ipſi non decerpitis, herbamq; non vellitis, ſed tamen ab auditoribus veſtris decerpi & euelli atq; afferri vobis iubetis, non vt ijs, qui afferunt tantum, ſed vt ijs etiam quæ afferuntur, prodeſſe poſsitis, quis bene conſyderans vllo modo tolerauerit? Primo quia nihil intereſt, vtrum ipſe ſcelus admittas, an propter te ab alio admitti velis. Nolle te dicis. Quomodo ergo ſubuenitur illi diuinæ parti, quæ in lactucis & in porris iacet, ſi nemo hæc euellat, & ad ſanctos purganda deferat? Deinde tuipſe tranſiens per eum agrum, in quo tibi iure amicitiæ decerpendi quodlibet poteſtas datur, ſi fico videris coruum imminentem, quid facies? Nonne ex opinione tua ficus ipſa tecum loqui, & deprecari miſerabiliter videtur, vt eam ipſe decerpas, & ſancto ventre purificandam reſuſcitandamq; ſepelias, potius, q̃ coruus ille deuoratam funeſto corpori miſceat, atq; in alias formas illigandam cruciandamq; tranſmittat? Quid te crudelius, ſi verum eſt? Quid ineptius, ſi falſum eſt? Quid magis contrarium diſciplinæ veſtræ, ſi lignaculum ſolueris? Quid te inimicius dei membro, ſi cuſtodieris? Sed hoc ex veſtra opinione falſa & nugatoria. nam certa & manifeſta crudelitas in vobis eſſe conuincitur, ex M
eodem ipſo errore manans. Siquis enim per morbum corpore diſſoluto, feſſus ab itinere, ac peſte ſemianimis in via iaceat, nihil valẽs amplius, q̃ vtcunq; verba proferre, cui proſit ad ſtringendum corpus pirum dari, teq; tranſeuntem vt ſubuenias oret, atq; obſecret vt de arbore proxima, à qua nullo humano, nullo deniq; vero iure prohiberis, pomum afferas homini, poſt paululum, niſi feceris, morituro: tu vir chriſtianus & ſecundus trã ſibis potius, & hominem ſic affectũ precantemq; deſeres, ne arbor ploret dum fructus demitur, & tu ſignaculi diſſolutor ad pœnas Manichæis deſtineris. O mores & inconcentiam ſingularem. Sed iam de nece animalium requiram quod mouet, & multa quidẽ huiuſmodi ẽt in hoc genere dici poſſunt.
Nã quid oberit animali qui lupũ interfece- oberit a-
rit: cũ & lupus ille quandiu viuit, lupus futu- nimæ lu-
rus ſit, nec vlli obtẽperet prædicatori, vt aliquãtum ab ouium ſanguine temperet, & ex pi.
illo vinculo corporis anima ſecundum vos rationalis, interfecta belua liberetur? Et ab hac quidẽ cẽde auditores ẽt veſtros prohibetis. Maior.n. videtur, q̃ in arboribus. Hic ve- A
ſtros ſenſus corporeos videlicet non multum probo. Videmus enim & vocibus ſentimus, cum dolore mori animantia, quod quidem homo contennit in beſtia, cum qua ſcilicet rationalem animam non habente, nulla legis ſocietate copulatur. Sed eoſdem veſtros ſenſus in intuendis arboribus quæro, & vos cæcos prorſus inuenio. Vt enim omittam, q̃ nullis motibus in ligno ſenſus doloris apparet, quid manifeſtius, q̃ tunc ſe optime habere arborem, cum frondet, cum floribus læta fructibus opulenta eſt? At hoc ei plerunq; ac maximè putatione præſtatur. Quòd ſi ferrum ſic ſentiret, vti vultis, contabeſceret potius tot tantisq; affecta vulneribus, q̃ ex illis pullulans locis, tam certa exultatione reuireſceret. Veruntamen cur maius nefas putatis animalia, q̃ ſtirpes cædere, cum illæ vobis puriorem animam q̃ carnes habere videantur? Fit, inquit, compenſatio quædam, cum eorũ quæ de agris auferuntur pars aliqua datur electis ſanctisq; purgãda. Iam ſuperius iſta fruſtrata ſunt, ſatisq; demonſtratum eſt quantum exiſtimo, nulla ratione dici plus eſſe in frugibus partis illius bonæ, quàm in carnibus. Sed ſi vendendis

B dendis carnibus victum quiſq; ſuſtentet atque omne talis negocij lucrum in emendis electorum ueſtrorum cibis conſumat, pluresq; iſte afferat ſanctis eſcas, quàm agricola & ruſticus, nonne eadem compẽſatione ſibi animantia licere perimere clamabit? Eſt, inquit, alia quædam ſecretiſsima ratio. Non enim deeſt homini callido, aduerſus indoctos in naturæ obſcuritate perfugiũ. Cœleſtes enim ait principes, qui de gente tenebrarum capti atq; uincti, à conditore mundi in illis ordinati ſunt locis, ſua quiſque poſsidet in terra animalia, de ſuo ſcilicet genere ac ſtirpe uenientia: qui perẽptores eorũ reos tenet, nec de hoc mundo exire permittunt, pœniſq; illos, quibus poſſunt & cruciatibus, atterunt. Quis impertiorum hæc non formidet? & qui in tãta obſcuritate nihil uidet, hoc ita, ut dicitur, eſſe non arbitretur? Sed ego inſtitutum non relinquã meum, cui Deus aderit, ut apertiſsima veritate obſcura mendacia refellantur. Quæro enim, ſi animalia quæ in terris ſunt, & in aquis de illo genere principum per ſucceſsionẽ prolis & operationem cõcubitus ueniunt, cũ ad illos abortiuos fœtus, reuocatus origo naſcentium: quæro, inquam, ſi ita eſt, utrum apes
C & ranas, & alia multa quæ ſine concubitu gignuntur, non ſit nefas occidere? Nefas eſſe dicitis. Non ergo p̃p cognationem principum neſcio quorum, ab animantium nece auditores ueſtros prohibetis. Aut ſi gñalẽ cõgnationem omnium eſſe corporũ dicitis, arbores quoq; ad eandem principum offenſionẽ proculdubio pertinebunt, quibus parcere non eſt mandatum auditoribus. Reditur ergo ad illud inualidum, ea quæ in ſtirpibus auditores lædunt, expiari per fructus, quos ad eccleſiam ueſtram ferunt. Dictum eſt enim hoc modo, eos qui in macello laniant animalia carnesq; uenditant, ſi ueſtri auditores ſint, ſuaq; lucra comparatis frugibus uobis conferant, eædem illam quotidianã ſibi licere cõtẽnere, & quicquid in ea peccati eſt, ueſtris epulis aboleri. Quòd ſi dicatis, quemadmodum de pomis & de oleribus conferendum fuiſſe, ut illa interfectione uenia mereretur: quod quia fieri non poteſt, electi enim non edunt carnem, temperandum eſſe auditoribus à nece animalium: quid reſpondebitis de ſpinis herbisq; inutilibus, quas euellendo in agris purgandis agricolæ necant, nec ex his uobis poſſunt cibos aliquos exhibere? Quo modo ad ueniam pertinet tanta uaſtatio, unde nulla eſt eſca ſanctorum? An forte quicquid pec- D
catum fuerit, vt fruges & poma proficiant, & de ipſis frugibus & pomis aliquid comedendo diſſoluitis? Quid ſi ergo agros locuſtæ, aut mures aut ſorices uaſtent, quod ſæpe accidere manifeſtum eſt, impune ab agricola ueſtro auditore necabuntur, quia ideo peccat ut fructus proficiant? Hic certe coarctamini. Aut enim conceditis auditoribus interfectionem animaliũ, quam ueſter author concedere noluit, aut eos ab agricultura etiam prohibetis, quam ille conceſſit. Quanquam ſæpe etiam dicere audeatis, fœneratorem innocentiorem eſſe, quàm ruſticum, uſqueadeo melonibus, q̃ hominibus eſtis amiciores. Siquidem illi ne lædantur, melius iudicatis hominem fœnore trucidari? Hæccine eſt appetenda & prædicanda iuſtitia, an potius execranda & damnanda fallacia. Hæccine eſt miſericordia memorabilis, an execranda potius immanitas? Quid quòd à nece animalium nec uoſipſi in pediculis & pulicibus & cimicibus temperatis? Magnamque huius rei defenſionem putatis, quòd has eſſe ſordes noſtrorum corporum dicitis. Quod primo aperte falſum de pulice & cimice dicitur. Cui enim B
non manifeſtum eſt, hæc animalia non de noſtro corpore exiſtere? Deinde ſi concubitum uehementius execramini, quod nimium uideri uultis, cur non uobis mundiora videntur animalia, quæ ſine concubitu de noſtra carne naſcũtur? quan q̃.n. poſtea coeũ
do pariant non tñ, nobis coeuntibus de no- 1. Retra.
ſtro corpore primo naſcuntur. Iã uero ſi q̃- Cap. 7.
cunq; de uiuentibus gignuntur corporibus ſordidiſsima ſunt putanda, multo magis quæcunq; de mortuis. Impunius ergo occiditur uel ſorex uel anguis uel ſcorpio, quos de humanis cadaueribus naſci à uobis potiſsimum ſolemus audire. Sed obſcura omitto & incerta. De apibus certe fama eſt cele- Scarabe-
brior, quòd de boum cadaueribus oriantur. us ex fi-
Ergo occidunt impune. At ſi hoc quoq; du- mo.
biũ eſt, nemo ferè de ſcarabeis dubitat, quin de ſimo in pilã rotundato ab his atq; obruto exiſtant. Hæc igitur animalia, & alia q̃ proſequi longum eſt, ſordidiora certe debetis opinari, q̃ pediculos ueſtros: & tñ illa occidere nefas uobis uidetur, his autem parcere ſtultum: niſi forte q̃ ſunt hæc animalia parua cõtẽnitis. Sanè ſi ita eſt, vt animal quo breuius eſt, F
eo cõtemptius eſſe debeat, neceſſe eſt, came-

Universidad de Navarra Biblioteca

ium homini prȩferatis. Huc accedit illa gradatio, quæ cum vos audirem, nos sæpe turbauit. Nulla enim causa est, cur propter paruũ corporis modulũ, pulex necãdus sit, non etiã musca quæ in faba gignitur. Et si hæc, cur non etiam ista paulo amplior, cuius certe fœtus minor est, quàm illa? Hoc etiã sequitur, vt apis quoq; sine culpa perimãt, cuius pulus vix huic muscæ coęquatur. Inde ad locustę pullum & locustam, inde ad pullum muris & murẽ. Et ne lõgum faciam, nonne videtis his gradibus ad elephantem perueniri, vt omnino recusare non possit ingentẽ illã beluam sine culpa se occidere, q̃ squis ꝓpter paruulum corpus interfectionẽ pulicis peccatum esse non putat? Sed iam etiam de huiusmodi nugis satis dictum arbitror. Restat signaculum sinus, in quo multum incerta est castitas vestra. Non enim concubitũ, sed vt longe ante ab Apostolo dictum est, vere nuptias prohibetis, quæ talis operis una est honesta defensio. Hic non dubito vos esse clamaturos inuidiam q̃ facturos, castitatem perfectam vos vehementer commendare atque laudare, non tamen nuptias prohibere: quandoquidem auditores nostri, quorum apud vos secundus est gradus, ducere atque habere non prohibentur vxores. Quæ cum magna voce, & magna indignatione dixeritis, ego vos lenius interrogabo ad hunc modum. Nonne uos estis qui filios gignere, eo quòd animæ ligentur in carne, grauius putatis eẽ peccatum quàm ipsum concubitum. Nõne vos estis qui nos solebatis monere, vt quantũ fieri posset, obseruaremus tempus, quo ad cõceptũ mulier post genitalium viscerum purgationẽ apta esset, eoq̃ tempore à cõcubitu temperaremur, ne carni anima implicaretur? Ex quo illud sequitur, vt non liberorum procreãdorum causa, sed satiandę libidinis habere coniugem censeatis. Nuptiæ autem vt ipsę nuptiales tabulæ clamant, liberorum procreandorum causa marem fœminamq̃ cõiungũt. Quisquis ergo procreare liberos, quàm concumbere grauius dicit esse peccatũ, prohibet vtique nuptias: & non iam uxorem, sed meretricẽ fœminã facit, quæ dotatis sibi certis rebus, viro ad explendam eius libidinem iungitur. Si enim vxor est, matrimonium est. Non autem matrimonium est, vbi datur opera ne sit mater. Non igitur vxor. Quocirca nuptias prohibetis, nec ab hoc crimine, quod olim à spiritusancto de uobis prædictum est, vlla vos ratione defenditis. Iam uero cum uehementer satagitis, ne per concubitum anima ligetur in carne, & uehemẽter asseritis, per sanctorum cibũ animam de seminibus liberari, nonne confirmatis, ô miseri, quod de vobis homines suspicantur? Cur enim cũ de tritico & faba & de lenticula alijsq̃; seminibus vescimini, liberare vos velle animam creditis, de aĩalium seminibus non credaĩ? Non enim vt ipsam carnẽ mortui animantis immundam eẽ dicitis, q̃ animã non habet, hoc ita potestis & de animantis semine dicere, in quo animam quæ apparebit in prole, colligatam esse censetis, & in quo ipsius Manichæi aĩam implicatam fuisse fatemini. Et quia non pũt ab auditoribus vestris purganda vobis talia semina afferri, quis nõ suspicetur secretã de uobisipsis inter vos fieri talẽ purgationẽ, & ideo illis ne vos deserant occultari? Quæ si non facitis, quod vtinam ita sit, videtis tamen quantę suspitioni vestra superstitio pateat, & q̃ non sit hominibus succensendum id opinãtibus, qđ de vestra professione colligitur, cum vos aĩas p escam & potum, de corporibus & sensibus liberare prædicatis. Nolo hic diutius immorari, & uidetis quantus sit inuectionis locus. Sed quia & res talis est, ut eam potius reformidet quàm insectetur oratio, & propositũ illud meũ p totũ sermonẽ aĩaduerti potest, quo statui nihil exaggerare, sed nudis quodã modo rebus & rationibus agere, transeamus ad aliud. Iam enim satis apparet, qualia sint tria vestra signacula: hi sunt vestri mores, hic finis admirabilium præceptorum, vbi nihil certum, nihil constans, nihil rationabile, nihil inculpabile: sed omnia dubia, immò vero sine dubitatione falsissima, omnia repugantia, abominabilia, absurda. Denique tam multa & tam grauia pcta in his moribus deprehenduntur, vt siquis accusare uelit omnia hõ alicuius facultatis, singula, vt minimũ, singulis voluminibus possit. Hæc igitur si custodiretis, uestramque impleretis professionem, nihil uobis esset ineptius, nihil stultius, nihil imperitius. Cum autem laudatis & docetis ista, nec facitis, quid uobis fallacius, quid insidiosius, qd malitiosius dici aut inueniri potest? Nouem annos tot magna cura & diligentia uos audiui, nullus mihi electorum innotescere potuit, qui secundũ hæc præcepta non aut deprehensus in pctõ, aut certe suspitioni subditus fuerit. Multi in uino & carnibus, multi lauantes in balneis

De signaculo sinus, & nefandis mysterijs. Cap. 18.

Flagitia Manichæorũ. Cap. 19.

3. Confessio. Cap. 11.

&. 5. lib. Cap. 6.

balneis inuenti sunt. Sed hæc audiebamus. Nonnulli alienas fœminas seduxisse approbati sunt, ita vt hinc planè dubitare non possum. Sed sit & hæc magis fama q̃ verũ. Vidi ipse non solus, sed cum ijs, qui partim iam illa superstitione liberati sunt, partim adhuc opto vt liberentur. Vidimus ergo in quadriuio Carthaginis in platea celeberrima, nõ vnũ, sed plures q̃ tres electos simul post transeuntes nescio quas fœminas tam petulanti gestu adhinnire, vt otium triuialiũ impudicitiã impudentiáq̃; superarent. Quod de magna venire consuetudine, atque illos inter se ita viuere satis eminebat: q̃quidem nullus socij præsentiam veritus, oẽs, aut certe penè oẽs eadẽ teneri peste indicabat. Nõ enim erant hi ex vna domo: sed diuerse ꝓrsus habitantes, ex eo loco vbi cõuentus oim factus erat, pariter forte descẽderãt. Nos ãt grauiter cõmoti, grauiter ẽt questi sumus. Quis tandẽ hoc vindicandum, nõ dicã sepa
L ratione ab ecclesia, sed pro magnitudine flagitij vehementius saltem obiurgationibus arbitratus est? Et hæc erat omnis excusatio impunitatis illorũ q̃ eo tẽpore, quo conuenticula eorũ lege publica prohibeirentur, ne
Ioã. 16. quid læsi proderent metuebatur. Vbi est ergo, q̃ perpetuam sibi persecutionem in hoc mundo futuram prædicant eoq̃; se commendatiores haberi volunt: hinc interpretantes,
Ioã. 15. q̃ hic mũdus eos oderit, & propterea penes se q̃rendã veritatẽ affirmãtes, quia in ꝓmis-
Ioã. 14. sione spũssancti paracleti dictum est, q̃ eum mundus iste accipere non possit. De qua re non iste locus differendi est. Sed certe si perpetua vobis persecutio futura est, vsq; in seculi finem, perpetua erit & hæc dissolutio, tantæq; turpitudinis impunita contagio, dũ tales lædere formidatis. Id ẽt nobis responsum est, cũ ad ipsos primates detulissemus conquestã nobis esse mulierẽ, q̃ in cõclaui, vbi cum alijs fœminis erat, de illorum. ſ. sanctitate secura, ingressis electis pluribus, & ab vno lucerna extincta incertum cuius eorũ in tenebris appetita esset amplexu, & coacta in flagitium, nisi subsidio clamoris euasisset. Hoc vobis quoque notissimum nephas, de quanta cõsuetudine ueniisse arbitrandũ est? Et hoc factũ est ea nocte, qua festę apud vos
M vigiliæ celebrabantur. Sed reuera ẽt si nullus esset proditionis metus, quis posset damnãdũ offerre epõ, qui sic peccauerat ne agnosceretur? Quasi vero non omnes idem crimen inuolutos tenebat, qui simul ingressi erãt. Nã omnibus petulanter clamantibus lucerna extincta placuerat. Suspicionibus vero ianuæ quantæ aperiebantur, cũ eos inuidos inueniebamus, cum auaros, cũ epularum exquisitarum auidissimos, cũ in iurgijs frequẽtissimos, cũ de rebus exiguis mobilissimos. Non vtiq; arbitramur eos temperare posse, à quibus se temperare profitebantur, qñ latibula & tenebras inuenirẽt. Duo quidam erant existimationis satis bonæ, facili ingenio atq; in illis suis disputationibus principes, nobis amplius q̃ cæteri familiariusq̃; coniuncti. Quorũ vnus qui ꝓp studia ẽt liberalia nobis arctius adhærebat hic, nũc ibi esse præsbyter dr. Hi sibi grauiter inuidebãt & obijciebat alter alteri, nõ accusatione manifesta, sed sermone apud quos poterat & surrijs, ab eo violenter attentatam cuiusdã auditoris vxorem. Ille ãt se purgans, interim apud nos alium eiusdem sceleris electum criminabatur, qui apud eundẽ auditorem quasi amicus fidelissimus habitabat. Quem qñ su A bito ingrediens cum muliere deprehẽderat, dicebat mulieri & adultero ab illo inimico atq; inuido consilium datum, vt illa sibi conflaretur calumnia, ne siquid proderet, crederetur. Angebamur nos & molestissime ferebamus, q̃ etiam si de appetita muliere incertum erat, liuor tamen in illis duobus quibus meliores ibi nõ inueniebamus, apparebat acerrimus, & alia conijcere cogebat. Postremò in theatris electos, & ætate, & vt videbantur, moribus graues, cum sene præsbytero sæpissime inuenimus. Omitto iuuenes, quos etiam rixantes pro scenicis & auri gis deprehendere solebamus, quæ res non mediocri argumento est, quomodo se possint continere ab occultis, cum eam cupiditatem superare nõ possint, quę illos auditorũ suorum oculis sustentat, & prodit erubescentes atq; fugitantes. An vero illius etiam sanCti, ad cuius disputationes in ficariorum vicum vectabamur, tantum illud flagitium proderetur, si virginem sanctimonialem mulierem tantum, non & prægnantẽ facere potuisset. Sed occultum & incredibile malum crescens vterus latere non passus est. Quod cũ mater fratri iuueni ꝓdidisset acerrime dolens, religionis tũ nomine ab ac- B cusatione publica reuocatus est: perfecitq̃; vt ille (non enim hoc ferre quisquam posset) de illa ecclesia pelleretur: & ne impunita res omnino esset, cœpit consilium, vt adiunctis sibi amicis, hominem pugnis calcibusq̃;

cibusq; concideret. At ille cum grauiter cæderetur, clamabat, vt sibi ex authoritate Manichæi parceretur. Adam primum heroem peccauisse, & post peccatum fuisse sanctioré. Talis est nanque apud vos opinio de Adá & Eua: longa fabula est, sed ex ea attingam quod in præsentia satis est. Adam dicitis sic à parétibus suis genitum, abortiuis illis principibus tenebrarum, vt maximam partem lucis haberet in anima, & perexiguam gentis aduersæ. Qui cum sancte viueret propter exuperantẽ copiá boni, commotam tũ in eo fuisse aduersam illam partẽ, vt ad concubitum declinaretur: ita eum lapsum esse atq; peccasse, sed vixisse postea sanctiorem. Hic ego non tam de nequam homine conqueror, qui stupro nefario alienam famulá sub habitu electi & sancti viri ad tãtum dedecus infamiamq; perduxit. Non hoc vobis obijcio. Fuerit hominis perditissimi potius, q̃ consuetudinis vestræ. Non enim tantum flagitium in vobis, sed in illo arguo. Illud tamen in omnibus vobis quemadmodũ ferri & tolerari possit ignoro, ꝙ cum animam partem Dei esse dicatis, asseritis tamen etiam exiguo admixto malo, maiorem eius copiam vbertatemq; superari. Quis.n. cum hoc crediderit, & eum libido pulsauerit, non ad talem defensionem potius, q̃ eius libidinis refrenationem compressionemq; confugiat? Quid amplius dicam de moribus vestris? Dixi quæ ipse cõperi, cum in ea essem ciuitate vbi ista commissa sunt. Romæ autẽ me absente quid actum sit, longum est explicare. Dicam tamen breui. Eò enim res erupit, vt occulta esse non posset absentibus: & ego quidem postea Romæ cum essem, omnia vera me audisse firmaui: quanuis tam familiaris & mihi probatus qui præsens erat, ad me rem pertulerat, vt omnino dubitare non possum. Nã quidam vester auditor, in illa memorabili abstinentia nihilominus electis cedens, qui & liberaliter institutus esset, & vestram sectam copiose vellet & soleret defendere, molestissime ferebat, ꝙ ei vage pessimeq; habitantium passimq; viuentiũ electorum mores perditissimi sæpe disputanti obijciebantur. Cupiebat itaq; si fieri posset omnes qui secundum illa præcepta vitã degere parati essent, congregare in domum suam, & suis sumptibus sustinere. Erat enim & non mediocris pecuniæ contemptor, & non mediocriter pecuniosus. Quærebatur autem impediri tantos conatus suos episcoporum dissolutione, quibus adiuuantibus implere debebat. Interea autem episcopus quidam homo planè, vt ipse expertus sum, rusticanus atque impolitus, sed nescio quomodo eaipsa duritia seuerior in custodiendis bonis moribus videbatur. Hunc diutissime desideratum & aliquando præsentem arripit iste, exponit homini voluntatem suam: laudat ille atque consentit, placet vt in domo eius prior ipse incipiat habitare. Quod vbi factum est, eo congregati sunt electi omnes qui Romæ esse potuerunt. Proposita est viuendi regula de Manichæi epistola, Multis intolerabile visum est. Abscesserunt. Remanserunt tamen pudore non pauci. Cœpit ita viui vt placuerat, & vt tanta præseribebat authoritas: cum interim auditor ille vehementer omnes ad omnia cogeret, nemi nem tamen ad id quod non prior ipse susci- E peret: interea rixæ inter electos oriebantur creberrimæ, obijciebantur ab inuicem crimina, quæ ille omnia gemens audiebat, dabatque operam, vt seipsos in iurgando incautissime proderent. Prodebant nefanda & immania. Ibi cognitum est, quales essent, qui tamen inter cæteros vim præceptorum illorum subeundam sibi putauerunt esse. Iam de cæteris quid suspicandum erat, aut quid potius iudicandum? Quid plura? Coacti aliquando murmurauerunt sustinerii illa mandata non posse: Inde in seditionem. Agebat auditor causam suam complexione breuissima, aut illa omnia esse seruanda, aut illum qui talia sub tali conditione præcepisset, quæ nullus posset implere, stultissimum existimandum. Vicit tamen, non enim aliter poterat, vnius sententiam effrenatissimus plurium strepitus. Postea etiam ipse cessit episcopus, & cum magno dedecore aufugit. Huius sanè cibi præter regulam clanculo accepti, & sæpe inuenti ferebantur cum ei de proprio sacculo diligenter occultato pecunia copiosa suppeteret. Hæc si falsa esse dicitis, nimis apertis & peruulgatis rebus obsiltitis. Sed vtinam hoc dicatis. F Cum enim sint ista manifesta, & ijs qui scire voluerint cognitu facillima, intelligitur quam vera dicere soleant, qui hæc vera esse negauerint. Sed alijs defensionibus vtimini, quas ego non improbo. Aut enim dicitis aliquos, qui vestra præcepta custodiant, nec eos aliorum criminibus debere perfundi: aut non oportere omnino quæri quales sint homines, qui vestram sectam profiten-

Flagitia eorundẽ Romæ deprehẽsa. Ca. 20.

tur, sed qualis sit ipsa ꝓfessio. Quorum ego vtrunque admisero, quanquam nec illos fidos mandatorum obseruatores demonstrare, nec ipsam hæresim à tot & tantis nugis atque sceleribus purgare possitis. Illud tamen à vobis magnopere requiram, cur maledictis insectemini Christianos catholici nominis, quorundam intuentes perditam vitam, cum de vestris hominibus haberi quæstionem, aut impudenter recusetis, aut impudentius non recusetis, velitisq; intelligi in tanta vestra paucitate latere nescio quos, qui sua præcepta custodiant, & in tanta catholicæ multitudine non velitis?

G D. AVRELII AVGVSTINI de genesi contra Manichæos Liber primus.

Quur hic stylũ de miserit. Cap. 1.

SI eligerent Manichæi, quos deciperent, eligeremus & nos verba quibus eis responderemus: cum vero illi & doctos literis & indoctos errore suo persequantur: & cum promittunt veritatem, à veritate conentur auertere, non ornato politoq; sermone, sed rebus manifestis conuincenda est vanitas eorum. Placuit enim mihi quorundam vere Christianorum sententia, qui cum sint eruditi liberalibus literis, tamen alios libros nostros quos aduersus Manichæos ædidimus cum legissent, viderunt eos ab imperitioribus, aut non aut difficile intelligi, & me beneuolentissime monuerunt, vt communem loquendi consuetudinem non desererem, si errores illos tam pernicioſos ab animis etiam imperitorum expellere cogitarem. Hunc enim sermonem vsitatum & simplicem etiam docti intelligunt, illum autem indocti non in- H telligunt. Solent ergo Manichei scripturas 1. Retr. veteris testamenti, quas non nouerunt, vitu Cap. 10. perare, & ea vituperatione infirmos & parnulos nostros, non inuenientes quomodo sibi respondeant, irridere atque decipere. Quia nulla scriptura est, quæ non apud eos qui illam non intelligunt facile possit reprehendi. Sed ideo diuina prouidentia multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, vt cũ insultant nobis, & interrogant nos ea q̃ nesci mus vel sic excutiamus pigritiam, & diuinas 1. Co. 11. scripturas nosse cupiamus. Propterea & Apostolus dicit: Oportet hæreses esse, vt ꝓbati manifesti fiant inter uos, ij enim Deo probati sunt, qui bene possiunt docere, sed manifesti hominibus esse non possiunt, nisi cum docent. Docere autem nolunt, nisi eos qui doceri quærunt. Sed multi ad quærendum pigri sunt, nisi per molestias & insultationes hæreticorum quasi de somno excitentur, & de imperitia sua erubescant sibi, & de illa imperitia periclitari se sentiant. Qui ho mines si bonæ sunt fidei, non credunt hæreti Matt. 7. cis, sed quid eis respondeant, diligenter inquirunt. Nec eos deserit Deus vt petentes accipiant & quærentes inueniant, & pulsantibus aperiatur. Qui autem desperant se I posse in catholica disciplina inuenire quod quærunt, atteruntur erroribus, & si perseueranter inquirunt, ad ipsos fontes à quibus aberrauerant post magnos labores fatigati atque sitientes & penè mortui reuertuntur. Stulte q̃-

Primum ergo librum veteris testamenti, ri quare qui inscribitur Geneſis, sic solent Manichæi Deus cõ reprehendere. Quod scriptum est, In prin- diderit cipio fecit Deus cœlum & terram: Quæ- mundũ. runt in quo principio, & dicunt, si in princi- Cap. 2. pio aliquo temporis fecit Deus cœlum & Li. 11. de terram quid agebat antequam faceret cœlũ Ciuitate terram? Et quid ei subito placuit facere, Dei. c. 4. quod nunquam antea fecerat per tempora æterna? His respondemus, Deum in principio fecisse cœlum & terram, non in principio temporis, sed in Christo, cum verbum esset apud patrem, per quod facta & in quo facta sunt omnia. Dominus.n. noster Iesus Ioan. 1. Christus cum eũ Iudæi interrogassent quis esset respondit, Principium quod & loquor Ioan. 8. vobis. Sed & si in principio temporis Deum fecisse cœlũ & terram credamus, debemus vtique intelligere, quod ante principium temporis non erat tẽpus. Deus.n. fecit & tẽpora. Et ideo antequã faceret tempora, non K erant tempora. Non ergo possumus dicere fuisse aliquod tempus quando Deus nondũ aliquid fecerat. Quomodo.n. erat tempus quod Deus non fecerat, cum omnium temporum ipse sit fabricator? Et si tempus cum cœlo & terra esse cœpit, non potest inueniri tempus, quo Deus nondum fecerat cœlum & terram. Cum autem dicitur, quid ei placuit subito? sic dicitur, quasi aliqua tempora transierint quibus Deus nihil operatus est. Non enim trãsire poterat tempus quod nondum fecerat Deus, quia non potest esse operator temporum, nisi qui est ante

tempora. Certe & ipsi Manichæi legunt Apostolum Paulum,& laudant & honorãt: & eius epistolas male interpretando multos
Ad Ti.1 decipiunt. Dicant ergo nobis quid dixerit Apostolus Paulus, Agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem Dei in spem vitæ æternæ, quã promisit non mendax Deus ante tempora æterna. Aeterna enim tempora quid ante se habere potuerunt? Hoc ergo cogantur exponere,vt intelligant se non intelligere,cum temere volunt reprehendere,
L quod diligenter quærere debuerunt. Si autem non dicunt, quid placuit Deo subito facere cœlum & terram,sed tollunt inde, subito, & hoc tantum dicunt, quid placuit Deo facere cœlum & terram? Non enim coęuũ Deo mundum istum dicimus, quia non eius æternitatis est hic mundus, cuius ęternitatis est Deus: mundum quippe fecit Deus, & sic cum ipsa creatura quam Deus fecit, tempora esse cœperunt. Et ideo dicuntur tempora æterna, non tamen sic sunt æterna tempora quomodo æternus est Deus, quia Deus est ante tempora, qui fabricator est temporum. Sicut omnia quæ fecit Deus bona sunt valde,sed non sic bona sunt, quomodo bonus est Deus qui illa fecit, hæc autem facta sunt. Nec ea genuit de seipso, vt hoc essent quod ipse est: sed ea fecit de nihilo, vt non essent æqualia, nec ei à quo facta sunt,nec filio eius per quem facta sunt. Iustus est enim. Si ergo isti dixerint, quid placuit Deo facere cœlum & terram? respondendum est eis, vt prius discant vim voluntatis humanę qui voluntatem Dei nosse desiderant. Causas enim voluntatis Dei scire quærunt,cum voluntas Dei omnium, quæ sunt,ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas Dei, est aliquid quod antecedat voluntatem Dei,quod nefas est credere. Qui
M ergo dicit,quare fecit Deus cœlũ & terram? respondendum est ei, quia voluit. Voluntas enim Dei causa est cœli & terræ,& ideo maior est voluntas Dei, quàm cœlum & terra. Qui autem dicit, quare voluit facere cœlũ & terram maius aliquid quærit,q̃ est voluntas Dei, nihil autem maius inueniri potest. Compescat ergo se humana temeritas, & id quod non est non quærat, ne id quod est, non inueniat. Et si voluntatem Dei nosse quisquam desiderat, fiat amicus Deo. Quia si volũtatem hominis nosse vellet cuius amicus non esset, omnes eius impudentiam ac stultitiam derideret. Non autem quis-

Qũo æterna tẽpora & q̃ Deus creauit bona dicuntur.

Dei volũtas omnium causa.

quam efficitur amicus Dei nisi purgatissimis moribus, & illo fine præcepti de quo Apostolus dicit, Finis autem præcepti est 1.Ti.1.
charitas de corde puto & conscientia bona & fide non ficta. Quod isti si haberent,non essent hæretici. Quod autem sequitur in Tenebræ sup
libro Geneseos,Terra erat inuisibilis & in- abyssũ.
composita: sic reprehendunt Manichæi vt Cap. 3.
dicãt. Quomodo fecit Deus in principio A
cœlum & terram, si iam terra erat inuisibilis & incomposita? Ita cum volunt scripturas diuinas prius vituperare quàm hosse, etiam res apertissimas non intelligunt. Quid enim manifestius dici potuit, quàm hoc dictum est? In principio fecit Deus cœlum & terram, terra autem erat inuisibilis & incomposita,id est,in principio fecit Deus cœlum & terram, terra autem ipsa quam fecit Deus inuisibilis erat & incomposita: antequam Deus omnium rerum formas locis & sedibus suis ordinata distinctione disponeret: antequam diceret, fiat lux,& fiat firmamentum,& congregentur aquæ, & appareat arida: & cetera q̃ in eodem libro sic exponuntur per ordinem quemadmodũ possint ea paruuli capere? Quæ omnia continent tã magna mysteria,vt quisquis ea didicerit,omniũ hæreticorũ vanitatẽ,vel doleat,quia homines sunt: vel derideat,q̃a superbi sunt. Sequitur in eodẽ libro, Et tenebræ erant super abyssum. Quod Manichæi reprehendunt dicentes, In tenebris ergo erat Deus antequã faceret lucẽ? Vere ipsi sunt in tenebris ignorantiæ, & ideo non intelligunt lucẽ, in qua Deus erat anteq̃ faceret istã lucẽ. Nõ enim B
norunt isti lucem, nisi quã carneis oculis vident. Et ideo istũ solem, quẽ pariter non solum cum bestijs maioribus, sed etiam cum muscis & vermiculis cernimus,illi sic colũt, vt particulam dicant esse lucis illius in qua habitat Deus. Sed nos intelligamus aliã lucem esse,in qua Deus habitat, vnde est illud lumen de quo in Euangelio legitur,Erat lu- Ioan. 1.
men verum quod illuminat hominẽ omnẽ venientẽ in hunc mundũ. Nam solis istius lumẽ non illuminat omnẽ hominẽ,sed corpus hominis & mortales oculos, in quibus nos vincunt aquilarum oculi,qui solem istũ multo melius q̃ nos dicuntur aspicere. Illud 1. Retr.
autem lumen non irrationabilium animalium oculos pascit, sed pura corda eorum Cap.10.
qui Deo credunt,& ab amore visibilium rerũ & temporaliũ se ad eius præcepta seruanda conuertunt. Quod omnes homines pos- Liberũ
sunt,

arbitriũ sunt, si velint, quia illud lumen omnem hominẽ illuminat venientem in hunc mundũ. Ergo tenebræ erant super abyssum antequã lux ista fieret,De qua cõsequenter hoc loco
Quòd tenebrę nihil sint. dicitur: Et dixit Deus, Fiat lux: Quia
C vbi lux non est, tenebræ sunt, non quia aliquid sunt tenebræ, sed ipsa lucis absentia tenebræ dicuntur. Sicut silentium non aliqua res est,sed vbi sonus non est, silentium dicitur. Et nuditas aliqua res non est,sed in corpore vbi tegumentũ nõ est,nuditas dicitur. Et inanitas nõ est aliquid, sed locus vbi corpus non est,inanitas dicitur. Sic tenebræ nõ aliquid sunt,sed vbi lux nõ est,tenebræ dicũtur. Hoc ideo dicimus,quia solẽt dicere. Vñ erant ipsæ tenebræ super abyssum antequã facere Deus lucem? Quis illas fecerat uel generat? Aut si nemo fecerat vel genuerat eas,æternæ erant tenebræ, quasi aliquid sint tenebrę. Sed vt dictum est,lucis absentia hoc nomen accepit. Sed quia ipsi fabulis suis decepti crediderunt esse gentem tenebrarum, in qua & corpora,& formas & animas in illis corporibus fuisse arbitrantur,ideo putant quod tenebræ aliquid sint: & nõ intelligũt non sentiri tenebras, nisi quando non videmus,sicut non sentitur silentium, nisi quãdo non audimus. Sicut autem silentiũ nihil est,sic & tenebræ nihil sunt. Sicut aũt isti dicunt,gentem tenebrarum contra lucẽ Dei pugnasse,sic põt & alius similiter vanus dicere, gentem silentiorum contra vocem Dei pugnasse. Sed illas vanitates mõ non suscepi-
D mus refellere atq; conuincere. Nunc.n.ea q̃ reprehẽdunt in veteri testamento,statuimus defendere,quantum vires dominus pręstare dignatur, & in eis ostendere contra veritatẽ
Qũo ferebatur spiritus, & de chao. Dei nihil valere hominũ cæcitatem. Qđ autem scriptum est: Et spiritus Dei superferebatur super aquam: sic solent Manichęi reprehendere,vt dicant: Aqua ergo erat habitaculum spiritus Dei, & ipsa continebat spiritum Dei? Totum ergo conantur peruersa mẽte peruertere,& excæcant malitia sua. Cum enim dicimus: Sol superfertur super terram,nunquid intelligi volumus, quòd in terra habitet sol, & terra solem contineat? Et tamen non sic spiritus Dei superferebatur super aquam, sicut superfertur sol super terram, sed alio modo quẽ pauci intelligũt. Cap.5. Non enim per spatia locorum superferebatur aquæ ille spiritus,sicut sol terræ superfertur: sed per potentiam inuisibilis sublimitatis suæ. Dicãt autẽ nobis isti, quomodo ijs

rebus,quæ fabricãdæ sunt, superferatur volũtas fabri? Quod si hæc humana & quotidiana nõ comprehendunt, timeant Deũ, & simplici corde quod nõ intelligunt quęrant, ne cum volunt verbis sacrilegis concidere E
veritatem quam videre nõ possunt,redeat illis securis in crura. Nam illa cõcidi nõ põt, quæ incommutabilis manet, sed quęcunque plagæ in illa emissæ fuerint repercutiuntur, & maiore ictu redeunt in eo, qui cædere audent quod credere deberent, ut intelligere mererentur. Deinde quærunt,& insultando interrogant: Vnde erat ipsa aqua super quã ferebatur spiritus Dei? Nunquid enim superius scriptum est,quòd Deus aquam fecerit? Hoc si pie quærerent, inuenirent quẽadmodum intelligendum esset. Non enim aqua sic appellata est hoc loco, vt hæc a nobis intelligatur,quam videre iã possumus & tãgere qũo nec terra quæ incomposita & inuisibilis dicta est, talis erat qualis ista, quæ iam videri & tractari potest. Sed illud quod dictum est: In principio fecit deus cœlum & terram,cœli & terræ nomine vniuersa creatura significata est,quã fecit & cõdidit deus. Ideo aũt nominibus visibilium rerũ hæc ap- 2.sen.di
pellata sunt, propter paruulorũ infirmitatẽ, stin.12.
& qui minus idonei sunt inuisibilia cõprehẽ- ca.secun
dere. Prima ergo materia facta est cõfusa & dũ hãc.
informis, vnde omnia fierent quæ distincta xáos.
atq; formata sunt, qđ credo à Græcis chaos appellari. Sic em & alio loco legimus dictũ
in laudibus Dei: Qui fecisti mundũ de materia informi. Qđ aliqui codices habent de Chaos
materia inuisa. Et ideo Deus rectissime cre- ex nihi-
ditur oia de nihilo fecisse, quia ẽt si oia formata de ista materia facta sunt, hæc ipsa tũ hoc oia.
materia de omnino nihilo facta est. Nõ em Cap.6.
debemus esse similes istis, qui omnipotentẽ Deum non credunt aliquid de nihilo facere potuisse, cum considerãt fabros & quoslibet opifices non posse aliquid fabricare nisi habuerint vnde fabricent. Et ligna em adiuuãt fabrũ,& argentũ argẽtariũ adiuuat, & aurũ aurificem,& terra figulum ut possit perficere opera sua. Si enim non adiuuentur ea materia vnde aliquid faciunt, nihil possunt facere, cum materiam ipsam ipsi non faciant. Non enim faber lignum facit,sed de ligno facit aliquid. Sic & cæteri oẽs huiusmodi opi- Informifices. Omnipotens autem Deus nulla re ad- mis materia uarijs nouandus erat, quam ipse non fecerat,vt qđ minibus
volebat,efficeret. Si em ad eas res,quas facere volebat, adiuuabat eum aliqua res, quam

designata.

ipſe non fecerat,non erat omnipotens,quod ſacrilegum eſt credere. Informis ergo illa materia quam de nihilo Deus fecit,appellata eſt primo cœlum & terra, & dictum eſt:In principio fecit Deus cœlum & terrã: non quia iã hoc erat, ſed quia hoc eſſe poterat. Nã & cœlum ſcribitur poſtea factum. Quemadmodũ ſi ſemẽ arboris cõſyderãtes dicamus ibi eẽ radices & robur, & ramos & fructus et folia,non quia iã ſunt,ſed quia inde futura ſunt. Sic dictum eſt, In principio fecit Deus cœlũ & terrã,quaſi ſemẽ cœli & terræ,cum in confuſo adhuc eſſet cœli & terræ materia. Sec quia certũ erat inde futurũ eſſe cœlum,& terram,iã & ipſa materia cœlũ & terra appellata eſt.Iſto genere locutionis etiã dñs loquitur cum dicit :Iã non dicã uos ſeruos,quia ſeruus neſcit quid faciat dñs eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci uobis: non quia iam factum erat, ſed quia certiſsime futurum erat. Nã poſt paululũ dicit illis: Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo. Vt quid ergo dixerat. Omnia quæ audiui à patre meo nota feci uobis: niſi quia ſe ſciebat hoc eſſe facturum?Sic ẽt cẽlũ & terra potuit dici materia unde nondum erat factum cœlum & terra, H ſed tñ nõ erat aliunde faciẽdũ.Innumerabiles tales locutiones in ſcripturis diuinis inueniuntur. Sicut in conſuetudine ſermonis noſtri cum id quod certiſsime ſperamus futurũ,dicimus,iã factum puta. Hanc autem adhuc informẽ materiã,ẽt terram inuiſibilẽ atque incompoſitam voluit appellare, quia inter omnia elementa mundi terra uidetur minus preciosa quàm cætera. Inuibilem autem dixit propter obſcuritatem: & incompoſitam propter informitatem. Eandem ipſam materiam ẽt aquã appellauit,ſuper quã ferebatur ſpiritus Dei, ſicut ſuperfertur rebus fabricandis uoluntas artificis. Quod etſi paucorum intelligentia poteſt attingere,humanis tñ uerbis neſcio utrum uel à paucis hominibus poſsit exponi. Propterea uero nõ abſurde etiam aqua dicta eſt iſta materia, quæ omnia quæ in terra naſcuntur,ſiue animalia,ſiue arbores uel herbæ, & ſiqua ſimilia,ab humore incipiunt formari atq; nutriri. Hæc ergo omnia, ſiue cœlum & terra, ſiue terra inuiſibilis & incõpoſita, & abyſſus I cũ tenebris, ſiue aqua ſup quã ſpiritus ferebatur,nomina ſunt informis materiæ:vt res ignota notis uocabulis inſinuaret imperitioribus,& non uno uocabulo,ſed multis: ne ſi unũ eſſet, hoc putaret eſſe qđ conſueuerant homines in illo uocabulo intelligere. Dictum eſt ergo cœlum & terra, quia inde futurum erat cœlũ & terra.Dicta eſt terra inuiſibilis & incõpoſita & tenebræ ſuper abyſſum: qa informis erat, & nulla ſpecie cerni aut tractari poterat,etiam ſi eſſet homo qui uideret atq; tractaret. Dicta eſt aqua,quia facilis & ductilis ſubiacebat operanti,ut de illa omnia formarentur. Sed ſub his omnibus nominibus materia erat inuiſa & informis, de qua Deus cõdidit mundũ. Et dixit deus: Fiat lux,& facta eſt lux.Hoc non ſolẽt reprehẽdere Manichæi,ſed illud qđ ſequitur:Et uidit Deus lucẽ quia bona eſt. Dicunt enim: Ergo nõ nouerat Deus lucẽ,aut nõ nouerat bonã.Miſeri homines,quibus diſplicet, qđ Deo placuerunt opera ſua, cũ uideant etiã hominẽ artificem,verbi gratia,lignarium fabrum, quanuis in cõparatione ſapientiæ & potentiæ Dei penè nullus ſit, tamen tandiu lignum cædere atq; tractare dolando, aſciãdo,planando, vel tornando atque poliando quouſq; ad argis regũlas perducat quantum poteſt,& placeat artifici ſuo. Nunquid ergo quia placet ei quod fecit, ideo non nouerat bonũ? Prorſus uouerat intus in animo, ubi ars ipſa pulchrior eſt, q̃ illa quæ arte fabri- K cantur.Sed quod videt artifex intus in arte, hoc foris probat in opere, & hoc eſt pfectũ qđ artifici ſuo placet.Vidit ergo Deus lucẽ, quia bona eſt: quibus verbis non oſtenditur cluxiſſe Deo inſolitum bonum,ſed placuiſſe perfectũ.Quòd ſi dictum eſſet, miratus eſt Deus lucẽ,quia bona eſt,quantũ clamarent? quantũ litigarẽt?Admiratio enim reuera de rebus inſperatis naſci ſolet, & tñ legunt iſti & laudant dñm noſtrum Ieſum Chriſtum in Euangelio admiratum eſſe fidem credẽtium. Quis autẽ in illis fecerat ipſam fidẽ, Matth.8 niſi ipſe qui eã mirabatur? Quod ſi & alius eam feciſſet, vt quid miraretur qui præſcius erat?Si ſoluunt Manichæi quæſtionem iſtã, uideant quia & illa ſolui poteſt. Si autẽ non ſoluunt, quid iſta reprehendunt quæ ad ſe nolunt pertinere,cũ ille quæ ad ſe pertinere dicunt, non nouerint? Quod enim mirabitur dñs noſter,nobis mirandum eſſe ſignificat,quibus adhuc eſt opus ſic moneri. Omnes ergo tales motus eius nõ perturbati animi ſunt ſigna,ſed docentis magiſtri.Sic ſunt & uerba ueteris teſtamenti,quæ nõ Deũ infirmũ docẽt,ſed noſtræ infirmitatis blãdiun- L tur.

li.1.de Trinit. cap.12.

Ioan.15.

Ioan.16.

2.ſen.di. 12.ca.ſecundum hanc.

tur. Nihil n.de Deo digne dici põt. Nobis tñ vt nutriatur fides, & ad ea perueniamus,q̃ nullo humano ſermone dici poſſunt, ea dicuntur quæ capere poſſumus. Et di- Tenebræ quo factæ. uiſit Deus inter lucem & tenebras, & vocauit Deus diẽ lucem, & tenebras vocauit noctem. Hic non dictũ eſt,fecit deus tenebras, Cap.9. quia tenebræ,ſicut ſuperius dictum eſt,lucis abſentia eſt. Diſtinctio tñ facta eſt inter lucẽ & tenebras,quemadmodũ nos clamando vocem facimus, ſilentium autem non ſonando facimus,quia ceſſatio vocis ſilentium eſt.Diſtinguimus tamen ſenſu quodam inter vocẽ & ſilẽtiũ,& illud vocamus vocem,illud ſilentiũ. Quemadmodũ ergo recte dicimur facere ſilentium,ſic recte multis diuinarum ſcripturarum locis Deus dicit facere tenebras, qa lucem quibus vult temporibus & locis, Eſa.45. vel nõ donat,vel detrahit. Hoc autẽ totũ ad intellectum noſtrũ dictũ eſt. Qua enim lingua vocauit Deus idem lucem, & tenebras noctem:vtrum Hebræa,an Græca, an Latina,an aliqua alia? Et ſic omnia,quæ vocauit, M quæri poteſt qua lingua vocauerit. Sed apud Deũ purus intellectus eſt,ſine ſtrepitu & diuerſitate linguarum. Vocauit autẽ dictũ eſt, vocari fecit qa ſic diſtinxit oſa & ordinauit vt & diſcerni poſſent, & nomina accipere. Sed poſtea ſuo loco requiremus,vtrum vere ſic eſt accipiẽdũ,qa vocauit Deus:q̃m quãtũ accedimus in ſcripturis & in eis aſſueſcimus, tñ nobis locutiones earum innoteſcunt. Sic enim dicimus, Ille paterfamiliãs ædificauit domum iſtam,id eſt,ædificari fecit, & multa talia per omnes libros diuinarum ſcripturarum inueniuntur. Et factum eſt veſpere, Mane,& ueſpera quod. & factum eſt mane dies vnus. Et hic calũniãtur Manichęi,dum putãt ita dictũ eſſe,quaſi Cap.10. à veſpera dies cœperit. Non intelligũt operationem illam qua lux facta eſt, & diuiſum eſt inter lucem & tenebras,& vocata eſt lux dies,& tenebræ nox. Hanc ergo totam operationẽ non intelligũt ad diẽ pertinere, poſt hãc autem operationẽ tanquam finito die facta eſt veſpera. Sed quia etiã nox ad drẽ ſuũ pertinet, non dicitur tranſiſſe dies vnus niſi etiam nocte tranſacta,cũ factũ eſt mane: ſic deinceps reliqui dies computantur à mane vſque in mane.Nũc enim cũ factũ eſt mane, & trãſactus eſt vnus dies, incipit operatio q̃ ſequitur ab ipſo mane,quod iam factum eſt: & poſt ipſam operationem fit veſpera,dein- A de mane,& tranſit altera dies:atque ita deinAquæ ceps cæteri dies tranſeunt. Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & ſit diuiſio inter aquã & aquam: & ſic factum eſt. Et fecit Deus firmamentum,& diuiſit Deus inter aquã,quę eſt ſuper firmamẽtũ,et inter aquam quę eſt ſub firmamento, & vocauit Deus firmamentum cœlum, & vidit Deus quia bonum eſt. Hæc non memini Manichęos reprehẽdere ſolere,tñ q̃ diuiſæ ſunt aquę vt aliæ eſſent ſuper firmamẽtum, & aliæ ſub firmamento,q̃m materiam illam dicebamus nomine aquæ appellatam, credo ſub firmamento cœli materiam corporalẽ rerum viſibilium ab illa incorporali rerum inuiſibiliũ fuiſſe diſcretã. Cum.n.cœlũ ſit corpus pulcherrimum omnis inuiſibilis creatura excedit etiam pulchritudinẽ cœli: & ideo fortaſſe ſuper cœlum eſſe dicuntur aquæ inuiſibiles,quæ à paucis intelliguntur non locorum ſedibus,ſed dignitate naturæ ſuperare cœlũ: quanquã de hac re nihil temere affirmãdũ eſt. Obſcura eſt enim, & remota à ſenſibus hominum. Sed quoquo modo ſe habeat antequam intelligatur,credenda eſt. Et facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies ſecundus. Iam oſa hæc quæ repetuntur,ſicut ſupe- B rius intelligenda atque tractanda ſunt. Et Aquæ in dixit:Congregetur aqua quæ eſt ſub cœlo in unum. congregationem vnam & appareat arida, & Cap.12. ſic factum eſt. Et congregata eſt aqua quæ Gene.1. erat ſub cœlo in congregationem vnam, & apparuit arida. Et vocauit Deus aridam,terram: & cõgregationem aquę,vocauit mare. Et vidit Deus quia bonum eſt. In iſto loco Manichæi dicũt. Si totum aquis plenũ erat, qũo poterant aquę cõgregari in vnum?Sed iã ſuperius dictũ eſt,noſe aquarũ materiã illam appellatã,ſuper quã ferebatur ſpũs Dei, vnde erat Deus oſa formaturus.Nunc uero cum dicitur: congregetur aqua quæ eſt ſub cœlo in congregationem vnam: hoc dicitur vt illa materia corporalis formeẽ in eã ſpẽm quã habẽt aquæ iſtæ uiſibiles.Ipſa.n.congregatio in vnum,ipſa eſt aquarum iſtarum formatio? quas videmus & tangimus. Omnis enim forma ad vnitatis regulam cogitur. Et quod dicitur: Appareat arida,quid aliud dici intelligendum eſt, niſi vt illa materia accipiat viſibilẽ formã quã nunc habet terra iſta,quã videmus & tangimus? Superius ergo quod nominabatur terra inuiſibilis & incõpoſita materiæ confuſio & obſcuritas nominabatur: & quod nominabatur aqua ſu- C per quam ferebatur ſpiritus Dei,eadem ruaſus materia nominabat. Nũc vero aqua iſta

& ter-

& terra formantur ex illa materia quæ ipsis noibus appellabatur, antequam formas istas quas nunc uidemus acciperet. Sanè dicitur, in Hebræa locutione omnē aquarū cōgregationē, siue falsarū siue dulciū, mare appellari. Et dixit deus: Germinet terra herbā pabuli, ferentē semen secūdum suum genus & similitudinem, & lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen sit in se secundū suam similitudinē. Et sic est factū. Et eiecit terra herbā pabuli, ferentē semen secundum suū genus, & lignum fructiferū faciens fructum, cuius semen in se secundum suam similitudinē, secundum suum genus super terrā. Et uidit Deus quia bonū est, & facta est uespera, & factū est mane dies tertius. Hic solēt dicere, Si deus iussit nasci de terra herbā pabuli, & lignū fructiferū, quis iussit nasci tantas herbas uel spinosas vel uenenosas, quæ ad pabulum non proficiunt, & tam multa ligna quæ nullum fructum ferunt? Quibus sic respondendum est, vt nulla indignis aperiantur mysteria, neq; ostēdatur in qua figura futurorum ista sic dicta sint. Ergo dicendum est q̄ per peccatum hois terra maledicta sit, vt spinas pareret: non ut ipsa spinas sentiret, quæ sine sensu est, sed ut peccati humani crimē semper hoibus ante oculos poneret, quo admonerentur aliquando auerti à peccatis & ad dei præcepta cōuerti. Herbæ autē uenenosæ ad pœnā, vel ad exercitationem mortalium creatæ sunt: & hoc totū propter peccatum, quia mortales post peccatum facti sumus. Per infructuosas uero arbores insultatur hoibus, vt intelligant q̄ sit erubescendum sine fructu bonorū opera esse in agro Dei, hoc est in ecclesia, & timeant ne deserat eos Deus, quia & ipsi in agris suis infructuosas arbores deserunt, nec aliquā culturam eis adhibent. Ante peccatū ergo hominis nō est scriptum q̄ terra aliud protulerit nisi herbā pabuli & ligna fructuosa. Post peccatum autē uidemus multa horrenda & infructuosa de terra nasci, credo propter eam causam quā diximus. Sic.n. dicitur ad primū hoiem postea quā peccauit: Maledicta erit terra tibi in omnibus operibus tuis. In tristitia & gemitu edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos eijciet tibi, et edes pabulū agri tui. In sudore uultus tui edes panē tuum, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es q̄a terra es, & in terrā ibis. Ex dixit deus: Fiāt sydera in firmamēto cęli, sit ut luceāt sup terrā, & diuidāt inter diē & noctē, & sint in signa & ętiū in tempora & in dies & in annos, & sint in stinctio. splendorē in firmamēto cœli sic ut luceant super terrā. Et factū est ita. Et fecit deus duo luminaria, maius & minus. Luminare maius in inchoationē diei, & luminare minus in inchoationē noctis & stellas. Et posuit illas Deus in firmamēto cœli, sic ut luceāt super terrā, & præsint diei & nocti, & diuidāt inter diem & noctē. Et uidit Deus quia bonū est. Et facta est uespera, & factū est mane dies quartus. Hic primo quærunt, quomodo quarto die facta sint sydera, id est, sol & luna & stellæ. Tres enim dies superiores quō esse sine sole potuerunt, cum uideamus nunc solis ortu & occasu diē transigi, noctē uero nobis fieri solis absentia, cū ab alia parte mundi ad Orientē redit? Quibus rndemus, potuisse fieri, ut tres superiores dies singuli per tantā morā temporis computarentur, per quantā moram circumit sol ex quo procedit ab Oriēte, quousq; rursus ad Oriē tem reuertitur. Hanc enim morā & longitudinē temporis possent sentire homines ēt si in speluncis habitarent, ubi Orientem & Occidentē solē uidere non possent. Atq; ita sentitur potuisse istam moram fieri etiā sine sole antequā sol factus esset, atq; ipsam moram in illo triduo per dies singulos computatam. Hoc ergo responderemus, nisi uos reuocaret quod ibi dicit: Et facta est uespera, & factum est mane, qđ nunc sine solis cursu uidemus fieri nō posse. Restat ergo ut intelligamus, in ipsa quidē mora tēporis ipsas distinctiones operū sic appellatas uesperam propter transactionē consummati operis, & mane propter inchoationem futuri operis, de similitudine. s. humanorum operū, quia pleraq; à mane incipiunt & ad uesperam desinunt. Habent.n. cōsuetudinē diuinæ scripturæ de rebus humanis ad diuinas res, uerba transferre. Deinde q̄runt ad quid dictum sit de syderibus: Et sint in signa & in tēpora? Nunquid.n. tres illi dies sine temporibus esse potuerunt, aut ad temporis spatia non pertinēt? Sed in signa & tēpora dictum est, ut per hæc sydera tēpora distinguantur, & ab hoibus dignoscantur: quia si currant tēpora, & nullis distinguantur articulis, qui articuli per syderum cursus notantur, possunt quidē currere tēpora atq; præterire, sed intelligi & discerni ab hominibus non possunt. Sicut horæ quādo nubilus dies est trāseunt quidē, & sua spatia peragūt, sed distinguntur à

Infrugifera & noxia q̄re gignit tellus. Cap. 13. Genc. 1.

D Allegoria cęlat misteriū.

Gene. 2. E

Dierum ac no-

2. sentē. distin. 14

cap. quia ergo.

gui à nobis & notari nō possunt. Quod aūt dictum est. Et fecit Deus duo luminaria, luminare maius in inchoationē diei, & luminare minus in inchoationem noctis: pro eo dictum est ac si diceretur, in principatū diei & in principatum noctis. Non.n. sol tantūmodo inchoat diē, & non ēt peragit & finit: luna uero aliqñ media nocte uel in fine noctis ad nos procedit. Si ergo illæ noctes quibus hoc facit non ab ista inchoantur, qūo in inchoationem noctis facta est? Si autem per inchoationem principium intelligas, & per principium principatum, manifestū est, quia per diem sol principatū tenet, luna uero per noctem, quia etsi cætera sydera tūc apparēt, illa tamē suo fulgore superat omnia, & ideo princeps eorum rectissime dicitur. Quod aūtē dictum est: Et diuidant inter diē & noH ctem: potest hæc fieri calumnia, vt dicatur, qūo iam Deus diuiserat superius inter diem & noctem, si hoc quarto die sydera faciunt? Sic igitur hic dictum est, diuidant inter diē & noctem, tanquam si diceretur, sic inter se diē diuidant & noctē, ut soli dies detur, nox autem lunæ & syderibus cæteris. Quæ duo iam diuisa erant, sed nondum inter sydera, ut iam certū esset de syderum numero, q̄d per diem, & quid per noctē appareret homi

Aerem crassum aquæ nomine designari. Cap. 15. Gene. 1.

nibus. Et dixit Deus: Eijciant aquæ repti lia animarū uiuarū, & uolatilia uolantia sup terram sub firmamento cœli, et sic est factū. Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animā animaliū & repentium quæ eiecerunt aquæ, & omne genus uolatile pennatū secūdum vniuscuiusq; genus. Et uidit Deus q̄a bona sunt, & benedixit illa deus, dicēs: Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, & uolatilia multiplicentur super teram. Et facta est uespera, & factū est mane dies quintus. Hic solēt reprehendere, quærentes uel potius calūniantes, quare animalia non solum ea quæ in aquis uiuunt, sed etiam eaq̄ in aere uolitant, & omnia pennata de aquis nata scriptum sit? Sed sciant oēs quos I hæc mouent, istum aerem nubilosum & humidum, in quo aues uolāt, à doctissimis hominibus qui hęc diligēter inquirūt, cū aquis solere deputari. Concrescit.n. & crassus efficitur exhalationibus & quasi uaporibus maris & terræ, & de ipso humore pingue scit quodammodo vt uolatus auium portare possit. Ideo per noctes serenas ēt rorat, cuius roris guttæ mane in herbis inueniūtur. Nā mōs ille Macedonie qui Olympus uocatur, tantæ altitudinis eē dicit, vt in eius cacumine nec ventus sentiat, nec nubes se colligant, quia excedit altitudine sua totum istū aerem humidum, in quo aues volant, & ideo nec aues ibi volare asseuerantur. Quod ab eis perceptum dicitur, qui per singulos annos solebāt, nescio quorū sacrificiorum causa memorati montis cacumen scandere, & aliquas notas in puluere scribere, quas alio anno integras inueniebant. Quod fieri nō posset si vētum aut pluuiam locus ille pateret. Deinde quia tenuitas aeris illius qui ibi est, nō eos inspirabat, durare ibi non nō poterāt, nisi spōgias humectas naribus applicarēt, vñ crasiorem & consuetum spiritum ducerēt. Hi ergo indicauerunt se ēt nullam auem in eo loco aliqñ vidisse. Nō itaq; immerito nō K solum pisces et cætera quę in aquis sunt animalia, sed ēt aues de aquis natas esse, fidelissima scriptura cōmemorat, quia per istum aerem volare possunt, qui de maris & terræ humoribus surgit. Ex dixit Deus: Eijciat ter Pernicio ra animam viuam secundum vnum quodq; sa animā genus quadrupedum, & serpentium & bestiarum terræ, et sic est factum. Et fecit Deus tia quur creata. bestias terræ secundū genus, & pecora secun Cap. 16. dum genus, & oia repentia terræ secundum Gene. 1. genus. Et vidit Deus quia bona sunt. Solent etiā Manichæi mouere quęstionē vt dicant. Quid opus erat vt tā multa animalia Deus faceret, siue in aquis siue in terra quæ hominibus non sunt necessaria? Multa etiam pernicioſa sunt & timenda. Sed cum ista dicunt, non intelligunt quemadmodum omnia pulchra sunt conditori & artifici suo, qui omnibus vtitur ad gubernationem vniuersitatis, cui summa lege dominatur. Si.n. in alicuius opificis officinā imperitus intrauerit, videt ibi multa instrumenta quorum causas ignorat, & si multum est insipiens, supflua putat. Iam vero si in fornacem incautus ceciderit, aut ferramento aliquo acuto, cū id male tractat seipsum uulnerauerit, etiam pernicioſa L & noxia existimat ibi esse multa. Quorū tū vsum qm̄ nouit artifex insipientiam eius irridet, & verba inepta non curans, officinam suam constanter exercet. Et tamē tam stulti sunt homines, vt apud artificem hominē nō audeant vituperare quæ ignorant, sed cū ea viderint crēdunt esse necessaria, & propter usus aliquos institutā: in hoc autem mundo cuius conditor, & administrator prædicatur Deus, audent multa reprehēdere quorum causa non uidēt, & in operibus atq; instru-

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

strumentis omnipotentis artificis volunt se videri scire quod nesciunt. Ego vero fateor me nescire, mures & ranæ quare creata sint, aut muscæ aut vermiculi, video tamẽ omnia in suo genere pulchra esse, quanuis propter peccata nostra multa nobis videantur aduersa. Non.n. animalis alicuius corpus & membra considero vbi nõ mensuras & numeros & ordinem inueniam ad vnitatem concordiæ pertinere. Quæ omnia vnde veniãt nõ intelligo, nisi à summa mensura & numero & ordine, quæ in ipsa dei sublimitate incommutabili ætq; æterna consistunt. Quod si cogitarent isti loquacissimi & ineptissimi, non
M nobis tædium facerent, sed ipsi considerãdo oẽs pulchritudines & summas & infimas, deũ artificẽ vbiq; laudarent: & qm̃ nusquam offenditur ratio, sicubi forte sensus carnalis offenditur, non rerũ ipsarũ uitio, sed nostræ mortalitatis meritis imputarent. Et certe omnia animalia aut vtilia nobis sunt aut pernicioſa aut superflua. Aduersus vtilia nõ habent quod dicant. De pernicioſis ãt vel punimur vel exercemur vel terremur, vt non vitã istã multis periculis & laboribus subditã, sed aliã meliorem ubi securitas summa est diligamus & desideremus, & eam nobis pietatis meritis cõparemus. De superfluis vero, quid nobis est quærere? Si tibi displicet q̃ non prosunt, placeat q̃ nõ obsunt, quia etsi domui nostræ non sunt necessaria, eis tamẽ cõpletur huius vniuersitatis integritas, quæ multo maior est q̃ domus nostra, & multo melior. Hanc.n. multo melius administrat deus, q̃ vnusquisq; nostrum domum suã. Vsurpa ergo vtilia, caue pernicioſa, relinque superflua, in omnibus tñ cum mensuras & numeros & ordinem vides, artificem quẽre. Nec alium inueniens, nisi vbi summa mensura & summus numerus & summus ordo
A est.i. deũ, de quo verissime dictũ est, q̃ omSapiẽ.11. nia in mensura & numero & pondere disposuerit. Sic fortasse vberiorem capies fructum, cum deũ laudas in humilitate formiQũo ad cæ, q̃ cum trausis fluuium in alicuius iumẽimaginẽ ti altitudine. Et dixit Deus: Faciamus hoDei fa- minem ad imaginem & similitudinem nocius hõ. stram, & habeat potestatem piscium maris Cap.17. & volatilium cœli & omnium pecorum & Genes.1 ferarum, & omnis terræ & omniũ reptiliũ q̃ super terrã repũt, & cætera vsq; ad vesperã & mane quo cõpletur dies sextus. Istã maxime quæstionẽ solent Manichæi loquaciter agitare, & insultare nobis q̃ hominem credamus factum ad imaginẽ & similitudinem Dei. Attendunt.n. figuram corporis nostri & infœliciter quærunt, vtrũ habeat Deus nares & dentes & barbam, & membra ẽt interiora, & cætera quę in nobis sunt necessaria. In Deo autem talia ridiculum est, immo impium credere, & ideo negant hominẽ factũ esse ad imaginem & similitudinẽ Dei. Quibus rñdemus, membra quidẽ ista in scripturis plerunque nominari, cũ Deus insinuatur audientibus paruulis, & hoc non solũ in veteris testamenti libris, sed etiam in noui. Nã
B & oculi Dei cõmemorãtur & aures & labia & dentes et pedes, et ad dexteram Dei patris sedere euangelizatur filius. Et ipse dominus dicit: Nolite per cęlũ iurare, quia sedes Dei Matt. 5.
est: neq; per terram, quia scabellũ pedũ eius Luc.11.
est. Itẽ ipse dicit, quòd in digito Dei eijciebat dæmonia. Sed omnes qui spiritaliter in- Ephe.6.
telligunt scripturas, nõ mẽbra corporea per ista nomina, sed spiritales potentias accipere didicerunt, sicut galeas & scutum & gladiũ, & alia multa. Primo ergo istis hæreticis dicẽ dum est, qua impudentia de talibus verbis veteri testamento calumnientur, cum etiam in nouo hæc posita videant, aut fortasse non videant, sed cum litigant excæcãtur. Sed tñ nouerint in catholica disciplina spiritales fideles nõ credere Deum forma corporea definitum. Et quòd homo ad imaginem Dei factus dicitur, secũdum interiorem hominẽ dici, vbi est ratio & intellectus: vñ ẽt habet potestatem piscium maris & volatilium cœli & hominum pecorum & ferarum & oĩs terræ & omnium repentium, quæ repunt su- Gene.1.
C per terrã. Cum enim dixisset: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nr̃am, addidit continuo: & habeat potestatẽ piscium maris et volatilium cœli & cætera, vt intelligeremus non propter corpus dici hoiem factũ ad imaginẽ Dei, sed p̃p eam ptãtem qua omnia pecora superat. Omnia.n. animalia cætera subiecta sunt homini, non p̃pter corpus, sed propter intellectum, quem nos habemus & illa non habent: quanuis etiam corpus nostrum sic fabricatũ sit vt indicet nos meliores eẽ quàm bestias, & propterea Deo similes. Omnium enim animalium corpora, siue quæ in terra viuunt, siue quæ in aquis, siue quæ in aere volitant, inclinata sunt ad terram & non sunt erecta sicut hominis corpus. Quo significatur etiam animum nostrum in superna, id est, in æterna spiritalia erectum esse debere. Ita intelligitur per ani- 2.sen.di.
mum

16.c.quo mum maxime, attestãte etiã erecta corporis
circa. forma homo factus ad imaginem & similitu
Potestas dinem Dei. Aliquando etiam solent dicehominis re: Quomodo accepit homo potestatem pi-
ĩ bestias. scium maris & volatilium cœli, & omnium
Cap.18. pecorum & ferarum, cum videamus à multis feris homines occidi, & à multis volatilibus nobis noceri, quæ volumus vel vitare vel capere, & plerunque non posse? Quo-
D modo ergo in hæc accepimus ptãtem? Hic illis primo dicendum est, q̃ multum errent qui post pctm̃ non consyderant hominem, cum in huius vitæ mortalitatem damnatus est, & amisit perfectionẽ illam, qua factus est ad imaginem Dei. Sed si damnatio eius tm̃ valet, vt tã multis pecoribus imperet: quanuis. n. à multis feris propter fragilitatem corporis possit occidi, à nullis tamen domari potest, cũ ipse tã multas & prope oẽs domet. Si ergo hæc hominis dñatio tantũ valet, quid de regno eius cogitandum est, qd̃ ri renoua-
Crescite to & liberato diuina voce promittit? Qd̃
spiritali- autem scriptum est: Masculum & fœminam
ter. fecit illos, & benedixit eos Deus, dicens: Cre
Cap.19. scite & multiplicamini & generate & replete terram, vtrum carnaliter & spiri-
Gene.1. taliter accipienda sit. Licet enim nobis eam
1.Retra. etiam spiritaliter accipere, vt in carnalẽ fœ-
Cap.10. cunditatem post pctm̃ cõuersa esse credatur. Erat enim prius casta coniunctio masculi & fœminæ, huius ad regendum, illius ad obtẽperandum accommodata, & spiritalis fœtus
E intelligibilium & immortalium gaudiorum replẽs terrã, id est, viuificans corpus & dominans eius. i. ita subiectum habens, vt nullam ex eo aduersitatẽ, nullã molestiã pateretur. Quod ideo sic credendum est, quia nõdum erant filij seculi huius antequam peccarent.
Luc.20. Filij. n. seculi huius generant & generantur, sicut dñs dicit, cum in comparatione futuræ uitæ, quę nobis promittitur, carnalem istam generationem contemnendam esse demonstrat. Et quod eis dictum est, Habete po-
Bestijs testatem piscium maris & volatilium cœli,
dominari, per al- & repentiũ oĩum q̃ repunt super terrã: saluo
legoriã. quidem intellectu, quo manifestum est omni
Ca. 20. bus his animalibus hominem ratione domi-
Gene.1. nari, recte tamen intelligitur ẽt spiritaliter: vt omnes affectiones & motus animi, quos habemus iſtis animalibus similes subditos haberemus, & eorum dominaremur per tẽperãtiam & modestiam. Cum.n. non regun tur. isti motus erumpunt & pergunt in fœdissimas consuetudines, & in diuersas perni- F
tiosasq́; delectationes nos rapiunt, & faciũt similes omni generi bestiarum. Cum autem reguntur & subijciuntur, omnino mansuescunt, & nobiscum concorditer viuũt. Non enim à nobis alieni sunt motus animi nostri. Pascuntur etiam nobiscum cognitione rationum & morum optimorũ, & uita æterna, tanquam herbis seminalibus & lignis fructiferis & herbis viridibus. Et hæc est hois vita beata atque tranquilla, cum oẽs motus eius rõni veritatiq́e consentiũt, & vocãtur gaudia, amores sancti, casti, & boni. Si autẽ non cõsentiunt, nihilominus dũ negligenter geruntur conscindunt & dissipant animum, & faciunt vitã miserrimã, & vocantur perturbationes & libidines & concupiscentiæ malæ. De quibus iam nobis præcipitur, vt 1.Co.15.
eas cũ quãto possumus labore crucifigamus in nobis, donec absorbeatur mors in victoriam. Dicit. n. Apostolus. Qui ãt Iesu Xpi Galat.5.
sunt, carnẽ suam crucifixerunt cum perturbationibus & cõcupiscẽtijs. Vel hinc. n. qui- 1.Retr.
uis admoneri debet, non carnaliter hæc esse Cap.16.
intelligẽda, quia herbæ virides & ligna fructifera omni generi bestiarum, animalibus, & omnibus volatilibus, & omnibus serpẽtibus in Genesi dant̃ ad cibum, cũ videamus Gene.1.
leones & accipitres & miluos & aquilas nõ lib.15.de
pasci nisi carnibus, & interfectione aliorum ciuit. dei
animaliũ. Quod etiã de nonnullis serpenti Cap.27.
bus credo, qui sunt in arenosis & desertis lo G
cis vbi nec lignum nec herba nascitur. Sanè Decorũ
non est negligenter prætereundũ quod di- vniuersi
ctũ est, Et vidit deus omnia quæ fecit bona Cap.21.
valde. Cum enim de singulis ageret, dicebat Genes.1
tantũ, vidit deus quia bonum est: cũ aũt de omnibus diceretur, parum fuit dicere bona, nisi adderetur & valde. Si. n. singula opera dei cũ cõsiderantur à prudentibus, inueniũtur habere laudabiles mensuras, & numeros & ordines in suo quæq; genere constituta, quanto magis omnia simul. i. ipsa vniuersitas, quæ istis singulis in vnum collatis cõpletur. Omnis. n. pulchritudo quę partibus cõstat, multo est laudabilior in toto q̃ in parte. Sicut in corpore humano si laudamus oculos solos, si nasum solum, si solas genas, aut solũ caput, aut solas manus, aut solos pedes, & cætera si pulchra singula & sola laudamus: quãto magis totum corpus cui oĩa
membra,

membra, quæ singula pulchra sunt, conferunt pulchritudinẽ suam: ita vt manus pulchra quæ ẽt sola laudabatur in corpore, si se pararetur à corpore, & ipsa amittat gratiam suam, & cætera sine illa inhonesta sint: tanta est vis & potẽtia integritatis & vnitatis, vt q̃

H bona sunt tunc multum etiam placeant, cũ in vniuersum aliquid conueniunt atq; concurrunt. Vniuersum autem ab vnitate nomẽ accepit. Quod, si Manichæi cõsiderarẽt, laudarent vniuersitatis authorem & cõditorẽ deũ: & quod eos ꝓpter cõditionẽ nostræ mortalitatis in parte offendit, redigerent ad vniuersi pulchritudinem, & viderent quẽad modũ deus fecerit omnia non solum bona, sed etiam bona valde. Quin etiam in sermone aliquo ornato atq; composito si consideremus singulas syllabas, vel etiã singulas literas, quæ cum sonuerint statim transeunt, nõ in eis inueniemus quid delectet atq; laudandum sit. Totus.n. ille sermo non de singulis syllabis aut literis, sed de omnibus pulcher

Requies diei ꝑ septimi ꝑ allegoriã Cap. 22. Gene. 1.

est. Iam nunc videamus etiam illud quod solẽt maiore impudentia, q̃ imperitia deridere quod scriptum est deum cõsummato cœlo, & terra atq; omnibus quæ fecit, requieuisse die septimo ab omnibus operibus suis, & benedixisse diem septimũ, & sanctificasse eum, quia requieuit ab operibus suis. Dicunt.n. Quid opus erat vt deus reꝙesceret? An forte operibus sex dierum fatigatus & lassatus erat? Addunt etiam dñi testimonium vbi

Ioan. 5. ait, Pater meus vsq; nunc operatur: & hinc multos imperitos decipiunt, quibus persuadere conantur nouũ testamentum veteri te-

I stamento aduersari. Sed sicut illi quibus dñs dicit, Pater meus vsq; nunc operatur: carnaliter opinabantur requiem dei, & carnaliter sabbatum obseruantes, non videbant quid illius diei significatio figuraret: sic & isti diuersa quidem voluntate, pariter tñ nõ intelligunt sabbati sacramentũ. Et illi.n. carnaliter obseruando, & isti carnaliter execrando sabbatũ non nouerunt. Transeat ergo vnusquisq; ad Christũ vt auferatur velamen, si-

2. Co. 3. cut Apostolus dicit. Velamẽ enim aufertur, q̃ similitudinis & allegoriæ cooperimento ablato, veritas nudatur vt possit videri. Primo ergo huius locutionis regula in multis diuinarum scripturarum locis animaduertẽda atq; discẽda est. Quid.n. aliud significat, ꝙ dicitur deus requieuisse ab omnibus operibus suis, quæ fecit bona valde, nisi requiẽ nostram quam nobis daturus est ab omnibus operibus nostris, si & nos bona opera fecerimus. Secundum ipsam figuram locutionis dicit & Apostolus, Quid enim oremus Rom. 8.
sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

K Nõ.n. spiritus sanctus gemit, quasi indigeat, aut angustias patiatur, qui secundũ deum interpellat pro sanctis, sed quia ipse nos mouet ad orandum cũ gemimus quod ipso mouente nos facimus, ipse facere dictus est. Sic dici Deu. 13.
tur ẽt illud, Tentat vos dñs deus vester vt sciat si diligatis eũ. Non.n. ut sciat ipse quẽ nihil latet, sed vt scire nos faciat, quantũ in eius dilectione profecerimus, tẽtari nos per Mat. 24.
mittit. Secũdũ ipsam locutionẽ dicit & dñs noster nescire se diẽ & horã de fine seculi. Quid enim põt esse quod ipse nesciat? Sed ꝙa hoc utiliter occultabat discipulis, nesciẽtẽ se esse dixit, quia illos nescientes occultando faciebat. Secundum hanc figurã ẽt patrẽ solum dixit scire diẽ ipsum, quia eundẽ filiũ scire faceret. Ex hac figuræ multæ quæstiones in diuinis scripturis eis qui iam genus locutionis huius nouerunt sine vlla difficultate soluuntur. Talibus locutionibus etiam abundat nostra consuetudo, cũ dicimus lætum diem, quia nos lætos facit: & pigrũ frigus, quia nos pigros facit: & fossam cæcã, q̃a nos eam non videmus: & linguam politam, quia verba polita facit. Postremo etiã quie-

L tum ab omnibus molestiis tempus dicimus, in quo nos ab omnibus molestiis quieti sumus. Sic & deus requieuisse dictus est ab omnibus operibus suis, quæ fecit bona valde quia in illo requiescemus ab omnibus operibus nostris, si opera bona fecerimus: quia & ipsa bona opera nostra illi tribuenda sunt q̃ vocat, qui ꝑcipit, qui viã ueritatis ostendit, q̃ vt & velimus inuitat, & vires implendi ea, quæ imperat, subministrat. Sed quare septi Septem
mo die requies ista tribuatur, diligentius cõ dies & sẽ
siderandũ arbitror. Video.n. per totum te- ptẽ ætastum diuinarum scripturarum sex quasdã tes mun
ætates operosas, certis quasi limitibus suis es di. c. 23.
se distinctas, vt in septima speretur requies: & easdẽ sex ętates habere similitudinẽ istorum sex dierũ, in quibus ea facta sunt, quæ deum fecisse scriptura cõmemorat. Primordia.n. generis humani, in quibus ista luce frui cæpit, bene cõparantur primo diei quo Prima
fecit deus lucem. Hæc ætas tanquam infan- ætas.
tia deputanda est ipsius vniuersi seculi, quod tanquam vnũ hominẽ proportione magnitudinis suæ cogitare debemus: ꝙa vnusq; homo

M homo cum primo nascitur & exit ad lucem, primam ætatem agit in infantia. Hæc tenditur ab Adam vsq; ad Noe generationibus decem. Quasi vespera huius diei fit: diluuiũ: quia & infantia nostra tanquam obliuionis diluuio deletur. Et incipit mane à tẽporibus Noe secunda ætas tanquam pueritia, & tẽditur hæc ætas vsq; ab Abrahã alijs generationibus decem. Et bene comparatur secundo diei, quo factum est firmamentum inter aquam & aquam, quia & arca in qua erat Noe cum suis, firmamentum erat inter aquas inferiores in quibus natabat, & superiores quibus compluebatur. Hæc ætas non diluuio deletur, quia & pueritia nostra non obliuione tergitur de memoria. Meminimus enim nos fuisse pueros, infantes autem non meminimus. Huius vespera est confusio linguarum in eis qui turrim ædificabãt, & fit mane ab Abraham. Sed nec ista ætas secũda genauit populum dei, quia nec pueritia apta est ad generandum. Mane ergo fit ab Abraham, & succedit ętas tertia similis adolescentiæ. Et bene comparatur diei tertio, quo ab aquis terra separata est. Ab omnibus enim gentibus, quarum error instabilis & vanis simulachrorum doctrinis tanquam ventis omnibus mobilis, maris nomine bene significatur: ab hac ergo gentium vanita-

A te & huius seculi fluctibus separatus est populus dei per Abraham, tanq̃ terra cum apparuit arida, id est, sitiens hymbrem cęlestẽ diuinorum mandatorum: qui populos vnũ deum colendo, tanquam irrigata terra, vt fructus vtiles posset afferre, sanctas scripturas & prophetias accepit. Hæc enim ætas potuit iam generare populum deo, quia & tertia ætas, id est, adolescentia filios habere iam potest. Et ideo ad Abraham dictum est:

Gene. 17 Patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti, qui viuificat mortuos,

Rom. 4. & vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Qui contra spem in spem credidit vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est: Sic erit semen tuum, & augeam te nimis valde, & ponam te in gentes, & reges de te exient, & ponam testamentũ meum inter me & inter semen tuũ post te, in generationes eorum in testamentum æternum: vt sim tibi deus & semini tuo post te: & dabo tibi & semini tuo post te terram in qua habitas, omnem terrã Chanaan possessionem æternam, & ero illis Deus, Hæc ætas porrigitur ab Abraham vsque ad Dauid quatuordecim generationibus. Huius vespera est in populi peccatis quibus diuina mandata præteribant, vsq; ad B
malitiam pessimi regis Saul. Et inde fit ma- Quarta
ne regnum Dauid. Hæc ætas similis iuuẽtu- ætas.
ti est. Et reuera inter omnes ætates regnat iuuentus, & ipsa est firmamentum & ornamentũ omniũ ętatum: & ideo bene cõparatur quarto diei quo facta sunt sydera in firmamento cœli. Quid.n. euidentius significat splendorem regni, quam solis excellẽtia? Et plebem obtemperantem regno splendor lunę ostendit, tanq̃ synagogam ipsam, & stellæ principes eius, & omnia tanquam in firmamẽto in regni stabilitate fundata. Huius quasi vespera est in peccatis regum, quibus illa gens meruit captiuari atq; seruire. Et fit Quinta
mane transmigratio in Babyloniam, cum in ætas.
ea captiuitate populus leniter & in peregrino ocio collocatus est. Et porrigitur hæc ętas vsq; ad aduentum domini nostri Iesu Christi, id est, quinta ætas. s. declinatio à iuuentute ad senectutem, nondum senectus, sed iã non iuuentus: q̃ senioris ætas est, quẽ Græci πρεσβύτην vocant. Nam senex apud eos non πρεσβύτης, sed γέρων dicitur. Et reuera sic ista ætas à regni robore inclinata & fracta est in populo Iudęorum, quemadmodum homo à iuuentute fit senior. Et bene cõparatur illi diei quinto, quo facta sunt in
aquis animalia, & volatilia cœli posteaquã C
illi homines inter gentes tanquam in mari esse cœperunt, & habere incertam sedem & instabilẽ, sicut volantes aues. Sed planè erãt ibi ẽt ceti magni. i. illi magni homines, qui magis dominari fluctibus seculi q̃ seruire in illa captiuitate potuerunt. Non enim ad cultum idolorũ aliquo terrore deprauati sunt. Vbi sanè animaduertendum est, ꝙ benedixit deus illa animalia dicẽs: Crescite & mul- Genes. 1
tiplicamini & implete aquas maris, & volatilia multiplicentur super terram: quia re vera gens Iudęorum ex quo dispersa est per gentes valde multiplicata est? Huius diei, hoc est huius ætatis q̃si vespera est multiplicatio peccatorũ in populo Iudæorum, quia sic excæcati sunt vt ẽt dominũ Iesum Christum non possent agnoscere. Mane autẽ fit prædicatione Euangelij per dominum nostrum Iesum Christum, & finitur dies quintus. Incipit sextus in quo senectus veteris hominis apparet. Hæc.n. ætate illud carnale Sexta ætas.
regnum vehementer attritum est, q̃si & templum deiectum est, & sacrificia ipsa cessauerunt

runt: & nunc ea gens quantum ad regni
D sui vires attinet, quasi extremam vitam trahit, In ista aũt ætate tanq̃ in senectute veteris hois homo nouus nascitur, qui iã spirita-
Gene.1. liter viuit. Sexta.n. die dictum erat: Producat terra animam viuam. Nam quinto die dictum erat: Producant aquæ, non animam viuam, sed reptilia animarũ viuarũ: q̃m corpora sunt reptilia, & adhuc corporali circuncisione & sacrificijs tanq̃ in mari gentiũ populus ille seruiebat legi. Istã vero animã viuam dicit, qua vita iam incipiunt æterna
1.Retra- desiderari. Serpentes ergo & pecora, quæ terctа.ca.10 ra producit, gentes significant iam stabiliter Euangelio credituras. De quibus dicitur in illo vase quod Petro demonstratum est in actibus apostolorum: Macta & manduca. Et cum ille immunda diceret, responsum est ei:
Acto.10. Quæ deus mundauit, tu ne immunda dixeris. Tunc fit homo ad imaginem & similitudinem dei, sicut in ista sexta ætate nascitur in carne dominus noster, de quo dictum est per prophetam: Et homo est, & quis agnoscet eum? Et quemadmodum in illo die masculus & fœmina, sic & in istã ætate Christus & ecclesia. Et præponitur homo in illo die pecoribus & serpentibus & volatilibus cœli, sicut in ista ætate Christus regit animas obtemperantes sibi, quæ ad ecclesiã sibi, par-
E tim de gentibus, partim de populo Iudæorũ venerunt, vt ab eo domarentur atq; mansuescerent hoies, qui vel carnali concupiscẽtiæ sunt dediti sicut pecora, vel tenebrosa curiositate obscurati quasi serpẽtes, vel elati superbia quasi aues. Et sicut in illo die pascitur homo & animalia quæ cũ ipso sunt herbis seminalibus & lignis fructiferis & herbis viridibus, sic ista ætate spiritalis homo quicunq; bonus minister est Christi & eum (quantum potest) imitatur, cum ipso populo spiritaliter pascitur sanctarum scripturarum alimentis & lege diuina: partim ad cõciliandam fœcunditatẽ rationũ atq; sermonũ tanq̃ herbis seminalibus: partim ad vtilitatẽ morum conuersationis humanæ tanquam lignis fructiferis: partim ad vigorem fidei, spei & charitatis in vitam æternam, tanquã herbis viridibus, id est, vigentibus, quæ nullo æstu tribulationum possunt arescere. Sed spiritalis sic istis alimentis pascitur vt multa intelligat, carnalis autem, id est, paruulus in Christo tãq̃ pecus dei, ut multa credat quę intelligere nondum potest, tñ eosdẽ cibos omnes habent. Huius autem ętatis quasi ve-

spera, quæ vtinam nos non inueniat, si tamẽ nondum cœpit, illa est de qua dominus dicit, Putas cum veniet filius hominis inue-
F niet fidem super terram? Post istam vesperam fiet mane, cum ipse dominus in claritate venturus est. Tunc requiescent cũ Christo ab omnibus operibus suis, ij quibus dictum est, Estote perfecti sicut pater vester
Luc.18. Math.5. qui in cœlis est. Tales.n. faciunt opera bona valde. Post enim talia opera speranda est requies in die septimo qui vesperam non habet. Nullo ergo modo verbis dici potest quemadmodum deus fecerit & condiderit cœlum & terram & omnem creaturam quã condidit: sed ista expositio per ordinem dierum sicut indicat tanq̃ historiam rerum factarum, vt prædicationem futurorum maxi-
Aetates mundi quare in æquales. Cap.24. Matt.1. me obseruet. Si autem aliquem mouet, q̃ in istis ætatibus seculi duas ætates primas denis generationibus aduertimus explicari, tres autem consequentes singulæ quatuordecim generationibus contexuntur, sexta vero ista nullo generationum numero definita est, facile est videre etiam in vnoquoq; homine duas primas ætates, infantiam & pueritiam, corporis sensibus inhærere. Qui sensus corporis quinq; sunt, visus, auditus, olfactus, gustus & tactus. Quinarius autem numerus duplicatus, quoniam duplex est sexus humanus, vnde generationes tales exi-
G stunt, masculinus & fœmininus, quinarius ergo, vt dixi, duplicatus denarium numerũ facit. Iam vero ab adolescentia, & deinceps vbi ratio iam incipit in homine prævalere, accedit quinq; sensibus, cognitio & actio, quibus vita regitur & administratur, vt iã septenarius numerus incipiat esse. Qui similiter duplicatus propter duplicem sexum in quatuordecim generationibus eminet & appa-
A ret, quas habent tres ætates consequentes, tã quam adolescentis & iuuenis & senioris. Senectus vero, sicut in nobis, nullo statuto annorum tempore definitur, sed post quinque illas ætates quantum quisq; vixerit, senectuti deputatur: sic & in ista ætate seculi non apparent generationes, vt etiam occultus sit vltimus dies, quem vtiliter dominus latere oportere demonstrauit. Habet etiam vnus-
Mat.24. Septem dierũ altior allegoria. Cap.25. quisq; nostrum in bonis operibus & recta vita tanquam distinctos istos sex dies, post quos debet quietem sperare. Primo die lucẽ fidei quando prius inuisibilibus credit, propter quam fidem dominus visibiliter apparere dignatus est. Secundo die tanquam firmamen-

mamentum disciplinę, quo discernit inter carnalia & spiritalia, sicut inter aquas infe-
H riores & superiores. Tertio die, quo mẽtem suam ad ferendos bonorum operum fructus separat à labe & fluctibus tentationũ carnalium, tanq̃ aridã terrã à perturbationibus maris, vt iam posit dicere, Mente seruio legi Dei, carne ãt legi peccati. Quarto die, quo iam in illo firmamento disciplinæ spiritales intelligentias operatur atq; distinguit, videt quę sit incõmutabilis veritas, quæ tanq̃ sol fulget in anima: & quemadmodũ aia ipsius veritatis particeps fiat, & corpori ordinẽ & pulchritudinem pstet, tanq̃ luna illuminãs noctem, & quemadmodũ stellæ omnes. s. intelligentiæ spiritales in huius vitæ obscuritate tanquã in nocte micent, & fulgeãt. Quarum rerum notitia fortior effectus incipiat quinto die in actionibus turbulentissimi seculi, tanq̃ in aquis maris operari, p p vtilitatem fraternæ societatis: & de corporalibus agnitionibus q̃ ad ipsum mare pertinẽt. i. ad hanc vitam producere animarum viuarum reptilia. i. opera q̃ prosint animis uiuis, & cetos magnos i. fortissimas actiones, quibus fluctus seculi dirumpuntur & contemnuntur, & volatilia cœli. i. voces cœlestia prædicantes. Sexto autẽ die producat de terra animã
I viuam. i. de ipsa stabilitate mẽtis suę vbi spiritales habet fructus, id est, bonas cogitationes, motus omnes animi sui regat: vt sit in illo anima viua. i. rationi & iustitiæ seruiens, non temeritati atq; peccato. Ita fiat ẽt homo ad imaginem & similitudinem Dei, masculus & fœmina. i. intellectus & actio, quorũ copulatione spiritalis fœtus terram impleat, id est, carnẽ subiiciat, & cętera quæ iam in hois perfectione superius dicta sunt. In istis aũt tanq̃ diebus vespera est in ipsa perfectione singulorum operũ, & mane in inchoatione temporum. Post istorum quasi sex dierũ opera bona valde, speret etiam hõ quietem
Gene.2. perpetuam, & intelligat quid sit, Requieuit Deus septima die ab omnibus operibus suis: quia & ipse in nobis hæc bona operatur, qui vt operemur iubet. Et ipse recte requiescere dicitur, quia post hæc omnia opera requiem nobis ipse præstabit. Quomodo.n. recte dicitur paterfamilias edificare domum, cum hoc non opere suo faciat, sed corũ quibus seruientibus imperat: sic recte dicitur & ab operibus requiescere, cum post perfectionem fabricæ illis quibus imperabat permittit vt vacent, & iucundo ocio perfruantur.

D. AVRELII AVGVSTINI

de genesi contra Manichæos
Liber secundus.

POst enumerationem & expletionem dierum septem interposita est quasi quædam conclusio, & appellatus est liber creaturæ cœli & terræ quicquid superius dictum est, cum sit parua pars libri. Sed ideo sic meruit vocari, quia vniuersi seculi à capite vsque finem quasi breuis quædam imago in his diebus septem figurata est. Deinde incipit de homine diligentius tractare. Quę omnis narratio non apertè, sed figuratè explicatur, vt exerceat mentes quærentiũ veritatem, & spiritali negocio à negocijs carnalibus auocet. Sic.n. se continet. Hic est liber creaturę cœli & terræ. Cùm factus esset dies
Gene.2. quo fecit Deus cœlum & terram, & omnia viridia agri tanq̃ essent super terrã, & omne pabulum agri antequã germinaret. Nondũ
L enim pluerat Deus super terram, nec erat homo qui operaretur in ea. Fons autem ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ. Et tunc finxit Deus hominem de limo terræ, & insufflauit in faciem eius flatum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, Et tunc plantauit Deus paradisum in Edem ad Orientem, & posuit ibi hominem quem finxerat. Et produxit adhuc Deus de terra omne lignum formosum ad aspectum & bonum ad escam. Et lignum vitæ plantauit in medio paradisi, & lignum scientiæ boni & mali. Flumen autẽ prodibat ex Edem & irrigabat paradisum: quod inde diuiditur in quatuor partes. Nomen vni Phison, hoc est, quod circuit totam terram Euilath, vbi aurum nascitur, & aurum terræ illius optimum. Ibi est carbunculus & lapis Prasinus. Et nomen secundi fluminis Geon, hoc ci; uit totam terram Aethiopiæ. Et flumen tertium Tigris, hoc est quod vadit contra Assyrios. Et flumen quartum dr Euphrates. Et sumpsit dominus Deus hoiem quẽ fecerat, & posuit eũ in paradisum, vt operaretur ibi, & custodi. et eum. Et præcepit dominus Deus Adæ dicens, Ex omni ligno quod est in paradiso edes ad escam, de ligno
M ãt sciæ boni & mali non edetis ab eo. Qua die.n. ederitis ab illo, morte moriemini. Et dixit dominus Deus: Non est bonũ esse ho-

Gene.2. Recitatio secũdi & tertij capi- tuli Genesis. Cap. 1.

minem solũ, faciamus ei adiutorium simile sibi. Et quæcunque finxerat Deus ex omni genere pecorum, & ex omni genere bestiarum agri, & ex omni genere volatilium volantium sub cœlo, perduxit ea ad Adam, vt videret quid ea vocaret, & quod vocauit ea omnia Adam animam viuam, hoc est nomen eius. Et post hæc vocauit Adam nomina omnium pecorum & omnium auium cœli, & omnium bestiarum agri, & secundum quod vocauit ea Adam hoc est nomen eorum, vsque in hodiernum diem. Ipsi autem Adæ nondum fuit adiutorium simile illi. Et immisit Deus soporem in Adam, & obdormiuit. Et sumpsit Deus vnam de costis eius, & impleuit locum eius carne, & formauit Deus costam, quam accepit ab Adam in mulierem, & adduxit illam ab Adam, vt videret quid eam vocaret. Et dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur mulier, qm̃ de viro sumpta est. Et hæc erit mihi adiutoriũ. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo
A in carne vna. Et erant ambo nudi, Adam &
Gene.3. mulier eius, & non confundebantur. Serpẽs autem erat sapientior omnium bestiarum, quę erant super terram, quas fecerat dominus Deus. Et dixit serpens ad mulierem: Quare dixit Deus, Ne ederitis ab omni ligno quod est in paradiso? Et dixit mulier ad serpentem: Ex omni ligno quod est in paradiso edemus, à fructu ât ligni qđ est in medio paradisi, dixit Deus ne edamus, sed neq; tangamus, ne moriamur. Et dixit serpens ad mulierẽ: Nõn morte moriemini: Sciebat.n. Deus quia qua die manducaueritis ex illo, aperientur oculi vr̃i, & eritis sicut dij scientes bonum & malũ. Et vidit mulier quia bonum est lignum in escam, & quia bonũ est oculis ad videndũ & cognoscendum: & sumpsit fructũ de ligno illo & mãducauit & dedit viro suo: & accepit Adã & manducauit, & aperti sunt oculi eorum: & tunc scierunt quia nudi erãt & Suerunt sibi folia fici, & fecerũt sibi succinctoria. Et cũ audissent vocẽ domini deambulantis in paradiso ad vesperam, absconderunt se Adam & mulier eius à facie domini Dei sui, & illam arborem, q̃ erat in medio paradiso. Et vocauit dominus
B Deus Adã, & dixit illi: Adam vbi es? Et dixit ille, Vocẽ tuã audiui domine in paradiso & timui, & abscondi me, quia nudus sum. Et dixit dominus Deus? Quis nunciauit tibi quia nudus es, nisi quia ab illa arbore de qua dixeram tibi ex illa sola non mãducare, ex illa mãducasti? Et dixit Adã, Mulier quã dedisti mihi sociã, dedit vt ederem, & mãducaui. Et dixit Deus mulieri: Quid hoc fecisti? Et dixit mulier: Serpens seduxit me & mãducaui. Et dixit dñs Deus serpẽti: Quia hoc fecisti, maledictus tu ab omni pecore, & omni genere bestiarũ. Pectore & ventre repes, & terrã manducabis omnibus diebus vitæ tuæ: & inimicitiã ponã inter te & mulierem, & inter semen tuũ, & inter semẽ illius. Ipsa tuum obseruabit caput, & tu eius calcaneũ. Et mulieri dixit, Multiplicans multiplicabo dolores tuos & suspiria tua, & in doloribus paries filios tuos: & ad virum tuũ conuersio tua, & ille tui dominabit. Et tũc dixit Deus ad Adã: Quia audisti vocẽ mulieris tuæ, & manducasti de ligno de quo p̃ceperã tibi, ex illo solo ne ederes, maledicta terra erit tibi in oĩbus operibus tuis, & in tristitia & gemitu tuo manducabis ex ea oĩbus diebꝰ vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & edes pabulũ agri tui. In sudore vultus tui edes panẽ tuũ, donec reuertaris in terrã de qua sumptus es, q̃a terra es, & in terram C
ibis. Et tũc Adã posuit nomẽ uxori suę, vita, quia mater est oium viuorũ. Et tũc fecit dñs Deus Adæ & mulieri eius tunicas pelliceas, & induit illos. Et dixit: Ecce Adã factus est tanq̃ vnus ex nobis, ad scientiã cognoscendi bonum & malũ. Et tũc ne porrigeret manũ suam Adam ad arborem vitæ, & sumeret sibi inde, & ederet, & viueret in æternum, dimisit eum dñs Deus de paradiso suauitatis, vt operaretur terrã de qua & sumptus fuerat. Et eiectus foras de paradiso, moratus est contra paradisum voluptatis. Et Cherubim & illam flammeam phrameã quæ versatur, posuit Deus ad custodiẽdam viã arboris vitæ.

Hæc secreta verborum si non reprehendentes & accusantes, sed quærentes & reuerentes Manichæi mallent discutere, non essent vtiq; Manichæi, sed darẽt petentibus, & q̃rentes inuenirẽt, & pulsantibus aperirẽt. Plures.n. qõnes in hoc sermone proponũt, qui diligentia pia quærunt q̃ isti miseri atq; impij. Sed hoc interest, q̃ illi q̃runt vt inveniant, isti nihil laborant, nisi non inuenire quod quærũt. Hic ergo totus sermo primò secũdm historiam discutiendus est, deinde secũdum prophetiam. Secũdũ historiã facta narrãtur, secũdũ prophetiã futura prænũciantur. Sanè quisquis voluerit omnia quæ dicta sunt

Genesis ad literã vbiq; nõ p̃t exponi. Ca. 2 Matt. 7. Alludit ad nomẽ insaniæ.
D

sunt secundum literam accipere. i. non aliter intelligere q̃ litera sonat, & potuerit euitare blasphemias, & omnia congruentia fidei catholicæ prædicare, non solum ei non est inuidendum, sed p̃cipuus multumq; laudabilis intellector habendus est. Si autẽ nullus exitus datur, vt pie & digne de Deo, quæ scripta sunt intelligantur, nisi figurate atque in ænigmate proposita ista credamus, habentes authoritatem apostolicam, à quibus tam multa de libris veteris testamenti soluuntur ænigmata: modum quem intendimus teneamus, adiuuante illo qui nos petere quærere & pulsare adhortatur: vt omnes
Matt. 7. istas figuras rerum secundum catholicam fidem, siue quæ ad historiam, siue quæ ad prophetiã pertinent explicemus, non præiudicantes meliori diligentioriq; tractatui, siue p̃ nos, siue per alios, quibus dñs reuelare
Viride agri qđ designat. Cau. 3. dignatur. Factus est ergo dies quo die fecit Deus cœlum & terrã, & omne viride agri, anteq̃ esset sup terram, & omne pabulũ agri. Superius septem numerabant, nunc
E vnus dicitur dies, quo die fecit Deus cœlum & terrã & omne viride agri, & omne pabulum, cuius diei noĩe omne tempus significari bene intelligitur. Fecit.n. Deus omne t̃pus simul cum omnibus creaturis temporalibus, quæ creaturę visibiles cœli & terræ noĩe significantur. Mouere aũt nos debet ad quærendum, q̃ cum diem quo factum est cœlum & terra nominasset, adiecit etiã viride agri, & omne pabulum. Non.n. qñ dictum est, In principio fecit Deus cœlum & terrã: tunc dictum est, factum esse omne viride agri & pabulũ. Manifeste.n. legitur, q̃ tertio die factum est omne viride & pabulum agri. Quod autem dictum est, In principio fecit Deus cœlum & terram: non pertinet ad aliquem dierum ex illis septem diebus. Adhuc.n. vel materiã ipsam vnde facta sunt omnia, cœli & terræ nomine nuncupabat. Vel certe prius totam creaturam cœli & terræ nomine ꝓposuerat, dicẽdo, In principio fecit Deus cœlum & terram: postea particulatim per ordinem dierum sicut oportebat, ꝓp ꝓphetiam, quã in primo libro cõmemo
F rauimus, Dei opa executus exposuit. Quid sibi ergo vult q̃ nunc nominato cœlo, & terra, addidit, viride agri & pabulum, & tacuit cætera tam multa quę sunt in cœlo & in terra, vel ẽt in mari, nisi quia viride agri inuisibilem creaturam vult intelligi, sicut est anima? Ager.n. solẽt in scripturis figurate mundus appellari. Nam et ipse dñs: Ager est hic, inquit, mũdus, cum illam parabolam exponeret, vbi bono semini sunt commixta zizania. Viride ergo agri spiritalẽ atq; inuisibilẽ creaturã dicit, ꝓp vigorem vitæ, et nomine pabuli, vtiq; propter vitam bene hocipsum interpretamur. Deinde quod addidit, anteq̃ essent super terram, intelligitur, anteq̃ anima peccaret. Terrenis.n. cupiditatibus sordidata, tanquam super terram nata, vel sup terram esse recte dicitur: Ideoq̃ addidit, nondum enim pluerat Deus super terram. Mat. 13. 1. Retr. Cap. 10.

Quia & nunc viride agri Deus facit, sed pluenda sup terram. i. cum facit animas reuiresc̃ere per verbũ suũ: sed de nubibus eas irrigat. i. de scripturis Prophetarum & Apostolorum. Recte autem appellantur nubes, quia verba ista quæ sonant scisso & percusso aere transeunt. Addita etiam obscuritate allegoriarum, quasi aliqua caligine obducta, velut nubes fiunt. Quæ dum tractanda exprimuntur, bene intelligentibus tanquam imber veritatis infunditur. Sed hoc nondũ erat antequam anima peccaret. i. antequam viride agri esset super terram. Nondum.n. pluerat Deus super terrani, nec erat homo qui operaretur in ea. Laboranti.n. homini in terra imber de nubibus est necessarius, de quibus nubibus iam dictum est. Post pctm̃ ât hõ laborare cœpit in terra, & necessarias habere illas nubes. Ante pctm̃ vero cum viride agri & pabulum fecisset Deus, quo nomine inuisibilem creaturam significari dixi, nisi rrigabat eam fonte interiore, loquens in intellectu eius: vt non extrinsecus verba exciperet tanquam ex suprad̃ictis nubibus pluuiam, sed fonte suo, hoc est, de intimis suis manante veritate satiaretur. Fons.n. ascendebat, inquit, de terra, & irrigabat omnem faciem terræ. De qua. s. terra dicitur: Spes mea es tu, portio mea in terra viuẽtiũ. Qñ autem anima tali fonte irrigabatur, nõdum per superbiã proiecerat intima sua. Inti tium. n. superbię hominis apostatare à Deo. Et qm̃ in exteriora per superbiam tumescẽs cœpit non irrigari fonte intimo, bene insultatur illi verbis ꝓpheticis & dicitur. Quid superbit terra & cinis? Quoniam in vita sua proiecit intima sua. Quid est enim superbia aliud, nisi deserto secreto cõscientiæ foris videri velle quod non est? Et ideo laborans iã in terra necessariam habet pluuiam de nubibus. i. doctrinam de humanis verbis, vt etiam hoc modo possit ab illa ariditate re-

Quid sit nondum pluerat sup terram. Cap. 4. G

Fons irrigãs terram allegorice. Cap. 5. Eccl. 10. H

1. Retr. Cap. 10. Superbia quid sit.

Universidad de Buenos Aires

virescere, et iterū fieri uiride agri. Sed vtinā uel pluuiā veritatis de ipsis nubibus libenter excipiat. Nam p p illā dominus noster nubilum carnis nr̄æ dignatus est assumere, hymbrem sancti Euangelij largissimum infudit: promittens etiā, quòd siquis biberit de aqua eius, rediet ad illum intimum fontē, vt forin
Ioan.4. secus non querat pluuiam. Dicit.n. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitā æternam. Iste credo fons ante peccatum ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ, quia interior erat, & nubium non desyderabat auxilium: nondum enim pluerat Deus super terram, nec erat hō qui operaretur in ea. Cum enim dixisset, nondum enim pluerat Deus super terram: subiecit & causam quare nondum pluerat, quia nondum erat homo qui
I operaretur in ea. Tunc autem homo cœpit operari in terra, cū post peccatū de beata vita dimissus est, qua in paradiso fruebatur. Sic.n.
Gene.3. scriptum est: Et dimisit eum dominus Deus de paradiso suauiratis, ut operaretur terram, de qua & sumptus fuerat. Vnde suo loco requiremus. Quod nunc ad hoc commeInfra. moraui, vt intelligeremus laboranti homiCap.22. ni in terra, id est, in peccatorum ariditate constituto, necessariam esse de humanis verbis diuinam doctrinam, tanquam de nubi-
1.Co.13. bus pluuiam. Talis autem scientia destruetur. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate tanquam in nubilo saginam quærentes: tunc autem facie ad faciem, quando vniuersa facies terræ nostræ interiore fonte aquæ salientis irrigabitur. Nam si fontem aliquem huius visibilis aquæ voluerimus intelligere, de quo dictum est,
Gene.2. Fons autem ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ, nō est verisimile, Inuisibi quòd cum tam multi fontes perennes, siue lia qui- riuorum, siue fluuiorum per vniuersam bus uo- terram inueniantur, solus ille siccauerit, qui cabulis irrigabat omnem faciem terræ. Sub his ergo paucis verbis vniuersa creatura nobis signenē. Cap.6. gnificata est ante peccatum animæ. Nomine
K enim cœli & terræ vniuersa visibilis creatura insinuata est: & nomine diei, vniuersum tempus: & nomine viridium & pabuli agri, creatura inuisibilis: & nomine fontis ascendentis & irrigantis omnem faciē terræ, inundatio veritatis, animā satians ante peccatum. Dies autē iste, cuius nomine vniuersum tps significari diximus, insinuat nobis non solum visibilem, sed etiam inuisibilem creaturam tempus posse sentire: quod de anima nobis manifestatur, quæ tāta varietate affectionum suarum, & ipso lapsu, quo misera facta est, & reparatione qua rursus in beatitatem redit, tempore mutari posse conuincitur. Et ideo non dictum est. Cum factus esset dies, quo die fecit Deus cœlum & terram tantū, quibus nominibus uisibilis creatura intimatur, sed additum est etiam, Viride, & Pabulum agri: quo nomine inuisibilem creaturam propter uigorem & uitam significari diximus, sicuti est anima. Et ita dictum est, 1.Retra.
Cum factus esset dies, quo die fecit Deus cap.10. cœlum & terram, & omne uiride, & pabulum agri, vt sic intelligeremus non solum uisibilem, sed etiam inuisibilē creaturam pertinere ad tempus propter mutabilitatē: quia solus Deus incommutabilis est, qui est ante L
tempora. Nunc uideamus post uniuer- Limus
sæ creaturæ insinuationem tam uisibilis quid haquàm inuisibilis, & uniuersale beneficium beat mydiuini fontis erga inuisibilem creaturam, sterij.
quid de homine specialiter intimetur, quod Cap.7.
ad nos maxime pertinet. Primo enim quòd de limo terræ Deus hominem finxit, solet habere quæstionem qualis ille limus fuerit, uel quæ materia nomine limi significata sit. Illi autem inimici ueterum librorum, omnia carnaliter intuentes, & propterea semper errantes, etiam hoc reprehendere mordaciter solent, quòd de limo deus hoiem finxit. Dicunt enim: Quare de limo fecit deus hominem? An defuerat ei melior & cœlestis materia, unde hominem faceret, vt de labe terrena tam fragilem mortalemque formaret? Non intelligentes primo quòd multis significationibus uel terra uel aqua in scripturis ponatur. Limus enim aquæ & terræ commixtio est. Dicimus enim tabidum & fragile & morti destinatum corpus humanum post peccatum esse cœpisse. Non enim in nostro corpore ista exhorrescunt, nisi mortalitatem quam damnatione meruimus. Quid autem mirum aut difficile Deo, etiam si de limo istius terræ hominem fecit, tale tamen corpus eius efficere, quod corruptioni non subiaceret, si homo præceptū Dei custodiens, peccatum noluis- M
set? Si.n. speciem cœli ipsius de nihilo, uel de informi materia dicimus factam, quia omnipotentem artificem credimus: quod mirum si corpus, quod de limo qualicunque factum est, potuit ab omnipotenti artifice tale fieri, ut nulla molestia, nulla indigentia cruciaret hominem ante peccatum, & nulla

nulla corruptione tabesceret? Itaque superflue quæritur, vnde homnis corpus Deus fecerit, si tū nunc de corporis formatione dicitur. Sic enim nonnullos nostros intelligere accepi, qui dicūt, posteaquam dictum est, Finxit Deus hominem de limo terrę, propterea non additum esse, Ad imaginem & similitudinem suam, quoniam nunc de corporis formatione dicitur. Tunc autem homo interior significabatur, quando dictum est, Fecit Deus hominem ad maginem & similitudinē Dei. Sed etiam si nunc quoque hominem ex corpore & anima factum intelligamus, vt non alicuius noui operis inchoatio, sed superius breuiter insinuati, diligentior retractatio isto sermone explicetur: Si ergo, vt dixi, hominem hoc loco ex corpore & anima factum intelligamus, non ab-
A surde ipsa cōmixtio limi nomen accepit. Sicut.n. aqua terram colligit, & conglutinat, & continet, qū eius commixtione limus efficitur: sic anima corporis materiā viuificando in vnitatem concordē conformat, &
Insuffla. non permittit labi & resolui. Quod aūt tio spiri- scriptum est, Et insufflauit in eum spiritum tus quid vitæ, & factus est homo in animā viuentē, Cap.8. si adhuc corpus solū erat, animam adiunctā
Gene.2. corpori hoc loco intelligere debemus: siue quia iam facta erat, sed tanquam in ore Dei erat, id est, in eius veritate vel sapientia: vñ tamen non recessit quasi locis separata, qñ insufflata est: nō enim Deus loco cōtinet, sed vbiq; p̄sens est. Siue tūc aīa facta est, qñ
Li.13.de ciuit dei in illud figmētum Dus insufflauit spiritum Cap.24. vitæ, vt illa insufflatio ipsam operationem Dei significet, qua fecit animam in homine spiritu potentiæ suæ. Si autem homo ille qui factus erat, iam corpus & anima erat, ipsi animæ sensus est additus ista insufflatione, cum factus est homo in animam viuentem: Nō quia illa insufflatio conuersa est in animam viuentem, sed operata est in animam viuentem. Nōdum tū spiritalem hoiem debemus
B intelligere, qui factus est in animam viuētē, sed adhuc animalē. Tunc enim spiritalis effectus est, cum in paradiso, hoc est, in beata vita constitutus, præceptum etiam perfectionis accepit, vt verbo Dei consumaretur. Itaque postquā peccauit, recedens à præcepto Dei, & dimissus est de paradiso, in hoc remā sit vt animalis esset. Et ideo animalem hominem prius agimus omnes qui de illo post peccatum nati sumus, donec assequamur spiritalem Adam, id est, dominum nostrum Ie-
sum Christū, qui peccatū non fecit: & ab il- 1.Pet.2.
lo recreati & viuificati, restituamur in para- Luc.23.
disum, vbi latro ille cum ipso eo die meruit
esse, quo vitā istam finiuit. Sic.n. Apostolus 1.Co.15.
dicit: Sed non prius qđ spiritale est sed qđ 1.Retra.
aīale, sicut scriptum est: Factus est primus Cap.10.
Adā in animā viuentē, nouissimus Adā in
spūm viuificantē. Sic ergo debemus intelligere hunc locum, vt nō quia dictum est, Insufflauit in eum spūm vitæ, & factus est hō in aīam viuētē, credamus illā veluti partem naturæ Dei in aīam hoīs fuisse conuersam, & cogamur dicere naturā Dei cē mutabilē: in quo errore maxime istos Manichæos veritas premit. Sicut enim est mater omnium C
hęreticorum superbia, ausi sunt dicere quòd natura Dei sit aīa. Et hinc urgentur à nobis, cum eis dicimus, Ergo natura Dei errat & misera est, & vitiorum labe corrumpitur & peccat: aut etiam vt vos dicitis, naturæ cōtrarię sordibus inquinatur: & cætera talia, q̄ de natura Dei nefas est credere. Nam factā esse animam ab omnipotente Deo, & ideo non illam esse partem Dei vel naturam Dei manifeste alio loco scriptum est, dicente Pro Psal.32.
pheta: Et qui finxit spiritum omnibus, ipse fecit omnia Et alio loco: Qui finxit spiritum
hominis in ipso. Ergo factum esse spiritum Quid
hominis, manifeste his testimonijs approba- in scri-
tur. Spiritus autem hominis in scripturis di- pturis di
citur ipsius animæ potentia rōnalis, qua di- catur spi
stat à pecoribus, & eis naturæ lege dominat. ritus ho
De quo dicit Apostolus: Nemo scit q̄ sunt minis.
hoīs, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Ne 2.Co.2.
forte si ꝓbaretur his testimonijs aīam factā
esse, nō deessent, q̄ dicerēt, spūm hois n esse
factum, & ipsum arbitrarentur esse naturā
Dei, & in ipsum dicerent partem Dei esse
conuersam, cum illa insufflatio Dei facta
est. Quod sana doctrina similiter respuit,
quia & ipsa spiritus hominis cum aliquando
errat, & aliquando prudenter sapit, mutabilem se esse clamat: quod nullo modo de natu D
ra Dei fas est credere. Non autē pōt maius
signum esse superbię, q̄ vt dicat se humana
anima hoc esse quod Deus est, cum adhuc
sub tantis vitiorum & miseriarum molibus
gemat. Nunc iam videamus ipsam beati-
tudinem hoīs, quę paradisi noīe significatur: Paradisi
nam quoniam in nemoribus delicioſa quies delitiæ
hominum esse solet, & corporis sensibus no- q̄d alle-
stris de Oriente lumen oritur, cœlumq; cō- goricè.
surgit, quod superius corpus est nostro cor- Cap.9.
pore atque excellētius: propterea his verbis

etiam spiritales delitiæ, quas habet beata vita, figurate explicantur, & ad Orientē paradisus plantatur. Intelligamus aūt nostra gaudia spiritalia significare omne lignū formosum ad aspectum intelligentiæ, & bonum ad escam, quæ non corrumpitur, qua beatę animæ pascuntur. Nam & dominus dicit: Operamini escā quæ nō corrumpitur, vt est omnis ratio, quæ cibus est animæ. Ad Oriētem id est lucem sapientiæ in Eden, id est, in delitijs immortalibus & intelligibilibus. Nam delitiæ vel voluptas, vel epulum hoc verbo significari dicitur, si ex Hebræo in Latinum
E interpretetur. Positū est aūt sic sine interpretatione, vt aliquē locū significare videatur, magisq; figuratā faciat locutionem. Productum aūt ex terra oē illud lignū accipimus, omne illud gaudiū spiritale, id est, supereminere terræ, & non inuolui atq; obrui terrenarū cupiditatum impedimentis. Lignū aūt vitæ plantatū in medio paradisi, sapientiā illam significat, qua oportet vt intelligat anima, in meditullio quodā rerū se esse ordinatā, vt quamuis subiectā sibi habeat omnem naturā corpoream, supra se tamen esse intelligat naturā Dei: & neq; in dexteram declinet sibi arrogando quod non est: neq; ad siniſtram, per negligentiā contemnēdo quod est: & hoc est lignū vitę plantatū in medio paradisi. Ligno aūt sciētiæ boni & mali, ipsa item medietas animę & ordinata integritas significatur: nā & ipsum lignū in medio paradisi plantatū est: & ideo lignū dignoscentiæ boni & mali dicitur: quia si anima quæ debet in ea quæ anteriora sunt se intendere, id est, in Deum: & ea quæ posteriora sunt
F obliuiſci, id est, corporeas voluptates, ad se ipsam deserto Deo conuersa fuerit, & sua potentia tanquam sine Deo frui voluerit, intumescit superbia, quod est initiū omnis peccati. Et cum hoc eius peccatū pœna fuerit consecuta, experiendo discit quid interſit inter bonū quod deseruit, & malū in quod cæcidit. Et hoc ei erit gustasse de fructu arboris dignoscentiæ boni & mali. Præcipitur ergo illi, vt de omni ligno paradisi edat, ex ligno aūt in quo est dignoscētia boni & mali nō edat, id est, non fic eo fruatur: vt ipsam ordinatam integritatē naturæ suæ, quasi manducando violet atq; corrumpat. Flumen autem quod procedebat ex Eden, id est, ex delitijs notent. & voluptate & epulis, quod flumen à Propheta significatur in psalmis, cum dicit, Torrente voluptatis tuæ potabis eos: hoc est, n.

Eden, quod Latine voluptas dicitur, diuiditur in quatuor partes, & quatuor virtutes significat: prudentiā, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam. Dicitur aūt Phiſon ipse esse Ganges, Geon autē Nilus, quod etiā in Hieremia propheta animaduerti pōt: nunc alijs nominibus appellantur. Sicut nūc Tyberis dicitur fluuius, qui prius Albula dicebatur. Tigris vero & Euphrates etiā nūc eadē nomina tenēt: quibus tamen nominibus virtutes, vt dixi, spiritales significātur. Quod etiā ipsorū nominum interpretatio docet, siquis Hebræam linguā, vel Syrā consideret. Sicut G
Hieruſalē, quamuis sit visibilis & terrenus locus, significat tamen ciuitatē pacis spiritualiter: & Sion, quāuis sit mons in terra, speculationē tamē significat: & hoc nomen in scripturarū allegorijs ad spiritalia intelligēda fæpe transfertur. Et ille qui descēdebat ab Hie Luc. 10.
ruſalē in Hiericho, ſicut dūs dicit, & in via De natu
vulneratus, saucius & semiuiuus relictus est ra & gra
à latronibus, vtiq; locos istos terrarū quāuis tia. c. 43.
secundū historiam in terra inueniantur, spi- & 52.
ritaliter cogit intelligi. Prudentia ergo, quæ significat ipsam contemplatione veritatis, ab omni ore humano alienā, qa est ineffabilis: quā si eloqui velis, parturis eā potius quàm paris, quia ibi audiuit & Apostolus ineffabi- 2. Co. 12
lia verba, quæ nō licet homini loqui. Hæc ergo prudētia terrā circumit, quæ habet aurū, & Carbunculū, & lapidē Prasinū, id est, di- Genes. 2
sciplinam viuendi, quæ ab omnibus terrenis sordibus quasi decocta nitescit, sicut aurum optimum & verū, quod nulla falsitas vincit, sicut Carbūculi fulgor nocte non vincitur: & vitam ęternā, q̄ viriditate lapidis Prasini significatur, propter vigorem qui nō arescit. Fluuius aūt ille, qui circumit terrā Aethiopiā multum calidam atq; feruentē, significat H
fortitudinem calore actionis alacrem atq; impigram. Tertius autem Tigris vadit contra Assyrios, & significat temperantiā, quæ resistit libidini, multum aduersanti consiliis prudentię. Vnde plerunq; in scripturis Assyrij aduersariorū loco ponuntur. Quartus fluuius non dictum est cōtra quid uadat, aut quam terrā circumeat: iustitia. n. ad omnes partes animæ pertinet, quia ipse ordo & æquitas animæ est, qua sibi ista tria concorditer copulātur, prima prudentia, secunda fortitudo, tertia temperantia, & in ista tota copulatione atque ordinatione perficiunt iusti
tiam. Quod aūt ita constitutus est homo in De ope-
paradiso, vt operaretur & custodiret: ope- re & na-
ratio

tura ho- ratio illa laudabilior laboriosa nō erat. Alia
minis. est nanq; in paradiso operatio, & alia in ter-
Cap. 11. ra, qua post peccatū damnatus est. Ex eo autem quod additum est, Et custodiret: significatum est, qualis illa operatio erat. Nāque in tranquillitate beatæ vitæ, vbi mors non est, omnis operatio est custodire quod tenes. Accipit etiam præceptum, de quo superius iam tractauimus. Quod præceptum, qm̄ sic concluditur, vt non ad vnum loquatur, sic. n. dicit, Qua die aūt manducaueritis,
I morte moriemini: incipit exponi qūo sit facta fœmina. Et facta dicitur in adiutoriū viri, vt copulatione spiritali spiritales fœtus æderet. i. bona opera diuinæ laudis: dum ille regit, hæc obtēperat: ille à sapientia regitur, hæc à viro. Caput. n. viri Christus, & caput mulieris, vir. Ideoq; dicitur: Non est bonum solū hominem esse. Adhuc. n. erat quo fieret, vt nō solum anima corpori dūaretur, quia corpus seruilem locū obtinet, sed ēt virilis ratio subiugaret sibi animalem partem suam, per quod adiutorium imperaret corpori. Ad huius rei exemplum fęmina facta est, quā rerum ordo subiugat viro: vt quod in duobus hominibus euidentius apparet. i. in masculo & fœmina, ēt in vno homine considerari posit: vt appetitum animæ, per quē de membris corporis operamur, habeat mēs
1. Tim. 2 interior tanquā virilis ratio subiugatum: & iusta lege, modum imponat adiutorio suo, si
Genes. 2 cut vir debet fœminam regere, nec eam permittere dominari in virum. Quod ubi contingit, peruersa & misera domus est. Primo ergo demonstrauit Dus homini, quanto melior esset pecoribus, & omnibus irrationali-
K bus animantibus: & hoc significat quod dictū est, adducta esse ad illum omnia animantia vt videret quid ea uocaret, & eis nomina imponeret. Ex hoc. n. apparet ipsa ratione hominem meliorem esse q̄ pecora, quod distinguere & nominatim ea discernere nō nisi ratio pōt, quæ de ipsis iudicat. Sed hæc facilis ratio est, cito. n. homo intelligit se meliorem esse pecoribus. Illa est difficilis ratio, qua intelligit, in seipso aliud esse rationale quod regit, aliud animale quod regitur. Et
Sopito quoniam hæc secretiore sapientia videt, ip-
Adæ iū- sam visionem secretam nomine soporis
cta He- significari arbitror, quem immisit Deus
ua quid in Adam, quando ei mulier facta est.
sibi velit Vt enim hoc videatur, non est opus o-
Cap. 12. culis istis corporeis, sed quanto quisque ab istis visibilibus rebus in interiora intelligentiæ secesserit, hoc est autem quasi obdormiscere, tanto melius & syncerius illud videt. Ipsa enim cognitio, qua intelligitur in nobis aliud esse quod ratione dominetur, aliud quod rationi obtemperet: ipsa ergo cognitio veluti effectio mulieris est de costa viri, propter coniunctionem significandam. Deinde vt quisque huic suæ parti recte dominetur, & fiat quasi coniugalis in seipso, vt caro non concupiscat aduersus spiritum, sed spiritui subiu
getur, id est concupiscentia carnalis non Gala. 5.
aduersetur rationi, sed potius obtemperan- L
do desinat esse carnalis, opus habet perfecta sapientia. Cuius contemplatio quia interior est & secretior, & ab omni sensu corporis remotissima, conuenienter etiam ista soporis nomine intelligi potest. Tunc enim ordinatissime caput mulieris vir est, 1. Co. 11.
caput viri est Christus, qui sapientia est 1. Cor. 1
Dei. Et sanè in locum illius costæ carnē adimpleuit, vt hoc nomine insinuaretur dilectionis affectus, quo diligit vnusquisq; animā suā, & non est durus vt eā contēnat, quia diligit quisq; cui præest. Non. n. sic nominata est caro isto loco, vt carnalem concupiscē Ezech.
tiā significet, sed isto modo potius, quo Pro- 11. &
pheta dicit, auferri populo cor lapideum, & 36.
dari cor carneum. Hoc modo enim dicit & 2. Co. 3.
Apostolus: Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Aliud est quippe ꝓpria locutio, aliud figurata, qualis ista ē quā tractamus modò. Quapp etsi visibilis fœmina secundū historiam de corpore viri primo facta est à domino Deo, non vtiq; sine causa ita facta est, nisi vt aliquid secretū intimaret. Non enim aut limus defuit, vnde fœmina formaretur: aut, si vellet, dominus homini vigilanti costam sine dolore detrahere posset. Siue ergo ista figurate dicta sunt, M
siue etiam figurate facta sunt, non frustra hoc modo dicta vel facta sunt, sed sunt planè myſteria & sacramenta: siue hoc modo quo tenuitas nostra conatur, siue aliquo meliore secundum sanam tamen fidem sunt interpretanda & intelligenda. Vocauit ergo mulierem suam vir tanquam potior Spirita-
inferiorem, & dixit: Hoc nunc os de os- le coniu
sibus meis, & caro de carne mea. Os de os- gium in
sibus, fortasse propter fortitudinem: & caro homine.
de carne, propter temperantiam. Hæ nanq; Cap. 13.
duæ virtutes ad inferiorem animi partem, Genes. 2

quam prudentia rõnalis, docentur pertinere. Quod autem dictum est. Hęc uocabitur mulier, qñ de uiro suo sumpta est, ista origo nominis & interpretatio in Latina lingua non apparet. Quid enim simile habeat mulieris nomen ad uiri nomen inuenitur. Sed in Hebræa locutione dicitur sic sonare, quasi dictum sit: Hæc uocabitur uirago, quoniam de uiro suo sumpta est. Nam uirago uel uirgo potius habeat aliquam similitudinem cum uiri nomine, mulier autem non habet. Sed hoc, ut dixi, linguæ diuersitas facit. Quod autem additum est,

A Relinquet homo patrem & matrem, & adlib.6.de trinitate li.8.12.3 hærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: quomodo referatur ad historiam non uideo, nisi quòd plerunque in genere humano ista contingunt: sed tota prophetia Ephe.5. est, cuius Apostolus meminit, dicens, Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo Iesu, & in ecclesia. Quod Manichæi si non cæci lege-
2.Cor.11 rent, qui per epistolas Apostolicas multos decipiunt, intelligerent quomodo accipiendæ sint ueteris testamenti scripturę, nec tam sacrilega uoce auderent accusare quod nesciunt. Quod autem nudi erant Adam & mulier eius, & non confundebantur, simplicitatem animæ castitatemque significat. Nam & Apostolus ita dicit: Aptaui uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo: Timeo autem ne sicut serpens Euam fefellit uersutia sua, ita corrumpantur mentes uestræ à simplicitate & castita-
Serpens diabolus te, quæ est in Christo. Serpens autem significat diabolum, qui sanè non erat simB plex. Quod enim dicitur sapientior omEua affectus. nibus bestijs, figurate insinuatur eius uersutia. Non autem dictum est quod in paCap.14. radiso erat serpens, sed erat serpens inter beSupra cap.9. stias quas fecit Deus. Paradisus namque beatam vitam, vt superius dixi significat, in
Ioan.8. qua iam non erat serpens, quia iam diabolus erat: & de sua beatitudine ceciderat, quia in ueritate non stetit. Nec mirandum est quomodo mulieri loqui potuerit, cum illa esset in paradiso, & ille non esset. Nec enim aut illa secundum locum erat in paradiso, sed potius secundum beatitudinis affectum: aut etiam si locus est talis qui paradisus uocetur, in quo corporaliter Adam & mulier habitabant, etiam diaboli accessum corporaliter intelligere debemus. Non utique, sed spiritaliter, sicut Ephes.2 Apostolus dicit, secundum principem po- 2.sen.di. testatis aeris huius spiritus, qui nunc ope- 24.cap. ratur in filijs diffidentiæ. Nunquid ergo itaq; vt. uisibiliter eis apparet, aut quasi corporeis locis accedit ad eos, in quibus operatur? Non utique, sed miris modis per cogitationes suggerit quicquid potest. Quibus suggestionibus resistunt, qui vere dicunt, quod item dicit Apostolus, Non enim ignora- 2.Co.2. mus astutias eius. Quomodo enim accesC sit ad Iudam, quando ei persuasit ut do- Luc.22. minum traderet? Nunquid in locis, aut per hos oculos ei uisus est? Sed utique, vt dictum est, intrauit in cor eius. Repellit autem illum homo, si paradisum custodiat. Posuit enim Deus hominem in paradisum, vt operaretur & custodiret: quia sic & Ecclesiæ dicitur in canticis canticorum, Hortus conclusis, fons signatus, quò uti- Cant.4. que non admittitur peruersitatis ille persuasor. Sed tamen per mulierem decipit. Non enim etiam ratio nostra deduci ad consensionem peccati potest, nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi, 12.de tri quæ debet obtemperare rationi tanquam ni.ca.8. rectori uiro. Etiam nunc in unoquoque &.12. nostrum nihil aliud agitur, cum ad peccatum quisque delabitur, quàm tunc actum est in illis tribus: serpente, muliere, & uiro. Nam primo fit suggestio siue per cogitationem, siue per sensus corporis: vel uidendo, vel tangendo, vel audiendo, vel gustando, vel olfaciendo. Quæ suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non moueatur ad peccandum, excludetur serpentis astutia: si autem mota fuerit, quasi mulieri iam persuasum erit. Sed aliquando ratio uiriliter etiam commotam cupiditatem refrenat atque compescit. Quod cum D fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat, & quod libido commouerit faciendum esse decernat, ab omni uita beata tanquam de paradiso expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur, etiam si non subsequatur factum, quoniam rea tenetur in consensione conscientia. Quo autem modo serpens ille pec- Tẽtatio catum persuaserit, diligenter consyderan- qũo deij dum est, pertinet enim maxime ad nostram cit. salutem: nam ideo hæc scripta sunt, ut Cap.15. iam talia caueamus. Nam cum interrogata

gata mulier respõdisset quid eis præceptum
Gene 3. esset, ait ille, Non morte moriemini, sciebat enim Deus, quoniam qua die manducaueritis ex illo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum. Videmus his uerbis per superbiam peccatum esse persuasum: ad hoc enim ualet quod dictum est, Eritis sicut dij. Sicut etiam hoc quod dictum est, Sciebat enim Deus, quoniam qua die manducaueritis ex eo, aperientur oculi uestri: quod intelligitur nisi persuasum esse, ut sub Deo esse nollent, sed in sua potestate potius sine domiE no, ut legem eius non obseruarent, quasi inuidentis sibi ne seipsi regerent, ne indigentes illius interno lumine, sed vtentes propria prouidentia quasi oculis suis ad dignoscendum bonum & malum, quod ille prohibuisset? Hoc est ergo quod persuasum est, ut suam potestatem nimis amarent: & cum Deo esse pares uellent, illa medietate, per quam Deo subiecti erant, & corpora subiecti habebant tanquam fructum arboris constitutæ im medio paradisi, male vterentur, id est, contra legem Dei: atq; ita quod acceperant amitterent, dum id quod non acceperant usurpare uoluerunt. Non enim accepit hominis natura, vt per suam potestatem Deo non regente beata sit: quia nullo regente, per suam potestatem beatus
Gene.3. esse solus Deus potest. Et uidit, inquit, mulier quia bonum est lignum ad escam: & quia bonum est oculis ad videndum & co-
12.de tri gnoscendum. Quomodo videbat, si clauni.ca.8. si erant oculi? Sed hoc dictum est, vt intelligeremus eos oculos esse apertos, posteaquam de fructu illo acceperunt, quibus se nudos uidebant, & displicebant sibi, id
F est, oculos astutiæ, quibus simplicitas displicet. Cum enim quisque ceciderit ab illa intima & secretissima luce veritatis, nihil est unde uelit placere superbia, nisi fraudulentis simulationibus. Hinc enim & hypocrisis nascitur, in qua multum sibi uidentur cordati, qui potuerunt fallere & decipere quem uoluerunt. Dedit enim mulier uiro suo, & manducauerunt, & aperti sunt oculi eorum, de quibus iam dictum est, & tunc viderunt, quòd nudi essent: sed oculis peruersis, quibus illa simplicitas, quæ nuditatis noie significata est, erubescenda videbatur. Itaq; ut iam non essent simplices fecerunt de folijs sici sibi succinctoria, tanquam tegentes pudenda sua: id est, occultantes simplicitatem, de qua iam erubescebat astuta superbia. Folia uero sici pruritum quendam significant, si hoc bene in rebus incorporalibus dicitur, quem miris modis animus patitur cupiditate & delectatione mentiendi. Vnde etiam latine falsi dicuntur, qui iocari amant. In iocis autem utiq; simulatio principatum tenet. Itaq; cum deambularet Abscon-
Deus in paradiso ad uesperam, id est, cum ad sio, ambu
eos iam iudicandos ueniret, adhuc ante pœ- latio, p-
nam eorum deambulabat in paradiso, id cõtatio,
est, quasi mouebatur in eis præsentia dei, quid si-
quãdo iam ipsi stabiles in eius præcepto nõ gnificẽt.
erant. Et bene ad uesperam, id est, cum iam Cap.16.
ab eis sol occideret, id est, auferretur ab eis G
lux illa interior ueritatis. Audierunt uocem eius, & absconderunt se à conspectu eius. Quis se abscondit à conspectu Dei, nisi qui deserto ipso incipit iam amare quod suum
est? Iam enim habebant cooperimenta men- Iuan. 8.
dacij. Qui autem loquitur mendacium, de suo loquitur. Et ideo ad arborem se dicuntur abscondere, quæ erat in medio paradisi, id est, ad seipsos, qui in medio rerum infra Deum & supra corpora sua ordinati erant. Ergo ad seipsos abscõderũt se, vt cõturbarẽtur miseris erroribus, relicto lumine ueritatis, quod ipsi non erant. Particeps enim ueritatis potest esse aia humana, ipsa aũt ueritas Deus est incõmutabilis supra illã. Ab ea uero veritate quisq; auersus est, & ad seipsum conuersus, & non directore atq; illustratore deo, sed de suis motibus quasi liberis exultat, tenebrat mendacio: qm qui loquit mendaciũ, de suo lequitur: atq; ita turbatur, vt vox Ioan. 8.
illa Prophetæ manifestat, qua dictũ est, Ad
meipsum anima mea turbata est. Itaq; iam Psal.41.
interrogatur Adam, non Deo nesciente ubi esset, sed cogente ad confessionem peccati,
Non enim & dñs Iesus Christus tam mul- H
ta quæ interrogabat, nesciebat. Respõdit aũt uoce eius audita, abscondisse se, qm nudus esset. Iam miserrimo errore respondit, quasi Deo posset displicere nudus, sicut eum ipse fecerat. Est autem hoc erroris proprium, vt quod cuiq; displicet, hoc ẽt Deo displicere arbitretur. Illud autẽ subtiliter intelligẽdum est, quod dñs ait: Quis nunciauit tibi
quòd nudus esses, nisi quia ab illa arbore de Gene.3.
qua dixeram tibi, ex illa sola ne mãducares, ex illa manducasti? Nudus enim erat à simulatione, sed vestiebatur luce diuina. Vnde auersus & ad seipsum conuersus, quod significat de illa arbore manducasse, nudi-

tatem

tatem suam uidit, & displicuit sibi ex eo q̃ Reiectio culpæ,& serpentis pœna. Cap.17. non habebat aliquid proprium. Deinde iã more superbiæ in se non accusat q̃ cõsen sit mulieri, sed in mulierẽ refundit culpam suam: & sic subtiliter quasi de astutia quam miser conceperat, voluit ad ipsum Deum pertinere q̃ peccauit. Non enim ait,mulier dedit mihi:sed addidit dicens, mulier quam dedisti mihi. Nihil est autem tam familiare peccantibus quàm tribuere deo uelle undecunq; accusantur. Et hoc de illa vena superbiæ, vt quoniam sic homo peccauit cũ vult esse par deo,id est,liber esse ab eius dominio sicut ille ab omni dominio liber est, q̃m ipse est dñs omnium. Quoniam in maiestate par illi esse non potuit, iam lapsus & iacens in pct̃o suo, parem sibi eum facere conatur, uel potius illum vult ostendere peccasse, se autem esse innocentẽ:& mulier interrogata refert culpam in serpentẽ: quasi aut ille sic acceperit vxorem vt ei obtemperaret,& non potius vt ipsam sibi obtemperare faceret: aut illa non potuerit Dei præceptum potius custodire q̃ verba serpentis admittere. Iam serpens non interrogatur, sed prior excepit pœnam quia nec confiteri peccatũ potest, nec habet omnino vnde se excuset. Nõ aũt nunc ea damnatio diaboli dicitur, quæ ultimo iudicio reseruatur, de qua loquitur dñs Mat.25 cum dicit,Ite in ignẽ æternum,qui præparatus est diabolo & angelis eius: sed ea pœna eius dicitur,qua nobis cauendus est. Pœna enim eius est ut in ptãte habeat eos qui Dei præcepta contemnunt. Hoc.n. explicatur his uerbis,quibus in eũ profertur sententia: & inde maior pœna est, quia de hac tã infeK lici potestate lætatur, qui solebat antequam caderet sublimi veritate gaudere, in qua nõ stetit: & ideo illi etiã pecora præponuntur, Ioan.8. non in ptãte, sed in conuersatione naturæ suæ:quia pecora non amiserunt beatitudinẽ aliquã celestẽ, quã nunquã habuerunt, sed in sua natura quã acceperunt peragunt uitã. Dicitur ergo huic,Pectore & ventre repes. Quod quidem & in colubro animaduertitur, & ex illo animante uisibili ad hunc inuisibilẽ inimicum nostrum locutio figuratur. Nomine enim pectoris,significatur superbia,quia ibi dñat impetus animi:Nomine aũt ventris, significat carnale desideriũ, quia hæc pars mollior sentitur in corpore. Et quia his rebus ille serpit ad eos quos vult decipere,propterea dictum est,Pectore ventre repes. Et terrã,inquit,mãducabis omnibus diebus vitæ tuæ, id est, omnibus diebus quibus agis hanc ptãtem, ante illã ultimam pœnã iudicij. Hæc enim vita eius videtur, de qua gaudet atq; gloriatur. Terrã ergo mãducabis, duobus modis intelligi potest. Vel ad te pertinebunt,quos terrena cupiditate deceperis,id est,peccatores, qui terræ noie significant. Vel certe genus tertium L tẽtationis his uerbis figuratur, quod est curiositas. Terrã enim qui manducat,profunda & tenebrosa penetrat, & tantum temporalia atq; terrena. Non autem inimicitiæ ponuntur inter ipsum & virũ, sed inter ipsum & mulierẽ. Nunq̃d quia uiros non decipit & tentat? Sed manifestum est quòd decipit. An quia ipsum Adam non decipit, sed mulierẽ eius? Sed nunquid propterea nõ est inimicus eius, ad quẽ peruenit p mulierẽ suã illa deceptio, maxime quia de futuro iã dicitur,inimicitias ponã inter te & mulierem? Si autem q̃ non deinceps decepit Adam, nec ipsam Euam deinceps decepit. Quare ergo ita dicitur, nisi quia hinc manifeste ostenditur,non posse nos à diabolo tentari, nisi per illam animalem partem, quæ quasi mulieris imaginem, vel exemplum in vno ipso homine ostendit, de qua superius iam multa diximus? Quòd autem etiam inter semen diaboli & semen mulieris ponuntur inimicitiæ, significatur semine diaboli peruersa suggestio: semine autem mulieris, fructus boni operis, quo peruersæ suggeM stioni resistit. Et ideo obseruat ipse plantam mulieris, vt si quando in illicita labitur delectatio, tunc illam capiat: & illa obseruat caput eius, vt eum in ipso initio malæ De pœnit suasionis excludat. Iam de pœna mumulieri lieris nulla quæstio est. manifeste enim mulinflictis. tiplicatos dolores habet atque suspiria in hu Cap.19. ius vitæ calamitatibus: & quòd in doloribus pariat filios, quanuis & in ista visibili muliere compleatur, tamen ad illam secretiorem consyderatio reuocanda est. Nam & in pecoribus fœminæ cum doloribus pariunt filios, & hæc est in illis mortalitatis conditio potius quàm pœna peccati. Potest ergo fieri, vt etiam in fœminis hominibus mortalium corporum sit ista conditio. Sed hoc est magnum supplicium, quod ad istam corporum mortalitatem ex illa immortalitate venerunt. Veruntamen magnum sacramentum est huius sententiæ, scilicet quod nulla abstinentia fiat à uoluntate carnali, quæ non habeat in exordio dolo-

Serpẽtis cũ Eua inimicitia. Cap.18.

dolorem,donec in meliorem partem consuetudo flectatur. Quo cum peruenerit, quasi natus est filius, id est, ad bonum opus paratus est affectus per consuetudinem bonam. Quæ consuetudo vt nasceretur, cum doloA re reluctatum est consuetudini malæ. Nam & illud quod post partum dictum est, Erit tibi conuersio ad virum tuum, & ipse tui dominabitur:nõne multę ac propè omnes mulieres absentibus uiris suis pariunt, & partũ se ad illos non conuertunt? Quæ autem superbæ sunt mulieres, & dominantur viris, nunquid post partum carent hoc vitio, vt viri earum dominentur? Immo quasi dignitatem sibi additam credũt,quòd matres fiunt, & plerunque superbiores existunt. Quid sibi ergo vult, quòd posteaquam dictum est, in doloribus paries filios:additum est,Et erit tibi conuersio ad virũ tuum,& ipse tui dominabitur:nisi quia illa pas animę, quæ carnalibus gaudijs tenetur, cum aliquam malam consuetudinem volens vincere, passa fuerit difficultatem ac dolorem, atque ita peperit consuetudinem bonam,cautius iam, & diligentius rationi obtemperat tanquam viro: & ipsis quasi erudita doloribus conuertitur ad rationem, & libenter seruit iubenti,ne iterum in aliquam pernitiosam consuetudinẽ Rom.7. defluat? Ista ergo quæ videntur maledicta, De viri præcepta sunt, si non carnaliter spiritalia legamus, Lex enim spiritalis est. Item de pœna. Ca.20. sententia ista quæ prolata est in ipsum virũ, B quid dicemus? Nunquid forte diuites quibus prouenit facillimus victus,neque in terra operantur, euasisse istam pœnam existimandi sunt,qua dicitur: Maledicta terra erit Gene.3. " tibi in omnibus operibus tuis, in tristitia & " gemitu tuo manducabis ex ea omnibus die- " bus vitæ tuæ: spinas & tribulos pariet tibi, " & ed es pabulũ agri tui:in sudore vultus tui " edes panẽ tuũ. donec reuertaris in terrã de qua sumptus es:quia terra es,et in terrã ibis? Sed certe illud manifestum est, quòd nemo euadat istam sententiam. Hoc ipsum enim, quod in hac vita qui sque natus est, difficultatem inueniendæ veritatis ex corruptibili corpore patitur. Sicut enim Salomon di-
Sapiẽ.9. cit: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: ipsi sunt labores & tristitiæ, quas habet homo ex terra: & spinæ ac tribuli sunt punctiones tortuosarum quæstionum, aut cogitationes de prouisione huius vitę: quæ plerunque nisi extirpentur,& de agro Dei proijciant, suffocãt verbum dei ne fructificet in hoie, sicut dñs Marc. 4 in Euangelio dicit. Et quoniam necessitate iam per hos oculos & per has aures de ipsa veritate admonemur,& difficile est resistere C phantasmatibus, quæ per istos sensus intrãt in animam,quanuis per illos intret etiã ipsa admonitio veritatis. In ista ergo perplexitate cuius vultus non sudet vt manducet panem suum? Quod omnibus diebus vitę nostræ passuri sumus, id est, huius vitę quæ transitura est. Et hoc illi dictum est,qui coluerit agrum suum, qui ista patitur donec reuertatur in terram de qua sumptus est.i. donec finiat vitam istam. Qui enim coluerit agrũ suum interius,& ad panẽ suũ quanuis cũ labore peruenerit, potest vsq; ad finẽ vitę huius hunc laborem pati: post hãc autem vitam non est necesse vt patiatur. Sed q̃ forte agrũ nõ coluerit, & spinis eum opprimi permiserit, habet in hac vita maledictio- Ignis nem terræ suæ in omnbius operibus suis, purga- & post hanc vitam habebit vel ignem pur- tionis. gationis vel pœnam æternam. Ita nemo euadit istam sententiam. Sed agendũ est, vt saltẽ in hac tantum vita sentiatur. Quem autem Quare non moueat quòd post peccatũ & sententiã post trãs iudicis Dei vocat Adam mulierem suam vi- gressionẽ Adã tam,quia viuorum ipsa sit mater, posteaquã meruit mortem, & mortales fœtus parere vitam destinata est, nisi quia illos fœtus attendit D scriptura, quos cum in doloribus pepererit, vocauerit illi conuersio ad virũ suum, & eius ipse rit ipdominabitur? De quibus fœtibus superius sam Hedictũ est, Sic enim est illa vita materque vi- uam, & uorum. Nam vita quæ in peccatis est,mors de pelli- appellari in scripturis solet, sicut Apostolus cearum dicit,mortuam esse viduam quæ in delicijs tunicaviuit: & mortui nomine peccatum ipsum si- rum significari legimus vbi dictum est, Qui ba- gnificaptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, tione. quid proficit in lauacro suo? Sic & qui ieiunat super peccata sua,& iterũ ambulans hęc eadem facit. Pro peccato enim mortuum po Ecclesia suit,abstinentiã vero ieiuniũq; peccato,tan- stici.34. quã baptismũ,hoc est inũdationẽ à mortuo. Iterum autem redire ad peccatum, tanquã iterum tangere mortuum. Quare ergo non animalis illa pars nostra, quæ tanq̃ viro debet obtemperare rationi, cum per ipsam rõnem de verbo vitæ recte viuendi sarcinam cõceperit,appelletur vita,& cũ parturitione abstinentię, quanuis cum doloribus atque gemitibus malæ consuetudini resistens bonam

nam consuetudinem ad recte facta peperit, mater viuorum vocetur. i. recte factorũ:
E quibus contraria sunt peccata, quæ nomine mortuorum significari posse docuimus? Nã illa mors quam omnes qui ex Adam nati sumus cœpimus debere naturæ, quam minatus est Deus, cum præceptum daret ne arboris fructus ille ederetur: illa ergo mors in tunicis pelliceis figurata est. Ipsi enim sibi fecerunt præcinctoria de folijs fici. & Deus illis fecit tunicas pelliceas, id est, ipsi appetiuerunt mentiendi libidinem relicta facie veritatis, & Deus corpora eorum in istam mortalitatẽ carnis mutauit, vbi latẽt corda mendacia. Neque enim illis corporibus cœlestibus sic latere posse cogitationes credendum est, quemadmodum in his corporibus latẽt. Sed sicut nonnulli motus animorum apparent in vultu, & maxime in oculis: sic in illa perspicuitate ac simplicitate cœlestium corporum omnes omnino motus animi latere non arbitror. Itaque illi merebũtur habitationem illã & cõmutationẽ in angelicã formam, qui etiam in hac vita cum possint sub tunicis pelliceis occultare mẽdacia, oderunt tñ ea & cauent flagrantissimo amore veritatis, & hoc solum tegunt, quod ij qui audiunt
Mat.10. F ferre non possunt, sed nulla mentiuntur. Veniet enim tempus vt nihil etiam contegatur. Nihil est enim occultum quod non manifestabitur. Tandiu autem in paradiso fuerunt isti, quanuis iam sub sententia damnantis Dei, donec ventum esset ad pelliceas tunicas, id est, ad huius vitę mortalitatem. Quo enim maiore iudicio potuit significari mors quã sentimus in corpore, quàm pellibus quę mortuis pecoribus detrahi solent? Itaq; cum cõtra præceptũ non imitatione legitima, sed illicita superbia Deus esse appetit homo, vsque ad beluarum mortalitatem deiectus est. Ideo sic illi lex diuina insultat ore Dei, qua insultatione nos admonemur quantum possumus cauere superbiam. Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis ad scientiã cognoscendi bonum & malum. Quæ ambigua locutio figuram facit. Nam factus est
Ca.22. tanquam vnus ex nobis, dupliciter intelligi potest, Vel vnus ex nobis quasi & ipse Deus, quod pertinet ad insultationem. Sicut dicitur, vnus ex senatoribus, vtiq; senator. Aut certe, quia & ipse Deus esset, quanuis creatoris sui beneficio, non natura, si sub eius potestate manere voluisset, sic dictum est, ex nobis, quomodo dicitur, ex consulibus, aut p consulibus qui iam non est. Sed ad quã rem G
factus est tanquam vnus ex nobis? Ad scientiam scilicet dignoscendi boni & mali, vt iste per experimentum disceret dum sentit malum, quod Deus per sapientiam nouit: & potestatem illam omnipotentis quã pati noluit beatus atq; cõsentiẽs, pœna sua discat eẽ ineuitabilem. Et tunc ne porrigeret Adam manum suam ad arborem vitæ, & viueret in æternũ, dimisit illũ Deus de paradiso. Bene dictum est, dimisit, non exclusit, vt ipso peccatorum suorum pondere tanquã in locũ sibi congruum videretur vrgeri. Quod patit plerunque malus hõ, cum inter bonos viuere cœperit, si se in melius commutare noluerit, ex illa bonorum congregatione respondere malæ suæ consuetudinis pellitur, & illi eum non excludunt reluctantem, sed dimittunt cupientem. Quod aũt dictũ est, ne por Gene.3.
rigeret Adam manum suam ad arborem vitæ, etiam hæc ambigua locutio est. Loquimur enim sic, cum dicimus, Ideo te moneo ne iterũ facias quod feceris, volentes vtiq; vt non faciat. Et iterũ sic, Ideo te moneo ne fortẽ sis bonus, volentes vtiq; vt sit. i. moneo te
H. nõ desperans q̃ bonus possis esse, Sicut loquitur Apostolus cum dicit: Ne forte det illis Deus pœnitentiã ad cognoscendã veritatẽ. Potest ergo videri propterea hõ in labores huius vitæ esse dimissus, vt aliquando manum porrigat ad arborem vitæ, & viuat in æternũ. Manus aũt porrectio bene significat crucem, per quam vita æterna comparatur: quanuis etiam si illo modo intelligamus ne manum porrigat, & viuat in æternum, non iniusta pœna est post peccatum intercluſum esse aditũ ad sapientiã, donec Dei misericordia mẽsuris temporum reuiuiscat qui
Luc.15. mortuus est, vt inueniatur qui perierat. Dimissus est ergo de paradiso suauitatis, vt operaretur terram de qua sumptus erat, vt in corpore ista laboraret, id est, si posset, et ibi collocaret sibi meritum redeundi. Moratus est aũt contra paradisum in miseriam, quæ vtique beatæ vitæ contraria est. Nam beatã vitam paradisi nomine significatam existimo. Posuit autẽ Deus Cherubin & flam- Frameæ
meam frameã quæ versatur, quæ vno nomine versatilis dici potest, ad custodiendã viã yersatilis quid:
arboris vitæ. Sicut illi volunt qui Habræa Ca.23.
verba in scripturis interpretati sunt, Cherubin latine scientiæ plenitudo esse dicitur. Gene.3.
Flammea vero framea versatilis, temporales pœnæ intelliguntur, quæ temporum I
volu-

Expul-sio Adæ

volubilitate versantur. Propterea & flãmea dicitur, quia vrit quodammodo ois tribulatio. Sed aliud ẽ vri ad cõsumptionẽ, & aliud
2.Co.2. est vri ad purgationẽ. Nã & Apostolus dicit: Quis scandalizatur, & ego nõ vror? Sed iste affectus purgabat eũ magis, quia de charitate veniebat. At illę tribulationes, quas iusti patiuntur, ad istam pertinent flammeam
Eccle.2. frameam, quoniam in igne probatur aurum & argentũ, & homines acceptabiles deo in
Ecclesia camino humiliationis. Et iterum, Vasa figu-
stici.27. li probat fornax, & homines iustos tentatio
Heb.12. tribulationis. Q̃m ergo quẽ diligit deus hũc
Rom.5. ripit: & flagellat omnẽ filium quem recipit, sicut dicit Apostolus, Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia aũt probationem, & legimus, & audimus, & credendum est arborẽ vitæ, plenitudinem scien-
2.sentẽt. tiæ, flammea framea custodiri. Nemo ergo
dist. 29. potest peruenire ad arborem vitæ nisi per
cap. ve- has duas. i. per tolerantiam molestiarum, &
ro in fi- scientiæ plenitudinem. Sed tolerantia mole-
ne. stiarum omnibus ferè in hac vita subeunda
K est, tendentibus ad arborem vitæ. Plenitudo autem scientiæ videtur paucioribus prouenire: vt quasi non omnes qui perueniunt ad arborem vitæ, per scientiæ plenitudinem veniant, quanuis omnes tolerantiam molestia-
Rom.15 rum, id est, flammeam frameam versatilem
senciant. Sed si attendatur quod Apostolus dicit, Plenitudo aũt legis charitas, & videamus eandẽ legis charitatem præcepto illo ge-
Matt.22 mino contineri: Diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Et, diliges proximum tanquam teipsum. In quibus duobus præceptis tota lex pẽdet & prophetæ: sine dubitatione intelligimus ad arborem vitæ nõ solum per flammeam frameam versatilem. i. per tolerantiam temporalium molestiarum, sed etiã
i.Co.13. per plenitudinem scientiæ. i. per charitatem
Adam veniri: quia si charitatem, inquit, non ha-
Xps Eua beam, nihil sum. Sed in hoc sermone pollici-
Ecclesia. tus sum considerationem rerum factarum
Cap. 24 quam puto explicatam: & deinde considerationem prophetiæ, quæ remaneat explicãda iam breuiter. Posito enim tanq̃ signo quo-
Ephe.5. dam manifesto, quò cætera dirigantur, non
L diu nos, quantũ arbitror, ista consideratio detinebit. Dicit.n. Apostolus, sacramentũ magnum esse, quod dictum est, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quod ipse interpretatur subijciendo: Ego
ãt dico in Christo & in Ecclesia. Ergo quod Ioan.15.
per historiam impletum est in Adã, per prophetiam significat Christũ, qui reliquit patrem, cum dicit: Ego à patre exiui, & veni in hunc mundum. Sed non loco reliquit, quia deus loco non continetur, neq; auersione peccati, sicut apostatæ relinquunt deũ: sed apparendo hominibus in homine, cũ ver Ioan. 1.
bum caro factum est, & habitauit in nobis. Quod ipsum non commutationem naturæ dei significat, sed susceptionem naturæ inferioris personæ, id est, humanæ. Ad hoc valet
etiam quod dicitur: Semetipsum exinanuit, Phili.1.
quia non in ea dignitate apparuit hoibus, in qua est apud patrem, blandiens eorum infirmitati, qui cor mundum nondum habebant vnde videretur verbum in principio deus apud deum. Quid est ergo quod diximus, Reliquit patrẽ: nisi reliquit apparere hominibus sicut est apud patrem? Itẽ reliquit & matrẽ, id est, synagogæ veterem atq; carnalẽ obseruantiam, quæ illi mater erat ex semi Rom.1.
ne Dauid secundum carnem, & adhęsit vxo M
ri suæ. i. ecclesiæ, vt sint duo in carne vna. Dicit.n. Apostolus ipsũ esse caput ecclesiæ, & ecclesiã corpus eius. Ergo & ipse soporatus est dormitione passionis, vt ei coniunx Col. 1.
ecclesia formaretur, quam dormitionem can Psal. 3.
tat per prophetam dicens, Ego dormiui & somnum cœpi, & exurrexi, q̃m dominus suscepit me. Formata est ergo coniunx ecclesia de latere eius. i. de fide passionis & baptismi. Nã percussum latus eius lancea, sangui- Ioan.19.
nem & aquam profudit. Factus autem, vt Rom.1.
supra dixi, ex semine Dauid secundum carnem, sicut Apostolus dicit, id est, tanquam de limo terræ, cũ homo nõ esset qui operare tur in terra, quia nullus homo operatus est
in virgine de qua natus est Christus. Fons Gene.2.
aũt ascendebat de terra & irrigabat omnem faciem terrę. Facies terræ, id est dignitas terræ, mater domini virgo Maria rectissime accipitur, quam irrigauit spiritusanctus q̃ fontis & aq̃æ nomine in Euangelio significa- Ioan. 7.
tur, vt qualis de limo terræ, talis homo ille fieret, qui constitutus est in paradiso, vt operaretur ibi & custodiret, id est, in voluntate patris, vt eam impleret atque seruaret.
Nã præceptũ quod accepit, nos accepimus A
in illo, quia vnusquisq; Christianus non in- Accom
congrue sustinet personam Christi, dicente modat
ipso domino, Quod fecistis vni ex minimis allego-
meis, mihi fecistis. Atq; vtinam fruere- riã ad
mur sicut est præceptũ omni ligno paradisi nũ quẽ
quod

libet ho- quod spiritales delicias, Fructus autem spiri-
minem . tus est, charitas, gaudium pax, longanimitas,
Ca.25. benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, con-
Galat.5. tinentia, sicut Apostolus dicit: & non tange-
remus lignum in medio paradisi plantatum
scientiæ boni & mali, id est, ne vellemus su-
perbire de natura nostra, quę sicut iam dixi-
mus media ē, vt decepti experiremur, quod
interfit inter simplicem fidem catholicam,
& fallacias hæreticorum. Ita enim peruenie-
mus ad dignoscentiam boni & mali. Nam
1.Co.11. oportet, inquit, etiam hæreses esse vt probati
manifesti fiant inter vos. Etenim serpēs ille
secundum prophetiā, hæreticorū venena si-
gnificat, & maxime istorum Manichæorū, &
quicunq; veteri testamēto aduersantur. Nō
enim aliquid manifestius prænunciatū arbi-
tror, q̄ istos in illo serpente, vel potius illum
in istis esse vitandum. Nulli enim loquacius
atq; iactantius ꝓmittunt scientiam boni &
B mali, & in ipso homine tāquam in arbore q̄
plantata est in medio paradisi eam dignoscē-
tiam demonstraturos se esse præsumunt: &
etiam illud quod dictum est, Eritis sicut dij,
Gene.3. qui alij magis dicunt quàm isti qui per suam
superbam vanitatem, eandē superbiā persua-
dere conantes, affirmāt aiam naturaliter hoc
esse quod Deus est? Et ad quos magis ꝓtinet
apertio carnaliū oculorū q̄ ad istos, qui reli-
cta interiore sapiētiæ luce solē istum, q̄ perti
net ad oculos corporis adorare compellunt?
Et omnes quidem hæretici generaliter scien
tiæ pollicitatione decipiunt, & reprehendūt
eos, quos simpliciter credentes inuenerunt,
& quia omnino carnalia persuadent, quasi
ad carnalium oculorum apertionem conan-
tur adducere, vt interior oculus excæcetur.
Serpens Sed istis etiam corpora sua displicent, nō ꝓ-
hæreti- pter pœnalem mortalitatem, quam peccan-
cus Eua do meruimus, sed ita vt negent Deū esse cor-
Ecclesia. porum conditorem, tanquam apertis oculis
Cap.26. carneis nuditas ista displiceat, Sed nihil ue-
Gene.3. hemētius istos desinat, & notat q̄ quòd dicit
serpēs, Nō morte moriemini. Scieba⁊n. deus
qm qua die ederitis, apient oculi vestri. Sic
.n. isti credūt, ꝙ serpens ille Christus fuerit,
& Deū nescio quē gētis tenebrarū, sicuti af-
C firmāt, illud præceptū dedisse confingūt, tan
quā inuideret hoibus scientiam ꝺboni & ma-
Ophitę. li. Ex ista opinione etiam nescio quos serpen
tinos natos esse arbitror, qui serpentem pro
1.Co.11. Christo colere dicuntur, nec attēdunt Apo-
stolum qui ait, Metuo ne sicut serpēs Euam
seduxit astutia sua, sic & sensus uestri cor-
rumpantur. Hos ergo per istam prophetiam
præfiguratos esse existimo. Seducitur autem
verbis huius serpentis carnalis nostra con-
cupiscentia, & per illam decipitur Adam,
non Christus, sed Christianus: qui si præce- Rom.1.
ptum Dei seruare vellet, ex fide perseueran-
ter viueret, donec idoneus fieret intelligen-
tiæ veritatis, id est, si operaretur in paradiso
& custodiret quod accepit, non veniret in il-
lam deformitatem, vt cum sibi displiceret ea
ro quasi nuditas sua, carnalia magis tegumē-
ta mendaciorū, tanquā folia fici colligeret,
quibus sibi faceret succinctoriū. Hoc.n. isti
faciunt, cū de Cro mentiuntur, & ipsum mē
titum esse prædicant, & tanquam abscondūt
se à facie Dei ad sua mendacia ab illius veri- 2.Ti.4.
tate conuersi, sicut Apostolus dicit, Et à veri
tate quidem auditum conuertent, ad fabulas
autē cōuertētur, & ille quidem serpēs, id est,
ille error hęreticorum, tentat ecclesiā, contra
quē clamat Apostolus cum cum dicit: Me-
tuo ne sicut serpēs Euā seduxit astutia sua, D
sic & sensus vestri corrumpantur. Ille ergo 2.Co.ii.
error pectore & ventre serpit, & terrā man-
ducat. Non.n. decipit, nisi aut superbos, qui
sibi arrogantes quod nō sunt, cito credunt,
ꝙ summi Dei & aiæ humanæ vna eademq;
natura sit: aut desyderijs carnalibus implica-
tos, qui libenter audiunt ꝙ quicquid lasciue
faciunt, non ipsi faciunt, sed gens tenebrarū;
aut curiosos, qui terrena sapiunt, & spiritalia
terreno oculo inquirunt. Erunt autē inimi- Gene.3.
citiæ inter istū & mulierem, & inter semen
eius & semē mulieris, si pariat ista filios quā
uis cum doloribus, & se ad virū suum con-
uertat, vt eius ipse dñetur. Tūc enim potest
cognosci non aliam partem in nobis pertine
re ad authorē Deum, & aliam ad gentē tene
brarum, sicut isti dicunt: sed potius & illud
quod regēdi habet potestatē in hoie, & illud 1.Co.11.
inferius quod regendū est ex Deo esse, sicut
dicit Apostolus: Vir quidem non debet ve-
lare caput, cum sit imago & gloria Dei, mu-
lier autem gloria viri est. Non enim vir ex
muliere, sed mulier ex viro. Etenim nō crea E
tus est vir propter mulierem, sed mulier pro
pter virum: propterea debet habere vela-
men mulier super caput propter angelos.
Veruntamen neque mulier sine viro, neque
vir sine muliere in dño: sicut.n. mulier ex
viro, ita & vir per mulierē: omnia autem ex
Deo. Laboret iā Adā in agro suo, & ꝙ spi- Labor
nas & tribulos ei parit terra, intelligat non Adæ, &
naturæ esse, sed pœnæ: & hoc nō nescio cui cultu ra
genti

terrę q̄d gēti tenebrarum, sed diuino iudicio tribuat:
Cap.27. quia moderamē iustitiæ est sua cuiq: tribue
re. Tribuat ergo ipse mulieri escam cœle-
stem, quam accepit à capite suo qui est Chri
stus: non ab illa accipiat uetitum cibū id est
hæreticorū fallaciā cū magna pollicitatione
scientiæ, & quasi secretorum adapertionem,
quo fiat ad decipiendū error ipse conditior.
Hæreticorū quippe superba & curiosa cupi
Prou.9. ditas in libro. Prouerbiorū clamat sub mu-
lieris imagine, & dicit: Qui stultus est di-
uertat ad me: & inopes sensu exhortatur di-
cens, Panes occultos edite libenter, & aquā
dulcem furtiuam bibite. Et necesse est tū, cū
& illa quisq; crediderit, præcedente libidi-
ne mentiendi, qua Chm mentitum esse cre
dit, accipiat etiam tunicam pelliceam diuino
iudicio. Quo noie mihi uidetur in prophe-
F tia significari non corporis mortalitas, quæ
significat in historia, de qua iam tractatum
est, sed de carnalibus sensibus attracta phan-
tasmata, quæ carnaliter mentientem diuina
lege consequuntur & contegunt: atq; ita
de paradiso, id est de catholica fide & veri-
tate dimittitur habitaturus contra paradi-
sum, id est eidē fidei contradicturus. Qui si
aliquādo se ad Deū conuerterit ꝓ flammeā
frameā, id est per tpales tribulationes sua.s.
peccata cognoscendo & gemendo, & nō iā
extraneā naturā, quæ nulla est, sed seipsum
accusando, ut ipse ꝓ conuersionē ueniā me-
reatur, & per plenitudinē scientiæ, quæ est
charitas, diligendo Deum, qui supra oia est
incōmutabilis, & diligendo ex toto corde, &
ex tota anima, & ex tota mente: & diligen-
do proximum tanquā seipsum, perueniet ad
Matt.22 arborē uitæ, & uiuet in æternum. Quid
Per epi- habent ergo isti, q̄d in his literis ueteris te-
logū re- stamenti reprehendant? Interrogent sed m
fellit sin- morem suum, & rñdeamus sicut dñs dona-
gula. re dignat. Quare fecit deus, hoiem, inquiūt,
Cap.28. quem peccaturum sciebat? Quia & de pec-
cante multa bona facere poterat, ordinās eū
secundū moderamen iustitiæ suæ: & quia ni
G hil oberat Deo pctm eius: & siue non pecca-
ret, mors nulla esset: siue quia peccauit, alij
mortales de pctō eius corriguntur. Nihil.n.
sic reuocat hoies à pctō, quemādmodū im-
minentis mortis cogitatio. Sic eum faceret,
inquiunt, vt nō peccaret. Imò ipse hoc face-
ret, Sic enim factus est, ut si noluisset, nō pec
caret. Non admitteretur, inquiunt, diabolus
ad eius mulierem. Imo ipsa ad se diabolum
non admitteret: Sic enim facta est, ut, si no-
luisset, nō admitteret. Non fieret, inquiunt,
mulier. Hoc est dicere, nō fieret bonū: quia
& ipsa utiq; aliquod bonum est, & tantum
bonū, ut Apostolus eam gloriā uiri esse di- 1.Co.11.
cat: Omnia certe ex Deo. Quis fecit diabo-
lū? Seipse: Non.n. natura, sed peccādo diabo
lus factus est, Vel ipsum, aiunt, non faceret
deus, si eū peccaturū esse sciebat. Imò, quare
non faceret cū per suā iustitiā, & prouidētiā
multos de malitia diaboli corrigat. An forte
non audistis Apostolum Paulum dicentem: 1.Tim.1.
Quos tradidi satanæ, vt discant nō blasphe- 12.Co.12
mare? Et de seipso dicit: Et ne magnitudo re
uelationum extollat mē, datus est mihi sti-
mulus carnis, angelus satanæ qui me cola-
phizet. Ergo, inquiunt, bonus est diabolus,
quia utilis est? Imò malus inquātū diabolus H
est, sed bonus & omnipotens Deus est, qui
etiā de malitia eius multa iusta & bona ope-
ratur. Non enim diabolo imputatur, nisi
voluntas sua, qua conatur facere male, non
Dei prouidentia quæ de illo bene facit. Per con-
Postremò qm cum Manichæis nobis de tentionē
religione quęstio est, quæstio autem religio- confert
nis est quod de Deo pie sentiatur, quoniam Ecclesiæ
negare non possumus in miseria peccatorē dogmata
esse genus humanum. Illi dicunt naturā dei cū Ma-
esse in miseria: Nos negamus, sed dicimus nichæo-
eā naturā esse in miseria, quam de nihilo fe- rum er-
cit Deus, & ad hoc uenisse non coactam, sed roribus.
uoluntate peccandi. Illi dicunt naturā Dei Cap.29.
cogi ab ipso Deo ad pœnitentiā peccatorū:
Nos negamus, sed dicimus eam naturam
quam Deus fecit de nihilo, posteaquam pec
cauit cogi ad pœnitentiam peccatorum. Illi
dicunt naturam Dei ab ipso Deo accipere
ueniam: Nos negamus, sed dicimus eam na-
turam quam fecit Deus de nihilo si se à pec-
catis suis ad Deū suum conuerterit, accipe-
re ueniam peccatorum. Illi dicunt naturam
Dei necessitate esse mutabilem: Nos ne-
gamus, sed dicimus eam naturā quam Deus I
fecit de nihilo, uoluntate esse mutatam. Illi 1.Retra.
dicunt naturæ Dei nocere aliena peccata: cap. 10.
Nos negamus, sed dicimus nulli naturæ
nocere peccata, nisi sua: & Deum dicimus
tantæ bonitatis esse, tantæ iustitiæ, tantæ
incorruptionis, vt neque peccet, neque ipse
alicui noceat qui peccare noluerit, nec ipsi
aliquis qui peccare noluerit. Illi dicunt es-
se naturam mali cui Deus coactus est natu- 1.Retra.
ræ suæ partem dare cruciandam. Nos dici- cap. 10.
mus nullum malū esse naturæ; sed oēs natu-
ras bonas eē, & ipsum deū summā esse natu-
ram,

ram,cæteras ex ipso esse naturas, & oēs bonas inquātū sunt:qm̄ fecit deus oia bona valde,sed distinctionis gradibus ordinata,vt sit aliud alio melius. Atq; ita omni genere bonorum vniuersitas ista compleatur, quæ quibusdam perfectis,quibusdam imperfectis,tota perfecta est. Quam deus effector conditorq; eius iusto moderamine administrare non cessat,qui omnia bona facit voluntate, nihil mali patitur necessitate. Cuius enim voluntas superat omnia,nulla ex parte quicquam sentit inuitus. Cū ergo illa illi,& nos ista dicimus, vnusquisq; eligat quod sequatur.Ego enim quod bona fide corā deo dixerim,sine vllo studio cōtentionis, sine aliqua dubitatione veritatis, & sine aliquo prætudicio diligentioris tractationis, quæ mihi videbantur exposui.

K

Regula prima clericis tradita,vt habebat titulus. Obsecro te lector quid habent frontis ac mentis qui tales næ-nias asscribunt talis viro?

Cap. 1.

COmmuni definitione decreuimus apud vos quod n unquam postmodum ab vllo poterit infringi. Residētibus nobis in monasterio in nomine dñi nostri Iesu Christi, omnibus placuit secundum Apostolicā tra-
Sapiēs.2 ditionem, vnum sentire in domino & cōiter possidere.Sicut scriptum est: Vnum sentite
Act.1.et in domino: Et nemo quidem proprium sibi
4. vendicet quicquam, sed fiat sicut scriptū est in actibus Apostolorum: Habentes omnia communia,nemo quicquam esse suum dicebat, quod à nobis scriptum est.In domino ergo iure obseruationis nos teneamus, & in
Mat. 10 eo vsq; in finem permaneamus quoniam in
Cap. 2. lege scriptum est: Qui perseuerauerit vsq; in finem,hic saluus erit.Si quis autem venire desyderat ad congregationem fratrum,
Mat.19. qui in vnū esse videntur, non ignoret Euangelij dictum,quod dixit: Vendat omnia sua, & eroget egenis & pauperibus. Et sterum: Abneget semetipsum, sibi tollat & crucem
L suam & sequatur me. Et ne tractet in corde suo,de victu aut vestitu & cęteris quę necessaria sunt corpori,ipso dño prēmonente in Euangelio & dicente: Nolite cogitare di-
Matt. 9. centes quid edetis, aut quid vestiemini, hoc enim gentes cogitant. Scit pater vester quia horum omnium indigetis. Quęrite primū
Cap. 2. regnum dei,& iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis. Veruntamen antequam statuat esse in monasterio, probet propositū fratrum atq; exemplum,& ipse probetur in omni conuersatione ab illo qui prior est, & cæteris consentientibus, propter illud quod scriptura docet & admonet, dicens: Amicū Cap. 4.
noli cito comprobare.Sed si contigerit vt aliquis ex qualibet causa necessitatis à monasterio fuerit abstractus, ne vel mente concipiat secum aliquid ferre de ijs omnibus,quę in monasterio fuerunt, siue etiam quæ secū aliquando attulerat, siue ea quæ cum fratribus acquisierat:quia certum est fratres nihil habere, possidere,dare vel accipere debere sine superioris licentia. Quòd si propinquus vel amicus vel quilibet frarrum aliquid offerre voluerit,primo quidem priori insinuetur, & sic suscipiatur si ipse mandauerit, de M
quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod priori placuerit,vel permiserit,quoniam valde verendum est,ne sibi eueniat quod scriptū est: Prou.13
Vir mutabilis in lingua incidit in mala. Et iterum, vt nullum omnino de fratribus secum prouocet,ne magis destructor, q̄ ædificator monasterij videatur, propter id quod scriptum est:Qui non est mecum,cōtra me est,& qui mecum non congregat, dispergit. quicunq; prouocatus ab aliquo, de monaste loco pre
rio voluerit abscedere, aut redarguat prouo positi ve
cantem:aut ante indicet Præposito, cui vti- terale-
que de ijs quæ in communi decreuimus,nihil esse censeo subtrahendum,quia scriptum sbyteri.
est:Pacifici sint tibi multi, sed vnus ex mille i. abba-
sit tibi consiliarius. Igitur hæc q̄ scripta sunt tis.
cum summa diligentia obseruanda sunt à Eccle.6.
Præposito vsq; ad omnes fratres. Et si quis Cap. 5.
ab aliquo doctrinam audierit præterquam in monasterio cōsecutus est ab eo cui se credidit,hanc autem suscipiat, & eam non subtrahat doctori, quia scriptū est:Omne quod manifestatur, lux est. Si enim bona fuerit collaudanda est:Si verò praua, reprobanda. Ephe.5.
De ijs autem fratribus qui in vnitate consi- Cap. 6.
stunt,si quis subito aduersus Præpositum al Mat.18.
tercatus fuerit non solum semel, sed secundo & tertio,vt Euangelium docet, licet exorare. Si autem noluerit se emendare,ille cui iniuriam irrogatus est post primam vel secū
dam correctionem, qui non renocauerit cō- A
tumacē, denunciet & illud Præposito, ne p
taciturnitatem & ille & frater suus pericli-
tentur,sicut Salomon ait: Qui occultat inimicitiam,instruit dolum. Si verò vt fieri solet incursio repentina superuenerit aut hostilitas, vt impossibile sit fratribus in vnum Sap.5.

fugam petere propter insecutionem inimicorum,& postmodū Deo fauente euaserint, & potuerint peruenire vbi Præpositum esse cognouerint, veluti filij ad patrem festinare debebunt: Nec vllo modo poterunt separari,quos diuina charitas sociauit,quia scriptū
1.Ioā.4. est: Perfecta dilectio foras mittit timorem.
Cap.8. Si quis āt quod super diximus causa necessitatis detinet id quod à monasterio secū portauit,necesse habebit vbi Prępositus suus est,illud perferre: quia non poterit sibi retinere quod per pactum ad omnes pertinet,& Deo vtiq; est consecratum. Sed si cogitauerit de his aliquid retinere,contra dictū Apo
Ro. 13. stoli agere vī,qui ait: Nemini quicq̄ debea-
Cap.9. tis,nisi vt inuicē diligatis vos. Omnia ergo quæ in isto libro continentur,omnes frēs obseruent, atq; subscribant qui boni esse desyderant. Verum p̄p illos sunt cauta.i.scripta, qui in omnibus stabiles esse noscuntur.

Regula secunda.

Cap.1. ANte omnia fratres charissimi diligatur
Mat.22. Deus, deinde & ꝓximus, quia ista ꝑcepta principaliter nobis sunt data: Qualiter
B āt oporteat nos orare vel psallere describimus: Id est,in matutinis dicantur psalmi octoginta octo cum debitis antiphonis,versibus & responsorijs. Ad primam & tertiam dicantur sui psalmi, antiphonæ duæ, lectiones duæ. Simili modo ad sextam & nonam dicantur sui psalmi cum debitis responsorijs & antiphonis. Hoc idem in vesperis & cōpletorijs seruetur. Ad lucernariū āt psalmus,rūsorium vnū, antiphonæ tres,lectiones tres. Et tēpore opportuno post lucernariū oibus sedentibus,legātur lectiones. Nocturnæ āt orationes mense Nouēbri, Decēbri, Ianuario & Februario, antiphonæ duodecim,psalmi sex,lectiones tres. Martio, Aprili,Septembri, Octobri, antiphonæ decē, psalmi quinq;,lectiones tres. Maio, Iunio, Iulio,& Augusto,antiphonæ octo,psalmi qua-
Cap.2. tuor,lectiones duæ. Operent à mane vsq; ad sextam, & à sexta vsq; ad nonā vacent lectioni,& ad nonā reddant codices. Et postq̄ refecerint siue in horto,siue vbicunq; necesse fuerit,faciant opus vsq; ad horam lucerna
Act.2. rij. Nemo sibi aliquid vendicet propriū,si-
&.4. ue in vestimento,siue in quacunq; re: Apostolica.n. vita optamus viuere. Nemo cum
C murmure aliquid faciat, vt non simili iudicio murmuratorū pereat. Fideliter obediāt. Hi patrem suū post Deū honorent, Pręposito suo deferant sicut decet sctōs. Sedentes ad mēsam,taceant audiētes lectionē. Si āt aliquid opus fuerit, Præpositus eorū solicitus sit. Sabbato & dñica sicut cōsuetudo est, qui volunt vinū accipiant. Si opus fuerit ad Cap.3.
aliquā necessitatē mitti duo eant. Nemo extra monasterium sine præcepto manducet neq; bibat: Non enim hoc ad disciplinam pertinet monasterij. Si opa monasterij mittant fratres vēdere,solicite caueant, ne quid faciant cōtra ꝑceptū, sciētes,qm̄ exacerbant dominū in sctis suis. Si aliquid emāt ad necessitatem monasterij, solicite & fideliter vt
serui Dei agant. Ociosum verbū apud il- Cap.4.
los non sit. Mane ad opera sua sedeant, post orationē tertiæ eant ad opera sua, non stantes fabulas contexant,nisi forte aliquid sit ꝓ vtilitate animæ. Sedentes ad opera taceant, nisi forte necessitas operū exegerit vt loquatur quis. Si quis āt non omni virtute adiu Cap.5.
uante misericordia Dei hæc conatus fuerit implere,sed contumaci animo despexerit, semel atq; iterū commonitus, si non emendauerit, sciat se subiacere disciplinæ monasterij sicut oportet:Si āt talis fuerit ætas ipsius, D
vapulabit. Hæc aūt in nomine Christi fideliter & pie obseruantes,& vos proficietis, & nobis non parua erit de vestra salute consolatio. Hæc sunt quæ obseruetis, præcipimus in monasterio constituti.

Regula tertia.

ANte oīa fratres charissimi diligaī deus, Cap. 1.
deinde proximus, quia ista ꝑcepta sunt Hāc pri
principaliter nobis data. Hæc igit sunt, q̄ vt mā elau
obseruetis ꝑcipimus in monasterio cōstitu- sulā ue-
ti. Primū p̄p quod vnū estis cōgregati, vt tera non
vnanimiter habitetis in domo dñi, & sit vo habent.
bis aīa vna & cor vnū in Deo: Et nō dicatis aliq̄d propriū, sed sint vobis omnia cōia.

Et distribuatur vnicuiq; vestrū à pręposito vestro victus & tegumentū, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter præualetis oēs,sed potius vnicuiq; sicut cuiq; opus fuevit. Sic.n.legitis in Actibus Apostolorum: Quia erāt illis oīa cōia, & distribuebatur vnicuiq; sicut cuiq; opus erat. Qui aliq̄d habebant in seculo, qm̄ ingressi sunt monasteriū libenter velint illud esse cōe. Qui āt non habebant, non ea q̄rant in monasterio, q̄ nec foris hre potuerunt. Sed tm̄ eorum infirmitati quod opus est tribuatur,ēt si paupertas illorū qm̄ foris erant nec ipsa necessaria poterat inuenire. Tantum non ideo se putent esse fœlices,quia inuenerunt victū et

tegumentum quale foris inuenire non poterant: nec erigant ceruicem,quia sociantur eis ad quos foris accedere non audebant: sed sursum cor habeat, & terrena vana nō quærant, ne incipiant esse monasteria diuitibus vtilia,non pauperibus, si diuites illic humiliantur & pauperes illic inflantur. Cap.5. Rursus etiam illi qui aliquid esse videbantur in seculo,non habeant fastidio fratres suos, qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt. Magis autem studeant non de parentum diuitum dignitate,sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur si communi vitæ aliquid de suis facultatibus cōtulerunt: nec de suis diuitijs magis superbiant,quia eas monasterio patiuntur, quàm si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quæcunq; iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: superbia verò etiam bonis operibus insidiatur, vel pereant. Et quod prodest dispergere dando pauperibus & pauperem fieri,cum aīa misera superbior efficitur diuitias Cap.6. contemnendo, q̄ fuerat possidendo. Oēs ergo unanimiter & concorditer viuite,& honorate in vobis Deum inuicem, cuius tēpla Caap.7. facti estis. Orationibus instate, horis & Cap.8. temporibus constitutis. In oratorio nemo H aliquid agat nisi ad quod factum est,vnde & 42. dist. nomen accepit: vt si forte aliqui etiam præ1.In oratorio. ter horas cōstitutas,si eis vacat,orare voluerint,non eis sint impedimēto qui ibi aliquid Cap. 9. agendū putauerint. Psalmis & hymnis cū Cap.10. oratis Deū, hoc versetur in corde qđ ꝓfertur in voce. Et nolite cātare,nisi qđ legitis esse cātandū. Qđ āt nō ita scriptū est ut cā- Cap.11. tetur,non cantetur. Carnem vestram do Cap.12. mate ieiunijs & abstinētia escę & potus,quā tum valetudo permittit. Quando autem aliquis non ꝓt ieiunare non tū extra horam prandij aliquid alimentorum sumat, nisi cū Cap.13. ægrotat. Cū acceditis ad mensam donec inde surgatis,qđ vobis secundū consuetudinē legitur sine tumultu & contētionibus audite,nec solæ vobis fauces sumāt cibum, sed Cap.14. & aures esuriant dei verbū. Qui infirmi sunt ex pristina cōsuetudine,si aliter tractantur in victu, non debet alijs molestum esse, nec iniustum videri eis quos fecit aliqua cōsuetudo fortiores. Nec illos fœliciores putent,quia sumunt quod non sumunt ipsi:sed sibi potius gratulentur,quia valent quod nō Cap.15. valent illi. Et si eis qui venerūt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum,vestimentorū,operimentorū datur,quod alijs fortioribus, & ideo fœliciorībus non datur, cogitare debent quibus non I datur, quantum de sua seculari vita illi ad istā descenderint quanuis vsq; ad aliorū qui sunt corpore firmiores frugalitatē peruenire nequierint. Nec debent velle oēs,ꝙ paucos vident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerātur accipere:ne cōtingat dete standa peruersitas,vt in monasterio vbi quā tū possunt,fiunt diuites laborioſi,fiāt paupe Cap.16. res delicati. Sanè quemadmodū ægrotantes necesse habent minus accipere ne grauētur, ita & post ęgritudinē sic tractandi sunt,vt citius recreentur,etiamsi de humillima seculi paupertate venerunt, tanq̄ hoc illis contu- Cap.17. lerit recentior ægritudo, quod diuitibus anterior consuetudo. Sed cum vires pristinas reparauerint,redeant ad fœliciorem consuetudinem suam: Quæ famulos dei tanto amplius decet,quanto minus indigent: nec ibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos necessitas leuarat infirmos. Illos æstiment ditiores, qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores: Melius est enim minus egere, q̄ Cap.18. plus habere. Non sit notabilis habitus ve- K ster,nec affectetis vestibus placere, sed mori Cap.19. bus. Quando proceditis,simul ambulate: Cap.20. cum veneritis quo itis, simul state. In incessu,statu,habitu, in omnibus motibus vestris nihil fiat,quod cuiusquā offendat aspectū,sed quod vestrā deceat sanctitatē. Ocu- Cap.21. li vestri & si iaciuntur in aliquā fœminarū, figantur in nulla. Neq; enim qñ proceditis fœminas videre prohibemini: sed appetere, aut ab ipsis appeti velle, criminosum est. Nec solo tacito affectu, sed affectu quoq; & aspectu appetitur & appetit concupiscentia fœminarū. Nec dicatis uos habere animos pudicos,si habeatis oculos impudicos:qa impudicus oculus, impudici cordis est nūcius. Et cum seinuicem sibimet, etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nunciant impudica,& secundū concupiscentiam carnis alterutro delectantur amore,etiam intactis ab immunda violatione corporibus,fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet qui in fœminā figit oculum,& illius in se ipse diligit fixum, ab alijs se non videri cū hoc fecerit: Videtur oino,& à quibus se videri nō arbitratur. Sed ecce lateat,& à nemine homi- L nū videatur,quid faciet de illo desuper inspectore,quem latere nihil potest? An ideo putandus est non videre,quia tanto videt patiē tius,quanto sapientius? Illi ergo vir sctūs timeat

meat displicere,ne velit fœminæ male placere. Illū cogitet oīa videre, ne velit fœminā male videre. Illius nanq; & in hac causa cōmendatus est timor,vbi scriptū est: Abomi- Cap.22. natio est dño defigens oculū. Qñ ergo simul estis in Ecclesia, & vbicunq; vbi fœmi- Cap.23. næ sunt,inuicem vestrā pudicitiā custodite. Deus .n.qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis. Et si hanc de qua loquor oculi petulantiam in aliquo vestrum aduerteritis,statim admonete, ne cœpta progrediantur, sed de proximo corrigantur. Si aūt & post admonitionē iterū vel alio quocunq; die idipsum cū facere videritis, iā velut vulneratū sanandum prodat quicūq; Mat.18. hoc potuerit inuenire. Prius tū & alteri vel 5.q. 5.c. tertio demonstrandū, vt duorum vel trium Nō vos posit ore conuinci, & cōpetenti seueritate iudicetis. coerceri. Nec vos iudicetis esse maleuolos quando hoc indicatis. Magis quippe innocētes nō estis,si fratres vestros, quos indicādo corrigere potestis,tacēdo perire permittitis. M Si.n.frater tuus vulnus habet in corpore,qđ velit occultari cū timet secari,nonne crudeli ter abs te fileretur & misericorditer indicaretur? Quāto ergo potius debet manifestare,ne deterius putrescat in corde? Sed anteq̄ aliis demonstretur,per quos cōuincēdus est si negauerit,prius Præposito debet oīndi, si admonitus neglexerit corrigi,ne forte possit secretius correptus non innotescere cæteris. Si aūt negauerit,tunc neganti adhibēdi sunt alii,vt iā corā oibus posit nō ab vno teste arguī,sed à duobus vel tribus conuinci. Conuictus vero secundū Præpositi vel ēt ꝓsbyteri, ad cuius dispensationē ptinet,arbitriū debet emendatoriā subire vindictam. Quā si ferre recusauerit, etiam si ipse non abscesserit, de vestra societate proijciatur. Non enim et hoc fit crudeliter,sed misericorditer,ne con- Cap.24. tagione pestifera plurimos perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figendo,etiam in ceteris inuēniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, vindicandisque peccatis diligēter & fideliter obseruetur,cum dilectione Cap.25. hominum,& odio vitiorum. Quicunque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occulte ab aliquo litteras vel quodlibet munus accipiat, si hoc vltro confitetur, par A catur illi,& oretur pro illo. Si autem deprehenditur atq; conuincitur, secundum arbitriū Presbyteri vel Præpositi grauius emen Cap.26. detur. Vestes vestras in vnū habeatis sub vno custode, vel duobus, vel quot sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne à tinea lædantur. Et sicut pascimini ex vno cellario,sic induamini ex vno vestiario. Si fieri potest, non ad vos pertineat qđ vobis indumentū pro temporum congruentia ꝓferatur, vtrū hoc recipiat vnusquisque quod deposuerat, an aliud quod alter habuerat,dum tū vnicuique prout cuiq; opus est non negetur. Si autē hinc inter vos contentiones & murmura oriūtur,cū q̄ritur aliquis deterius se accepisse q̄ prius habuerat, & indignum se esse qui non ita vestiatur sicut alius frater eius vestiebatur, hinc vos probate quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Tū si sic vestra toleratur infirmitas, vt hoc recipiatis quod posueritis, in vno tamen loco sub communibus custodibus habete qđ ponitis. Ita sa Cap.27. nè, vt nullus sibi aliquid operetur, sed oīa opera vestra in vnū fiāt, maiori studio & frequētiori alacritate, quàm si vobis singulis sa B ceretis propria. Charitas.n.de qua scriptum est,ꝙ non quærat quæ sua sunt, sic intelligitur, quia communia proprijs, non propria cōmunibus anteponit. Et ideo quanto amplius rē cōmunē,q̄ propria vestra curaueritis,tanto vos amplius proficere noueritis: vt in oibus quibus vtitur transitura necessitas, superemineat q̄ permanet charitas. Con- Cap.28. sequens ergo est, vt etiam qui suis filijs aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquam contulerit vestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiatur, sed sit in potestate Præpositi, vt in rem communem redactum, cui necessarium fuerit ꝓbea- Cap.29. tur. Quòd si aliquis rem sibi collatā celā- Cap.30. uerit,furti iudicio condēnetur. Indumēta vestra secundum arbitriū Prępositi lauent, siue à vobis, siue à fullonibus, ne interiores aīæ sordes contrahat mundæ vestis nimius appetitus. Lauacrū etiam corpori cum in- Cap.31. firmitatis necessitas cogit, minime denegetur. Fiat sine murmure de consilio medici, ne, ita vt etiam si noluit,iubente Præposito, faciat qđ faciendū est ꝓ salute. Si aūt velit, & forte non expedit,suæ cupiditati non obediatur. Aliquando enim ēt si noceat,prodesse creditur quod delectat. Denique si latens C est dolor in corpore,famulo dei dicenti quid sibi doleat,sine dubitatione credatur. Sed tū vtrum sanando illi dolori quod delectat expediat,si non est certum, medicus consulatur. Nec eant ad balnea, siue quocunque Cap.32. ire

ire neceſſe fuerit minus quàm duo vel tres. Et ille q habet aliquo eundi neceſsitatē, cū
Cap.33. q bus Præpoſitus iuſſerit ire debebit. Aegrotantiū cura, ſiue poſt ægritudinē reficiēdorū, ſiue aliqua imbecillitate etiam, ſiue febribus laborantium, vni alicui debet iniungi, vt ipſe de cellario petat quod cuiq; opus
Cap.34. eſſe pſpexerit. Siue aūt q cellario, ſiue qui veſtibus, ſiue qui codicibus pponuntur, ſine
Cap.35. murmure ſeruiant fratribus ſuis. Codices certa hora ſingulis diebus petantur: extra ho
Cap.36. ram qui petierit, non accipiet. Veſtimenta vero & calciamenta quando indigentibus fuerint neceſſaria, dare non differāt ſub quo
Cap.37. rū cuſtodia ſunt q̄ poſcuntur. Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrime finiatis, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animam faciat homicidam. Sic
1.Ioā.3. enim legitis: Qui odit fratrem ſuum homi-
Cap.38. cida eſt. Quicunque conuitio vel maledi
D cto vel etiam criminis obiectu aliquem læſit, meminerit ſatisfactione quantocyus curare q̄d fecit, & ille qui læſus eſt ſine diſceptatione dimittere. Si aūt inuicē ſe læſerint, inuicem ſibi debita relaxare debebunt, propter orationes veſtras, quas vtique quanto crebriores habetis, tanto ſaniores habere debetis. Melior eſt autē qui quanuis ira ſępe tentatur, tamen impetrare feſtinat vt ſibi dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam, quàm, qui tardius iraſcitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui autem non vult dimittere fratri, non ſperet accipere orationis effectum. Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in monaſterio, etiam ſi inde nō proijciatur.
Cap.39. Proinde vobis à verbis durioribus parcite, quę ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, nō pigeat ex ipſo ore proferre medicamēta vnde facta ſunt vulnera. Q̄ ſi autē neceſsitas diſciplinæ
Cap.40. in moribus coercendis dicete vos verba du-
86.diſ.c. ra compellit, ſi etiam ipſi modum vos exceſ
Quādo. ſiſſe ſentitis, non à vobis exigitur vt à vobis ſubditis veniā poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimiū ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas. Sed E
tamen petenda eſt venia ab omniū dño, qui
nouit etiam eos quos plus iuſto forte corri- Cap.41.
pitis, quanta beneuolentia diligatis. Non autem carnalis, ſed ſpiritalis inter vos debet Cap.42.
eſſe dilectio. Præpoſito tanquam patri obediatur, multo magis Presbytero, qui omniū veſtrū curā gerit. Vt ergo cuncta iſta ſeruētur, & ſi quid ſeruatum minus fuerit, non negligenter ptereatur, ſed vt emendandum corrigēdumq; curetur, ad Præpoſitū præcipue
pertinebit, vt ad Presbyterū, cuius eſt apud Cap.43.
vos maior authoritas, referat quod modum vel vires eius excedit. Ipſe vero qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente fœlicem: Honore
corā vobis ꝓlatus ſit vobis, timore corā deo 1.Theſ.5
ſubſtratus ſit pedibus ueſtris. Circa oēs ſeipſum bonorū operum præbeat exemplum: Corripiat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes. Diſciplinam libens habeat, metuendus imponat. Et quanuis utrunq; ſit neceſſarium, tū plus à vobis amari appetat q̄ timeri, ſemper cogitans deo ſe pro vobis redditurū eſſe
rationem. Vnde vos magis obediendo, non F
ſolum veſtri, ſed etiā ipſius miſeremini, qui
inter vos quanto loco ſuperiore, tanto in pe Cap.44.
riculo maiore verſatur. Donet dūs vt obſeruetis hæc omnia tanquā ſpiritalis pulchri
tudinis amatores, & bono Chriſti odore de Cap.45.
bona conuerſatione fragrantes, non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti. Vt autem vos in hoc libello tanquā in ſpeculo poſitis inſpicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, ſemel in ſeptimana vobis legatur. Et vbi vos inueneritis ea quę ſcripta ſunt facientes, agite gratias domino bonorum omnium largitori. Vbi autem ſibi quicunq; veſtrū videt aliquid deeſſe, doleat de præterito, caueat de futuro, orans vt & debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur, Amen.

Tomi primi operum diui Auguſtini Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes ſunt quaterniones, præter Nn quid eſt ſemifolium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

R

Universidad de Deusto
Biblioteca